# FRANCISCI MARIÆ
# PITONII
## ADVOCATI ROMANI,
deinde Epiſcopi Imeriæ,

ET BENEDICTI XIII. PONTIF. MAX.

AUDITORIS;

# DISCEPTATIONUM
## ECCLESIASTICARUM,

*IN QUIBUS*

FREQUENTIORA ECCLESIASTICI FORI LITIGIA
Unà cum Decretis tam Datariæ Apoſtolicæ, quàm Sacrarum Congregationum particularium, & generalium, necnon Deciſionibus SACRÆ ROTÆ ROMANÆ continentur.

## PARS PRIMA.

*Opus non tantùm Judicibus & Curialibus, ſed etiam Epiſcopis & aliis Eccleſiarum Prælatis, apprimè utile ac neceſſarium.*

VENETIIS, MDCCXLII.
Ex Typographia Balleoniana.
*SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.*

Digitized by Google

Digitized by Google

# INDEX LOCORUM
# C. CORNELII TACITI,
### Quæ in Prima Parte
## DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM
### continentur.

### Ex Libro I. Annal.

LOCUS I.

NEve Tiberius vim Principatus reſolveret, cuncta ad Senatum vocando, eam conditionem eſſe imperandi, ut non aliter ratio conſtet, quam ſi uni reddatur. Diſcept. 16. num. 59.

LOCUS II.

Quos igitur anteferret? ac ne poſtpoſiti contumelia accenderentur? at per filios pariter adiri. Diſcept. 9. num. 58.

LOCUS III.

Non idcirco interrogatum, ait, ut divideret, quæ ſeparari nequirent, ſed ut ſua confeſſione argueretur, unum eſſe Reipublicæ corpus, atque unius animo regendum. Diſcept. 16. num. 59.

LOCUS IV.

Utque mos Vulgo quamvis falſi reum ſubdere. Diſcept. 34. num. 17.

LOCUS V.

Semel placita pro æternis ſervaviſſe. Diſcept. 27. n. 1.

### Ex Libro II. Annal.

LOCUS VI.

Spe victoriæ inducti ſunt, ut vincerentur. Diſcept. 11. num. 25.

LOCUS VII.

Penitus noſcendas mentes, cum ſecreti, & incuſtoditi inter militares cibos ſpem, aut metum proferrent. Diſcept. 32. n. 19. in fine.

### Ex Libro III. Annal.

LOCUS VIII.

Nec omnia apud Priores meliora, & noſtra quoque ætas, multa laudis, & artium imitanda poſteris tulit. Diſcept. 4. num. 80.

LOCUS IX.

Niſi forte rebus cunctis ineſt quidem velut orbis, ut quemadmodum temporum vices, ita morum vertantur. Diſcept. 5. num. 39.

LOCUS X.

Inter Matrem filiumque, &c. occultis odiis, neque enim multo ante, cum haud procul Theatro Marcelli effigiem Divo Auguſto Julia dicaret Tiberii nomen ſuo poſtſcripſerat, idque ille credebatur, ut inferius Majeſtate Principis, gravi, & diſſimulata offenſione abdidiſſe. Diſcept. 9. n. 1.

LOCUS XI.

Neque poſſe Principem ſua ſcientia cuncta complecti, neque expedire, ut ambitione aliena trahatur. Diſceptat. 34. num. 20.

LOCUS XII.

Sic a majoribus inſtitutum, ut ſi anteiſſent delicta, pœnæ ſequerentur. Diſcept. 34. num. 8.

LOCUS XIII.

Quoties valitudo adverſa flaminem Dialem inceſſiſſet ut Pontificis Maximi arbitrio, pluſquam binoctium abeſſet, dum ne diebus publici ſacrificii, nec ſæpius quam bis eundem in annum. Diſceptat. 34. n. 24.

### Ex Libro IV. Annal.

LOCUS XIV.

Eſſe illi matrem, & aviam propiora Conſilia. Diſcept. 32. num. 10. in fine.

### Ex Libro IX. Annal.

LOCUS XV.

Ventitare Domum, egreſſibus adhærеſcere, largiri opes, honores. Diſcept. 32. n. 21. in fine.

### Ex Libro XII. Annal.

LOCUS XVI.

Ea tempeſtate C. Caſſius ceteros præeminebat peritia legum. Diſcept. 29. num. 6. in fine.

### Ex Libro XIII. Annal.

LOCUS XVII.

Inſociabile Regnum exiſtimantes. Diſcept. 16. numer. 59.

LOCUS XVIII.

Sed ubi mulier vacua fuit, nectere moras, adverſam patris voluntatem cauſari, repertaque ſpe ditioris conjugis promiſſa exuere. Diſcept. 32. num. 25.

LOCUS XIX.

Ob res a Quadrato, & Corbulone geſtas Laurum faſcibus Imperatoris addi. Diſcept. 9. num. 58. in fine.

### Ex Libro XIV. Annal.

LOCUS XX.

Super omnibus negotiis melius, atque rectius olim proviſum, & quæ converterentur, in deterius mutari. Diſcept. 5. num. 48.

LOCUS XXI.

Et poſt quam diſceſſionem Conſul permiſerat, Pedibus in ſententiam ejus iere. Diſcept. 24. numer. 11.

LOCUS XXII.

Cui Minor Sapientia, & ex mediocritate fortunæ pauciora pericula ſunt. Diſcept. 32. num. 14.

LOCUS XXIII.

Mærenſque Burrus, ac Laudans. Diſceptat. 32. num. 18.

LOCUS XXIV.

Merces ab eo, qui jubere poteſt vim neceſſitatis affert. Diſcept. 32. num. 26.

## Ex Libro XV. Annal.

LOCUS XXV.

Paucorum culpam ipſis exitioſam eſſe debere, nihil univerſorum juri derogandum, &c. privatim expenderent cauſam, &c. in commune nihil derogent. Diſcept. 5. num. 40.

LOCUS XXVI.

Nam culpa, quam pœna, tempore prior. Diſcept. 34. num. 8.

## Ex Libro I. Hiſtor.

LOCUS XXVII.

Inſita Mortalibus natura propere ſequi, quæ piget inchoare. Diſcept. 29. num. 15.

LOCUS XXVIII.

Generari, & naſci a Principibus fortuitum, nec extimatur. Diſcept. 30. num. 6. in fine.

## Ex Libro IV. Hiſtor.

LOCUS XXIX.

Hæc certe, inquit, Nero non coegit. Diſcept. 32. n. 21.

LOCUS XXX.

Preces erant, ſed quibus contradici non poſſet; Diſcept. 32. num. 26. in fine.

LOCUS XXXI.

Etiamſi puniri non oporteat, oſtentari non debere, Diſcept. 34. num. 19.

LOCUS XXXII.

Eaque omnia Valerius Aſiaticus Conſul deſignatus cenſuit, ceteri vultu, manuque aſſentiebantur. Diſcept. 24. num. 21.

## Ex Dialogo de Orat.

LOCUS XXXIII.

Præſentis Ævi malignitate, vetera ſemper in laude, præſentia in faſtidio eſſe. Diſcept. 4. num. 80.

---

# INDEX LOCORUM
# C. CORNELII TACITI,
## Quæ in ſecunda Parte
## DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM
## continentur.

## Ex Libro I. Annal.

LOCUS I.

Specie recuſantis flagrantiſſime cupiverat. Diſceptat. 52. n. 52.

## Ex Libro III. Annal.

LOCUS II.

Mihi autem neque honeſtum ſilere, neque proloqui expeditum. Diſcept. 52. num. 14.

LOCUS III.

Viri in eo culpam, ſi femina modum excedat. Diſcept. 52. num. 69.

## Ex Libro XI. Annal.

LOCUS IV.

Nomen tamen Matrimonii concupivit ob magnitudinem infamiæ, cujus apud prodigos noviſſima voluptas eſt. Diſcept. 52. num. 45. in fine.

## Ex Libro XIV. Annal.

LOCUS V.

Nero probata Strabonis Sententia, ſe nihilominus ſubvenire ſociis, & uſurpata concedere ſcripſit. Diſcept. 49. num. 7. in fine.

LOCUS VI.

Merces ab eo, qui jubere poteſt, vim neceſſitas affert. Diſcept. 52. num. 69.

## Ex Libro XV. Annal.

LOCUS VII.

Inditum Imperatori flammeum, viſi Auſpices, dos, & genialis Torus faces nuptiales, cuncta denique ſpectata, quæ etiam in femina nox operit. Diſcept. 52. n. 12. in fine.

## Ex Libro I. Hiſtor.

LOCUS VIII.

Eadem novæ Aulæ mala. Diſcept. 50. n. 15.

## Ex Libro IV. Hiſtor.

LOCUS IX.

Bellum magis deſierat, quam pax cœperat. Diſcept. 39. num. 11.

LOCUS X.

Nihil eveniſſe cui antiquitus inſtituta exoleſcerent. Diſcept. 46. n. 9. in fine.

LOCUS XI.

Fraudem & dolum occulta, eoque inevitabilia. Diſcept. 48. num. 10.

LOCUS XII.

Preces erant, ſed quibus contradici non poſſet; Diſcept. 52. num. 52.

IN-

# INDEX ARGUMENTORUM,

Quæ in hac Prima Parte

## DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM

continentur.

### DISCEPTATIO I.

*ARGUMENTUM.*

LAte diſſeritur, an Canonici certæ Eccleſiæ Collegiatæ vigore Privilegii particularis, in quo eis conceditur abſentia per tres Menſes, cum hoc, quod in tali vacantia percipere valeant fructus, & emolumenta quæcunque Dignitatum, Canonicatuum, & Præbendarum, ac ſi perſonaliter in Eccleſia reſiderent, poſſint percipere nedum fructus Canonicatuum, ſed etiam diſtributiones, & Anniverſaria, aliaque emolumenta dari ſolita ratione Intereſſentiæ.

### DISCEPTATIO II.

*ARGUMENTUM.*

Plene examinatur, an Fratres Minores de Obſervantia ſint capaces legatorum perpetuorum cum onere Miſſarum, necnon aliorum pro oleo lampadis, & pro Sindonibus Infirmorum.

### DISCEPTATIO III.

*ARGUMENTUM.*

Agitur de Stylo Datariæ ſuper derogatione Juriſpatronatus mixti, an iſta ſit practicabilis hodiernis temporibus vel in totum, vel cum clauſula accedente conſenſu ſolius Patroni Laici.

### DISCEPTATIO IV.

*ARGUMENTUM.*

Examinantur diverſæ quæſtiones in materia Juriſpatronatus de quibus in corpore.

### DISCEPTATIO V.

*ARGUMENTUM.*

Supplicatione ſignata per Papam, & annotata cum die, quæ dicitur *Præſentata*, vivo reſignante, an poſt hujus obitum conſenſus præſtari poſſit per Procuratorem, & extendi in Libris Cameræ, ſeu Cancellariæ pro expeditione literarum, vel potius uti gratia reſignationis adhuc imperfecta, Beneficium vacet per obitum, & reſolvitur affirmative pro extenſione conſenſus poſt obitum reſignantis.

### DISCEPTATIO VI.

*ARGUMENTUM.*

Enucleatur articulus, an Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. cap. 16. de Regul.* locum habeat etiam in Renunciationibus, ſeu Reſignationibus Beneficiorum, & reſolvitur affirmative etiamſi Reſignans non ſuſceperit habitum Novitiatus tempore Mandati Procuræ ad reſignandum, ſed eſſet in Monaſterio duntaxat raſus caput Corona Monaſtica. Item deciditur, quod Concilium locum habeat etiamſi de tempore Mandati ad reſignandum Reſignans non eſſet Novitius, ſed talis eſſet de tempore Conſenſus præſtiti in Cancellaria per Procuratorem.

### DISCEPTATIO VII.

*ARGUMENTUM.*

Fundator mandavit erigi nonnulla Beneficia pro illis *de Genere ſuo, & Matris ſuæ*, utrum illa debeantur conjuncto ex utroque latere licet remotiori in gradu hic exiſtat in Concurſu conjuncti ex uno tantum latere, ſed Proximioris; Et utrum debeatur Prælatio Conſanguineorum ex illius latere materno, & ex quibus Parentela ex latere materno dicatur probata diligenter hic examinatur.

### DISCEPTATIO VIII.

*ARGUMENTUM.*

Epiſcopus non poteſt erigere Canonicatus in Eccleſia non Collegiata ſed Parochiali, poteſt tamen Eccleſiam Parochialem, in habitu Collegiatam, licet non in actu, prius per ſententiam, ſervatis ſervandis declarare Collegiatam, & poſtea ibi erigere Canonicatus, & late hic recenſentur argumenta, & conjecturæ inferentes Collegialitatem.

### DISCEPTATIO IX.

*ARGUMENTUM.*

Unitis duabus Eccleſiis Cathedralibus, quoad Prælatum duntaxat, in Bullis proviſionis Apoſtolicæ de Epiſcopo, prænominandam eſſe Eccleſiam digniorem, & antiquiorem plene hic ſuſtinetur.

### DISCEPTATIO X.

*ARGUMENTUM.*

An Canonicus Coadjutus poſſit optare Præbendas annexas Canonicatui; & de diſtinctione quando optantur Præbendæ annexæ ſeparabiliter, vel inſeparabiliter, plene hic diſputatur; & refellitur opinio *Garz. de benef. par. 4. c. 5. n. 120.*

### DISCEPTATIO XI.

*ARGUMENTUM.*

Penſionarius pretio mediante remittendo, & condonando Titulari obligationem ſolvendi penſionem durante vita ejuſdem Titularis, cum præſervativa juris eam petendi contra ſucceſſorem, an dicatur voluiſſe extinguere penſionem, vel potius cedere commoditatem illius, itaut actu dijudicandus ſit necne Simoniacus, plene hic enunciatur.

DISCEPTATIO XII.

*ARGUMENTUM.*

Epiſcopi S. R. E. Cardinales ſtatim ac ſunt promoti poſſunt conferre Beneficia non obſtante cenſura *Extravag. injunctæ de elect. inter commun.* & non obſtante Regula ſecunda Cancell. quæ reſervat Beneficia vacantia Sede Epiſcopali vacante non ſolum uſque ad proviſionem Eccleſiarum, ſed etiam uſque ad captam ab eis poſſeſſionem Eccleſiarum, cum nec diſpoſitio Extravagantis, nec Regula ſecunda comprehendat hujuſmodi Epiſcopos Cardinales.

DISCEPTATIO XIII.

*ARGUMENTUM.*

Reprobatus ab examinatoribus Synodalibus Urbis debet admitti ad novum examen, & hoc fieri debet cor. S. Rotæ Auditoribus, qui poſſunt examinare reprobatum in gradu recurſus ſeu appellationis. Vox Patritii in Senatu in paritate præponderat etiamſi agatur de Jure præſentandi ad beneficia.

DISCEPTATIO XIV.

*ARGUMENTUM.*

An reſervato Jurepatronatus pro deſcendentibus per lineam maſculinam, in eo comprehendantur feminæ in defectum maſculorum.

DISCEPTATIO XV.

*ARGUMENTUM.*

Diſceptatur, An certi Presbyteri Extranei de Capitulo, qui parati Epiſcopo inſerviunt pro conſecratione Oleorum Sacrorum feria V. in Cœna Domini, refici debeant Sacroſancta Euchariſtia, ante Capitulum, Dignitates, & Canonicos non paratos.

DISCEPTATIO XVI.

*ARGUMENTUM.*

Reprobatur opinio *Saravia de adjunct. q. 1.* exiſtimantis conſtitutionem Adjunctorum in Concilio Trident. *ſeſſ. 25. cap. 6. de reformat.* eſſe conformem diſpoſitioni Juris communis, & plene diſputatur, an in gravibus, & arduis negotiis requiratur conſenſus, vel ſufficiat Conſilium Capituli.

DISCEPTATIO XVII.

*ARGUMENTUM.*

Late tractatur materia Beneficiorum Eccleſiæ receptitiæ, & non numeratæ, atque numeratæ, & de requiſitis utriuſque Eccleſiæ ad intelligentiam text. *in cap. dilecto de praben. & cap. ex parte baſten. de conceſſ. præb.*

DISCEPTATIO XVIII.

*ARGUMENTUM.*

Media annata ſoluta pro gratia Coadjutoriæ non poteſt repeti, ſi Coadjutor prædecedat coadjuto.

DISCEPTATIO XIX.

*ARGUMENTUM.*

Reſtrictio, & immutatio Juriſpatronatus activi in ſecundo inſtrumento, utrum influat etiam in paſſivum in primo inſtrumento reſervatum, & an poſſit fundator immutare, ſeu reſtringere Jurepatronatus paſſivum in præjuditium etiam filiorum, & deſcendentium, & alia, de quibus in corpore.

DISCEPTATIO XX.

*ARGUMENTUM.*

Patet ex dubiis inferius legendis, in corpore, quæ concernunt controverſiam Juriſdictionalem inter Abbatem, & Epiſcopum.

DISCEPTATIO XXI.

*ARGUMENTUM.*

Plene diſceptatur, quando poſſit necne caſſari electio valida ex parte formæ, & perſonæ ex cauſa tantum extrinſeca nota Prælato ex notitiis ſecretis, & ad bonum publicum ſpectante.

DISCEPTATIO XXII.

*ARGUMENTUM.*

Aperitio oris conceditur ex ſimplici ſumo læſionis: Juſpatronatus an acquirat qui præliatur pro fide Catholica reportando victoriam de Hoſtibus, tam ſi Eccleſiæ, quarum prætenditur Juſpatronatus, ſint in loco liberato ab Hoſtibus, quam extra. Reſtricto Jurepatronatus ad vacationem in octo menſibus, ceteris quatuor remanentibus ad liberam collationem Ordinarii per concordiam inter partes ab Apoſtolica Sede confirmatam, ſi Papa non obſtante concordia non cedat Juſpatronatus etiam in prædictis quatuor menſibus, conceſſio dicitur ex privilegio ſubjecta reſervationi regulæ 8. hodie 9. Cancellariæ, necnon aliæ quæſtiones in corpore ad materiam Juriſpatronatus.

DISCEPTATIO XXIII.

*ARGUMENTUM.*

Agitur de impetratione Apoſtolica certi Hoſpitalis, cui fuerat Præpoſitus Regularis Monaſterii, ad quod illius collatio pertinere ſupponitur, & reſolvitur pro executione literarum Impetrationis.

DISCEPTATIO XXIV.

*ARGUMENTUM.*

Electio impropria, in qua non ſervatur Scrutinium, nec forma *cap. quia propter de elect.* Licet non valeat facta per majorem partem Capituli comparative ad minorem, tamen ſi eam ita factam omnes Capitulares acclament, & approbent ſuſtinetur ex novo conſenſu Collegiali. Item ſuſtinetur ex Eccleſiæ conſuetudine; plura de materia devolutionis, & Regulæ de Triennali.

DISCEPTATIO XXV.

*ARGUMENTUM.*

Dignitas principalis in Colleigata quando per privilegium dicatur exempta a reſervatione regulæ 4. Cancellariæ in limine erectionis, & quando ex lege fundationis laici, vel Eccleſiaſtici cenſeantur excluſæ reſervationes Apoſtolicæ.

DISCEPTATIO XXVI.

*ARGUMENTUM.*

Feminæ ſuccedunt in Jurepatronatus familiari, ſaltem per poſterius; hæc ſucceſſio intelligitur diſcretive in ſingulis Columnellis. In Jurepatronatus deducto præſumptive ex obſervantia reſtricta ad maſculos,

ſculos, An feminæ ſuccedant pro poſterius, ſtante ingreſſu Patronatus familiari Maſculini in duas lineas, an extinctis Maſculis unius fiat pro parte hæreditarium, quoad aliam remanente familiari, ſeu gentilitio?

DISCEPTATIO XXVII.

*ARGUMENTUM.*

Jus nominandi ſpectans ad Rectorem habitualem in Vicariis perpetuis Vigore *Bullæ S. Pii V.* habet locum etiam in Vicariis generaliter, vel etiam ſpecialiter reſervatis per Papam.

Fructus Vicariæ perpetuæ vacantis quando pertineant ad Rectorem habitualem, vel ad Vicarium Succeſſorem, & alia in materia de Vicariis.

DISCEPTATIO XXVIII.

*ARGUMENTUM.*

In quibus caſibus ſuffragari poſſit ultimus ſtatus in Beneficialibus ad intelligentiam Text. *in cap. Conſultation. de Jurepatr.* Lite pendente ſuper proprietate, an Patronus exiſtens in poſſeſſione poſſit præſentare, & ejus Præſentato ſit danda inſtitutio, & alia ad materiam ultimi ſtatus.

DISCEPTATIO XXIX.

*ARGUMENTUM.*

Agitur de permutationibus Beneficiorum coram Ordinario ad explicationem Bullæ S. Pii V. *la 42. & 58.* necnon Pii IV. *Bullar. veteri 144.* cum pluribus articulis, qui in Corpore examinatur.

DISCEPTATIO XXX.

*ARGUMENTUM.*

Agitur de penſionibus nulliter reſervatis ab Ordinario, & de Privilegio Conclaviſtarum.

DISCEPTATIO XXXI.

*ARGUMENTUM.*

Quando concedatur ſubrogatio, tametſi lis non pendeat ſuper titulo Beneficii, & de Theorica, *Innocentii in cap. cum M. Ferrarienſis de Conſtitut.*

DISCEPTATIO XXXII.

*ARGUMENTUM.*

Metus quando non dicatur probatus ad effectum diſſolvendi ſponſalia, & de requiſitis ad illum probandum ad materiam, Text. *in cap. ex literis de reſponſ. Impuber.* qui Teſtes prævalere debeant, an deponentes pro metu, vel contra metum ad explicationem Theoricæ *Innocentii in cap. Super hoc de renunciat.*

DISCEPTATIO XXXIII.

*ARGUMENTUM.*

Vulgatum Ancharani Conſilium 81. juxta quod Juſpatronatus gentilitium, in ultimo ſit hæreditarium, quando locum non habeat in Jurepatronatus gentilitio taxative reſervato, vel quæſito ex privilegio per augmentum Dotis.

DISCEPTATIO XXXIV.

*ARGUMENTUM.*

In Eccleſiis, ubi omnes reditus Canonicatuum conſiſtunt in diſtributionibus quotidianis, quando duæ illarum partes debeantur Canonico carcerato, qui perſiſtendo in negativa fuit in exilium miſſus ad tempus ex ſolis levibus indiciis abſque alia probatione delicti.

IN-

Digitized by Google

# INDEX DECISIONUM,

## Quæ in Prima & Secunda Parte

## DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM continentur.


Albaricen. Canonicatus, Lunæ 10. Maji 1700. cor. MOLINES Decano, Diſcept. 4.
Aſtoricen. Theſaurariæ, Vener. 10. Februarii 1694. cor. EMERIX, Diſcep. 5.

Cæſaraugustana Beneficii, Merc. 29. Novem. 1686. cor. CACCIA, Diſcep. 12.
Cæſaraugustana Beneficii, Lunæ 5. Julii 1688. cor. HERVAVULT, eadem Diſcep. 12.
Comen. Capellaniæ, 31. Martii 1703. cor. R. P. D. TREMOILLE, Diſcept. 53.

Eugubina Canonicatus, Lunæ 4. Maji 1699. cor. LANCETTA, Diſcep. 4.

Ferrarien. Canonicatus, Lunæ 1. Julii 1697. coram Pio, Diſcep. 6.
Eadem, Ven. 10. Januarii 1698. cor. eodem, Diſcept. 6.
Eadem, Merc. 5. Martii 1698. coram eodem, Diſcept. 6.
Eadem, Ven. 3. Aprilis 1699. cor. TREMOILLE, Diſcep. 6.
Eadem, Ven. 11. Decembris 1699. coram SCOTTO, Diſcep. 6.

Hiſplanen. Beneficii, Vener. 10. Aprilis 1602. cor. JUSTO, Diſcep. 12.

Leodien. ſeu Aquiſgranen. Decanatus, Lunæ 2. Junii 1701. cor. CAPRARA, Diſcep. 24.
Eadem, Lunæ 10. Martii 1702. coram eodem, Diſcep. 24.
Lauden. Vicariæ, Lunæ 29. Martii & 14. Junii 1694. cor. CAPRARA, Diſcep. 27.

Moguntina Canonicatus, Lunæ 1. Julii 1697. cor. de OLMO, Diſcep. 8.
Mantuana Beneficii, Ven. 3. Junii 1689. cor. URSINO, Diſcep. 14.

Mediolanen. Juriſpatronatus, Lunæ 3. Julii 1684. cor. PAULUTIO, Diſcep. 38.

Parmen. Beneficii, Ven. 28. Januarii 1701. coram SCOTTO, Diſcept. 25.

Romana Beneficiatus S. Laurentii in Damaſo, Vener. 6. Februarii 1688. cor. CACCIA, Diſcep. 4.
Romana Juris tumulandi, Lunæ 10. Februar. 1702. coram PRIOLO, Diſcep. 51.

Syracuſana Præpoſituræ, Merc. 5. Decemb. 1699. coram MUTO, Diſcep. 13.
Eadem, Merc. 26. Junii 1697. cor. Eodem.
Eadem, Merc. 20. Novembris 1697.

Turritana Eleëmoſynarum ſeu Legatorum, Lunæ 10. Januarii 1695. cor. EMERIX, Diſcep. 2.
Eadem, Veneris 6. Aprilis 1696. cor. eodem Diſcept. 2.
Tudertina Parochialis, Ven. 22. Aprilis 1695. coram EMERIX, Diſcep. 4.
Tiraſonen. Prioratus, Lunæ 19. Novembris 1691. cor. MOLINES, Diſcept. 25.
Eadem, Merc. 23. Januarii 1697. cor. de OLMO, Diſcep. 4.

Valentina Beneficii, Ven. 9. Januarii 1693. cor. MOLINES, Diſcep. 7.
Eadem, 3. Aprilis 1693. cor. eodem, Diſcep. 7.
Eadem, Mercurii 1. Julii 1693. coram BENINCASA, Diſcep. 7.
Eadem, Lunæ 7. Junii 1649. coram PRIOLO, Diſcep. 7.
Eadem, Merc. 22. Junii 1695. cor. MOLINES, Diſcep. 7.
Urbanien. Prænominationis, Vener. 20. Januarii 1687. coram EMERIX, Diſcep. 9.
Urbanien. Canonicatus, Ven. 20. Junii 1698. cor. PIO, Diſcep. 4.


DISCE

# DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM FRANCISCI MARIÆ PITONII

ADVOCATI ROMANI,

deinde Epiſcopi Imeriæ,

ET BENEDICTI XIII. PONT. MAX. AUDITORIS.

## *PARS PRIMA.*

### VALENTINA DISTRIBUTIONUM.

*PRO*

Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ Oppidi De Xativa pro veritate.

### ARGUMENTUM.

Late diſſeritur, an Canonici certæ Eccleſiæ Collegiatæ vigore privilegii particularis, in quo eis conceditur abſentia per tres menſes, cum hoc, quod in tali vacantia percipere valeant *fructus, & emolumenta quæcunque Dignitatum, Canonicatuum, & Præbendarum, ac ſi perſonaliter in Eccleſia reſiderent*, poſſint percipere nedum fructus Canonicatuum, ſed etiam diſtributiones, & anniverſaria, aliaque emolumenta dari ſolita ratione intereſſentiæ.

### *SUMMARIUM.*

1 *Series facti.*

2 *Canonici abſentes in vacantia trium menſium conceſſa per Concilium Tridentinum, non lucrantur diſtributiones.*

3 *Etiam ſi omnes reditus Canonicatuum conſiſterent in diſtributionibus.*

4 *An privilegium abſentiæ concedat, nec ne diſtributiones, refertur diſtinctio Gloſſæ.*

5 *Reſidentia diverſa eſt ab intereſſentia, vide num. 25. & 26.*

6 *An reſidere in Eccleſia idem ſit, ac intereſſe Divinis in Choro, vide etiam n. 7.*

8 *Appellatione fructuum non veniunt diſtributiones; & utrum appellatione emolumentorum quorumcunque.*

9 *Privilegium abſentiæ ſtrictiſſime eſt intelligendum, vide n. 32.*

10 *Privilegium percipiendi diſtributiones in abſentia non extenditur ad anniverſaria, & mortuaria, nec ad diſtributiones conſiſtentes in pane, & vino, vide numer. 33. 34. & 35.*

11 *Diſtinguuntur quatuor caſus ad dignoſcendum, an privilegium abſentiæ concedat, nec ne diſtributiones juncto n. 12. 13. & 14.*

15 *In privilegio abſentiæ veniunt diſtributiones, ſi fuerit facta de illis mentio, ſi non ſpecialis, ſaltem implicita, virtualis, & æquipollens.*

16 *Ubi in dicto privilegio, præter fructus, facta eſt mentio de emolumentis quibuſcumque, tunc iſta in alio non verificantur, quam in diſtributionibus.*

17 *Maxime, quando omnes fere reditus Canonicatuum conſiſtunt in diſtributionibus.*

18 *Et quando alias verba eſſent ſuperflua, & redderent privilegium deſectuoſum.*

19 *Reprobatur Caſtropal. exiſtimans eſſe Synonyma* fructus, & quælibet alia emolumenta *nec ſub illis includi diſtributiones; juncto n. 20. & 21.*

22 *Privilegium abſentiæ conceſſum Cruce-ſignatis, ut* Beneficia ſua integre percipiant, ac ſi eſsent in Eccleſiis reſidentes, *an includeret diſtributiones, quæſtio eſt inter Canoniſtas, vide n. 23. cum ſeqq. uſque ad n. 29.*

30 *Quando reſidentia intelligi debeat de intereſſentia.*

31 *Explicatur deciſio Sac. Rotæ in Oxomen. fructuum apud Caſſadorum.*

## DISCEPTATIO I.

CUm in Eccleſia Collegiata Oppidi de Xativa Valentinæ Diœceſis vigerent Statuta fundamentalia, in quibus ordinatum fuerat, ne quis ex Capitularibus dictæ Eccleſiæ aliquo anni tempore ab ea abeſſe poſſet, ſed omnes,
1 & ſinguli eorum, continue illius ſervitio aſſiſtere deberent, Capitulum, & Canonici ejuſdem Eccleſiæ adverſus nimium hujuſmodi Statutorum rigorem diſpenſari volentes, ſupplicarunt S. M. Gregorio XV. pro conceſſione Privilegii, ſeu Indulti, ut nempe, ſicut ex Sac. Concilii Tridentini diſpoſitione, abſentium trium menſium permittitur Canonicis, & Dignitatibus in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis, ita & prædictæ Eccleſiæ Canonicis indulgeret, prout Summus Pontifex conceſſit his verbis:

*Non obſtantibus Statutis Eccleſiæ hujuſmodi, ab ea per tempus per Decreta d. Concilii conceſſum, non tamen ultra abeſſe, & nihilominus Dignitatum, & Canonicatuum, & Præbendarum hujuſmodi per eos obtentorum fructus, & emolumenta quæcunque, ac ſi perſonaliter in eadem Eccleſia reſiderent, percipere libere, & licite valeant Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus.*

Quæritur in ſenſu veritatis, an vigore hujuſmodi privilegii Canonici ſpatio abſentiæ ipſis conceſſæ nedum fructus Canonicatuum, ſed etiam diſtributiones, & anniverſaria aliaque emolumenta ratione Intereſſentiæ dari ſolita, lucrari licite poſſint. Super quo articulo per germana Juris fundamenta examinato, videtur negative de Jure, ut infra reſpondendum.

Huic enim prætenſioni lucrandi diſtributiones, & alia emolumenta prædicta, reſiſtere videtur intentio tam Summi Pontificis concedentis, quam Capituli ſupplicantis; dum ſolum mediante privilegio voluerunt relaxari rigorem Statutorum fundamentalium, quæ nullam modicam abſentiam concedebant Capitularibus, quando tamen in aliis Eccleſiis abſentia trium menſium ex diſpoſitione Conciliari erat permiſſa; onde ad limites tantum Conciliaris diſpoſitionis reducere voluerunt dd. Statuta,
2 ut expreſſum videtur in verbis indulti. Propterea ſicut Canonici abſentes in vacantia per Concilium conceſſa, non lucrantur diſtributiones, nec alia emolumenta debita ratione actualis intereſſentiæ juxta declarationes Sac. Congregationis Concilii apud Pariſ. *de reſign. lib. 1. quæſt. 10. a num. 65.* Pignatell. *conſult. 129. n. primo, verſic. & primo, & num. 2. cum duobus ſeqq. Tom. 1.* Gonzal. *ad regul. 8. §. 7. proœmial. numer. 182. cum aliis apud* Pani-
3 moll. *deciſ. 20. annot. 3. n. 23.* Etiam ſi omne reditus Canonicatuum in ſolis diſtributionibus conſiſterent, juxta alias reſolutiones ejuſdem Sac. Congregationis apud Ventrigl. *in prax. par. 1. annotat. 19. §. 1. n. 4.* Pignatell. *conſult. 130. n. 2. com. 1.* Ita nec in præſenti caſu dicendum eſt, poſſe Canonicos abſentes lucrari eaſdem diſtributiones, cum permiſſa illis fuerit abſentia ad formam Concilii, in qua abſentia diſtributiones non debentur.

Neque huic intentioni Summi Pontificis adverſantur verba Privilegii in ea parte, in qua dictum fuit: *Et nihilominus &c. fructus, & emolumenta quæcunque ac ſi perſonaliter in eadem Eccleſia reſide-*
4 *rent, percipere &c. valeant.* Quoniam ad dignoſcendum, an Privilegium abſentiæ concedat nec ne diſtributiones, eſt optima gloſſæ Theorica *in cap. unico de Cleric. non reſid. in 6. in verbo* affuerint, quæ ſingulariter ita diſtinguit figurando duos caſus, nempe aut privilegium dicit, *quod abſens lucretur fructus ac ſi præſens eſſet*, & tali caſu non lucratur diſtributiones, cum aliud ſit præſentia, aliud vero intereſſentia, cujus tantum ratione diſtributiones debentur; Aut vero privilegium addit *ac ſi præſens eſſet, ac Divinis Officiis intereſſet* & tunc licite diſtributiones percipere valet, cujus Gloſſæ traditionem communiter referunt, & ſequuntur Fagnan. *in cap. Expoſuiſti n. 103. de Præbend.* Sanch. *conſil. moral. tom. 2. cap. 2. dub. 96. n. 4.* Pignatell. *conſult. Canon. tom. 3. conſult. 19. n. 27. in fine*, Panimoll. *d. deciſ. 20. annot. 3. n. 29.* Lother. *de Re beneſ. lib. 1. quæſt. 19. num. 41.* Rub. *in annot. ad deciſ. 576. n. 143. part. 4. tom. 3. recentioribus.*

In præſenti autem non concurrunt talia verba ſignificantia intereſſentiam, dum ſolum fit mentio de 5
reſidentia, & tamen diverſa eſt reſidentia ab intereſſentia, cum illa importet præſentiam, iſta vero miniſterium perſonale in choro, ut tradunt Tondut. *quæſt. benef. cap. 12. n. 2.* Rot. coram Pen. *deciſ. 1129. n. 6. & deciſ. 330. n. 1. part. 1. Diverſor.* & in ſpecie privilegii ſuper abſentia ad effectum lucrandi diſtributiones, notant Covar. *var. reſolut. lib. 3. cap. 13. n. 2.* Monet. *de diſtrib. par. 2. quæſt. 14. n. 21.* Caſsador. *deciſ. 1. n. 2. & ſeqq. de Cleric. non reſident.*

Et quamvis non fuerit ſimpliciter facta mentio de reſidentia, ſed de reſidentia in Eccleſia ibi — *ac* 6
*ſi perſonaliter in eadem Eccleſia reſiderent* — Tamen gravis eſt quæſtio inter Canoniſtas in hoc præciſo articulo an *reſidere in Eccleſia* idem importet, ac *intereſſe divinis Officiis in choro*, & hanc quæſtionem movet Hoſtien. *in cap. ad liberandam de Judæis ſub n. 1. verſ. ergo etiam quotidianas diſtributiones*, qui examinando privilegium abſentiæ conceſsum Cruce-ſignatis regiſtratum per extenſum apud Jo. Andr. *in eodem cap. ad liberandam in principio*, ubi Papa ſic ait: *Ipſis autem Clericis indulgemus, ut Beneficia ſua integre percipiant, ac ſi eſſent in Eccleſiis reſidentes.* Concludit virtute hujuſmodi verborum, illos in abſentia eſse privilegiatos etiam quoad diſtributiones quotidianas, allegando idem inferre *reſidere in Eccleſia*, ac divinis Officiis *intereſſe*, & opinionem Hoſtienſis refert, & ſequitur Joan. de Anania *ibidem n. 13. ubi ſic inquit — Conſidera, quod iſta verba*, ac ſi eſsent in Eccleſiis reſidentes, *videntur importare, ac ſi in Divinis Officiis affuerint; quia non videtur bene convenire, quod quis reſideat in Eccleſia, & non interſit Divinis; quo caſu certum eſt, quod debet habere quotidianas diſtributiones &c. Quia plus eſt dicere in Eccleſia reſidere, & ſic ſatis videntur iſta duo eſſe paria, in Eccleſia reſidere, & Divinis Officiis intereſſe, quia verbum* in Eccleſia reſidere *debet intelligi cum effectu* — Felin. etiam in eadem decretali *num. 6. verb.* extra Gloſsam dicit, quod ex dictis Doctorum in illo Textu colligitur, quod Clerici Beneficiati percipiunt reditus, ac etiam diſtributiones quotidianas vigore privilegii antedicti. Imol. demum in *cap. unico de Cleric. non reſident. in 6.* approbat opinionem Hoſtienſis, quando in Eccleſia non eſsent illi, quibus hujuſmodi diſtributiones deberentur.

Verum opinionem Hoſtienſis contrariam firmavit 7
Jo. Andr. *in eodem cap. ad liberandam n. 2. verſic. quicquid dicat* Hoſtienſ. *tu dic contra*, quam communiter fuiſse receptam per Doctores, teſtatur idem Jo. de Anan. ubi ſupra ibi — *ſed Joannes Andreas, quem communiter ſequuntur omnes D. D. tenet contra* — prout eam ſequuntur Zabarell. *ib. n. 10.* Geminian. *In d. cap. unico §. Statuimus n. 5. de Cleric. non reſident.* aliique ibidem Canoniſtæ. Et cum hujuſmodi caſus fuiſset diſputatus in Rota in una *Oxomen. fructuum de Menſe Novembris* 1521. coram Sibicinen. ubi Prior Eccleſiæ Oxomen. habebat Breve Apoſtolicum percipiendi in abſentia *fructus, qui dantur reſidentibus in Eccleſia, & totum id, quod quis perciperet in Eccleſia reſidendo*, Sac. Rota reſolvit, tale Indultum non ſuffragari pro lucrandis diſtributionibus, reſpondendo, quod illa verba *in Eccleſia reſidere* non important intereſsentiam, ut ex pluribus rationibus videndis in deciſione extenſa Caſsador. *deciſ. 1. de Cler. non reſiden. per totam*, quam unanimiter ſequuntur Gigas *conſ. 144. num. 34.* Monet. *de diſtribut. part. 2. q. 14. num. 21.* Bonacin. *de horis Canonic. diſp. 2. q. 5. punct. 4. num. 5.*

Rub.

Digitized by Google

Rub. *in annot. ad d. deciſ.* 157. *n.* 138. *& ſeqq. par.* 4. *tom.* 3. *Recent.*

Minuſque adverſari videtur, quod prædicta pro-
8 cedant, quando privilegium ſolum mentionem facit de fructibus, quorum appellaòone non veniunt diſtributiones, ut in ſpecie Rubeus *d. annot. ad deciſ.* 576. *nu.* 1. *&* 144. non autem quando, ut in præſenti, concurrunt verba illa *Et emolumenta quæcunque*, quia reſpondet objecto in terminis terminantibus Caſtropal. *oper. moral. tom.* 2. *Tract. de oration. diſput.* 3. *punct.* 9. §. 10. *nu.* 5. *verſic. idem*, dicendo, quod talia verba idem ſignificant, ac *fructus*, nec proinde comprehendunt diſtributiones, & allegat Gonzal. *ad regul.* 8. §. 7. *proœmial. n.* 186. *& ſeqq.*

Quibus omnibus accedit conſideratio, quod Sta-
9 tata Eccleſiæ ordinantia continuam reſidentiam, concernunt favorem cultus Divini; Privilegium vero diſpenſativum ſuper illis ſtrictiſſime intelligendum venit, ita, & taliter, quod ſi in nno poteſt operari, non debeat ad aliud extendi, ideo interpretandum, quod virtute dd. verborum, conceſſerit ſolam perceptionem fructuum præbendalium, non autem diſtributionum, alias talis diſpenſatio vergeret in enorme præjudicium cultus Divini, ut in puncto videndus Calderin. *conſilio* n. 2. *de Cleric. non reſiden.* Bonacin. *de hor. Canonic. diſput.* 2. *qu.* 5. *punct.* 4. *n.* 4.

Et hæc procedunt quoad diſtributiones, ceterum
10 qnod anniverſaria res caret difficultate, cum ſit concluſio indubitata, quod Canonici in abſentia privilegiati quoad diſtributiones, gaudere non poſſunt anniverſariis, ſeu mortuariis, ut plene Monet. *de diſtribut. part.* 2. *cap.* 14. *n.* 22. Cened. *quæſt. Canon. cap.* 1. *num.* 5. Bonacin. *de hor. Canonic. ubi ſupra n.* 6. de Luca ad Ventrigl. *in prax. part.* 1. *annot.* 19. §. 1. *n.* 4. Rot. coram Merlin. *deciſ.* 685. *num.* 7. *repetit. in Rec. d.* 59. *num.* 7. *p.* 7. Panimoll. *deciſ.* 20. *annot.* 3. *num.* 74. prout idem procedit quoad illas diſtributiones, quæ in pane, & vino conſiſtunt, niſi omnes diſtributiones in pane, & vino conſiſterent, juxta opinionem Archidiac. *in can. Sacerdos quæſt.* 2. *& in cap. unico nu.* 1. *verſic. non tamen de Cleric. non reſiden. in* 6. Panimoll. *d. deciſ.* 20. *annot.* 3. *num.* 3. Ruin. *in prax. fidei profeſſ. par.* 3. *reſol.* 201. *n.* 6. *& eadem part.* 3. *tit. de carit. ſubſid. reſol.* 96. *n.* 16.

His tamen non obſtantibus, re diligentius ex-
11 penſa contrariam opinionem de Jure veriorem exiſtimo, ad quod oſtendendum, diſtinguendi ſunt infraſcripti caſus.

Primus eſt, ubi privilegium abſentiæ dicit, quod abſens *lucretur fructus, perinde ac ſi reſideret*, aut *præſens eſſet*, & tunc ſub eo includuntur diſtributiones ex duplici ratione; tum quia appellatione fructuum illæ nullatenus comprehenduntur; tum quia cum dentur propter intereſſentiam Divinis, non poſſunt venire ſub verbis reſtrictis ad reſidentiam, aut preſentiam, quæ ſunt diverſæ ab intereſſentia, juxta primum caſum figuratum a Gloſſ. *in d. cap. Unico de Cler. non reſident. in* 6. *in verb. affuerint*, & alios præallegatos *n.* 4.

Secundus caſus eſt, ubi privilegium dicit, quod
12 abſens *lucretur fructus, perinde, ac ſi reſideret, & intereſſet Divinis Officiis in choro*, & tunc veniunt diſtributiones, ea ratione, quia cum fiat mentio de intereſſentia, cujus intuitu illæ debentur, exinde edocemur, Summum Pontificem appellatione fructuum voluiſſe intelligere etiam de diſtributionibus juxta alterum caſum figuratum ab allegata Gloſſ. *in d. cap. unico ubi proxime de Cleric. non reſident. in* 6. cum aliis in eodem *numer.* 4. ſuperius adductis.

Tertius caſus eſt, ubi privilegium continet ver-
13 ba capacia comprehendendi etiam diſtributiones in ſuo proprio, & ſtricto ſignificatu, & tunc, licet in eodem privilegio dicatur *perinde, ac ſi reſideret*, adhuc diſtributiones veniunt ſub illo, ea ratione, quod ſicut ubi privilegium habet verba facientia mentionem de ſolis fructibus, quorum appellatione non veniunt diſtributiones, tamen iſtas comprehendit, ſi dictum fuerit *ac ſi intereſſet*, eo quia *intereſſentia* verbum facit extendi ſignificatum fructuum etiam ad diſtributiones, ita eodem modo, quando privilegium facit mentionem de diſtributionibus eas continendo, ſive expreſſe, ſive æquipollenter, tunc *reſidentia* verbum non reſtringit privilegium, ſed intelligitur etiam de intereſſentia, ſicut in alio caſu verbum *fructuum* illud non reſtringit, ſed intelligitur etiam de diſtributionibus; utrobique enim militat identitas rationis, cum in utroque caſu verum ſit venire diſtributiones, in primo ſcilicet ob expreſſionem intereſſentiæ, & in altero ob expreſſionem verborum, quæ in alio, quam in diſtributionibus verificari non poſſunt *l. illud ff. ad legem Aquil. l. quidam Nummularios ff. de edendo l. his ſolis verſic. ſatis etiam caute putamus C. de revoc. donat. l. illud C. de Sacroſ. Eccleſ.* cum aliis vulgatis.

Quartus demum caſus eſt, ubi privilegium ha-
bet verba importantia tam diſtributiones in ſuo ſi- 14
gnificatu, quam exprimentia ipſam intereſſentiam, & tunc dubitari non valet, quin ſub eo diſtributiones comprehendantur, eo quia duo concurrunt ad hunc effectum, primo verborum ſignificatus, & ſecundo ratio intereſſentiæ; ſi enim unum ex his ſufficit, juxta doctrinam præallegatæ Gloſſ. *in d. cap. unico*, multo magis ubi utrumque concurrit.

Verſamur in hoc caſu, quia primo habemus
verba importantia diſtributiones in ſuo proprio ſi- 15
gnificatu, licet enim iſtæ non fuerint expreſſæ ſpecialiter, tamen cum expreſſi, & æquipollentis eadem ſit virtus *l. cum quid ff. ſi cert. petit. l. ſi filiusfamil. ff. eodem, l. final. ff. de leg.* 2. *l. item quia ff. de pact.* & probat in puncto Gloſſ. *in d. cap. unico in verbo affuerint*, quæ vult venire diſtributiones ab expreſſione intereſſentiæ, & ſic ex tacita, & æquipollenti expreſſione illarum; certiſſimum, & indubitatum cenſeo, diſtributiones fuiſſe in caſu iſto æquipollenter expreſſas, & quidem æquipollentia infallibili, & perneceſſe concludenti, dum
non ſolum fuerunt mentionati ibi *fructus*, ſed ad- 16
ditum quoque ibi, *& emolumenta quæcunque*, quorum verborum ſignificatus in alio verificari non poteſt, quam in diſtributionibus quotidianis, cum præter fructus Canonicatuum, & Præbendarum alia emolumenta dari, & excogitari non poſſint, quam illa, quæ in diſtributionibus conſiſtunt, ut in puncto ſimilium verborum aperte dicunt Guttier. *conſil.* 8. *n.* 5. Monet. *de diſtribut. part.* 1. *quæſt.* 7. *n.* 15. Rot. coram Pen. *deciſ.* 216. *n.* 2. & coram Coccin. *deciſ.* 144. *n.* 11.

Facilius vero, quando in iſta Eccleſia tres ex
quatuor partibus redituum Canonicalium conſiſtunt 17
in diſtributionibus, & de conſuetudine fere univerſali Eccleſiarum Hiſpaniæ, teſtantur Ricciul. *de Jur. perſonar. intra gremium lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 55. Corrad. *in prax. beneficiar. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 30. hoc enim caſu illa verba, *Emolumenta quæcunque* adjecta poſt expreſſionem *fructuum* in alio verificari non poſſunt, quam in diſtributionibus, quæ in his terminis quodammodo ſapere videntur naturam fructuum, eo quia omnes fere reditus in illis conſiſtunt, ut in puncto Bonacin. *de hor. canon. diſput.* 2. *quæſt.* 7. *punct.* 4. *n.* 4. *verſic. Hoc tamen limita*, & Cecoper. *lucubrat. Canonic. lib.* 2. *n.* 170. *in fine*, qui licet loquantur, quando omnes reditus Canonicatuum conſiſtunt in diſtributionibus ex ratione, quod alias privilegium inutile remaneret, tamen hoc dicunt in terminis fortioribus, quando nempe privilegium abſentiæ ſolum expreſſit *fructus*; in caſu autem iſto privilegium continet ultra illos etiam *emolumenta quæcunque*, & ſic prædictæ doctrinæ bene allegantur, & applicantur ad interpretandam mentem concedentis, quod multo fortius ſub mentione dictorum *emolumentorum* voluerit intelligere de diſtributionibus, ſtante hac circumſtantia, quod major pars redituum Canonicalium in eis conſiſtit, eo quia privilegium, alias intellectum, eſſet fere inutile, quia modicum,

& nihil fructuum videntur æquiparari *l. ſi oleum §.*
*finali, & l. ſequen. ff. de dolo, l. in rebus §. poſſunt ff.*
*commodat. cap. proponente, ubi gloſſ. de reſcriptis.*
Et rurſus, quia niſi verba prædicta *emolumenta*
18 *quæcunque* importarent diſtributiones, eſſent omni-
no ſuperflua, & quidem ſuperfluitate eſſentiali,
quæ redderet inane, & defectuoſum ipſum Privile-
gium, cum enim jam ſatis Pontifex ſe explicaverit
circa fructus, quoties voluit ſupraddere ultra illos,
etiam *emolumenta quæcunque*, inde aſſequimur vo-
luiſſe aliquid aliud dare Canonicis abſentibus præ-
ter fructus, & ſic, niſi daremus operationem hu-
juſmodi verbis, eſſet gratiam Pontificiam recipere
dimidiatam, & truncam, quod in Jure abhorret
*cap. Quia circa de Privilegiis l. 3. de conſtit. Prin-*
*cip. l. quod vero ff. de legib. l. ſi quando Cod. de in*
*offic. Teſtam.* Unde in propoſito optime dixit Ho-
ſtien. *in d. cap. ad liberandam de Judæis ſub num. 9.*
quod nempe etiam in dubio melius eſt deſervire
verbis, quam aliud fantaſtice divinare, cumque ſe-
quitur Jo. de Anania *ibidem num. 13. verſic. Et in*
*dubio* Anch. *n.* 10.
Hinc non obſtat doctrina Caſtropal. *oper. moral.*
19 *num.* 2. in objecto allegati ſupra *n.* 8. ponentis pro
ſynonymis fructus, & quælibet alia emolumenta,
quando tamen non ſolum convincitur ex prædi-
ctis, ſed etiam ex ipſa auctoritate Gonzal. *ad re-*
*gul. Cancell. §. 7. proœmial. n.* 186. *& ſeqq.* quam
allegat ad probandam hanc ſuam concluſionem, qui
ſane Gonzal. nihil aliud firmat dicto loco, quam
appellatione fructuum, redituum, & proventuum
non venire diſtributiones. Imo n. 189. expreſſe te-
net appellatione ſimplici emolumentorum venire
diſtributiones *ex doctrina* Zabarell. *in Clem. 2. §. 1.*
*num. 15. de ætat. & qualit.* & ſic retorquetur con-
tra id, quod Caſtropal. excogitavit.
Dignoſcitur, dum quicquid ſit, ubi in Privile-
20 gio dictum fuiſſet, *& alia emolumenta*, quo caſu
illa dictio *alia* videretur referenda ad ſimilia fru-
ctibus præcedenter expreſſis, certum eſt, quod ubi
dictum fuit, *& emolumenta quæcunque* tunc virtute
hujuſmodi dictionis *quæcunque* privilegium porrigi-
tur, ne dum ad ſimilia, ſed etiam ad diverſa, &
diſſimilia ſuperius expreſſis, ut optime Barb. *dict.*
317. *n.* 17. ubi ait, quod licet dictio *alia* importet
ſimilia, tamen ſi adjungatur verbo *quæcunque*, tunc
extenditur effrenate etiam ad diverſa, & nullam pa-
titur reſtrictionem, & firmavit Rot. coram Coccin.
*deciſ.* 1680. *n.* 25. *& ſeqq.* fortius vero in præſenti,
ubi ſine illa dictione *alia* ſolum expreſſa fuerunt,
*& emolumenta quæcunque* ultra fructus, mediante illa
dictione – *&* – quæ ſtat ampliative ad præceden-
tia *l. ea tamen ff. de legat.* 3. Anchar. *conſil.* 154. *n.*
5. Signor. *conſ.* 181. *num.* 10. *verſic. Præterea* Alex.
*conſ.* 87. *n.* 12. *lib.* 6. Ceved. *ſingul.* 50. *n.* 12.
Et in terminis fortioribus, ubi dictum fuit *qui-*
21 *buſcunque reditibus* appellatione iſtorum verborum
diſtributiones comprehendantur, pro indubitato fir-
marunt Guttier. *d. conſ.* 8. *num.* 4. *& ſeqq.* Mandoſ.
*conſil.* 15. *n.* 7. Gratian. *diſcep.* 166. *n.* 26. multo ma-
gis igitur quando dictum fuit *emolumenta quæcun-*
*que*, cum nomen *emolumentorum* magis late pa-
teat, quam vocabulum *redituum*, cum primum ſit
generaliſſimum exprimens omnem utilitatem ex re
provenientem, ut ex Boer. *deciſ.* 224. *n.* 6. *&* Gut-
tier. *d. conſ.* 8. *n.* 4. *in fine*, In ſpecie obſervat Gon-
zal. *d. §.* 7. *proœmial. n.* 189. Tondut. *de penſion. qu.*
42. *n.* 15. *& ſeqq.* Gratian. *diſcept.* 283. *n.* 9.
Secundo ultra tenorem verborum vere, proprie,
& ſtrictæ importantium *diſtributiones*, concurrunt
etiam alia ſignificantia *intereſſentiam*, dum fuit ad-
ditum in privilegio ibi – *ac ſi perſonaliter in ea-*
*dem Eccleſia reſiderent* – ad quod probandum opor-
tet reaſſumere quæſtionem ſuperius examinatam per
Canoniſtas in d. *cap. ad liberandam de Judæis.*
Caſus diſputatus per Hoſtien. & Joann. Andr. in
22 dicta decretali, eſt ſuper privilegio abſentiæ con-
ceſſo Cruce-ſignatis in hanc formam – *Indulgemus,*
*ut Beneficia ſua integre percipiant, ac ſi eſſent in*
*Eccleſiis reſidentes.*

Ad probandum ſub hoc privilegio venire etiam
diſtributiones, fundatur Hoſtien. in duplici moti-
vo. Primo ſuper verbo – *integre*, & notat Spe-
culator *in tit. de hæretic. in fine*, & ſecundo fun-
datur ſuper verbis – *In Eccleſiis reſidentes* – ſe-
cundum ipſum inferentibus intereſſentiam.
Per contrarium Jo. Andr. ſuſtinet partem nega-
tivam reſpondendo, quod verbum – *integre* – 23
non comprehendit diſtributiones, juxta Text. *in*
*cap. ſuper, de Magiſtr. & in cap. licet de præben.* &
bene explicat idem Joan. Andr. *in addit. ad ſpecu-*
*lat. tit. de Hæreticis in fine*; & reſpondendo et-
iam, quod ex reſidentia, non infertur ad intereſ-
ſentiam uti diverſam.
Ego in hoc articulo cenſeo, Joannem Andreæ
non bene evacuaſſe ſecundam rationem Hoſtien. 24
*ubi ſupra*, Etenim non impugnatur differentia, quæ
eſt inter reſidentiam, & intereſſentiam, ſed dici-
tur, quod talis differentia, & diſtinctio procedit
in ſimplici reſidentia, ſecus in reſidentia perſonali
in Eccleſia: quia plus eſt dicere reſidere in Eccle-
ſia, quam ſimpliciter reſidere, quoniam ſimplici-
ter reſidere etiam dicitur in loco Eccleſiæ, ut ait
Ceccoper. *lucubrat. Canon. lib.* 2. *n.* 171. Rub. *in an-*
*not. ad deciſ.* 576. *nu.* 139. *part.* 4. *tom.* 3. *rec.* ubi in
hoc ſenſu intelligit reſidentiam differre ab intereſ-
ſentia, ſcilicet reſidentiam in loco, ubi adeſt Ec-
cleſia Beneficii, & comprobat Ventriglia *in prax.*
*part.* 1. *annot.* 19. §. 1. *n.* 2. Ideoque reſidentia coar-
ctata in ipſa Eccleſia importat præciſam corpora- 25
lem præſentiam in Eccleſia, & choro, qua ſup-
poſita, ſupponenda eſt etiam intereſſentia: quia
præſentia, & aſſiſtentia in choro debet intelligi
cum effectu, & operatione, non autem quod quis
dormiat in Eccleſia, aut nihil agat, ut bene exa-
minat Jo. de Anania *in d. cap. ad liberandam n.* 13.
cujus opinio placuit aliquibus ex Sac. Rotæ Audi-
toribus, teſte Caſſador. *d. deciſ. unica n. 1. verſ. co-*
*adjuvatur*, & facit etiam Antonell. *de loco legal.*
*lib. 1. cap.* 13. *n.* 37. Pignatell. *Conſult.* 4. *n.* 7. *verſic.*
*& quidem tom.* 7. ubi unam vocat reſidentiam ma-
terialem, aliam vero formalem.
Et licet poſſint dari caſus, quod quis reſideat in
Eccleſia, & non interſit Divinis in choro, qualis 26
inter alios eſſet, quando Canonicus privatam Miſ-
ſam celebraret tempore Divinorum, quo caſu non
dicitur intereſſe, nec gaudere valet diſtributioni-
bus quotidianis, ut late ut Garz. *de benef. part.* 3.
*cap.* 2. *ex num.* 396. Barb. *de Canonic. cap.* 25. *in fi-*
*ne, & in ſumma Apoſtolic. deciſ. collect.* 258. *n.* 36.
Ventrigl. *in prax. part. 1. d. annotat.* 19. §. 1. *num.* 8.
& generaliter Caſſador. dicta *deciſ. unica nu. 2. de*
*Cleric. non reſident.* nihilominus caſus inſoliti, &
rari non videntur habendi in conſideratione ad
deſtructionem regulæ, quæ eſt, ut reſidentia per-
ſonalis in Eccleſia ſit cum effectu intelligenda de
formali, non autem materiali, nempe mediante
intereſſentia in choro tempore Divinorum.
Quibus ſtantibus pro concordia utriuſque opi- 27
nionis Hoſtien. & Jo. Andr. diſtinguendos puto duos
caſus quod nempe, aut privilegium habet verba
capacia includendi diſtributiones in ſuo ſignificatu,
& tunc reſidentia in Eccleſia importet etiam inter-
eſſentiam, & in hoc procedat opinio Hoſtien. qui,
ut legi poteſt, ſe fundare videtur in illo verbo –
*Integre* – credendo, quod illud comprehendat et-
iam diſtributiones, itaut hoc modo videretur con-
currere capacitas verborum privilegii pro earum
comprehenſione, juxta caſum ſuperius diſtinctum
*num.* 13. Aut vero non concurrit talis capacitas ver-
borum, ſed potius reſtrictio, ut eſt, quando pri-
vilegium facit mentionem de fructibus *Beneficii*,
vel de percipiendo ipſo beneficio, & tunc proce-
dat opinio Jo. Andr. ut reſidentia non inferat inter-
eſſentiam, & ideo, cum in privilegio conceſſo
Cruce-ſignatis non adeſſent verba capacia inclu-
dendi diſtributiones, dum verba – *integra percipiant*
*Beneficia ſua* – nunquam poſſunt inferre diſtribu-
tiones ex literali Text. *in d. cap. ſuper de Magiſtr. &*
*cap. licet de præben.* merito prævaluit opinio Jo. An-

dr. con-

Digitized by Google

dt. contra *Hoſtien.* uti verior in ſuo caſu, juxta allegatos ſupra *n.* 7.

Et ratio diſtinctionis eſt, quia, quando non
28 concurrunt verba capacia, ſed potius reſtricta ad fructus, tunc oportet, quod intereſſentia explicetur per verba clara, infallibilia, & quæ concludant perneceſſe, cum tali caſu debeant extendere vocabulum *fructuum* ad impropria ſcilicet diſtributiones, & maxime, quia expreſſio intereſſentiæ importat diſtributiones tacite, & æquipollenter; ideoque illa debet eſſe clariſſima, ne alias detur tacitum taciti, & æquipollens æquipollentis; reſidentia autem in Eccleſia licet inferat intereſſentiam, tamen non infert perneceſſe, quia juxta prædicta *numer.* 26. poteſt dari caſus, quod quis reſideat in Eccleſia, & adhuc non interſit *l. non hoc C. unde legit. l. neque natales C. de probat. cap. inter præſentia eodem tit.* Barboſ. *Axiom.* 191. *n.* 2.

Quando vero concurrunt verba capacia ſignifi-
29 candi diſtributiones, tunc reſidentia in Eccleſia importat intereſſentiam, quia cum tali caſu non debeat extendere privilegium, ſed potius famulari verbis præcedentibus, idcirco recipit benignam interpretationem, & intelligenda venit in tota latitudine ſignificatus magis frequentis, & ſoliti, ac regularis, nempe de reſidentia cum effectu, quæ idem eſt, ac intereſſentia, ex allegatis *num.* 65. & in puncto, quod pari ſenſu accipiatur reſidentia in Eccleſia, ac intereſſentia Divinis, firmat Ceccoper. *lucubrat. Can. lib.* 2. *n.* 171. *verſic. Communius*, ubi quod Doctores communius nullum diſcrimen ponunt inter intereſſe, & reſidere, Volpell. *in prax. Judic. cap.* 13. *n.* 1. & concordat Panimoll. *deciſ.* 130. *n.* 12. *&* 14. Garz. *de benefic. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 89. Gonzal. *in cap. relatum n.* 4. *de Cler. non reſidentibus.*

Applicando ad rem, nos habemus in privilegio
30 verba capaciſſima includendi diſtributiones ex ſupra deductis *numer.* 15. 16. *& ſeqq.* ideo reſidentia in Eccleſia poſtmodum expreſſa, debet intelligi cum effectu, ſcilicet de intereſſentia, juxta ſententiam Hoſtien. & Jo. de Anania *ubi ſupra* præſertim juncto illo verbo – *perſonaliter in Eccleſia reſiderent* – quod perſonalem aſſiſtentiam in Eccleſia, & choro magis enixe deſignat, ut plene Gonzal. *ad regul.* 8. *Gloſſ.* 43. *n.* 23. neque veriſimile eſt, quod Summus Pontifex appellatione reſidentiæ perſonalis in Eccleſia voluerit habere in mente inutilem corporalem præſentiam Canonicorum in Eccleſia, aut dormientium, & nihil agentium, aut applicatorum celebrationi Miſſæ privatæ, aut alterius ſimilis functionis accidentalis, quando talem reſidentiam expreſſit proportionate ad indulgendum Canonicis – *fructus Canonicatuum, & emolumenta quæcunque*, & tamen omnia, & quæcunque emolumenta non acquiruntur, niſi ſupponamus intereſſentiam in choro.

Ex his evitatur reſolutio Sac. Rotæ – *in Oxo-*
31 *men. fructuum* apud Caſſador. *d. deciſ. unica de Cleric. non reſident.*; quia debet intelligi juxta caſum Canoniſtarum in *d. cap. ad liberandam*, quando ſcilicet non concurrunt verba capacia comprehendendi diſtributiones, ex proxime explicatis *nu.* 27. *&* 28. & patet manifeſte ex caſu deciſo in eadem *Oxomen.* ubi ſupponebatur, quod Prior Eccleſiæ Oxomen. haberet Indultum – *de percipiendis fructibus, qui reſidentibus in Eccleſia dantur, vel totum quod quis perciperet in Eccleſia reſidendo.* Etenim nomen *fructuum* non includit diſtributiones, nec minus generalitas eorum verborum – *totum quod quis perciperet in Eccleſia reſidendo* – quia intelligitur de toto eo, quod debetur ratione reſidentiæ, & ſic de ſolis fructibus ratione ejuſdem reſidentiæ debitis, non autem de aliis emolumentis, advertendo quod tota virtus privilegii in eo caſu pendebat ex illo verbo – *reſidendo in Eccleſia* – ſuper quo tantum in Rota fuit dubitatum, non ſuper aliis verbis, quæ non aderant capacia includendi diſtributiones, proinde juſtiſſime S. Rota ex verbo – *reſidere in Eccleſia* – noluit extendere Indultum,

cum reſidentia etiam expreſſa in Eccleſia non concludat perneceſſe intereſſentiam, *ex dictis num.* 26. prout ita debet concludere, quando non præcedunt verba capacia, cum agatur de extendendo privilegium ſtricte interpretandum ex firmatis *nu.* 27. addita etiam circumſtantia, quod Prioratus Eccleſiæ Oxomen. habebat fructus ſufficientes abſque diſtributionibus, ut in caſu autem noſtro omnes fere reditus Canonicales in diſtributionibus conſiſtunt, ut dixi *n.* 17.

Solvitur etiam objectum ſuper mente Papæ, & privilegiatorum concedendi, & obtinendi reſpective vacantiam ad limites Concilii Tridentini, cum ex lectura pateat Concilium fuiſſe conſideratum pro deſignando tempore ipſius vacantiæ, ſed circa gratiam gaudendi fructibus, & aliis emolumentis tempore vacantiæ operatur lex particularis privilegii, quæ eſt unice attendenda, non autem Concilii, *cap. porro, & cap. recipiendus de privileg. & in ſpecie* Panimoll. *deciſ.* 20. *annot.* 3. *n.* 25.

Sic etiam, quæ dicta ſunt de reſtrictione privi-
legii neceſſario facienda, ne alias cultui Divini 32
præjudicium inferatur, nihil urget, quando conſtat de mente Papæ deducta ex verbis ſimpliciſſimis concedendi etiam diſtributiones, maxime ſtante circumſtantia, quod alias privilegium parum, aut nihil utilitatis Capitulo præberet, ut conſideravi *numer.* 17.

Firmato, quod diſtributiones comprehendantur ſub Indulto, remanet difficultas ſuper illis diſtributionibus, quæ non conſiſtunt in pecunia, ſed in victualibus, nempe pane, & vino, & ſimilibus rebus, nec non ſuper emolumentis, quæ proveniunt ex anniverſariis, ſeu funeralibus, quæ duo non venire in Indulto etiam mentione faciente de diſtributionibus, firmant communiter allegati *numer.* 10.

Quantum ad primum ſuper victualibus, credo non eſſe opus diſputare, cum in hac Eccleſia non diſtribuantur panes, neque vinum quotidie; quo vero ad ſecundum, ſeu mortuaria invenio diſtinctio-
nem, quod aut cerei, ſeu candelæ in anniverſariis, 33
& funeribus dantur ad manus ſingulorum, & tunc Canonici legitime abſentes eas percipere non debent. Aut vero eleemoſynæ dantur inſeparate Camerario, ſeu alteri Capitulum repræſentanti, & tunc eas lucrari valent, ut ex Lara, & Riccio diſtinguendo firmat Ceccoper. *lucubrat. Canonic. lib.* 2. *n.* 169. *verſic. cui poſtrema* ubi ulterius idem procedere exiſtimat in cereis, ſeu pecunia legata Canonicis præſentibus in choro Officiis celebrandis, & Sanchez *conſ. moral. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 105.

Addatur in corroborationem, quod contrarii
Doctores negantes abſentibus Privilegiatis iſta emo- 34
lumenta anniverſariorum, ſupponunt in privilegio contineri diſtributiones, ut ex citatis – *in nu.* 10. In caſu autem noſtro non adeſt talis reſtrictio ad diſtributiones, ſed privilegium eſt generale – *pro emolumentis quibuſcunque*, quorum appellatione omnia includuntur, nullis exceptis, juxta allegatos *num.* 21.

His nihilominus minime relevantibus ſentio,
emolumenta funeralium non venire in hoc privi- 35
legio; nam ultra quod competunt vigore particularis legati, & non ex Beneficio; quando tamen in privilegio exprimuntur *fructus, & emolumenta quæcunque Canonicatuum, Præbendarum*, ut optime tradit *Bonaccin. de hor. Canonic. diſp.* 2. *quæſt.* 7. *punct.* 4. *num.* 3. *in fine, & nu.* 4. urget reſponſio, quod hujuſmodi anniverſaria proprie ſunt debita iis tantum, qui pro redemptione animarum fuſis precibus Divinam opem implorant, nec proinde cadunt ſub privilegio abſentiæ, niſi aliter in eo expreſſum reperiatur, ut ait Rota *deciſ.* 59. *num.* 7. *part.* 7. *Rec.* De Luc. ad Ventrigl. *in prax. part.* 1. *annot.* 19. §. 2. *num.* 4. Monet. *de diſtribut. part.* 2. *cap.* 14. *num.* 22. Panimoll. *deciſ.* 2. *annot.* 3. *nu.* 72. 63. *&* 74.

Huic diſceptationi ſubſcripſerunt inſignes, & 36
primarii Urbis Advocati DD. Philippus Sacri-

pantes Sac. Conſiſtoriales Aulæ, & Carolus de Ferrariis, nec non præſtantiſſimi ejuſdem Urbis Cauſidici, ſeu Cauſarum Patroni, Dominicus Ghelſus & Vitus Angelus Cavalleri.

## TURRITANA ELEEMOSYNARUM SEU LEGATORUM.

### PRO

Syndico Apoſtolico Conventus S. Petri de Syrchis Ordinis Minorum de Obſervantia.

### CUM

Archidiacono Eccleſiæ Turritanæ.

### ARGUMENTUM.

**Plene examinantur, An Fratres Minores de Obſervantia ſint capaces legatorum perpetuorum cum onere Miſſarum, nec non aliorum pro oleo lampadis, & pro ſindonibus infirmorum.**

### *SUMMARIUM.*

1 *Series facti exponitur.*
2 *Fratres Minores de Obſervantia ſunt capaces legati perpetui relicti pro oleo lampadis.*
3 *Nec non pro relicto pro ſindonibus infirmorum.*
4 *Legata Minoribus de Obſervantia, cum onere Miſſarum perpetuo relicta ſunt adimplenda per hæredem, etiamſi Fratres ſint incapaces.*
5 *An autem hæredes teneantur Miſſas celebrari facere ab eiſdem Fratribus vide nu. 6. uſque ad n. 11. & 12.*
13 *Quando legata ſunt facta modo illicito favore Fratrum prædictorum corruunt in totum, & quando id procedat, & quo caſu vide n. 14. 15. uſque ad n. 19.*
20 *Quando Teſtator hæredem reliquit animam ſuam, & fecit Epiſcopum executorem, iſte ſuccedit loco hæredis univerſalis.*
21 *Licet Fratres non ſint capaces petendi legata perpetua per modum actionis judicialiter, non ſunt tamen incapaces ea recipiendi per modum eleemoſynæ ab hærede defuncti, licet iſte hæres fuerit coactus ex officio per Judicem vel ad inſtantiam alicujus de populo, vel Syndici vide n. 22. & 23.*
24 *Hæres tenetur Fratribus committere celebrationem Miſſarum, ut adimpleatur mens Teſtatoris, & poteſt adſtringi ad hoc per Judicem, & vide n. 25. 26. 27. & 28.*
29 *Fratres non dicuntur certi de victu, nec violant paupertatem, recipiendo eleemoſynas perpetuas moraliter certas, & civiliter incertas.*
30 *Nec etiam eleemoſyna dicitur certa moraliter, quando pendet ab arbitrio Judicis eam tollere, vel dependet ex aliis caſibus vide n. 31. & 32.*
33 *De duobus operibus piis a Teſtatore ordinatis prius adimpleri debet, quod Teſtator primo loco adimpleri voluit, 34. Reſolutio Cauſæ, & excitatio novi motivi contra illam, & n. 35.*
36 *Deciſiones S. Rotæ in hac Cauſa, nec non diverſæ reſolutiones Sacrarum Congregationum, Statuta Fratrum Minorum, & Bullæ Apoſtolicæ, & alia ad materiam, de quibus ex n. 36. ad plur. ſeqq.*

## DISCEPTATIO II.

1 ANno 1645. Petrus Moros de Molinos nobilis Turritanus in ſuo noviſſimo teſtamento inſtituit ſeptem perpetua legata pia infraſcripti tenoris.

Primum annuarum librarum 25. quas ordinavit, ut ejus hæredes quotannis expenderent pro exequiis ſive anniverſariis Teſtatoris, nempe libr. 15. pro duobus cereis, tres libras pro ſex candelis, tres libras pro una Miſſa ſolemni, & reliquas quatuor libras pro Miſſis ſexdecim expreſſe diſponendo, quod iſtæ Miſſæ celebrari deberent per Fratres Minores S. Franciſci Conventus S. Petri de Syrchis in Altari Majori Capellæ de Jurepatronatus Teſtatoris, in quo voluit accendi candelas, ibi — *Et totum hoc in mea Capella majori, & ſuper lapidem ſepulchri mei*; & denique dubitando de fide hæredum ad cautelam aſſignari mandavit cenſum librarum 25. pro adimplendo hujuſmodi legato, ibi — *ut legatum iſtud ſit ſecurum, & in nullo tempore effectuare deſinant*.

Secundum librarum 40. anouarum pro oleo lampadis, quæ ardere deberet die, & nocte in perpetuum in Capella de Jurepatronatus Teſtatoris coram Sanctiſſimo Sacramento, obligando hæredem ad ſolvendum hoc legatum ex bonis, & domo ejuſdem Teſtatoris.

Tertium annuarum lib. 112. pro Miſſa quotidiana, quam voluit dici per eoſdem Fratres Minores in Altari privilegiato, illiſque juſſit dari eleemoſynam pro mercede laboris, ibi — *Et eleemoſyna uniuſcujuſque Miſſæ ſit ſex ſolidorum* — gravando ad hunc effectum bona ſua, & præcipue domum, in qua Teſtator habitabat.

Quartum librarum 300. de capitali ſtatim inveſtiendo cujus ſimplex reditus relictus fuit dicto Conventui ſub expreſſo titulo eleemoſynæ pro emendis ſindonibus ad uſum Religioſorum infirmorum ejuſdem Conventus cum obligatione orandi Deum pro anima Teſtatoris, & majorum ſuorum.

Quiotum librarum 500. de capitali, cujus fructus legati fuerunt Fratribus prædictis ſub titulo eleemoſynæ pro celebratione trium Miſſarum qualibet hebdomada pro anima ſororis Teſtatoris, ibi — *Et fructus dictarum 500. librarum ſerviant dicto Conventui cum obligatione celebrandi tres Miſſas perpetuas &c. & hanc eleemoſynam annotari per dictum Syndicum*.

Sextum annuarum librarum 28. pro celebratione duarum Miſſarum in perpetuum facienda per eoſdem Fratres ad formam legati relicti per matrem Teſtatoris, qui pro hac præſtatione gravavit ſua bona, ibi — *Jubeo ſuper bona mea ſolvi debere libras 28. ſingulis annis*.

Septimum denique annuarum librarum 12. pro adimplemento legati unius Miſſæ in qualibet hebdomada ordinatæ per patrem Teſtatoris, qui licet expreſſerit dictum ſuum patrem reliquiſſe Fratribus capitale libr. 150. tamen ipſe voluit ſolvi ſimplicem fructum librarum 12. ex ſuis bonis, ibi — *Per meum hæredem ſolvantur eis in perpetuum libra 12. ſingulis annis ex meis bonis*.

Solutis autem, & ſatisfactis hujuſmodi legatis, in reliquis omnibus ſuis bonis idem Teſtator inſtituit hæredes filios, ſi eos ſuſcepiſſet, eiſque non ſuſceptis, Deum, & animam ſuam ſub conditione, quod de illis erigeretur in Cathedrali Eccleſia Turritana Archidiaconatus tertia Dignitas cum dote annuarum librarum mille, & ex reliquis bonis, quæ ſuperfuiſſent, tot in eadem Eccleſia Canonicatus.

Mortuo teſtatore ſine filiis, erectus fuit Archidiaconatus, & ad ipſum inſtitutus Didacus Moros germanus frater Teſtatoris, qui poſſeſſionem omnium illius bonorum adeptus fuit, & quandiu vixit, ſemper pacifice ſolvit prædicta legata Fratribus Minoribus.

Verum defuncto Didaco, & proviſo de Archidiaconatu Carolo de Cappadoro, iſte prætextu incapacitatis Fratrum recuſavit illis continuare ſolitam eleemoſynam annualem in dictis legatis relictam, & introducta Cauſa in Sac. Congregatione Epiſcoporum, & Regularium, proponente Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo D. Cardinali Portocarreto ſub die 3. Auguſti 1674. utraque Parte informante reſcriptum fuit — *Dandas eſſe declarationes ſæpe alias factas, videlicet Fratres Minores de Obſervantia non poſſe poſſidere cenſus, & bona ſtabilia, poſſe tamen recipere per viam eleemoſynæ quicquid eis traditur pro celebratione Miſſarum, & anniverſariorum; proinde cenſus eſſe committendum, prout commiſit Archiepiſcopo Turritano, ut ad limites prædictæ declarationis in Cauſa procedat* — quod Decretum con-

confirmatum fuit per Breve ſan. mem. Clementis X.

Ad formam hujus Decreti, inſtante Syndico Apoſtolico Conventus tanquam uno de populo, Archiepiſcopus Turritanus pronunciavit Breve eſſe exequendum, & pro effectu executionis mandavit libere ſolvi dicto Syndico Apoſtolico legata pro oleo lampadis, & pro linteaminibus infirmorum, alia vero pro anniverſariis, & Miſſis in manibus tertii ad effectum diſponendi de illis prout de Jure, & ſequeſtrari fecit domum ad Archidiaconum prædictum ſpectantem, ut illius fructus deponerentur ad effectum ibi – *ut ipſemet Epiſcopus tanquam merus executor annuas præſtationes dictorum legatorum applicare poſſet non ſolum dictis Fratribus, ſed etiam illis, quibus dicto Epiſcopo melius viſum fuerit.*

Reclamante autem Archidiacono ad eandem Sacram Congregationem Epiſcoporum, & Regularium, & propoſita Cauſa ſub die 5. Decembris 1694. reſcriptum fuit – ad Rotam pro Voto; Unde concordatum, & ſub die 10. Januarii 1695. propoſitum fuit infraſcriptum dubium.

*An, & quæ legata debeantur, ſive quæ ſecundum voluntatem Teſtatoris ſint adimplenda in caſu &c.*

Et, partibus hinc inde acerrime informantibus, reſolutum fuit – *Legata deberi, & eſſe adimplenda juxta modum* – ut in deciſione emanata ſub dicta die 10. Januarii.

Repropoſita Cauſa ſub die prima Julii 1695. *dilata* fuit reſolutio, & dictum quod – *videant omnes* – reaſſumpta autem diſputatione ultimo loco ſub die 6. Aprilis 1696. ſcribens ego pro perſiſtentia in deciſis favore Fratrum Minorum de Obſervantia, ita diſcurrebam.

Tres ſunt ſpecies legatorum, de quibus agitur. Prima pro oleo lampadis, ſecunda pro linteaminibus infirmorum, & tertia pro anniverſariis, & Miſſis; Ideo diſtincte procedendo,

Quantum ad primam ſpeciem certiſſimum eſt, legatum pro oleo lampadis deberi, & eſſe adim-
2 plendum, ut plene firmat deciſio Cauſæ in §. *Deberi cum auctoritatibus ibi allegatis*, quibus adduntur in puncto hujus legati, Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annot.* 28. §. 2. *n.* 17. Marant. *tom.* 1. *reſponſ.* 41. *n.* 30. Sanchez *ad præcept. Decalog. tom.* 2. *cap.* 26. *num.* 41. & 42. Rodriquez *tom.* 2. *quæſt. Regular. quæſt.* 126. *art.* 5. Portell. *in dub. Regular. verb. Legatum ſub n.* 3. Cucch. *Inſtit. Canonic. lib.* 3. *tit.* 1. *n.* 36. *cum ſeqq.* Barb. *de Jur. Eccl. lib.* 3. *cap.* 27. *n.* 76. a S. Ubald. *in quolibet*, *Regul. quodlibet* 11. *n.* 1117.

Quantum ad ſecundam pariter certiſſimum eſt, deberi legatum pro ſindonibus infirmorum, cum hoc non pertineat ad alimoniam, ſeu neceſſariam ſuſtentationem Fratrum, ſed ad ſublevamen, & majorem quandam eorum curam, nec ſcilicet deficientibus ſupellectibilibus neceſſariis, quæ non
3 ſemper haberi poſſunt ex largitionibus fidelium hujuſmodi infirmi miſere pereant, ut firmat eadem Cauſæ deciſio in §. *Simili modo*, & præter ibi citatos dicunt communiter Portell. *in dubiis Regular. in verb. Legatum num.* 7. Lezana *in ſumm. quæſt. Regular. in verb. Legata Regularibus relicta num.* 6. Rodriq. *in reſol. quæſt. Regular. reſol.* 88. *numer.* 19. *verſ. quod autem* a S. Ubald. *in quodlibet Regular. quodlibet* 11. *dub.* 10. *n.* 1105. *verſ. & poteſt.* Rota coram Cerro *deciſ.* 319. *n.* 5. & 6.

Et ſæpiſſime reſolvit Sac. Congregatio Concilii in tribus reſolutionibus. Prima de anno 1602. teſte Nicolio *in Floſculis in verb. Legatum num.* 4. Secunda in *una Romana donationis de anno* 1663. *impreſſ. apud Lamuſch. in theatr. Regular. in verb. Legatum n.* 4. & tertia *in Romana Legati* 2. *Decembris* 1673. impreſſa in fine diſceptationis *num.* 148.

Quantum denique ad tertiam ſpeciem legatorum pro anniverſariis, & Miſſis advertendum eſt, quod dubium, de quo agitur, cantat hoc modo – *An legata ſecundum voluntatem Teſtatoris ſint adim-*
4 *plenda* – Et in hoc articulo cum agatur de legatis cum onere Miſſarum, procul dubio illa ſunt adimplenda ex parte hæredis abſolute, & indiſtincte, tam ſi Fratres ſint capaces hujuſmodi legatorum, quam etiamſi ex erroneo ſuppoſito eſſent incapaces, cum ſemper Miſſæ ſint celebrandæ, & adimplenda mens Teſtatoris, ne anima illius debitis ſuffragiis defraudetur, ut bene firmat eadem deciſio in §. *ſed cum nihilominus per* Text. *in l. hæredes in fine ff. de petit. hæredit.* & in terminis terminantibus, Marant. *tom.* 1. *reſponſ.* 41. *num.* 83. & 84. & *num.* 111. *cum ſeqq.* conſulens ad Frideric. de Sen. *conſ.* 12. *circa finem verſ. ſecus in hærede*, Hier. Rodriquez *in reſol. quæſt. Regul. reſol.* 88. *n.* 19. Silveſtr. *in ſumm. verb. Legatum* 1. *num.* 4. Amoſtaz. *de cauſ. piis lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 74. Paſqual. *de ſacrific. Miſſ. quæſt.* 1091. *n.* 1.

Non obſtat primum objectum, quod nempe legata ſint quidem adimplenda, ſed non favore Fratrum ſecundum voluntatem Teſtatoris, eo quia
ipſi ſunt incapaces hujuſmodi annuorum legato- 5
rum per modum aſſignationis perpetuæ, per Text. *in Clem. exivi de verb. ſignific.* &, ſtante incapacitate, hæres, vel executor non teneatur Miſſas celebrari facere per Fratres, ſed poſſit committere celebrationem aliis Sacerdotibus, ejuſque aſſignare ſtipendium legatum.

Procederet enim objectum, ubi Fratres eſſent incapaces totaliter, & per quemcunque modum recipiendi hujuſmodi legata, quod omnino eſt falſum, quia eorum incapacitas ſola eſt, ne poſſint habere annua legata per modum aſſignationis perpetuæ, ſcilicet tanquam ſibi debita in perpetuum civiliter, ſeu vigore actionis ex teſtamento; ſecus vero, quando, ſecluſa omni obligatione, & actione civili, volunt recipere per modum puræ, & ſimplicis eleemoſynæ in ſtipendium celebrationis Miſſarum facta prius proteſtatione tradita per D. Bonavent. *in apolog. pauper* infra numer. 175. & n. 128. quod *non intendunt conſequi aliquod Jus vigore legati, ſed illi renunciant, & totum recipiunt per modum eleemoſynæ manualis*. In his enim terminis ſalvatur puritas Seraphici Inſtituti, & Fratres ſunt omnino capaces recipiendi hujuſmodi eleemoſynas legatas, cum nihil Juris apud ipſos maneat, ſed totum ſit penes hæredem, ut egregie firmat noſtra deciſio in §. *Poterunt cum ſeq.* & ad illuſtrandam veritatem hujus infallibilis concluſionis, eam probamus authoritatibus, Capitulis Generalibus Ordinis, Reſolutionibus Sacrarum Congregationum, Conſtitutionibus Summorum Pontificum, univerſali totius Religionis conſuetudine, ac demum ratione manifeſta.

Authoritatibus, quia univerſa ſcribentium ſcho- 6
la communiter aſſerit, Fratres Minores ſolum in allegata Clementina *exivi* eſſe prohibitos poſſidere legata Jure actionis, & tanquam ſibi debita civiliter ex Teſtamento, non autem ea recipere manualiter per viam eleemoſynæ quolibet anno in ſtipendium celebrationis Miſſarum, ita Petr. de Palud. *in Epiſtol. ad Magiſtr. Ordinis* relatus per Silveſtr. *in ſum. in verb. Legatum* 2. *quæſt.* 4. ibi – *Sicut non eſt contra Ordinem noſtrum, immo de Ordine recipere eleemoſynas perpetuas, ita etiam anniverſaria perpetua &c. neque hoc eſt habere reditus &c. petendo extra Judicium, ſed petere illa in Judicio tanquam reditus ſit debitus non licet*, & relato Petr. de Palud. & Silv. Emmanuel Rodriq. omnium latius, & melius *qu. Regular. tom.* 2. *quæſt.* 127. *art.* 4. §. *Tertium*, & §. *Neque argumentum* D. Bonaventura *in Apologetic. tom.* 2. *opuſculorum quæſt.* 9. *fol.* 431. Cujus omnia verba plenius dantur in fine diſceptationis n. 28. ibi – *Nunquid certos reditus habere dicendi ſumus, cum non ex Jure, ſed ex gratia talem eleemoſynam recipiam* – Hier. Rodriquez *in reſol. quæſt. Regular. reſol.* 88. *n.* 19. Tabien. *in ſumm. in verb. Legatum* 2. *num.* 5. Angel. *in verb. Legatum* 1. *num.* 5. Ribadeneira *de Inſtit. Societ. Jeſu cap.* 13. *ſol.* 191. Anton. Cucch. *Inſtit. major. tit.* 1. *n.* 36. & *ſeqq. lib.* 3. Villalob. *in ſumm. par.* 2. *tract.* 35. *diffic.* 33. *numer.* 5. Royas *de incompatibil. lib.* 7. *cap.* 5. *ex numer.* 41. Pellizzar. *in manual. tract.* 4.

*cap.* 2. *ſect.* 2. *num.* 95. Suarez *de Relig. tom.* 4. *lib.* 4. *cap.* 9. *verſ. neque lit. E.* Lara *in l. ſi quis a liberis §. Verum n.* 74. *ff. de liber. agnoſcen.* Portell. *in dub. regul. verb. Legatum in addit. n.* 20. *verſ. de modo autem*, D. Antonin. *part.* 3. *tit.* 18. *cap.* 1. §. 12. Texeda *in Theolog. moral. tom.* 1. *lib.* 2. *tract.* 2. *dub.* 4. *controv.* 17. *numer.* 21. A Spirito Sancto *tract.* 3. *diſput.* 4. *num.* 42. & 43. Thomas a Jeſu *in tractat. de paupert. Religioſ. part.* 5. *capit.* 1. *verſ. poſſunt præterea*, Cyrillus *Rub. de morientium eleemoſyn. art.* 1. §. 23. *num.* 25. & *a fol.* 548. a S. Ubald. *in quodlibet. Regular. quodlibet* 11. *dub.* 11. *n.* 11. 20., & 1124. Dian. *tract.* 1. *reſol.* 234. *num.* 1. Torrecilla *Oper. moral. tom.* 1. *in formul. Teſtam. n.* 89. & *ſeqq. fol.* 739. & eruditiſſime Didacus de Cæa *in allegat. pro ſuſtinen. fundat. Convent. Victoria* approbata per Sac. Congregationem Concilii, *de qua infra n.* 67. & *ſeqq.* ibi – *Soli namque annui reditus cum titulo ad colligendum actione dicta Clementina prohibentur* – & *n.* 12. ibi – *Fratres Minores annua legata, & anniverſaria, etiam perpetua admittere poſſe, dummodo nulla inde obligatio civilis oriatur, quia ea ſola eorum ſtatui mendicitatique repugnat* – & infra ibi – *Legata perpetua, & anniverſaria licite recipimus, cum ſub ratione eleemoſynæ &c. citra omnem civilem actionem nobis offeruntur*, & *n.* 20. ibi – *Clementina exivi §. Cumque annui reditus juxta verum, & germanum ſenſum illi tantummodo cenſentur Fratribus prohibiti, qui &c. per civilem actionem in Judicio exigi poſſent, non autem cum neque in minoribus Jus, & actio ad petendum, nec in Teſtatoribus eorumque heredibus alia, quam fidelitatis, & conſcientiæ obligatio reperitur* – & plene in pluribus aliis locis, quæ allegatio eſt impreſſa in *libr. Pontific. Conſtit. Ordin. recollect. per P. Joannem de Neapoli*, & fuit io ſpecie approbata etiam per Breve S. M. Urbani VIII. infra *n.* 62. *in fine*.

Capitulis Generalibus Ordinis, nempe in Toletano celebrato de anno 1504. *Caſ.* 3. *tit. de Legat. piis* in Burgenſi de anno 1523. in Aſſiſien. de anno 1526. in Barchionen. de anno 1541. in Segobien. de anno 1611. ut præciſa verba Capitulorum referen-
7 do, tradit Didacus de Cæa *in dicta allegat. n.* 68. & *ſeqq.* & in aliis duobus Capitulis Romæ celebratis *de annis* 1063., & 1628. relat. *in Hiſtor. Ord. Seraphic. tom.* 4. *fol.* 13. in quibus omnibus habetur, Fratres teneri emittere proteſtationem hæredi, quod *non intendunt habere Jus vigore legati*, & quod facta proteſtatione ſunt capaces recipiendi per modum eleemoſynæ quicquid ipſis offertur.

Reſolutionibus Sacrarum Congregationum, quæ numerantur uſque ad ſeptem; prima ſcilicet Sacr.
8 Congregationis Epiſcoporum, & Regularium de anno 1598. *impreſſ. in d. lib. Pontific. Conſtitut. recollect. per P. Joannem de Neapol. fol.* 190. & 191. Secunda Sac. Congregationis Concilii de anno 1635., quæ approbavit fundationem Conventus Victoriæ factam ex annuis legatis perpetuis cum onere Miſſarum *impreſſ. in d. lib. Pontific. Conſtitut. fol.* 178. ibi – *Victoria fundationem, legataque perpetua per modum eleemoſynæ obtinere S. Patris Franciſci Regulæ puritati ullatenus adverſari*. Tertia in una Lucana noviſſime de anno 1677. Quarta, & quinta Sac. Congregationis Fabricæ de anno 1639. & 1640. ibi – *Declaravit, quod Fratres illius Civitatis per modum eleemoſynæ capaces erant quinque annuorum ſeutorum cum onere celebrandi* – & ſexta Sac. Congregationis præpoſitæ Conſultationibus Fratrum Minorum Ciſmontanæ Familiæ, apud Fagnan. *in cap. nimis prava n.* 49. *de exceſſib. Prælat. diſtinct.* 3. & 7. & ſeptima Sacræ Congregationis Epiſcoporum facta in hac noſtra Cauſa de anno 1674. cui inhæret res judicata io alia Cauſa Catacen., ut hæc omnia inferius habentur *ex n.* 13. *ad plur. ſeqq.* & *n.* 160. & ibi.

Conſtitutionibus Summorum Pontificum, nam Urbanus VIII. declaravit poſſe Conventum Aracelitanum habere legatum perpetuum per viam eleemoſynæ pro expenſis Capituli Generalis in Italia ce-
lebrandi dicendo, ibi – *Fratribus vero prædictis*, 9
*ut reditum hujuſmodi eleemoſynæ tantum nomine petere, & percipere &c. libere & licite reſpective poſſint, & valeant*, ut relatis verbis enarrat Didacus de Cæa *ubi ſupra numer.* 44. & ſimiliter item Urbanus approbavit fundationem Conventus Victoriæ factam ex annuis legatis, ut ſupra inhærendo dictæ reſolutioni Sac. Congregationis Concilii, cujus rei Bulla eſt impreſſa *in d. lib. Pontific. Conſtitut. fol.* 378. junctis aliis Conſtitutiooibus Summorum Pontificum relatis per Didacum de Cæa *ubi ſupra*, & io calce diſceptationis impreſſis, & vide oovum Breve ejuſdem Urbani infra *n.* 62. repertum poſt hanc Cauſam in Rota judicatam.

Coosuetudine univerſali totius Religionis, dum omnes fere Conventus, & Collegia Minoritarum, adjuvantur ex eleemoſynis legatorum perpetuorum
ſcilicet Conventus Aracælitanus in Urbe, Colle- 10
gium Salmanticenſe, Conventus Victoriæ, Provincia Angelorum, Luſitanorum Regnum, Ducum Albanorum Albæ ædificatus, Xenodochium Beneventi, Conventus de Pueble, & alii plures in Catalaunia, & demom in Hiſpania, Francia, & Germania, ut hæc omnia late recenſet, & probat Didacus de Cæa *ubi ſupra n.* 40. Pellizzar. *in Manual. tom.* 2. *tract.* 4. *cap.* 2. *ſect.* 2. *numer.* 42. *verſic. tum quia de facto* a S. Ubald. *in quodlibet regul. quolibet* 11. *dub.* 11. *num.* 2122. *verſic. ſecundo ex Conſuetudine*.

Ratione denique maoifeſta, quia legata perpetua non ſunt prohibita Minoribus ratione ſubſtantiæ, ſed ratione modi per Teſtatorem expreſſi, quod ſcilicet Jure actionis ex Teſtamento annuatim da-
ri debeant, ut notat Bartol. *in tract. Minorit. lib.* 11
2. *diſtinct.* 6. *cap.* 1. *num.* 33. Sorb. *in compend. Privileg. Mendic. in verb. Legata*, ubi Capuccin. *in adnot. §. Si vero*, Didacus de Cæa *ubi ſupra n.* 4. *verſic. Etenim* & ſola actio civilis eſt illa, quæ repugnat Regulæ Seraphicæ, dum ea ſolum mediante dicitur poſſideri annuus reditus, Didacus de Cæa *ubi ſupra num.* 12. ibi – *Ea ſola (ſcilicet obligatio civilis) eorum ſtatui mendicitatique repugnat* – & *n.* 8. ibi – *Ea ſolum immobiliter perpetuoque habere exiſtimamus, quæ, ut notat* Bart. *vel ea habemus, vel ad habendum fruimur actione civili* – iſte autem modus, ſeu actio civilis penitus tollitur, mediante ſupradicta proteſtatione, juxta quam Fratres declarant, *ſe nolle acquirere aliquod vigore legati*, & ſublato hoc modo per proteſtationem, legatum remanet in pura ſubſtantia, cujus ſubſtantiæ Fratres ſunt capaces per modum eleemoſynæ manualis, dum nihil Juris apud ipſos manet, ut in puncto Didacus de Cæa *ubi ſupra n.* 12. *in fine*, ibi – *Legata &c. ſublata obligatione civili, & facta per Minores proteſtatione* – &c. *annualium redituum naturam exeunt, & re ipſa eleemoſyna reputantur* – & *n.* 14. ibi – *dummodo nulla apud Patronos, & Fundatores aliaſque perſonas civilis obligatio permaneat, & Fratres nullum inde Jus ſibi comparent &c. quod facta proteſtatione conſtabit* – & *num.* 20. ibi – *Legata civili obligatione denudata eleemoſynæ naturam habeant, quæ Minores, licet perpetua ſint &c. facta proteſtatione poſſunt acceptare*.

Quibus omnibus contraponi non poſſunt auctoritates ex adverſo adductæ, quia Navarr. contra- 12
riæ opinioni anteſignanus reprobatus luculentiſſime per Emmanuel. Rodriq. *d. quæſt.* 127. *art.* 4. §. *Neque argumentum* prout etiam Azor. & Sanchez confutantur per Hieron. Rodriquez *dicta reſolut.* 88. *num.* 19. *verſic. quicquid* Azor. & Sanchez, ceteri vero nempe, Adden. ad Buratt. Merlin. & alii, noſtræ concluſioni minime adverſantur; dum ſolum loquuntur, quando Fratres vellent habere legatum per modum aſſignationis perpetuæ vigore actionis ex Teſtamento; ſecus quando per viam eleemoſynæ manualis facta prius proteſtatione oon acquirendi aliquod Jus, vigore legati, quem punctum contrarii noo examinant, & ſuper hoc Fratres habent pro ſe majorem numerum auctoritatum, & ultimam opinionem Sacrarum Congregationum

ab

ab anno 1598. uſque ad 1677. ut diximus ſupra
numer. 8. & aliorum Tribunalium ab anno 1612.
uſque ad 1693. ut inferius dicetur *num.* 26. & de-
nique tot Summorum Pontificum declarationes,
& univerſalem conſuetudinem omnium fere Con-
ventuum Religionis ex hactenus demonſtratis, &
præſertim reflectendo ad caſum noſtrum, ubi te-
ſtator voluit Miſſas celebrari per Fratres in Capel-
la de ſuo Jurepatronatus ſita in eorum Eccleſia; Un-
de iniquum videtur, quod hæres velit mittere alios
Sacerdotes ad celebrandum in aliena Eccleſia, il-
liſque dare eleemoſynam manualem, quando hu-
jus eleemoſynæ capaces ſunt ipſi Fratres, & ve-
niunt præferendi omnibus extraneis, tum ratione
præcepti Teſtatoris, tum ratione loci, in quo exi-
ſtunt, juxta Text. *in Can. quia Sacerdotes* 10. q.
1. Pignatell. *conſult. Canonic. tom.* 4. *conſultat.* 205.
*num.* 4. 6. *&* 39. Rota *in Placentina præenſa Col-
legialitatis* 20. *Junii* 1695. §. *Præcipue*, cor. R. P.
D. Scotto.

Non obſtat ſecundum objectum, quod omnia
ſupradicta locum habere non poſſint in caſu no-
13 ſtro, ubi legata videntur facta modo illicito, quo
caſu Fratres non poſſunt recipere etiam per viam
eleemoſynæ, eo quia ſiunt caduca in totum, &
Fratres ab eis arcentur per omnem modum.

Quia procedendo cum diſtinctione; Aut mo-
dus illicitus deduci prætenditur ex eo ſolum, quod
legata ſunt relicta, ut dentur annuatim vigore
actionis ex Teſtamento, & reſponſio patet ex præ-
dictis, quia ſcilicet iſte modus tollitur per prote-
ſtationem fieri ſolitam per Fratres, quæ ſpoliat le-
gata omni actione civili ad exigendum, & iſta ſic
14 ſpoliata non dicuntur nulla in totum, ſed adhuc
remanent valida, & firma in obligatione naturali
fidelitatis, & conſcientiæ, quam habet hæres de
adimplenda nihilominus voluntate defuncti, prout
jacet, hoc eſt de faciendo celebrari Miſſas per Fra-
tres legatarios, in puncto Marant. *reſponſ.* 41. *n.*
84. *lib.* 1. ibi – *Cum ex ſola defuncti voluntate na-
turalis hæredi inſurgat obligatio* – & egregie Di-
dacus de Cæa *ubi ſupra* ibi: *Neque etiam obſtat,
quod utraque obligatione &c. Legata etiam caduca
videantur, quoniam adhuc in illis obligatio natura-
lis conſcientiæ, & fidelitatis perſeverat, ratione cu-
jus legatarii, & hæredes Teſtatorum mandata ex-
equi tenentur &c. talis obligatio ſufficiens videatur,
ut legata minime caduca, ceteraque diſpoſitiones fir-
mæ, & ſtabiles indicentur* – ibi *n.* 86. – & in ſpe-
cie declaravit ſan. mem. Clem. VII. qui conceſſit
facultatem Syndico Conventus tranſigendi cum hæ-
rede ſuper legatis, quorum Fratres erant incapa-
ces ea ratione, quia hæredes remanebant obligati
naturaliter ea dare Fratribus, ibi – *Legata quorum
ipſis Fratres ex regula non ſunt capaces, & tamen
hæredes, vel executores Teſtamentarii in conſcien-
tia ſegravatos ſentiunt, cum, ut jacent Teſtatorum
voluntates, non exequuntur* – ut in ejus *Conſtitut.
Bullar. nov. tom.* 1. *Conſtit.* 115. & puntualiter ex-
plicat Cherub. *in Compend. Bull. ad eandem Conſt.*
115. *Schol.* 1. Rodriquez *in reſolut. quæſt. Regular.
reſol.* 88. *num.* 21. *verſ. His tamen*, Amoſtaz. *de
cauſ. piis lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 76.

Quod comprobatur etiam ex reſolutione Sacr.
Congregationis Fabricæ, quæ prohibuit, ne hu-
juſmodi annua legata relicta Minoribus extingue-
rentur per hæredes ſeſe componentes cum Fabri-
ca, ſed eorum capitalia deberent ſemper integra
conſervari, ad hoc ut ipſi poſſent ea dare Fratri-
bus legatariis per viam eleemoſynæ, *ut in reſolut.
impreſſ. apud Veſpignan. in privileg. Frabric. S. Pe-*
15 *tri folg.* 71. Marant. *lib.* 1. *reſponſ.* 41. *folg.* 363.
Fagnan. *in capit. nimis prava, num.* 61. *de exceſſ.
Prælat.* Panimoll. *deciſ.* 60. *adnot.* 3. ſignum evi-
dens, quod legata non ſunt caduca in totum,
ſed ſolum in obligatione civili, non autem in
obligatione naturali, qua hæres tenetur præſtare
eleemoſynas ſolis Fratribus; alias Congregatio Fa-
bricæ iſta legata applicaſſet ſibi, & promiſiſſet ex-
tinctionem capitalium, ſi fuiſſent totaliter caduca,
& nulla etiam in obligatione naturali fidelitatis, &
conſcientiæ, vel dixiſſet, hæredes ea poſſe dare
aliis, quam Fratribus legatariis, & non iſtis tantum.

Ultra quod non ſumus in caſu modi illiciti,
nimirum, quod Teſtator voluerit concedere Fra-
tribus actionem ad exigendum annuum relictum in
perpetuum, ſed potius in alio caſu modi omnino
liciti, dum mandavit celebrari Miſſas per Fratres
expreſſe, & literaliter declarando eiſdem ſolvi de-
bere annuum ſtipendium pro ſimplici eleemoſyna
manuali, gravando ad hunc effectum ſua bona, &
iſtorum reſpectu hæredes, ut legere eſt ibi – *Iſtius
legati, & eleemoſyna* & ibi – *Eleemoſynam petat
a meis hæredibus* & ibi – *Relinquo pro eleemoſyna*
& ibi – *Et hanc eleemoſynam amotari* & ibi –
*Pro quarum eleemoſyna*, & ibi – *Pro eleemoſyna
reliquit* – Ergo legata relicta per modum eleemo-
ſynæ mediante gravamine appoſito ſuper bonis,
proculdubio debentur Fratribus, nec ſunt caduca
in aliqua parte, cum ipſum Seraphicum Inſtitu- 16
tum principaliter ordinet Fratres ad eleemoſynam,
tanquam modum licitum habendi, ut in puncto
legati perpetui relicti ſub expreſſo titulo eleemo-
ſynæ, Amoſtaz. *de Cauſ. Piis lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 72.
ibi – *Quod ſi ipſi in modum eleemoſynæ relinqua-
tur, non video, cur non probabiliter poſſint anni-
verſaria percipere* – Didac. de Cæa *ubi ſupra num.*
71. ibi – *Si Patronus, vel Inſtitutor declaret ſe
libenter, & ſponte quantitatem legato relictam ſub
ratione eleemoſynæ Fratribus elargiri &c. dubium
non eſt, quod valide, liciteque ejuſmodi fundationi-
bus, & inſtitutionibus perfruantur* – & alibi & Sua-
rez *de Relig. tom.* 4. *lib.* 4. *capit.* 9. *verſ. Neque*,
Sanchez *ad præcept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 26. *n.* 49.
*verſic. Niſi dicamus*, Rodriquez *dicta quæſt.* 127.
§. *Sed pro contraria*, ubi dicit, durum videri,
quod illud, quod Teſtator poteſt facere, & quo-
tidie facit in vita dando quotannis certam elee-
moſynam Fratribus, non poſſit idem facere poſt
mortem ſuam, & egregie, quando gravantur bo-
na Teſtatoris pro eleemoſyna, A San. Ubald. *in
quodlibet regular. quodlibet* 11. *dubio* 11. *numer.*
1118.

Aut vero modus illicitus deſumi prætenditur,
ex quo in aliquibus legatis Teſtator videtur reli-
quiſſe ſortes, ſeu capitalia, & erronea eſt præten-
ſio ex duplici reſponſione. Primo, quod capitalia
non fuerunt aſſignata in dominium, & proprie-
tatem Fratrum, in quo ſolum conſiſtit incapaci-
tas illorum, ſed principalis intentio Teſtatoris fuit
legare ſimplices ellemoſynas, & uſumfructum pro
ſtipendio Miſſarum, & ſortes relictæ fuerunt pro
ſimplici ſecuritate earundem eleemoſynarum, ut
reſpondet deciſio *in* §. *finali*, quæ reſponſio fun-
datur in facto, & in Jure; In facto quia clare
Teſtator dixit relinquere ſortes, ibi – *Ut legatum
iſtud ſit ſecurum, & in nullo tempore effectuare de-
ſinant*, & ibi – *Et fructus dictarum librarum ſer-
viant dicto Conventui* – In Jure, quia cum major
pars legatorum facta fuerit pro ſimplici uſufructu,
& eleemoſyna in ſtipendium celebrationis Miſſa-
rum, hinc oritur præſumptio voluntatis Teſtato-
ris, quod etiam pro ſimplici uſufructu alia reli-
quiſſe voluerit, qui propterea ſolum debetur reli-
cto dominio, & proprietate pœnes hæredem, cum
ſit attendenda voluntas, & intentio Teſtatoris;
non autem cortex verborum, ut in terminis lega-
ti proprietatis, & uſusfructus fundi cum onere
celebrandi Feſtivitatem pro anima Teſtatoris, Em-
manuel Rodriquez *tom.* 2. *quæſt. Regul. quæſt.* 126.
*artic.* 11. ibi – *Hoc legatum debet interpretari eo
modo, quo poteſt ſecundum Jus valere, ut ſcilicet
intelligatur ipſis tantum eſſe relictum, quod pro ce-
lebranda feſtivitate eſt neceſſarium, reliquum autem
cum proprietate fundi apud hæredem debet remane-
re*, & idem firmat Hieron. Rodriquez *dicta reſo-
lut.* 88. *num.* 16. & facit ratio generalis, quod le-
gantes Fratribus Minoribus non præſumuntur eis
dediſſe proprietatem, ſed aliquod jus Seraphicæ
Regulæ contrarium, ſed legatum intelligitur juxta
condi-

Digitized by Google

conditionem perſonæ, ad quam eſt directum, ut declaratum fuit de anno 1553. *in Statutis Salmantic. cap.* 6. ibi – *Legantes, vel inſtituentes jus aliquod, vel actionem conferre Fratribus non intendere, ſed eo tantummodo legata ipſis relinquere, quo licite, citra Regulæ tranſgreſſionem conſequi valeant* — & bene refert Didac. de Cæa *ubi ſupra num.* 69. *in fine, & num.* 70. D. Bonavent. *in expoſit. Regulæ cap.* 4. ibi — *Præſumendum non eſſe quicquam Fratribus relictum, niſi ſub modo, quo illud obtinendi capaces exiſtimantur.*

Altera reſponſio eſt, quod in omnem caſum unus modus illicitus expreſſus per Teſtatores non vitiat alium modum licitum, hoc eſt expreſſio for-
18 tis non vitiat legatus uſufructus relictum ſub modo licito eleemoſynæ, ut etiam reſpondet Cauſæ deciſio *in §. dicto finali*, & in terminis individualibus, Menoch. *conſil.* 1014. *num.* 29. *&* 32. *verſic. Attamen*, Panorm. *conſ.* 63. *num.* 7. *verſ. Nec obſtat argumentum, lib.* 20. Bald. *conſil.* 232. *n.* 1. *verſic. Nec obſtant verba donationis, lib.* 2. Calderin. *conſil.* 14. *num.* 1. *verſic. Item præſupponendum de Teſtament.* D. Antonin. *in Summ. part.* 3. *tit.* 16. *capit.* 1. *de Teſtament.* §. 12. *notab.* 7. *verſicul. Quarto quæritur*, Guilielm. de Benedict. *de Teſtamen. in verb. reliquit, n.* 14.

Non relevantibus contrariis auctoritatibus, quæ
19 procedunt, ubi fuiſſet expreſſus ſolus modus illicitus, quando videlicet Teſtator legaſſet Fratribus proprietatem fundi ad habendum, & poſſidendum Jure proprio, & in perpetuum, ut exemplificat Suarez *de Relig. tom.* 4. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 14. *& ſonat Litera*, Text. *in capit. exiit*, §. *Ad hæc de verb. ſignificat. in* 6. Sorb. *in compend. privileg. Mendic. in verb. legata in annotat. Capuccin.* §. *Idem dicendum eſt*, Amoſtaz. *de Cauſ. piis lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 39. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 27. *n.* 76.

Non obſtat tertium objectum, quod ubi etiam Fratres eſſent capaces legatorum per modum eleemoſynæ, adhuc hæres cogi non poſſit ad illa ſolvenda Fratribus, eo quia eleemoſyna debet eſſe voluntaria, & non coacta, & Fratres recipere non poſſunt niſi a ſponte dantibus, quia advertere oportet, quod contradictor non eſt hæres, neque executor, nec ad ipſum ſpectat dare eleemoſynam, & adimplere mentem Teſtatoris, ſed hæres, & executor eſt Archiepiſcopus Turritanus cum Teſtator hæredem inſtituerit Deum, & ani-
20 mam ſuam, quo caſu Archiepiſcopus executor in Teſtamento relictus ſuccedit loco hæredis univerſalis, ut in puncto, quando inſtituta fuit anima, & Deus, ait Marant. *lib.* 1. *reſponſ.* 4. *num.* 91. & Craſſus §. *Executores ultimar. volunt. quæſt.* 8. *n.* 1. Unde facultas ſolvendi Fratribus eleemoſynam repoſita eſt in arbitrio ſolius Archiepiſcopi executoris, & hæredis, qui ſi ſponte, & liberaliter vult, eam Fratribus dare, ut dixit in ejus ſententia; ergo Fratres recipiunt eleemoſynam ſponte, & liberaliter ab hærede, nec ulla adeſt coactio.

Sed ulterius, quia ubi etiam per modum erronei ſuppoſiti aſſeri valeret, quod Archidiaconus contradictor eſſet hæres, & executor, adhuc objectum non urgeret. Concluſio enim quod eleemoſyna recipi debet a ſponte dantibus, procedit in ordine ad Fratres recipientes, qui non poſſunt
21 judicialiter cogere hæredes, ſed eleemoſynam ſibi ſponte oblatam debent recipere, ut docet D. Bonavent. *in Apologetic. quæſt.* 9. *tom.* 2. *opuſculor.* ibi — *Nihil Juris habere in ea proteſtamur, ſed eleemoſynam nobis ſponte oblatam ſimpliciter recipimus* — & ibi – *Ita quod quandocunque nollent iſta dare nihil peteremus ab eis quaſi ex debito infr. num.* 128. Et in Cap. Generali celebrato de anno 1206. ibi – *Si aliqua tamen legata fuerint nullo modo a Fratribus in Judicio exigatur* — apud Didac. de Cæa *infra num.* 74. Et Sac. Congreg. Fabricæ apud Marant. *tom.* 1. *reſponſ.* 41. *fol.* 263. ibi – *Per eoſdem Fratres recipienda in eleemoſynam non autem per eos exigenda.*

Sed iſte non eſt caſus noſter, quia in hac Cauſa Fratres nunquam comparuerunt, aut fecerunt aliquam inſtantiam, ſed ſolum comparuit Syndicus Apoſtolicus, non quidem nomine Fratrum, ſed tanquam unus de populo ibi – *Syndicum tanquam unum de populo, & in favorem animarum agentem.* Unde ſuppoſita obligatione naturali, quam habet hæres de præſtando legata in adimplementum voluntatis Teſtatoris, hæc obligatio operatur, ut li- 22
cet Fratres nullam habeant actionem, nihilominus ille poſſit cogi tam ex officio, quam ad inſtantiam cujuſcunque de populo, & conſequenter per Syndicum inſtantem actione populari, ut firmat deciſio *in §. Nec officit*, & in puncto Sorb. *in compend. privileg. Mendic. in verb. hereditas in fine*, ibi – *Advocatus Fratrum petat prædicta in Judicio, non tamen ut Syndicus, ſed ſicut unus de populo, nam etiam hoc fieri poteſt* adde inſt. *num.* 174. Et in eiſdem terminis tradunt Marant. *lib.* 1. *reſponſ.* 41. *n.* 78. Emmanuel. Rodriquez *quæſt. Regular. tom.* 2. *quæſt.* 127. *art.* 4. §. *Secundo probatur*, & Hier. Rodriquez *dicta reſolut.* 88. *num.* 9. Leoncill. *de Privileg. Pauper part.* 2. *privileg.* 52. *num.* 5. Amoſtaz. *de Cauſ. Piis lib* 4. *cap.* 3. *num.* 76. *&* 77. Didac. de Cæa *in dicta allegat. numer.* 86. Sanchez *ad præcept. Decalog. lib.* 1. *capit.* 26. *n.* 59. *&* 60.

Immo etiam, quod poſſit cogi per Syndicum non tanquam unum de populo, ſed nomine Eccleſiæ Romanæ vigore Conſtitutionum Gregorii XIII. Martini IV. & Pauli IV. tradunt in pun- 23
cto Rodriquez *dicta quæſt.* 127. *art.* 4. §. *Ad primum enim*, & Portell. *in dub. Regular. verb. Legatum num. & melius in addit. num.* 2. *verſic. de modo autem*, Hieronym. Rodriquez *d. reſolut.* 88. *num.* 19. *in fine*, Didac. de Cæa *ubi ſupra n.* 87. *in fine verſ. & potiori Jure*, Pellizzar. *in manual. tract.* 4. *ſeſſ.* 2. *num.* 111. *& ſeq. tom.* 2. Ricciull. *de Jur. perſonar. extra grem. Eccleſ. lib.* 8. *cap.* 9. *num.* 27. Amoſtaz. *de Cauſ. Piis lib.* 4. *cap.* 3. *numer.* 78. Paſqualig. *de Sacrific. Miſſ. quæſt.* 1091. *num.* 5. Villalob. *d. difficult.* 34. *num.* 7. quæ Conſtitutiones Martini, & Pauli fuerunt noviſſime renovatæ per ſan. mem. Innocentium XI. in ejus Conſtitutione impreſſ. *in Hiſtor. Orb. Seraphic. tom.* 4. *fol.* 224. §. *Declarantes infra n.* 170.

Et ratio eſt, quia hæres tenetur procurare celebrationem Miſſarum pro anima Teſtatoris, quam committere non poteſt, niſi ſolis Fratribus, & non aliis, dum ita voluit Teſtator, ut probat allegata Bulla Clem. VIII. dicentis, quod hæredes tenentur exequi voluntates Teſtatorum, *prout jacent*, quæ verba – *prout jacens* oſtendunt, Miſſas eſſe cele- 24
brandas ab ipſis ſolis Fratribus, ut notat Cherub. *in compend. Bullar. ad conſtit.* 115. *Clem. VII. tom.* 1. *Schol.* 1. Silveſtr. *in verb. legatum* 2. *n.* 4. & probant etiam Statuta Papalia Pauli II. §. *Inhibemus infra num.* 168. ubi ordinatur, Miſſas eſſe celebrandas per alios Sacerdotes in ſolo caſu, quo Fratres noluerint celebrare, ibi – *Aliis Sacerdotibus, quando Fratres noluerint* – Et Statuta generalia pro Ciſmontana familia *infra n.* 172. ibi – *Et a Fratribus ſive aliis Sacerdotibus, quando Fratres tales Miſſas, & officia celebrare noluerint* – & Bulla Clem. VIII. *la* 101. *in Bullar. Relig.* §. 4. *fol.* 155. *relata per* Didacum de Cæa *ubi ſup. ſub n.* 80. ibi – *Reliquas vero Miſſas in Eccleſiis Fratrum perpetuis futuris temporibus aſſignata, & tradita eleemoſyna per ipſos celebrari volumus* – & D. Bonavent. *in expoſit. Regulæ capit.* 4. *prope finem infra n.* 129. Tabien. *in ſumma verb. legat.* 1. *n.* 5. *verſ. quamvis.*

Si ergo hæres nolit dare Fratribus eleemoſynam legatam, quibus ſolis dare debet, poteſt ſine dubio compelli per Judicem, vel ex officio, vel ad inſtantiam popularem, vel nomine Eccleſiæ Ro- 25
manæ, nam alias anima Teſtatoris debitis ſuffragiis defraudata remaneret, ut in puncto, quod hæres cogi poſſit ad præſtandum Fratribus annuam eleemoſynam in perpetuis legatis relictam

pro

pro celebratione Miſſarum ultra citatos *numer*. 23. etiam reſolvit Sac. Congregatio Epiſcoporum, & Regularium, infra *n*. 160. ibi – *Ma devono eſſer aſtretti a ſodisfare &c. e far compire al carico impoſto dalli medemi frati* — ad cujus reſolutionis formam Nuncius Taurinen. cogit hæredes ad ſolvendum legata ipſis Fratribus, ut legere eſt *in libr. Pontific. Conſtitut. recoll. per Joan. de Neapol. fol.* 191. & adeſt etiam reſolutio Sacr. Congregationis Fabricæ de anno 1639. *infra num.* 130. *cum ſeq.* accedit alia reſolutio Sacr. Congregat. Epiſcoporum, & Regularium de anno 1677. *infra numer.* 149. *cum ſeqq.* quibus addimus Conſtitutionem Urbani VIII. ubi declaratum fuit hæredes poſſe obligari ſub pœnis ad præſtationem annui reditus, & Fratres illum recipere titulo eleemoſynæ, cujus verba tranſcribit Cæa *in ſupradicta allegat. n.* 94. *& probat. n.* 96.

Ultra reſolutiones Sacr. Congregationum, & Conſtitutionem Urbani adſunt etiam exempla, & res judicatæ, ex quibus probatur ad evidentiam, hæredes fuiſſe coactos ad præſtanda legata perpetua ipſis Fratribus, & inter alia conſiderabilis eſt ſententia lata per Judicem Fabricæ de anno 1612. & nuper reperta, in qua fuit condemnatus Ber-
26 toldus Urſinus hæres ad ſolvendum Fratribus annuum legatum pro octo perpetuis anniverſariis, immo, quod majus eſt, ad ſolvendum aliud legatum pro annuis alimentis Fratrum, *infra n.* 162. & noviſſime de anno 1693. judicatum fuit per tres conformes, Fratribus ſolvendum eſſe annuum legatum cum onere duarum Miſſarum in perpetuum, & res judicata fuit executioni demandata, *infra n.* 161.

Neque hoc caſu hæredes compulſi per Judicem ex officio, vel ad inſtantiam unius de populo dicuntur coacti reſpectu Fratrum, quibus non cogentibus, ſemper verum eſt, quod hæredes ſponte offerunt eleemoſynam, vel ſaltem Fratres voluntarie recipiunt a Judice in locum hæredis ſuccedente, ut firmat deciſio *in §. Poterunt*, immo nec minus reſpectu Judicis hæredes dicuntur coacti; cum enim eleemoſyna fuerit voluntarie relicta per Teſtatorem, & illi non poſſint habere voluntatem contrariam, utique ſi recuſent dare ſponte, ſicut
27 debent, dicuntur irrationabiliter inviti, & conſequenter de jure habentur pro voluntariis, nec Judex dicitur inferre vim, & coactionem, ad Text. *in l. continet §. Sed vim ff. de eo, quod met. Cauſ. l. ſi Mulier. in princip. ff. eod.* & in terminis ſimilibus matrimonii, in quo conſenſus debet eſſe voluntarius, quod Judex cogens defloratorem virginis ad eam ducendam, non dicatur inferre vim, nec deflorator dicatur coactus tanquam irrationabiliter invitus, firmant Soto *in 4. ſenten. diſtinct.* 29. *quæſt.* 1. *art.* 4. *verſ. Unde ad primam auctoritatem*, Graff. *conſ.* 1. *num.* 18. *de Adult. & ſtupr.* Bonacin. *oper. moral. tom.* 1. *tit. de impedim. matrim. quæſt.* 3. *punct.* 8. *num.* 12. Sanchez *de matrimon. lib.* 4. *diſputat.* 13. *numer.* 3. *circa fin.* Henriquez *in ſumm. lib.* 11. *de matrim. cap.* 9. *numer.* 1. *&* 2.

Quod inſuper probatur exemplo ejus, qui fecit votum Deo dandi quotannis certam eleemoſynam Fratribus in perpetuum, qui poſtea etiam invitus tenetur dare, coactus per confeſſarium ratione voti, & Fratres licite recipiuntur ab eo, qui adhuc
28 reſpectu ipſorum non cogentium nec habentium actionem, diceretur ſponte dare, quia votum fuit ab initio voluntarium, ut obſervant Suarez *de Relig. tom.* 4. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 13. *verſic. addo etiam*, Hier. Rodriquez *d. reſol.* 88. *num.* 19. *verſic. quod confirmo*, Sanchez *ad præcept. Decalog. liber.* 7. *cap.* 26. *num.* 48. *verſ. ſecundo quia, & num.* 49. *verſ. niſi dicamus, & verſ. nempe*, Didac. de Cæa *ubi ſup. ſub n.* 78. a S. Ubald. *d. quodl.* 11. *dub.* 11. *numer.* 1118. Unde idem procedit in caſu noſtro, ubi hæres ſolvit coactus per Judicem ratione obligationis, quoad ſe ipſum impendi mentem Teſtatoris, cum principium fuerit voluntarium tam ex parte Teſtatoris, qui voluntarie eleemoſynam reliquit, quam ex parte hæredis, qui adeundo hæreditatem voluntarie ſe obligavit ad omnia præcepta Teſtatoris, ut bene Didac. de Cæa *ubi ſupra num.* 78. Hier. Rodriquez *reſol.* 88. *ubi ſupra*, Suarez *ubi ſupra num.* 9. *lit. E.* Caſtropal. *oper. moral. tom.* 3. *tract.* 16. *diſput.* 3. *punct.* 10. *num.* 5. *verſ. obligatio, & verſ. comparatione*.

Non obſtat quartum objectum, quod Fratres hoc modo eſſent certi de victu, & haberent eleemoſynas perpetuas, & certas, quia in puncto reſpondet Rodriquez *dict. quæſt.* 127. *art.* 4. *§. Neque obſtat*, ibi – *Neque obſtat, quod eleemoſyna ſit certa &c. nam reſpondeo, quod etiamſi dicta eleemoſyna ſit certa moraliter, at civiliter incerta eſt, & eſſe eleemoſynam moraliter certam, quia certo ſolvi debet, non repugnat ſtatui paupertatis altiſſimæ, niſi ipſa ſit exceſſiva* – Exceſſivitas autem in caſu noſtro non adeſt, dum agitur de Conventu pauperrimo, & de legatis annuorum ſcutorum 70. monetæ Romanæ, Cæa *ubi ſupra n.* 82. & in ſpecie, quod eleemoſyna perpetua, & certa moraliter non civiliter, hoc eſt nulla, apud Fratres exiſtente actione ad eam petendam, nihil repugnet Seraphico Inſtituto, dicunt Cordub. *in expoſition. Regul. cap.* 6. *quæſt.* 10. Silveſt. *in ſumm. verb. Legatum primo num.* 4. Cæa *ubi ſup.* Torricell. *in dict. formul. Teſtam. ubi ſupra oper. mor. tom.* 1. & reſolvit Sac. Congregat. Conc. de anno 1635. ut ex verbis ſupra tranſcriptis *n.* 8.

Optime etiam reſpondet deciſio hujus cauſæ *in §. Neque*, quod ſcilicet neque eleemoſyna eſt certa moraliter, quia ſemper pendet ab arbitrio Judicis, conſideratis circumſtantiis, eam tollere, & aliis dare, prout fieri debet, ſtante circumſtantia, ſeu caſu, quo Fratres haberent aliunde alias eleemoſynas, itaut iſta, de qua agitur, fieret exceſſi- 30
va, ut tenet, Caſtill. *de alim. cap.* 5. *n.* 26. Amoſtaz. *de Cauſ. piis lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 66.

Concurrit etiam incertitudo ex aliis pluribus circumſtantiis, & primo, quia omnia relicta Fratribus ſunt in abſoluto dominio, & proprietate Sedis Apoſtolicæ, *ut in capit. exiit §. Qui ſeminat de verbor. ſignific. in 6. §. Ad hæc cum Fratres*, Bartol. *in tract. minoric. lib.* 2. *diſtinct.* 4. *capit.* 2. *num.* 20. D. Bonaventura *infra n.* 163. *& n.* 164.
Unde ſemper pendebunt Fratres ab ipſius Summi 31
Pontificis voluntate in ordine ad iſtas eleemoſynas, quas eiſdem tollere poteſt quandocunque, & aliis applicare, ut bene Hieron. Rodriquez *dict. reſolut.* 88. *num.* 10. *§. Neque obſtat*, quæ ratio expreſſa legitur in *Conſtitutionib. Alexandrin. Fratrum Minorum capit.* 6. *fol.* 98. ibi – *Et quia Pontifex hos annuos proventus, cum libuerit, poteſt retrahere, & ſine aliqua cauſa aliis condonare, ub ejuſmodi annuos proventus Fratres non vivunt contra puritatem Regulæ, cum non ſint dicendi proventus annui, quoniam pro libito Jus habentis poſſunt auferri.*

Secundo, quia cum iſta eleemoſyna non petatur Jure actionis, nec Jure actionis obligantur Fratres ad celebrationem Miſſarum, non debetur,
niſi conditionaliter, quatenus nempe illi celebrent 32
Miſſas; Unde ſuccedere poteſt, quod illas celebrare, vel nolint, vel non poſſint, ſive ob penuriam, & infirmitatem Fratrum Conventus, ſive ex aliis occupationibus, & accidentibus, & ſic eleemoſyna non erit certa, ſed conditionata pro ſingulis annis, & conditio ex futuro eventu non dicitur certa, Rodriq. *quæſt. Regul. tom.* 2. *q.* 117. *art.* 4. *§. Sed pro contraria.*

Tertio, quia legata, de quibus agitur, non ſunt revera relicta Fratribus abſolute, ſed cauſative; hoc eſt, quia in eorum Conventu, & Eccleſia aderat Capella de Jurepatronatus Teſtatoris, in qua ipſe voluit dici Miſſas. Unde fit, quod poſſunt recedere quandocunque Fratres de Conventu, & Eccleſia, & transferri ad alium locum, ſicut quotidie contingit ipſiſque recedentibus Miſſæ non amplius dici debebunt per eoſdem Fratres, ſed per

alios

alios Religioſos ſubrogatos, ut in puncto Bartol. *in tract. Minoric. lib. 1. diſt. 6. capit. 3. n. 34.* per Text. *in l. annua* §. 1. *ff. de ann. legat.*

Non obſtat denique quintum, & ultimum objectum, quod agatur contra Archidiaconatum, & ſic contra aliud opus pium ab ipſo Teſtatore inſtitutum, quod non habet reditus ſufficientes ob eorum decrementum, & ideo pro ejus introitu remanere debeant hæc annua legata, quia ut reſpondet deciſio in §. *finali* non probatur decrementum, & quatenus probaretur, non relevaret, quia Teſtator primo loco voluit dari Fratribus legata, &
33 de reſiduo bonorum erigi Archidiaconatus, & Canonicatus; unde non eſt contrariandum voluntati illius, ut in ſpecie Bald. *conſ.* 163. *numer.* 2. *libr.* 3. & quod ita voluerit Teſtator probatur, ibi — *Solutis autem, & adimpletis omnibus legatis, & donationibus a me ſupra ordinatis &c. præcipio &c. quod in primis fundetur tertia Dignitas ſcilicet Archidiaconatus* — & infra — *Et de cetero, quod ex meis bonis ſupererit, exceptis legatis piis particularibus, jam relictis, quæ ſic adimpleri volo, inſtituantur &c. tot Canonicatus* — *&c.*

Sacra Rota in hac ultima propoſitione Cauſæ ſub die 6. Aprilis 1696. in qua Ego ſuperius deducta ſcripſi, reſpondit *in deciſis juxta modum*, ut ex deciſione, quæ una cum alia antecedenti hic regiſtratur, ubi multas limitationes, & cautelas appoſuit in eadem deciſione legendas. Ego ve-
34 ro in hac Cauſa conſideravi, quod difficultas conſiſtit in Textu *in cap. exiit verſic. ad hæc de verb. ſignificat. in 6.* ubi Papa tres legatorum ſpecies diſtinguit. Prima eſt, quando legata fuerunt relicta modo licito, & tunc nulla eſt difficultas, quod valent. Altera, quando fuerunt relicta modo illicito, & tunc pariter clarum eſt, quod non valeant. Tertia demum ſpecies eſt, quando fuerunt relicta modo indeterminato, & tunc Pontifex ſtatuit, quod valeant, eo quia fit interpretatio, ut cenſeantur relicta modo licito, non autem illicito.

Applicando ad rem, mihi viſum eſt, quod in præſenti caſu dici poſſet legata eſſe relicta modo indeterminato, hoc eſt, neque licito, neque illi-
35. cito, exceptis tamen nonnullis ſupra relatis *n.* 17. Etenim dicitur relictum modo illicito, quando Teſtator voluit, ut eleemoſynæ celebrationis Miſſarum converterentur in uſum Fratrum, & ad eorum alimoniam; modo vero licito, quando voluit eas applicari ad fabricam, luminaria, & Sacriſtiam, & ſic in alios uſus, quam Fratrum; cum igitur in præſenti controverſia Teſtator ordinaverit hæredi, quod Fratribus ſolveretur certa quantitas pro Miſſis celebrandis, aliud non exprimendo, nempe, an illa quantitas inſervire deberet pro uſu ipſorum Fratrum, ſeu potius pro fabrica, luminaribus & Sacriſtia, utique intrabat interpretatio, quod cenſeatur relicta modo licito, hoc eſt pro frabrica, luminaribus, & Sacriſtia, cum præſumptio Juris ſemper ſit, ut Teſtator noluerit relinquere niſi modo licito, ex allegatis ſupra *n.* 17. Ceterum in hoc cogitandum relinquo, quia ſi talis propoſitio procederet, redderentur inanes, & fruſtratoriæ tot diſputationes omnium in hac materia ſcribentium, qui generaliter quærunt, an legata perpetua cum onere Miſſarum ſuſtineantur favore Fratrum Minorum de Obſervantia, ſupponentes pro certo, quod hujuſmodi legata Fratribus relicta cum onere Miſſarum intelligantur in eorum uſus.

Reverendiſſimo Domino.

EMERIX DECANO.

Turritana eleemoſynarum, ſeu legatorum.

*Luna* 10. *Januarii* 1695.

SEptem perpetua pia legata annua, ſingula ſub expreſſo eleemoſynarum titulo inſtituit, & ordinavit in ſuo teſtamento condito anno 1645. Petrus Moros de Molinos favore Eccleſiæ, ſive Conventus, & Fratrum S. Petri de Syrchis Minorum de Obſervantia Sancti Franciſci. Primum, librarum 25. pro ſuis exequiis quotannis cum certo Miſſarum numero peragendis. Secundum, librarum 40. pro oleo lampadis; quæ die noctuque ardere deberet in Capella majori Juriſpatronatus ſuæ familiæ. Tertium, librarum centum & duodecim, pro celebratione Miſſæ quotidianæ. Quartum, cenſus liberarum 300. in ſorte, cujus reditus erogandus eſſet in emptionem ſindonum pro Fratribus infirmis. Quintum, alter cenſus in ſorte librar. 500. cum onere celebrationis trium Miſſarum qualibet hebdomada. Sextum, librarum 28. Et ſeptimum, librarum duodecim in adimplementum legatorum Miſſarum a ſemetipſo relictorum per utrunque parentem. Solutis autem, & ſatisfactis hiſce legatis in reliquis omnibus ſuis bonis inſtituit hæredes filios, ſi quando ipſos ſuſcepiſſet, & iis non ſuſceptis, Deum Dominum Noſtrum, & animam ſuam, cum ordine, quod de illis erigeretur in Cathedrali Eccleſia Turritana Archidiaconatus tertia Dignitas cum dote annuarum librarum mille, ac de eo, quod ſupereſſet, tot in eadem Eccleſia Canonicatus. Erectus fuit poſt ejus obitum Archidiaconatus, & ad ipſum inſtitutus Didacus ejus frater, qui pro tempore, quo vixit, exacte ſatisfecit præfatis legatis; ſed eo defuncto, Carolus ejus ſucceſſor continuare renuit in eorum ſatisfactione, ex capite incapacitatis Fratrum, & introducta Cauſa in Sac. Congregatione Epiſcoporum, & Regularium Decretum prodiit tenoris ſequentis: *Dandas eſſe declarationes ſæpe alias factas, videlicet, Fratres Minores de Obſervantia non poſſe poſſidere cenſus, & bona ſtabilia, poſſe tamen recipere per viam eleemoſynæ quidquid eis traditur pro celebratione Miſſarum, & anniverſariorum; proinde cenſuit committendum, prout commiſit Archiepiſcopo Turritano, ut ad limites prædictarum declarationum in Cauſa procedat*; quod deinceps approbatum, & confirmatum fuit per Breve ſan. mem. Clementis X. ac in ejus executionem Archiepiſcopus mandavit, legata pro oleo lampadis, & ſindonibus infirmorum libere ſolvi Syndico Apoſtolico Conventus, & alia pro anniverſariis, & Miſſis in manibus tertii, ad effectum de iis diſponendi, prout de Jure. Reclamante autem ad eandem Congregationem Carolo, placuit Eminentiſs. PP. exquirere, deſuper votum noſtri Auditorii; Unde ſubſcripto per me dubio: *An, & quæ legata debeantur? ſive quæ ſecundum voluntatem Teſtatoris ſint adimpenda?* Eoque hodie propoſito, reſponſum fuit, *Legata deberi, & eſſe adimplenda*, juxta modum inferius exponendum.

Deberi ſiquidem viſum fuit legatum pro oleo 37
lampadis; nam licet Fratres Minores ex Regula Sancti Franciſci, quam profitentur, & Conſtitutionibus ſan. mem. Nicolai III. & Clementis V. in *cap. Exiit, & cap. Exivi de Paradiſo de verb. ſignif.* incapaces ſint cujuſcunque Juris, & proprietatis, tam in communi, quam in proprio; hujuſmodi tamen incapacitas procedit quoad ea, quæ concernunt utilitates, & commoda ipſorum Fratrum proquotidiano victu, & veſtitu, non autem quoad ea, quæ concernunt decorem eorum Eccleſiarum, ac certum uſum cultus Divini, ut

in ter-

in terminis ſimilium legatorum vini pro ſacrifi-
ciis, frumenti pro hoſtiis, pecuniæ pro luminari-
bus, tradunt Ancharan. *in d. Clem. Exivi de Pa-
radiſo, verſ. cumque annui reditus, numer.* 13. Abb.
*conſ.* 63. *n.* 4. *lib.* 2. Pellizar. *in Manual. Regular.
de paupert. Fratr. Minor. tract.* 4. *cap.* 3. *ſect.* 2. *n.*
103. Sanch. *ad precept. Decal. lib.* 7. *cap.* 26. *n.* 42.
Rodriq. *queſt. Regular. tom.* 2. *q.* 126. *artic.* 5. *per
tot.* Amoſtaz. *de cauſ. piis lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 59. & in
puncto legati pro oleo lampadis, Menoch. *conſil.*
1014. *numer.* 37. Barboſ. *in Jus Canonic. tom.* 4. *lib.*
5. *Clement. tit.* 11. *num.* 18. Camarell. *de legat. l.* 2.
*tit. deportat. n.* 40. Adden. ad Buratt. *deciſ.* 756.
*n.* 20. Rot. *deciſ.* 456. *n.* 27. *& ſeqq.* coram Mer-
lino. Hocque legatum uti non in Fratres ipſos
collatum, ſed in eorum Eccleſias, quæ ſunt in
proprietate Eccleſiæ Romanæ, earum nomine pe-
ti poterit per Syndicum Apoſtolicum, Pellizar. *in
Manual. Regular. tom.* 1. *tract. de Voto Regular. ca-
pit.* 2. *ſect.* 2. *num.* 103. *&* 105. *&* 110. *in fin.* Suar.
*tom.* 3. *de Relig. lib.* 7. *cap.* 17. *n.* 27. Barboſ. *in Jus
Canonic. tom.* 4. *libr.* 5. *titul.* 13. *numer.* 28. *& ſe-
quent.* Amoſtaz. *de cauſ. piis*, *libr.* 4. *capit.* 3. *nu-
mer.* 78.

38 Simili modo deberi viſum fuit legatum pro ſin-
donibus infirmorum; quidquid enim ſit in abſtra-
cto loquendo, an legatum Fratribus Minoribus fa-
ctum pro infirmaria ſuſtineatur aliis affirmantibus,
ut in ſpecie Joan. de Anan. *conſ.* 30. *numer.* 5. *&
per tot.* Duran. *de art. teſt. tit.* 1. *art.* 19. *numer.* 2.
Rodriq. *quæſt. canon. & Regular. tom.* 2. *quæſt.* 126.
*art.* 4. *§. ult.* Dian. *reſol. moral. par.* 3. *tract.* 2. *re-
ſol.* 33. *in princ.* & videtur fuiſſe de mente, Rota
*deciſ.* 339. *n.* 5. *&* 6. coram Cerro *& Sac. Congre-
gationis Concilii in una Romana Donationis relata*,
per Lantuſc. *in Theatr. Regul. verb. Legatum num.* 1.
aliis autem negantibus, ut plene Fagnan. *in capit.
in præſentia n.* 55. *uſque ad* 69. *de probat.* Caſtropal.
*tom.* 2. *tract.* 15. *diſp.* 3. *punct.* 9. *num.* 19. Torr. *de
pact. futur. ſucceſſ. cap.* 36. *num.* 81. Caſtill. *de ali-
ment. cap.* 5. *num.* 29. difficultas ceſſat in concreto
legati, de quo agitur, quod tanquam relictum pro
ſindonibus infirmorum non pertinet ad alimo-
niam, ſeu neceſſariam ſuſtentationem Fratrum,
ſed ad ſolatium, ſeu ſublevamen, & majorem
quandam ipſorum curam, quam quæ alias illi præ-
ſtari poſſet per eorum Conventus, quod proinde
ex natura rei, & motivo pietatis erga pauperes
infirmos videtur ſubſiſtere. Et hic forſan fuit ſen-
ſus Sacræ Congregationis Concilii in dicta *Roma-
na Donationis*, in qua agebatur de annuo legato
pro pane albo miniſtrando Fratribus infirmis. Pro
eo autem non competit actio Syndico Apoſtoli-
co, ut ſupra, nomine Eccleſiæ Romanæ, ſed ſo-
lum Officium Judicis, quod ſuccedit in locum de-
ficientis actionis, ut per Rodriquez *dicta q.* 126.
*art.* 4. *§. fin.* Caſtropal. *tom.* 3. *tract.* 15. *diſput.* 3.
*punct.* 9. *n.* 22. *verſ. deinde*.

39 Quo vero ad alia pro anniverſariis, ac Miſſis
viſa fuerunt non deberi, quia repugnat Inſtituto
Fratrum Minorum in arctiſſima paupertate, ac
mendicitate fundato poſſidere reditus annuos, qui
inter ſtabilia computantur, in *dicta Clementina ex-
ivi §. cumque annui reditus de verbor ſignificat.* tam-
etſi maxime relicta fuerint cum onere celebrationis
Miſſarum, quia poſſunt quidem ipſi Miſſarum ſti-
pendia recipere per modum eleemoſynæ manua-
lis, non autem per modum aſſignationis perpe-
tuæ; nam toti debent ab incerto pendere, toti-
que niti providentiæ Divinæ, ut in his terminis
firmant Barboſ. *in dicta Clementina exivi n.* 20. *&
de Jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 27. *n.* 77. Fagnan. *in cap.
nimis prava num.* 31. *uſque ad* 46. *de exceſſ. Prelat.*
Sanchez *ad precept. decal. lib.* 7. *cap.* 26. *n.* 49. Le-
zan. *in Summ. verb. legata relicta Regularibus num.*
21. *&* 33. *in Mare Magnum Minorum numer.* 121.
Amoſtaz. *de cauſ. piis lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 70. Card.
de Luca *de regular. diſcurſ.* 35. *numer.* 17. Add. ad
Buratt. *deciſ.* 756. *num.* 15. Rot. *deciſ.* 456. *n.* 15.
coram Merlino, ac pluries declararunt Sac. Con-
gregationes Concilii, Rev. Fabricæ Sancti Petri
& particularis ſuper ipſorummet Minorum nego-
ciis deputata a ſan. mem. Urbano VIII. ut refe-
runt Fagnan. *in d. cap. nimis prava n.* 3. Lantuſc.
*in Theatr. Regular. verb. bona temporalia*, Pigna-
tell. *conſult. canonic.* 26. *num.* 7. *&* 8. *tom.* 3. Torr. 40
*de pact. fut. ſucceſſ. l.* 2. *cap.* 36. *n.* 75. Sed cum ni-
hilominus legata hujuſmodi adimplenda ſint ex
parte hæredum juxta Text. *in leg. heredes in fin. ff.
de petit. hered.* ibi — *quamvis enim ſtricto Jure nul-
la teneantur actione heredes ad monumentum facien-
dum, tamen principali, ſeu Pontificali auctoritate
compelluntur ad obſequium ſupremæ voluntatis*, Bar-
tol. *in l. Civitatibus num.* 5. *ff. de leg.* 1. *& in tract.
Minoric. lib.* 2. *diſt.* 7. *n.* 41. Lara *in l. ſi quis a li-
beris §. Verum num.* 14. *ff. de lib. agnoſc.* Sorb. *in com-
pend. privileg. Mendic. verbo legata in annotat. ad
fin. & num.* 58. Cordub. *in reg. cap.* 6. *quæſt.* 7. *&
quæſt.* 11. *punct.* 3. *&* 4. Redoan. *de ſpol. Eccleſ. q.*
8. *numer.* 27. & poſſit, ac debeat Judex ad id au-
ctoritatem ſuam interponere, vel ex officio, vel
ad inſtantiam etiam cujuslibet de populo pluribus
adductis, Leoncill. *de privileg. pauper. part.* 2. *pri-
vil.* 52. *n.* 5. Amoſtaz. *de cauſ. piis lib.* 4. *cap.* 3. *n.*
56. Non refragantibus authoritatibus in contra-
rium adductis, quæ procedunt in legatis factis ſi-
ne onere, non autem in legatis, ut hic, anne-
xum habentibus onus celebrationis Miſſarum, cum
non ſint animæ teſtatorum debitis ſuffragiis frau-
dandæ, ut declarat Amoſtaz. *ubi proxime numer.*
74. 41

Poterunt Fratres illa recipere ab hæredibus, ſeu
executoribus vel a Judice ſponte dantibus per mo-
dum puræ, ac ſimplicis eleemoſynæ, ac cum ipſis
ſatisfacere miſſis, aliiſque oneribus injunctis a Te-
ſtatore, ita tamen, ut prius ſolemnem proteſtatio-
nem emittere teneantur ſubſignatam ſigillo Con-
ventus, & in ejus libris inſinuandam, tranſmit-
tendamque hæredibus, ſeu executoribus, quod ipſi
nullum ſibi jus vendicant, ut aſſerunt ex iiſdem
legatis, ne non modo non ſint, ſed ne videri
quidem poſſint regulæ tranſgreſſores, juxta mo-
nitum D. Bonaventuræ relatum per Fagnan. *in c.
Nimis prava num.* 58. *in fin. de exceſſ. Prelat.* &
ita expreſſe ſentiunt Cordub. *in expoſit. Regul. San.
Franciſci capit.* 6. *q.* 11. *punct.* 4. *notab.* 2. Rodriq.
*tom.* 2. *qq. regul. q.* 126. *art.* 4. *per tot. tom.* 2. *&
in ſum. tom.* 1. *cap.* 199. *verb. eleemoſyna numer.* 8.
Miran. *in expoſit. dict. regul. cap.* 65. *diffic.* 12. Vil-
lalob. *in ſumm.* 2. *p.* 1. *tract.* 35. *de vot. paupertat.
diffic.* 35. Ant. Cucch. *inſtit. canon. tit.* 1. *num.* 36.
*& ſeqq.* Silveſt. *in ſumm. verb. Legatum* 1. *q.* 3. *n.*
5. Pellizar. *in manual. regular. tom.* 2. *tract.* 4. *de
vot. regular. cap.* 2. *ſect.* 2. *num.* 42. *&* 95. Royas *de
incompatib. p.* 7. *cap.* 5. *n.* 54. Amoſt. *de cauſis piis
lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 56. Barboſ. *in ſum. Apoſtol. dec.
collect.* 446. *num.* 4. *l.* & conſtans, & inconcuſſa
fuit opinio Sacr. Congregationum, videlicet Sacr.
Congregationis Concilii ſuper fundatione Conven-
tus Victoriæ, apud Fr. Joan. de Neapol. *in tract.
de Pontif. conſtitut. ad Seraphic. Relig. ſpectan. fol.*
378. Congregationis particularis Conſultationibus
FF. Minorum de Obſervantia Ciſmontanæ fami-
liæ præpoſitæ a ſan. mem. Urbano Octavo, nec
non Reverend. Fabricæ San. Petri, apud Fagnan.
*in ſæpe d. cap. Nimis prava n.* 49. *&* 61. *de exceſſ.
Prelat.* & Congregationis Epiſcoporum, & Re-
gularium, ut in reſolutione edita in una *Lucana
anno* 1677. *Summ. Syndici Apoſtolici*, *numer.* 7.
*lit. A.*

Neque hoc modo offuſcatur puritas regulæ, 42
quoniam Fratres legata recipiunt, ut præfertur,
non tanquam debita, ſed tanquam puras, & ſim-
plices eleemoſynas, neque rurſus de illis ſunt o-
mnino certi, quia ſemper reſidet in prudenti, &
rationabili judicio executorum, vel Judicis ſuper
hoc aditi, perſpectis circumſtantiis eleemoſyna-
rum, atque locorum pias Teſtatorum voluntates
exequen. vel iiſdem Fratribus legatariis relinque-
re, vel aliis committere. Immo quandoque eo-
rum

rum officio continebitur, ut aliis committant, ſi comperiant legata, ſeu eleemoſynas ſic adauctas, ut eximant Fratres a neceſſitate ſibi victum quærendi incerta mendicitate, quemadmodum tenentur, ut conſtat ex traditis per Caſtill. *de aliment. cap. 5. num. 26. verſ. Propterea obſervo*, Amoſtaz. *de cauſ. piis lib. 4. cap. 3. n. 66.*

43 Nec officit, quod in preſenti pro conſecutione præfatorum legatorum agat Syndicus Apoſtolicus, quia id urgeret, quoties Syndicus Apoſtolicus ageret tanquam Syndicus Fratrum, non autem quoties, ut ex ejus inſtantia, & ſententia Archiepiſcopi patet, agit tanquam unus de populo, prout ex præmiſſis ipſi de Jure permittitur; nec pariter relevat, quod aliqua ex iiſdem legatis præſeferant relictum ſortium, quia ex eorum lectura liquet in legato principaliter fuiſſe annuum reditum, & ſortes ſtare loco cautionis pro ſecuriori, ſeu commodiori eorum ſatisfactione, & in omnem caſum ex duobus expreſſis modis, expreſſio unius illiciti non vitiat alium licitum, & a Jure non improbatum, ut concludit Abbas *conſ. 63. num. 7. Non obſtat argumentum lib. 2.* Denique non obſtat, quod inſtantia dirigatur adverſus Archidiaconatum, vix hodie ob decrementum redituum hæreditariorum potientem dote annuarum librarum 500. itaut æquitas non ſuadeat, quod iſte, qui jam erectus exiſtit extenuetur, ac ſubvertatur ad effectum ſuſtentandi legata; quia (præter quod nullum documentum allatum fuit decrementi præfati) contrarium procedit, ſtante expreſſa voluntate, & judicio Teſtatoris ſub initio recenſito, quod primitus perſolvantur, ac ſatisfiant ipſa legata.

Et ita deciſum fuit utraque &c.

## EODEM REVERENDISS. EMERIX DECANO.

### Turritana eleemoſynarum, ſeu legatorum.

*Veneris 6. Aprilis 1696.*

Domini, re iterum ſedulo, ac mature diſcuſſa,
44 ſteterunt in deciſis ſub die 10. Januarii 1695. juxta modum inferius exprimendum; Retenta ſiquidem diviſione legatorum, de quibus agitur, in tres ſpecies, quo ad illud pro oleo lampadis retinendæ in Eccleſia ante Capellam de Jurepatronatus Teſtatoris, rurſus cenſuerunt deberi, & eſſe adimplendum, quia non concernit commoditates, aut quotidianum victum, & veſtitum ipſorum Fratrum, ſed tantum uſum cultus divini, & majus Eccleſiæ ornamentum, ac decorem, ut præter allegatos in præterita deciſione in terminis ſimilis legati tradunt Ventrigl. *in prax. par. 2. annot. 28. §. 2. num. 17.* Portell. *in dub. Regular. verb. Legatum ſub num. 3.* Cucch. *inſtit. canon. lib. 3. tit. 1. num. 36. cum ſeqq.* Marant. *controv. lib. 1. reſponſ. 41. num. 30.* Barboſ. *de Jur. Eccleſiæ univerſ. lib. 3. cap. 27. num. 76.* a S. Ubald. *in quodlibet Regular. quodliber 11. n. 1117.*

Quo vero ad aliud pro emendis ſindonibus ad uſum infirmorum, viſum fuit, abſolute loquendo,
45 non deberi, utpote collatum in ipſoſmet Fratres, & Conventum per modum annui, ac perpetui cenſus, cujus illi ſunt prorſus incapaces ex Regula S. Franciſci, quam profitentur, quamvis fuerit relictum ad uſum infirmariæ, cum pro ejus neceſſitatibus, & urgentiis, ipſi, ut perpenſis verbis ejuſdem Regulæ, inquit Text. *in cap. exiit verſic. in alio quoque Capitulo, & Clement. exivi §. porro cum d. Santus de verb. ſignif.* debeant recurrere ad amicos ſpirituales, & ſibi providere ex incerta quæſtuatione, ac vivere in ſpe divinæ providentiæ, & de veriori ſententia etiam tenent Caſtropal. *tom. 3. tract. 15. diſput. 3. punct. 9. n. 19.* Caſtill. *de aliment. cap. 5. num. 29.* Torr. *de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 36. num. 81.* Sanchez *ad precept. decal. lib. 7. cap. 26. num. 47.* Et reprobato Anania aliiſque ejus ſequacibus, late probat Fagnan. *in cap. in præſentia a num. 55. ad plures ſeqq. de probat.* Et licet Rot. coram Cerr. *deciſ. 319. numer. 8.* videatur inclinaſſe in opinionem contrariam, ex ejus tamen lectura apparet, non fuiſſe tunc examinatum articulum ex profeſſo, ſed potius tactum incidenter, & reſolutionem fuiſſe ſtabilitam in alio fundamento penitus diverſo.

Nihilominus tam inſpecta illius ſpeciali natura, 46
non reſpiciente victum, ſeu neceſſariam ſuſtentationem infirmorum, ſed potius majorem quandam ipſorum curam, & ſolatium, quam etiam ponderata obligatione illa naturali, qua hæres, aut executor tenetur erga defunctum pro totali adimplemento ejus voluntati, maxime circa executionem operis adeo pii, & tam enixe per ipſum voliti, non videbatur adeo irritum, & improbatum in præcitatis Pontificiis Conſtitutionibus, quin, rejecto modo illicito, non poſſent ipſis Fratres annuam præſtationem recipere per modum ſimplicis eleemoſynæ ab hærede, ſeu executore ſponte dantibus, facta prius ſolemni proteſtatione, ſibi nullum jus competer ad illius conſecutionem, & juxta formulam regiſtratam per Fagnanum *in capit. nimis prava, numer. 57. de exceſſib. prælat.* & monitum D. Bonaventuræ relatum in præcedenti deciſione, ut in ſpecie de ſimili legato pro pane albo miniſtrando Fratribus infirmis, reſpondit Sac. Congregat. Concilii in Romana donationis, de qua Lantuſch. *in Theatr. regular. verb. Legatum numer. 1. & in alia pænes*, Nicol. *in floſcul. verb. Legatum num. 1.* Ita tamen, ut Archiepiſcopus tanquam Ordinarius executor quarumcunque piarum diſpoſitionum, juxta Text. *in cap. Nos quidem de teſtam.* poſſit rationabiliter arbitrari reſpectu ſubminiſtrationis prædictarum ſindonum juxta majores, vel minores infirmorum indigentias, & neceſſitates; & quidem in ipſamet ſpecie, ſecluſa ex parte Fratrum quavis inſtantia, etiam per implorationem ſimplicis officii Judicis, atque hoc modo obviare, ne in alios uſus convertantur. Et hoc facilius videbatur dicendum, dum idem Archiepiſcopus, qui fuit per Teſtatorem electus in executorem hujus piæ diſpoſitionis, non ſolum non contradicit illius implemento, quinimo, procedens tanquam Judex auctoritate Apoſtolica delegatus, pronunciavit per ſententiam illam eſſe executioni demandandam, ac proinde ſublata remanet cuicunque alteri exceptio nullitatis, aut incapacitatis Fratrum, qui alios poſſunt per viam eleemoſynæ recipere ſponte datum ex ſuperius firmatis.

Demum quoad reliqua legata pro anniverſariis, 47
& Miſſis, ſimiliter cenſuerunt, non deberi ex eodem capite incapacitatis Fratrum poſſidendi, aut habendi quemcunque annuum reditum, tanquam redolentem ſpeciem immobilium, & repugnantem arctiſſime paupertati eorum Regulæ, juxta Text. *in d. Clem exivi §. cumque annui reditus de verb. ſignif.* etiamſi fuerint relicta cum onere perpetuæ celebrationis Miſſarum, cum eis non liceat habere Miſſarum ſtipendia per modum annuæ, & certæ aſſignationis, utpote deſtructivæ puræ mendicitatis, & quotidiani quæſtus, ſed tantum per modum manualis eleemoſynæ pendentis ab incerta fidelium largitione, & pietate, ut communiter tradunt Lezan. *oper. mor. tom. 2. verb. Legata n. 21.* Sanchez *ad precept. Decal. d. cap. 26. numer. 44.* Pignatell. *conſult. lib. 3. conſult. 16. numer. 6.* Marant. *controver. lib. 1. d. reſponſ. 41. num. 10.* Ubi dicit, hodie inanem eſſe hanc quæſtionem, Adden. ad Buratt. *deciſ. 756. numer. 15.* Rot. coram Merlin. *deciſ. 456. num. 16. & ſeq.* cum aliis antiquioribus & reſolutionibus S. Congreg. relatis in præcedenti deciſione.

Præſertim; quia pleraque ex illis fuerunt facta 48
ipſis Fratribus, & Conventui mediante aſſignatione, & Conſtitutione certorum capitalium, ſeu cen-

Digitized by Google

cenſuum de directo adverſantium eorum Regulæ,
juxta quam non poſſunt quidquam habere in pro-
prietate, ut præter ſupra allegatos late tradit Pa-
ſqualig. *de Sacrif. Miſſæ quæſt.* 1092. *numer.* 2. *&*
*ſeqq.* Unde tametſi iidem fiot capaces recipiendi,
& poſſint actualiter recipere hujuſmodi legata ab
hærede, ſeu executore ſponte dantibus per mo-
dum eleemoſynæ & ſtipendii manualis Miſſarum
facta prius memorata proteſtatione; nihilominus
quia id intelligitur, dummodo hæres, aut execu-
tor ex eorum omnimoda voluntate, & libertate
illis committant Miſſarum celebrationem, ita ut
nullus præcedat impulſus Judicis, per quem indi-
recte violetur puritas Regulæ, in quo ſenſu lo-
quuntur, & intelligi debent Doctores, & reſolu-
tiones Sacr. Congregationum allegati in præterita
deciſione 5, *penitrent*, ut declararunt dun Capitu-
la Generalia convocata Burgis anno 1523. & Aſ-
ſiſii annn 1526. in his terminis relata per Sanch.
*ad precept. Decal. d. cap.* 26. *num.* 49. *circa fin.* Et
conſonant verba D. Bonaventuræ impreſſa apud
Fagnan. *ubi ſupra num.* 58. ibi — *& ſi poſt obitum*
*illius uxor ejus, vel alii amici pro anima illius ad-*
*huc velint aliquo tempore talem nobis eleemoſynam*
*per ſe, vel ex diſpoſitione illius largiri, poſſumus*
*ſimiliter recipere ex eadem gratia, ita quod quan-*
*docunque nollent amplius iſta dare, nil peteremus*
*ab eis quaſi ex debito, ſed more mendicorum recur-*
*reremus ad domum Clementis Domini pro quotidia-*
*na eleemoſyna, quandiu illi placeret, ſed quando*
*plus nollet, abiremus vacui, gratias agantes de da-*
*to, & non murmurantes de negato.* Non poſſunt
Fratres neque per ſe, neque per Syndicum Apo-
ſtolicum, etiam agentem tanquam unum de po-
pulo, imo neque extrajudicialiter moleſtare hære-
dem, aut executorem, ut ſibi Miſſarum celebra-
tionem committant, ne per æquipollens ſibi liceat
habere, quod ex Regula, & Pontificiis Conſtitu-
tionibus prohibentur, *ad trad. per* Marant. *d. re-*
*ſponſ.* 41. *num.* 73. Pignatell. *d. conſult.* 16. *num.* 6.
*verſ. & ſane*, & ita, negotio maturæ examinato,
reſolvit Congreg. ſpecialiter præpoſita a ſan. mem.
Urbano VIII. negotiis eorundem Fratrum, ut apud
Fagnan. *d. cap. nimis prava num.* 53. ac ſimiliter
decrevit Congreg. Rev. Fabricæ relata penes Ma-
rant. *dict. reſponſ.* 41. *verſus finem verſ. prohibuit*,
ubi in caſu contraventionis comminatur pœna ex-
communicationis, non reſiſtentibus auctoritatibus
in contrarium allegatis, quia illæ procedunt in le-
gatis relictis modo licito, ſeu non repugnanti eo-
rum Inſtituto, non autem in relictis modo illici-
to, qualia ſunt legata annui reditus, licet haben-
tia annexum onus Miſſarum ut per Text. *in dict.*
*cap. exiit verſic. ad hæc quia*, late diſtinguit Fa-
gnan. *in dict. capit. nimis prava*, *numer.* 46. *&*
*ſeqq.*

49 Quoniam vero legata hujuſmodi, ſtante inca-
pacitate Fratrum, non ita corruunt, & caducan-
tur, ut hæres aut executor omnino liberentur ab
onere ipſis injuncto, vel bonis annexo in ſuffra-
gium animæ Teſtatoris, ſed ipſi, quantum in ſe
eſt, adhuc tenentur illius voluntatem adimplere
modo meliori, quo fieri poteſt, ne ejus anima
debitis ſuffragiis Miſſarum, & anniverſariorum de-
fraudetur, per argumentum Textus *in l.* 1. §. *pro*
*ſecundo vero Cod. de caduc. tollen. & in l. fin. ff.*
*de petit. hered.* Marant. *d. reſponſ.* 41. *numer.* 83.
Sanchez *d. cap.* 26. *num.* 50 Caſtropal. *d. punct.* 9.
*num.* 17. Amoſtaz. *de cauſ. piis lib.* 4. *cap.* 3. *nu-*
*mer.* 74. plene Didacus de Cæa *in allegatione Con-*
*ventus Victoriæ impreſſ. inter Pontific. Conſtit. re-*
*collect.* per Patr. Joannem a Neapoli *fere per tot.*
Imo pinguis adimpleant, ſi per ipſos Fratres, &
in altaribus a Teſtatore deſignatis id exequi cu-
rent, ut monet Sanchez *d. cap.* 26. *num.* 50. Pot-
eſt, & debet Archiepiſcopus, vel ex officio, uti
ordinarius executor omnium piarum diſpoſitionum,
juxta relatum Text. *in d. capit. nos quidem de te-*
*ſtam.* vel uti executor ſpecialiter per teſtatorem de-
putatus, curare, & ſolicitus eſſe, ut celebretur
Miſſæ, vel per ipſomet Fratres, vel per alios Sa-
cerdotes ad ejus arbitrium, ut tradit Marant. *d.*
*reſponſ.* 41, *n.* 78.

Et hoc modo nedum non læditur, verum po- 50
tius religioſe ſervatur puritas eorum Inſtituti, tol-
liturque quævis certitudo eleemoſynæ ex parte Fra-
trum, cum ſemper ſtet in prudenti arbitrio, &
vigilantia ejuſdem Archiepiſcopi, penſatis omnibus
circumſtantiis, eleemoſynarumque augmentis, ac
reſpective decrementis, vel ipſis Fatribus, vel aliis
committere Miſſarum celebrationem, ut bene ad-
vertitur in præcedenti deciſione. Imo ſi eidem
conſtiterit, quod annui reditus aſſignati Archidia-
cono in erectione dignitatis fuerint adeo diminu-
ti, ut ex iis decenter, & congrue ſuſtentari ne-
queat, ei pro tempore applicare partem proven-
tuum ad hunc effectum relictorum, injuncta illi
proportionabili Miſſarum celebratione.

Nec turbat, quod legata relicta Fratribus Mi- 51
noribus modo illicito, ſeu repugnanti eorum In-
ſtituto, quippe, quæ recipiunt ſubſtantiam a mo-
do, ſint nulla, & conſequenter caduca, ac ſi non
fuerint ſcripta. Quoniam (quidquid ſit de arti-
culo in genere, reſpectu legatorum ad pias cau-
ſas, in quo plures Patres ſentiunt poſſe per Epi-
ſcopum commutari) intelligitur de legatis relictis
ſine onere perpetuo, veluti agro, ſeu cenſu ad
fruendum, poſſidendum, aut locandum; tunc enim
cum illa appareant facta ſola contemplatione ipſo-
rum Fratrum, & ſub unico fine, ut illis acqui-
rantur, tanquam defectiva in ſubſtantia, corruunt,
& caducantur ad commodum hæredis, & in hoc
ſenſu diſtinguendo modum licitum ab illicito lo-
quuntur Lezan. *loc. cit. ſub num.* 6. Sanchez *dict.*
*cap.* 26. *num.* 18. Fagnan. *d. cap. nimis prava num.*
31. *& ſeqq.* Barboſ. *de jur. Eccleſ. d. cap.* 27. *nu-*
*mer.* 76. Secus vero procedit in relictis cum one-
re celebrationis Miſſarum; quia, cum Teſtator
non minus cenſeatur voluiſſe ſatisfactionem one-
rum, quam quod legata acquirerentur Fratribus
legatariis, ſtante eorum incapacitate, remanent
quidem nulla in ordine ad ipſos, ita ut eis nul-
lum jus tribuant ad illorum conſecutionem, ſed
adhuc onus adimpleri debet ex parte hæredis, vel
executoris, ut explicant Amoſtaz. *de cauſ. piis d.*
*cap.* 3. *n.* 74. Barboſ. *d. cap.* 27. *num.* 81. Sanchez
*d. cap.* 26. *n.* 50.

Idque eſt adeo verum, ut in ſimilibus legatis 52
cum onere Miſſarum, non obſtante incapacitate
Fratrum, intrent facultates R. Fabricæ S. Petri,
quod utique non eveniret, ſi ea eſſent omnino
nulla, & caduca, ut tradunt Marant. *ſæpe d. re-*
*ſponſ.* 41. *numer.* 116. Rot. coram Cavaler. *deciſ.*
212. *ſub num.* 6. *verſ. ſupererat*, & ita reſolvit
Congregatio particularis deputata a ſan. mem. Ur-
bano VIII. apud Fagnan. *in dict. cap. nimis pra-*
*va ſub num.* 53. & Congreg. ipſius Fabricæ apud
Marant. *ubi proxime n.* 88. *Ibi declaramus legata*
*hujuſmodi, quæ a principio perſonis incapacibus fa-*
*cta ſunt, ſive ex poſt facto incapaces ſunt reddita,*
*non ad heredes gravatos, ſeu alios obligatos ſpe-*
*ctare, ſeu ut caduca ab eis vendicari poſſe, ſed ad*
*Fabricam ipſam &c.*

Et in hunc modum, ſuffragantibus hodie omni-
bus Dominis poſt ſecundam cauſæ propoſitionem,
concluſum fuit utraque &c.

*Votum in Cauſa Turritana eleemoſynarum.*

Rota per rationes deductas in poſtrema ex ſu- 53
pra ſcriptis deciſionibus, eſt in voto, legata, de
quibus agitur, deberi, & eſſe adimplenda juxta
modum in eo expreſſum. Primo nempe deberi,
& eſſe adimplendum legatum relictum Capellæ
Majori pro oleo lampadis. Secundo, abſolute lo-
quendo, non deberi legatum pro ſindonibus reli-
ctum ad uſum infirmariæ, ſed eſſe adimplendum
ex parte hæredum, ſeu executorum in ipſamet ſpe-
cie, & juxta majores, vel minores indigentias
ejuſdem infirmariæ arbitrio Ordinarii, ſecluſa ex
parte

Digitized by Google

parte Fratrum quavis inſtantia, & facta prius per ipſos ſolemni proteſtatione ſe nullum jus habere ad illius conſecutionem. Tertio demum, reliqua legata pro anniverſariis, & Miſſis ſimiliter non deberi; ſed nihilominus teneri hæredem, ſeu executorem ad eorum implementum, committendo celebrationem Miſſarum, vel ipſiſmet Fratribus vel aliis juxta rationabile arbitrium ejuſdem Ordinarii: qui ulterius poſſit, ſi rei neceſſitas exigat, applicare Archidiacono partem proventuum ad hunc effectum relictorum, injuncta illi proportionabili Miſſarum celebratione, prout latius declaratur in eadem poſtrema deciſione.

Alexander Urſinus S. R. Decanus.

*Verba Congregationis particularis ab Urbano VIII. Fratrum Minorum de Obſervantia Ciſmontanæ Familiæ Conſultationibus præpoſita, in deciſionibus præcedentibus allegata.*

Sacra Congregatio &c. ſed quia in his caſibus
54 ſolet aliquando evenire, quod annuus reditus ob temporis antiquitatem non comperiatur habere aliquem Patronum, cui fieri debeat talis, ut ſupra, proteſtatio, decernimus, quod in tali caſu ſervetur Statutum Ordinis Minorum ſub Paulo II. (Julio II.) ſuper cap. 6. Regulæ §. *Inhibemus*, quod nimirum hujuſmodi reditus aſſignentur Rectoribus ſpiritualibus, aut temporalibus Collegiorum, aut Communitatum, Terrarum, aut Civitatum, qui tales eleemoſynas, ſive fructus, vel reditus annuos nomine Eccleſiæ Romanæ, vel donantium ſive Fratribus exigant, & recipiant, & a Fratribus ſive aliis Sacerdotibus, *quando Fratres noluerint* tales Miſſas, vel ſuffragia juxta piam intentionem benefactorum in toto, vel in parte ſecundum quantitatem talium obventionum, dici faciant.

*Decretum Sac. Congregationis Fabricæ S. Petri circa legata relicta Minoribus de Obſervantia in locis, in quibus Vener. Fabrica locum habet promulgatum ſub die 14. Febr. 1633.*

Cum ſæpius &c. eadem S. Congregatio cenſuit
55 pro opportuna prædictorum proviſione, facta prius relatione Sanctiſſimo Domino Noſtro Urbano Papæ VIII. ac de illius expreſſo ordine, & mandato, decrevit in futurum ſuper hujuſmodi legatis obſervari ut infra. Quod hujuſmodi legata per debitores, vel hæredes non extinguantur, vel reducantur per compoſitionem cum Miniſtris Fabricæ faciendam, vel alio quovis modo; ſed illorum capitale, ſive ſors principalis, vel proprietas abſque aliqua diminutione conſervetur ſemper, & perpetuo ad effectum, ut in uſus Romano Pontifici pro tempore exiſtenti bene viſos poſſint applicari. Ita tamen ut quandiu applicationem ſpecialem authoritate Apoſtolica fieri non contigerit, hæredes, vel debitores poſſint libere ſi velint dictis Fratribus dare annua legata per eoſdem Fratres recipienda in eleemoſynam, non autem per eos exigenda.

Quodque Commiſſarii, aliique Miniſtri Vener.
56 Fabricæ ſuper hujuſmodi Capitale, ſeu proprietate ſupradicta, ſe de cetero non intromittant, nec dictos hæredes, ſeu debitores aliquo modo moleſtent &c.

Et quod nolentibus dd. hæredibus vel debitoribus dare ſupradictis Fratribus dictas eleemoſynas, ſeu annuas præſtationes, ſive legata ut ſupra ſolvere, vel illas, ſeu illa non ſolventibus, tunc, & eo caſu lapſis duobus annis a die obitus Teſtatorum, ſi fuerit maturatum legatum, vel a die maturatæ illius ſolutionis, eadem Fabrica, & illius Commiſſarii, & Miniſtri id totum, quod ſolutum non fuerit, pro præterito pro rata tamen in qua fuerit ut ſupra, elapſum biennium, vel ultra poſſit, & valeat annuas præſtationes hujuſmodi exigere, exigique facere ad ſui beneficium juxta ſuas facultates, & privilegia, ſalva ſemper proprietate, ſeu capitali, ut ſupra, ad effectum, quod hæredes, vel debitores &c. poſſint, ſi velint, etiam quandocunque futuris temporibus, & ſic deinceps in perpetuum dare dd. Fratribus d. annua legata in eleemoſynam &c. *Et inferius præſervatur Decretum Congreg. particularis ſub Urbano VIII. ſuperius relatum ſequentibus verbis:* Prohibuit tamen ead. S. Congr. Fratribus ſupradictis ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda, ne audeant, ſeu præſumant, nec quilibet eorum audeat, ſeu præſumat per ſe, nec per alios Syndicos, Miniſtros, ſeu Procuratores tam ſeculares, quam Regulares d. annuas præſtationes, ſeu legata, nec judicialiter tam coram quocunque Judice Eccleſiaſtico, quam Seculari Ordinario, vel Delegato, nec alias niſi juxta formam dicti Decreti Cong. FF. Min. de Obſervantia S. Franciſ. Ciſmontanæ Familiæ a SS. D. N. deputatæ ab hæredibus, ſeu debitoribus petere, minuſve dd. hæredibus, ſeu debitoribus facere aliquas receptutas pro dd. annuis præſtationibus, niſi pro rata, & pecunia, ſeu eleemoſynis ſupradictis cum effectu, ac vere & realiter eiſdem Fratribus data, vel ſoluta, ſeu datis, vel ſolutis, nec ſub alia data, niſi ſub ea qua vere fuerit iiſdem Fratribus, aut aliis pro eis facta realis ſatisfactio.

*Decretum ejuſdem S. Congreg. Fabricæ ad providendum indemnitati Fratrum in annuis legatis, & occurrendum hæredum, vel executorum malitiæ, editum die 15. Decembris 1646.*

Sacra Congregatio Generalis Rev. Fabricæ San- 57
cti Petri de Urbe ad conſulendum non minus indemnitati Fratrum Ordinis Minorum de Obſervantia Sancti Franciſci, quam providendum malitiæ hæredum, & aliorum quomodolibet obligatorum, qui differunt ultra biennium illis ſolvere annua legata pia cum oneribus Miſſarum, ſeu Officiorum, vel etiam gratis dictis Fratribus, ſeu eorum Eccleſiis relicta, ac in futurum relinquenda, ſub ſpe poſtea ſuper illis pro minori ſumma ſe componendi cum Commiſſariis, & aliis Rever. Fabricæ Miniſtris, & Officialibus, prohibuit, & expreſſe mandavit Commiſſariis, Oeconomis, Secretariis, & aliis quibuſcunque Officialibus, & Miniſtris Reverendæ Fabricæ præſentibus, & futuris, & tam Urbis, & Status Eccleſiaſtici, quam Regni Neapolis, aliorum quorumcunque locorum ſub pœnis arbitrio ejuſdem Sacræ Congregationis, ne de cetero cum hæredibus, vel aliis quomodolibet obligatis ad ſolutionem dictorum legatorum ad aliquam compoſitionem, remiſſionem vel tranſactionem deveniant, ſed ab illis omnes annatas ſupra biennium decurſas, & non ſolutas integraliter exigant, & exigere faciant in beneficium dictæ Reverendæ Fabricæ ſine relaxatione alicujus minimæ portionis, ſeu quantitatis, ſervato in reliquis tenore Decreti in hac materia ab eadem Sacra Congregatione ediri ſub die 14. Febr. 1633. & compoſitiones &c. eo ipſo nullas, & irritas eſſe decrevit, mandans &c.

## BREVE S. MEM. URBANI VIII.

*Sac. Rotæ, aut ulli alteri Tribunali pro hac Cauſa hucuſque minime præſentatum, editum poſt Decreta, tam Congr. particularis conſultationibus Familiæ Ciſmontanæ Fratrum Minorum S. Franciſci (ad quam Conventus Turritanus nullatenus ſpectat) ab eodem Urbano VIII. anno 1628. præpoſita, quam Sac. Congr. Rev. Fabricæ anni 1633. quorum particulæ a n. 54. tranſcribuntur. Per quod, tanquam per legem Pontificiam poſteriorem (approbativam doctrinarum, quas* licite, valide, tuta, & ſalva conſcientia, *ſequi valent in hac materia Fratres Minores prædicti) interpretanda, ſeu intelligenda veniunt, tam præmemorata Decreta aliaque ſimilia, quam authoritates Fagnani, & aliorum Auctorum*

*eiſdem*

Digitized by Google

*eiſdem Decretis inhærentium, quas Sacra Rota partim ſecuta eſt in præmiſſis Deciſionibus, & Voto, & quæ rejici debent omnino in ea parte, in qua illicitum, & invalidum proponunt, quod validum, ac tutum in conſcientia aſſeritur in eodem Brevi: ſicut eas dubio procul eadem Sacra Rota rejeciſſet, ſi hoc Breve, ob notitia Agentium pro fratribus Minoribus Turritanis defectum, non fuiſſet in propoſitione juriumn penitus ſub ſilentio prætermiſſum. Nunc tamen per extenſum datur, ut illius Obſervantia ſimul cum doctrinis eidem cohærentibus per Sacram Rotam approbatis, a Sacra Congregatione Epiſcoporum, & Regularium, qua Votum ab eadem Rota exquiſivit, ſtricte decernatur. Ipſiuſque tenor videri poterit in Theatro Terra Sancta lib. 2. c. 4. §. 6. Romæ anno 1639. Typis Sac. Congregationis de Propaganda Fide impreſſo.*

Adverte, quod iſta verba non ſunt auctoris.

## URBANUS OCTAVUS.

*Ad futuram rei memoriam.*

58 Exponi nobis fecit dilectus Elias Petiot Doctor Theolog. Pariſienſis Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci Regularis Obſervantiæ, Turoniæ Miniſter Provincialis, cum omnibus Superioribus, & ſubditis ejuſdem Provinciæ, quod ipſi a dilecto etiam filio Didaco de Cæa Ordinis eorundem Minorum Lectore Jubilato, Almæ Angelorum Provinciæ, & Ordinis Patre, ac in Romana Curia pro Ultramontana familia Commiſſario Generali, & de mandato, & authoritate dilecti filii noſtri Franciſci S. Laurentii in Damaſo Diaconi Cardinalis Barberini nuncupati, S. R. E. Vicecancellari, noſtri ſecundum carnem, ex fratre Germano nepotis, dictique Ordinis apud nos, & Sedem Apoſtolicam Protectoris; in præfatæ Provinciæ ſpecialem Commiſſarium, pro alienandis bonis immobilibus, ſi quæ fuerint extra Conventus dictæ Provinciæ ſumpta, ac alias ſub certis modo, & forma, ibi expreſſis conſtitutus, & deputatus fuit, prout in dicti Didaci Commiſſarii Generalis hujuſmodi deſuper confectis patentibus literis tenoris ſubſequentis, videlicet.

59 Frater Didacus de Cæa Ord. Minor. Regularis Obſervantiæ Lector Jubilatus, Almæ Angelorum Provinciæ, & Ordinis Pater, ac in Romana Curia pro univerſa familia Ultramontana Commiſſarius Generalis, & ſervus; Dilecto nobis in Chriſto R. P. Fr. Eliæ Petiot ejuſdem Ordinis, & inſtituti, Provinciæ vero Turoniæ Provinciali Miniſtro, ac Doctori Theologo Pariſienſi ſalutem, & pacem in Domino ſempiternam. Cum Eminentiſſ. D. Cardin. Franciſco Barberino Sacr. R. Eccl. Vicecancellario, nec non totius noſtræ Seraphicæ Religionis vigilantiſſimo Protectori, Correctori, & Gubernatori, exponi feceris una cum omnibus, & ſingulis ejuſdem Provinciæ, Superioribus, & ſubditis, quod dicta Provincia quondam Conventualium, zelo ſuæ profeſſionis ducta, & devotis accenſa deſideriis olim quidem Regulæ ſuæ Obſervantiam amplexa fuerint, & formam vivendi, & diſciplinæ Patrum Obſervantiæ acceptaverit; nuper vero a S. D. N. Urbano VIII. in literis ſuis Apoſtolicis ſub datis hic Romæ 18. Junii præſentis anni declarata fuerit, & de novo incorporata Regulari Obſervantiæ cum omnibus privilegiis, juribus, exemptionibus, & immunitatibus, quibus dicta Provincia, cum Provinciis Franciæ, S. Bonaventuræ, & Conventus Pariſienſis ab antiquo gaudere conſueverunt.

60 Propterea ad felicius dictæ Provinciæ, & Fratrum conſcientias ſerenandas, & Sanctæ Regulæ noſtræ Seraphicæ nitorem, & obſervantiam reſtituendam, ſupplicaveris, quatenus concedamus tibi licentiam, ut cum Conſilio Syndicorum Conventuum reſpective poſſeſſiones, prata, & alia immobilia (ſi quæ fuerint extra Conventuum ſepta) ſic vel alienes, vel diſponas, prout melius regimen dictæ Provinciæ, & Conventuum utilitas poſtulaverint; quia autem dicta alienatio, & diſpoſitio non poteſt executioni mandari, abſque ſingulari ejuſdem Eminentiſſimi Protectoris mandato, & modo ab illo aſſignando, quo debite, & congrue omnia, ſi quæ intervenerint impedimenta tollantur, & quatenus dicta hujuſmodi alienatio, vel diſpoſitio ſuum tandem integrum, & plenarium ſortiatur effectum. Hinc eſt, quod auctoritate ejuſdem Eminentiſſ. Protectoris nobis in hac parte ſpecialiter commiſſa, præſentium tenore, & vigore, te, qui de Religionis zelo, morum integritate, & prudentiæ claritate plurimum in Domino comendaris, ejuſdem dictæ tuæ Provinciæ ſpecialem Commiſſarium nominamus, & inſtituimus omni meliori modo, quo poſſumus, & opus fuerit; etiam cum plenitudine poteſtatis agendi, ſolicitandi, & procurandi per te, vel per alium, ſeu alios dictæ Provinciæ benemeritos Patres, a te deputandum, vel deputandos, ad cujus, vel quorum nominationem, & ad facultatem eligendi, ſpecialem licentiam, & authoritatem concedimus, quatenus dictæ poſſeſſiones, prata, & alia immobilia, ſi quæ fuerint extra Conventuum ſepta, intra unum annum, vel ad ſummum duos a debita præſentium notitia computandum, ſic vel alienentur, vel diſponantur, ut dictæ Provinciæ felicius regimen, & Religionis decor poſtulaverint.

Et propterea eadem authoritate Eminent. Pro- 61
tectoris, & earundem ſerie noſtrarum prædictos Syndicos Conventum reſpective, tanquam Generales per ſanctiones Pontificias Procuratores, & Oeconomos Apoſtolicos, hortamur in Domino, & quantum in nobis eſt injungimus, & mandamus, quatenus dictam alienationem, ſeu diſpoſitionem, conſilio, & auxilio ſuo promoveant, ut ſcilicet fiat ſecundum requiſitas juris ſolemnitates, & debitum Seraphicæ noſtræ inſtitutionis modum, ſcilicet dictorum bonorum dominium, poſſeſſionem, & proprietatem puritati noſtræ Regulæ Obſervantiæ repugnantem in perpetuum abdicando, & ad quos de conſilio Fratrum cujuſque Conventus melius ſecundum Deum, & fructuoſius ſecundum licitam utilitatem Conventuum videbitur expedire, tranſmittendo, & alienando.

Inſupeer ad ſerenandas Fratrum conſcientias, ea- 62
dem authoritate Eminentiſſ. facultatem tibi concedimus; quatenus Fratribus, & Conventibus dictæ Provinciæ vice noſtra declares; imo nos nomine, & authoritate dicti Eminentiſſ. Protectoris declaramus, dictos Conventus, Fratreſque Minores reſpective licite, valide, tuta, & ſalva conſcientia *tenere poſſe annua, & perpetua legata, vel certos aliquos reditus, aut proventus annuos*, & perpetuos præfatæ puritati noſtræ Regulæ conſentaneos, per modum eleemoſynæ, aut (juxta primam, & præcipuam Sancti Patris Franciſci vivendi rationem, ejus conſilio, & exemplo firmatam, & roboratam) pretii, ſeu mercedis vice, pro ſpirituali dictorum Fratrum noſtrorum labore recipiendos, nempe pro Miſſarum ſolemnium, privatorumque ſacrificiis, aliiſque Divinorum Officiorum oneribus, ſecundum pias benefactorum, ſeu vivorum aut defunctorum intentiones inſtitutis; ſive pro fabricis, & reparationibus Eccleſiarum noſtrarum, ſive pro ſtudiis Sacræ Theologiæ, & bonarum diſciplinarum, nec non aliis Conventuum utilitatibus, ſive pro prædictis omnibus cauſis, aut aliqua illarum diviſim, vel conjunctim jam diu prædictos reditus, aut proventus fundatos, & conſtitutos, vel fundandos, & conſtituendos ſuper hujuſmodi bonis cujuſcunque ſint naturæ (nunc, & in perpetuum abdicandis, tranſmittendis, & alienandis) juxta prædictos modos licitos; & puritati Regulæ noſtræ congruos reſervando,

& retinendo, *facta prius ex animo, & optimo corde dictorum redituum, aut proventuum, ſimili, vel efficaciori proteſtatione, & renunciatione, a Doctore noſtro Seraphico P. Bonaventura præſcripta, atque obſervata*, & quod reditus, aut proventus in unoquoque Conventu non ſiot in tanta copia, & exceſſiva quantitate, ut mendicitatem excludant, aliiſque ſervatis clauſulis, & circumſtantiis, *nec non gratiis, & juribus contentis, & expreſſis in allegatione pro ſuſtinenda validitate fundationis, & perpetuorum legatorum Conventus Victoriæ Sancti Patris noſtri Franciſci Recollectorum in Hiſpania, alias per nos præſentata Eminentiſſimis Dominis Cardinalibus Sacræ Congregationis Concilii Tridentini, & ab eis approbata, & confirmata per decreta edita ſub datis hic Romæ vigeſima Junii, & tertia decima Julii anno Domini* 1635.

Ut autem facilius, opportunius & exactius injunctum tibi munus abſolvere poſſis, ejuſdem E-
63 minentiſſimi Protectoris authoritate, præcipimus omnibus, & ſingulis dictæ Provinciæ Fratribus Superioribus, & ſubditis in virtute ſanctæ Obedientiæ, & ſub pœna privationis propriorum officiorum, nec non excommunicationis latæ ſententiæ, & etiam prædictis Conventuum Syndicis Apoſtolicis, ut te, vel alium, ſeu alios intra prædictum, & præfixum tempus, velut legitimum, ſeu legitimos dictæ Provinciæ Commiſſarium, aut Commiſſarios ad prædicta (ut fertur) ſpecialiter, & expreſſe deputatum, vel deputandum, aut deputandos, cum omnibus gratiis, ac juribus aliis Commiſſariis concedi ſolitis recipere, recognoſcere, & revereri velint, & debeant tibi, aut illi, vel illis, quæ nec cultui Divino, aut animæ ſuæ, nec evidenti, & ſpirituali Conventuum utilitati contraria ſunt, prompti, & hilariter obtemperatur. Monentes, ut in hujuſmodi muneris executione, nihil aliud penitus, niſi prædictorum cultus Divini augumentum, domorum Domini decorem, ſtudiorum neceſſitatem, & domum cujuſcunque Conventus utilitatem ſpiritualem noſtro Minorum ſtatui, & Regularibus inſtitutis dictæque Provinciæ privilegiis nuper confirmatis (ut præfertur) congruentem præ oculis habeas. Vale, Deumque pro nobis exora. Datum Romæ in Conventu Aracœlitano die 10. Julii anno 1637. In quorum fidem manuali noſtro Syngrapho, & majori officii noſtri Sigillo præſentes munivimus.

64 Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat præfati exponentes præmiſſa pro illorum firmiori ſubſiſtentia, & validitate Apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri ſummopere deſiderent. Nos dictum Eliam alioſque præfatos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium, duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus illorum nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, deputationem de perſona dicti Eliæ in ſpecialem Commiſſarium Generalem (ut præfertur) factam, ac deſuper confectas præinſertas literas, cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, expreſſiſque Apoſtolica authoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti, quantumvis ſubſtantiales defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

65 Mandantes propterea omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore quomodolibet ſpectabit, ut dictum Eliam, alioſque præfatos præinſertarum, præſentiumque literarum noſtrarum commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere ſinant, & faciant, nec illos deſuper a quoquam quomodolibet moleſtari, perturbari, vel inquietari permittant, ac decernentes, eaſdem præinſertas patenteſque literas, validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore quomodolibet in futurum ſpectabit, inviolabiliter obſervari, dictiſque exponentibus pleniſſime in omnibus, & per omnia ſuffragari debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctori ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordina- 66
tionibus Apoſtolicis, ac prædictorum Ordinis, & Provinciæ, etiam juramento confirmatione Apoſtolica, vel alia quavis firmitate roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum omnium tenore præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus: cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub anulo Piſcatoris die vigeſima ſeptima Julii 1637. Pontificatus noſtri anno decimo quarto.

M. A. Maraldus.

# ALLEGATIO

**Pro ſuſtinenda validitate Fundationis Conventus Victoriæ S. Franciſci Recollectorum per Illuſtriſs. Tribianæ Comites in Calaguritana Diœceſi, a primis fundamentis erecti; Patronatuſque eorundem inſtitutionis convenientia ad S. Franciſci Regulæ Generalia Minorum Statuta, Summorum Pontificum Decreta, & praxim, immemorabili Seraphicæ Religionis conſuetudine, obſervatam.**

*Præſentata.*

Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis D. D.

*CARDINALIBUS*

Sac. Congregationis Concilii Tridentini.

*Per Reverendiſſimum P. Fr.*

DIDACUM DE CÆA

*Lectorem Jubilatum, Almæ Angelorum Provinciæ Patrem, ac in Curia Romana pro Ultramontana Familia de Obſervantia S. P. Franciſci, Commiſſarium Generalem.*

*Cujus Doctrina roborata manet per precedens Urbani VIII. Breve num. 26. in fine, nec non per alia Sanctæ Sedis Decreta, poſt eandem allegationem adducenda, quæ ipſam reddunt omnibus aliorum privatorum Auctorum diſcurſibus ſecuriorem, Ipſius tenor eſt hujuſmodi.*

## EMINENTISSIMI DOMINI,

Altiſſima Seraphicæ Religionis paupertas ca- 67
pacitatem a Fratribus non aufert, quominus annua legata, perpetuaque anniverſaria, ſub eleemoſyna certo, & firmiter reddenda, obtinere, Conventuum pariter fundationes, & Patronatus, in quibus certa quantitas a Fun-

Fundatoribus (dummodo exceſſiva non ſit) ſufficiens neceſſitatibus annuatim largienda ſtatuitur, a Patronis; eorumque hæredibus, aliiſque perſonis, ad id deſtinatis, poſſint acceptare; dummodo penes Religionem non ſit talium rerum diſpoſitio, ſed hæres, quælibetque perſona ab Inſtituente, Patronoque deſignata, dictam eleemoſynam, ſeu legatum, ſub forma eleemoſynæ, juxta inſtitutionis tenorem, annuatim Fratribus largiatur; qui nullum inde jus conſequentur, nec civilem habent actionem, ut talem eleemoſynam judicialiter repetere valeant. Quinimo juxta praxim ab ipſo ſtatim naſcentis Religionis exordio ſervari ſolitam, a D. Bonaventuræ auctoritate, Generaliumque ſtatutorum ſanctionibus firmatam, ſi quando hujuſmodi anniverſaria, & legata Fratribus relinqui contingat, proteſtatio facienda eſt, qua declaratur, *tales diſpoſitiones nullatenus a Religione acceptari, niſi liberaliter, gratuitoque donentur; Nec ulla inde civilis actio, ſed ſolius fidelitatis, & conſcientiæ obligatio proveniat*, quod ſi, non obſtante hujuſmodi Fratrum proteſtatione, Inſtitutor velit præfatam eleemoſynam largiri, citra ullam Regulæ tranſgreſſionem a Fratribus acceptari poteſt, & viciſſim gratitudinis, fidelitatiſque titulo Miſſarum ſolemnia, & reliqua officia, in fundationibus Patronatuumque Inſtitutionibus ſancita perſolvere. Nulla enim ad hoc in Minori Ordine incapacitas reperitur.

68 Probatur primo, ex multis Generalium Capitulorum Decretis. Cordub. *in expoſitione Regulæ S. Franciſci capit. 6. quæſtion. 11. punct. 4. notab. 2.* refert, Capitulum Aſſiſii celebratum anno 1526. & Burgenſe anno 1523. in quibus tanquam indubitatum, & Seraphico Inſtituto valde conſonum declaratur poſſe Fratres Minores legata perpetua ſub ratione eleemoſynæ, diſpoſitioneſque anniverſarias obtinere. Id tamen expreſſius in Capitulo Barcionenſi ſtatuitur anno 1541. cujus Conſtitutiones ad normam Concilii Tridentini reformatas Segovienſe Capitulum anno 1621. celebratum, in compendium redegit, & probavit. Verba Capituli ſunt:

69 *Decernitur præterea, & præcipitur, quod quotieſcumque relinqui contingat aliqua legata perpetua aliquibus perſonis, ſive Hoſpitalibus, vel alicui Reipublicæ, & aliis domibus ea lege, quod teneantur Fratribus præſtare ſingulis annis certam eleemoſynam, ſive omnino gratis, ſive ut ipſi Fratres dicant certa Officia, & Miſſas, Guardianus faciat proteſtationem ei, qui Teſtatoris voluntatem implere tenetur*, quod ad illas eleemoſynas nullum jus habent Fratres ex vi legati, nec poſſunt obligari ad illa Officia, & Miſſas, *ſi tamen, facta iſta proteſtatione, hæres ex ſua libera voluntate voluerit dare eleemoſynas, & committere Fratribus dd. Officia, & Miſſas, tunc Fratres tuta conſcientia poſſint eleemoſynas hujuſmodi recipere. Eſt autem hæc proteſtatio, neceſſaria, juxta S. Bonaventuræ ſententiam, ne ab ignorantibus noſtrum Inſtitutum Regulæ noſtræ tranſgreſſores judicemur*. Hic Conſtitutionis tenor etiam ante Capitulum Toletanum Generale id decreverat anno 1606. *caſ. 3. tit. de piis legatis*, ſtatuens, ut Conventus, cui annuum legatum, aliave inſtitutio relinquitur, proteſtationem primo præmittat, quod inde nullum jus acquirat, aut civilem naciſcatur actionem, ut legatum in judicio repetere poſſit. Et merito quoniam Aſſiſianum, Burgenſeque Capitulum talia legata, & anniverſarias inſtitutiones ſolo eleemoſynæ titulo obtineri poſſe ſtatuerat. Quod poſtea Salmanticenſibus ſtatutis firmatum eſt anno 1553. *capit. 6.* ubi inſuper additur: *Legantes, & inſtituentes jus aliquod, vel actionem conferre Fratribus non intendere, ſed ea tantummodò legata ipſis relinquere, quæ licite citra Regulæ tranſgreſſionem illa conſequi valeant.*

70 Unde etiamſi legatum ſub expreſſione modi Fratribus liciti non relinquatur, nequaquam eſit caducum; quia inſtitutio ſimpliciter facta juxta conditionem perſonæ, ad quam dirigitur, intelligenda eſt; atque ita decernit *cap. exiit §. ad hæc verſic. ſi vel interdum de verb. ſignif. in 6.* ubi Pontifex tres aſſignavit modos legandi, & de tertio agens hæc ait — *Si vero Fratribus ipſis generaliter aliquid abſque modi expreſſione legatur, in hoc legato ſic relicto in omnibus, & per omnia intelligi, & ſervari volumus, & in perpetuum præſenti Conſtitutione jubemus; quod ſupra: In pecunia, ſeu eleemoſyna Fratribus indeterminate oblata, vel miſſa, volumus, & expreſſimus obſervari videlicet, eo ſub modo licito, Fratribus intelligatur eſſe relictum, ita quod nec Legans merito, nec Fratres ipſi effectu relicti fraudentur*. Unde S. Bonaventura in *cap. 4. Regulæ* prudenter intulit, præſumendum non eſſe quidquam Fratribus relictum, niſi ſub modo, quo illud obtinendi capaces exiſtimantur. *Cum enim, ait, Legantes intendant Fratres pro ſe habere apud Deum interceſſores, non intendunt eos Regulæ ſuæ conſtituere in hoc prævaricatores*. Et ideo juxta Pontificis Decretum, & D. Bonaventuræ auctoritatem, & per regulas juris, tales inſtitutiones, & legata eo modo, quo valere poſſunt, validæ judicabuntur; quod a fortiori ſuſtinebunt, Bartol. *tract. minor. lib. 2. diſt. 4. col. 1. num. 19.* Abb. *in cap. in præſentia numer. 3. de probat.* Card. *conſ. 66. numer. 3.* African. *§. conſtat num. 4. ff. de leg. 1.* Alex. *ibidem numer. 10.* Florianus *leg. cetera §. ſi duobus ff. de leg.* Soccin. *conſ. 217. num. 4. vol. 4.* Spin. *Specul. teſtam.* Gloſ. 12. *numer. 39.* Sorbus *in Compend. privil. mendicant. verb. Legata*, Rodriquez *tom. 2. quæſt. 126. art. 2.* Ananias *conſ. 30. n. 7.* & alii.

Ex quibus evidenter colligitur, quod expreſſio 71
ab inſtituentibus, & Patronis licito legandi modo, factaque ex parte Minorum proteſtatione eo modo, quo in Capitulis Generalibus jam citatis facienda decernitur: Anniverſaria Officiorum, & Miſſarum, erectiones Conventuum, & patronatus, certamque pro Fratrum neceſſitatibus quantitatem annuatim ſolvendam acceptare poſſint; & tuta conſcientia, juxta puritatem ſuæ Regulæ habere, & Aſſiſii in Capitulo Generali anni 1526. his verbis expreſſe decernitur, *quod ſi facta proteſtatione Legatarius præfatus voluerit dare eleemoſynas illas, & committere Fratribus dd. officia, poſſint Fratres pro bona conſcientia recipere*. Merito quidem; etenim, ut Bart. *tract. minorib. lib. 2. diſt. 7. capit. 2. num. 33.* prudenter advertit, annua legata Fratribus non interdicuntur ratione ſubſtantiæ, ſed ratione modi a Teſtatore expreſſi, atque ideo ſi Patronus, vel inſtitutor declaret ſe libenter, & ſpontanee quantitatem legato relictam ſub ratione eleemoſynæ Fratribus elargiri, ita quod nec ipſe, nec hæres, aliæve perſonæ ad illam ſolvendam deſtinatæ, civilem, & juridicam obligationem contrahant, & Fratres invicem nullum inde jus, actionemve civilem ad repetendam in judicio eleemoſynam conſequi proteſtantur; dubium non eſt, quod valide, liciteque ejuſmodi fundationibus, & inſtitutionibus perfruantur, maxime cum nihil apud ipſos maneat, ſed totum ſit penes inſtituentium hæredes, & legatarios, ſeu Urbium, quos vocant Alcaldes, & Regidores, qui ex ſola conſcientia, & fidelitatis debito legatam ſolvere quantitatem aſtringantur.

Atque in hoc conſentiunt unanimiter omnes Re- 72
gulæ noſtræ expoſitores, quorum hac in re judicium magni ponderis habendum eſt. Emmanuel *tom. 2. quæſt. regular. quæſt. 122. articul. 4. per tot.* & in Summ. *tom. 1. cap. 199. verb. eleemoſ. n. 8.* Mirand. *in expoſit. regular. cap. 65. diff. 12.* Villalobos *in Sum. 2. part. 1. tractat. 35. de voto paupert. diff. 35.* & conſequuntur omnes, quos poſtea allegabimus, annuentes, nullam in Minoribus incapacitatem reperiri, quominus annuam eleemoſynam recipiant, ad quam vero ſolvendam quilibet ſe obſtrinxit, Hieronym. *in compend. reg. reſol. 88. numer. 19.* ubi ita: *Licet annui reditus Fratribus*

*Minoribus omnino ſint prohibiti, nullumque jus, aut civilem actionem habeant ad petendum aliquid annuum quacunque cauſa relictum, cum ſint incapaces cujuſcunque juris, aut proprietatis ex dict. cap. exiit; Adhuc tamen legata annualia relicta in ſtipendium Miſſarum, & Officiorum Divinorum apud Monaſteria eorundem Fratrum celebrandorum, valida ſunt, & ad illa ſolvenda tenentur heredes in conſcientia, & Teſtamentorum executores. Quamvis enim dd. Fratres incapaces ſint ad petendum in judicio per civilem actionem, non ſunt tamen incapaces ad recipiendum annuatim quod ipſis debetur in conſcientia.* Hactenus ille.

73 Cui favent Doctores, dum aſſerunt Fratrum Minorum paupertati non repugnare, ut perpetuum anniverſarium obtineant, in quo hæredes a Teſtatore jubeantur certam quotannis largiri quantitatem, ut Sacra, vel Officia pro ipſo peragantur: quia hoc nihil aliud eſt, quam jubere ea ſacrificia fieri, debitumque ſolvi ſtipendium ut laboris pretium, quod tamen abeſt, ut Seraphico repugnet inſtituto, cum D. Franciſcus prius voluerit, Fratres ſuos de laboris pretio, quam mendicatione victitare, idcirco dixit: *Quando non daretur nobis pretium laboris, recurramus ad menſam Domini, petendo eleemoſynam confidenter*, & ita cenſuit Anton. Cucch. *lib. 3. inſtit. majorum tit. 1. n. 36. & ſeq.* Emmanuel *tom. 2. q. Reg. q. 126. art. 43.* Ribadeneira *de inſtit. Societ. Jeſu c. 13. fol.* 191. Palud. *in Epiſt. ad magiſtr. Ordin. Prædic.* quem refert, & ſequitur Angel. *verb. Legatum. n. 5.* Silveſt. *verb. Legatum 2. queſt. 3.* D. Tabiena *verb. Legatum 1. q. num. 5.* Nullaque in hoc cernitur repugnantia, quia nec Fratres jus acquirunt, nec hæredes civiliter obligantur.

74 Ita decrevit expreſſe S. Bonaventura Generalis Ordinis Minorum in Capitulo Generali anno 1206. Narbonæ celebrato, cum præeſſet, uti prima parte ſupplementi fol. 30. ſic habetur: *Inhibemus, ut nullus Frater inducat aliquam perſonam ad ordinandam eleemoſynam perpetuam annuatim, vel certis temporibus exhibendam. Si aliqua tamen legata fuerit, nullo modo a Fratribus in judicio exigatur.* Ex quibus colligitur, jam ab ipſo naſcentis Religionis exordio, D. Bonaventura ſtatuente, ſancitum fuiſſe Minorum Regulæ nequaquam repugnare, eleemoſynas etiam recipere perpetuas, dummodo per civilem actionem in judicio non repetantur; quod ſi res aliter ſe haberet, nullatenus permitteret Sanctiſſimus Pater, ut tales eleemoſynæ reciperentur, ſed ſtatim ut oblatæ eſſent, a Fratribus rejiciendas ſtatueret; ſicuti ibidem præcepit: *Quod Fratres non morentur in Conventibus habentibus Parochiale Cœmeterium, vel Baptiſterium, quia hoc habere contra Regulam eſt, & minime licet, niſi interveniente juſta diſpenſatione Pontificia.* Nec quidquam obeſt, quod Fratribus juſſerit, nempe id prudenter factum, ut omnem avaritiæ occaſionem amputaret, labemque abſtergeret; non tamen prohibuit, ne liberaliter, & ſponte oblata acciperent, atque jam acceptas retinerent.

75 Ex quo videtur mutuatum illud Societatis Jeſu Decretum 6. *part. capit.* 10. §. 6. ubi præcipitur, *ut nullus procuret eleemoſynam perpetuam pro domibus Profeſſis, & hoc propter ædificationem; ſi tamen aliquæ tales eleemoſynæ eis fient, ligant in conſcientia, etſi non competat ipſis actio ad exigendas, & tamen Julius III. Bulla prima Societatem confirmans hoc approbavit Decretum. Cum etiam Societas in domibus tantum Profeſſis annualium redituum incapax exiſtat, ut ex ipſius Conſtitutionibus &c. ſic vovent ſinguli, & univerſi perpetuam paupertatem, ut non ſolum privatim, ſed etiam communiter Profeſſi, aut ulla eorum domus ad aliquos proventus, reditus, poſſeſſiones, ſed nec ad ulla bona ſtabilia retinenda Jus aliquod civile acquireretur, ſibi ex charitate donatis ad neceſſarium uſum contenti, p. 6. cap. 2. §. 5.* Hac tamen incapacitate non obſtante, quam non habent Collegia Societatis, ubi annui reditus inveniuntur, Summus Pontifex, Jeſuitas eleemoſynis frui perpetuis, cum libere offerantur a legatariis, & hæredes ex conſcientia, & fidelitate ad earum largitionem aſtringantur, non tamen in Judicio repeti civiliter poſſe decrevit. Igitur idem dicendum eſt de Minoribus, quod ſcilicet annualium redituum, incapacitate non obſtante, legata perpetua anniverſaria, & quælibet diſpoſitiones ſub eleemoſynæ ratione liberaliter, ſponteque oblata recipere poſſint; quia quoad hanc incapacitatem Jeſuitarum domus Profeſſæ tantum, & Minorum Conventus omnes de Obſervantia pares ſunt, & in æquiparatis, ut communiter docent Juriſtæ, idem ferendum eſt Judicium, atque ubi eadem eſt ratio, Jus idem ſtatuendum, ex *l. Illud in princ. ff. ad l. Aquiliam*, Menoch. *conſil.* 112. *n. 4. lib. 2.*

Nec dicendum eſt Julii III. Decretum pro Societate editum ad Minores extendi non poſſe: quia propter identitatem rationis in eo cenſentur comprehenſi, ut aperte deducitur, ex *l. ſi unquam verb. bonis num. 4.* Gloſs. *in cap. 1. verb. Italia de tempore ordinandorum*, Cald. *conſ. 1. in princ.* Cravet. *conſ.* 188. *n.* 3. Puteus *dec. 15. num. 3. verſ. ſine difficultate l. 3.* cum aliis, quos refert, & ſequitur Rota per Mart. Andr. *dec. 28. num. 12. & 13. primo &c.* 76

Confirmatur reſolutio ex his, quæ D. Bonaventura in Apologetico *quæſt. 9. tom. 2. opuſc.* luculenter ſcripſit: *Si aliquis* (ait) *diſponeret per ſe, vel per alium, quod de pretio, vel proventibus illis darentur Fratribus quotidie tot panes, vel tantum eleemoſynæ ſingulis ſeptimanis, aut annis, non eſſemus propter hoc prædii, vel redituum poſſeſſores; Nam ſi me petente eleemoſynam, aliquis dives promittat, quod ſingulis annis vellet dare Fratribus duas tunicas, vel tantum unam, vel ſingulis hebdomadis tot panes, & hoc committat Officialibus ſuis, ut nomine ſui illa dent, & abſente eo, hoc pro Fratribus recipiam, vel etiam ſi illi negligant dare, admonendo exigam. Nunquid certos reditus habere dicendi ſumus. Cum non ex Jure, ſed ex gratia ſolum talem eleemoſynam recipiam, vel exigam. Et ſi poſt obitum illius uxor illius, vel alii amici pro anima illius adhuc velint pro aliquo tempore talem nobis eleemoſynam per ſe, vel ex diſpoſitione illius elargiri, poſſumus ſimiliter accipere ex eadem Gratia.* Hactenus Doctor Seraphicus; cujus hac in re plurimum valet authoritas, quippe qui Seraphicum Ordinem Generalis Miniſtri officio functus, per annos octodecim adminiſtravit. Cum igitur aſſerat inter annuos reditus computandum non eſſe legatum, quamlibet rei diſpoſitionem ſponte, & liberaliter Fratribus oblatam, dummodo ne ipſi Jus acquirant, nec legans, aut diſponens, ulla præter conſcientiæ obligationem contrahat, dubium non eſt a Fratribus obtineri poſſe. 77

Quod in fundatione Conventus Victoriæ, Patronatuſque Inſtitutione per Illuſtriſſimos Tribianæ Comites adamuſſim obſervatum eſt. Etenim audita Fratrum proteſtatione, quod nollent præfatam diſpoſitionem, Patronatuſque Inſtitutionem acceptare, ſub conditione, ut ſingulis annis certa quantitas redderetur, niſi mere liberaliter, & ſponte ſe id facturos affirmarent; ita quod Fratres nullum Jus acquirerent, nec ad repetendum civilem haberent actionem, ad peragendaque officia in inſtitutione injuncta, nullo præter gratitudinis titulo aſtringerentur, aſſenſi ſunt, & pariter obteſtati ultro, & ex mera liberalitate velle, ut eleemoſynæ titulo quantitas illa in inſtitutione deſignata Fratribus donaretur, qui utpote civilis contrahendæ obligationis incapaces nullatenus cogi poſſent, actione civili, ad ea peragenda officia, quæ a fundatoribus, & Patronis injungebantur: qua utrinque facta declaratione modus inſtituendi, & acceptandi licitus evaſit, & Regulæ noſtræ minime contrarius.

Probatur, quia legatum ſub hac ultima 78 obla-

oblationis diſpoſitione relictum, civili obligatione denudatum annui reditus, bonique immobilis rationem aſpitit; nam ea ſolum immobiliter, perpetuoque, habere exiſtimamus, quæ, ut notat optime Bart. vel jam habemus, vel ad habendum fruimur actione civili; ut Bonaventura colligit *in lib. 1. ff. de acquirendo rerum Domin.* Ergo Minores legatum, ut ſic relictum licite obtinebunt. Quod autem apposita Fratrum proteſtatione, & hæredum declaratione, legatum vix dicetur obligatorium, cujus incapaces ſunt Fratres Minores per Clement. *Exivi §. cumque annui reditus de verb. ſignif.* planum eſt. Duplex nanque reperitur ſpecies obligationum, ut notat Bart. *lib. 2. Minor. diſt. 7. cap. 2. num.* 38. Prima, propria, & ſtricta, quatenus eſt Juris vinculum, quo quis ex neceſſitate aſtringitur. *Initio de obligat. in princ.* quæ quidem obligatio duo requirit extrema, alterum, in quo ſit obligatio, alterum, quod ad illam exequendam Jus obtineat, & hoc modo nec inſtituentes, nec legatarii, aut hæredes Minoribus obligantur: quippe qui ob arctiſſimam paupertatem in Regula præſcriptam, hujus obligationis incapaces habentur. Secunda obligatio largior, & minus propria eſt, quam dicunt fidelitatis, ſeu cum quis in ſe ipſo tenetur ad aliquid alteri præſtandum, licet is cui obſtringitur, nullum Jus habeat, ut illum in Judicio conveniat. V. G. Si quis Deo voveret aliquid dare Xenodochio, licet ante acceptationem Xenodochium nullum Jus habeat, tamen ratione promiſſionis factæ Deo, tenetur illud in conſcientia præſtare. Pari ratione, ſi quis etiam voveret Deo, certam eleemoſynam quotannis Minoribus in perpetuum largiri, abſque dubio ad largiendum teneretur, & tamen Fratres nullam erga illum actionem haberent; licite tamen ea eleemoſyna frui poſſent, quia eorum paupertati, & mendicitati nullo modo repugnat.

Hoc prorſus modo ſe res habet in fundatione Conventus Victoriæ, Patronatuſque Inſtitutione inter Illuſtriſſimos Tribianæ Comites, & Fratres Minores: quoniam facta proteſtatione, qun deſignatam eleemoſynam accepturé nolent, niſi liberaliter offerretur, itaut nulla inde civilis obligatio, vel actio ad illam in Judicio petendam reſultaret, Patroniſque ac fundatoribus annuentibus, & conſentientibus, non aliter Fratribus donandum; quis neget, hac data fide, jam ad ſolutionem fidelitatis titulo conſtringi? Rurſus ubi primum Minores, auditis Miſſarum, & Officiorum conditionibus in inſtitutione appoſitis, contrahendæ obligationis civilis incapaces ſe eſſe proteſtantur; Et inſuper ſolo fidelitatis titulo, quæ injunguntur, executores declarant, acceptato per fundatores hoc exequendi modo, quis etiam dubitet apud Fratres fidelitatis obligationem remanere? non tamen in Judicio cogi poſſe, ut officia ſola fidelitate debita exequantur. En mutua hic cernitur obligatio, non propria, & rigoroſa qualiter civilis, ſed lata, & minus propria, quam dicimus fidelitatis, non tamen datur actio, qua Patres invicem in Judicio ſe poſſint convenire.

Dupliciter enim hujuſmodi conventio, vel actio conſiderari poteſt. Primo, quatenus civilis eſſet, & juridica, & tunc juxta leges civiles ordinanda eſſet, nec etiam ex partium conventione aliter fieri poſſet, juxta *l. Privatorum C. de Juriſd. omn. Judic.* Bartol. *in leg. Conventu §. Juris gentium ff. de pænis*, Alex. *conſ.* 22. *volum.* 2. Dec. *conſ.* 324. *num.* 2. atque adeo ex actione ſic conſiderata inter partes convenientes ultro citroque obligatio adimplendi, & jus ad repetendum naſceretur. Secundo, conſideranda eſt talis actio quatenus humana conventio eſt, qualis de qua agimus, inter partes ſaltem ex una parte civilis obligationis incapaces celebrata, & tunc, ſupervacaneum eſt talem actionem ad doctrinæ civilis normam exquirere, quia nullis legibus obſtringitur præter eas, quas convenientes pro arbitrio ſibi imponunt, quia utrinque libera eſt, nec proinde invalida, & caduca judicabitur, quoniam ad valorem, & conſiſtentiam actionis ſat eſt, quod mutua fidelitatis obligatio in partibus reperiatur: & per ſe patet, quoniam ſi duo inter ſe convenirent, & hic diceret: *Dabo tibi certam pecuniæ ſummam, ſi in mei gratiam certa officia peregeris*, & alius reſponderet: *Accepto, modo id mihi non debeas niſi ſolo titulo fidelitatis; nec ego ad repetendum fruar actione civili viciſſimque officia peragam, nec ad ea, quæ ex ſola fidelitate debeo civiliter conſtringes*, quis neget talem conventionem naturaliter eſſe validam, atque ex eo naturalem, ſeu fidelitatis obligationem pullulare? ergo idem ſtatuendum erit in conventione, de qua agitur; nec inſolitum eſt, ut pacta, & conventiones humanæ ſub duplici ratione, ſcilicet quatenus civiles ſunt, & quatenus naturales conſiderentur. Exemplo ſit Matrimonium, quod Theologi, & Juriſtæ vel ut Sacramentum conſiderant, & tunc legibus Eccleſiæ aſtringitur; vel ut humanus contractus, & tunc ſi ab his, qui Eccleſiæ legibus non ſubjacent V. G. infidelibus celebretur, ut ſit validum, ſat eſt, ſi legibus gentilitiis, vel nubentium arbitrio impoſitis celebretur; ita proportionaliter philoſophandum eſt in cauſa præſenti, quoniam ſi patronatus hujuſmodi inſtitutio, & prædictæ aureorum quantitatis legatio pro Fratrum alimentis facta civiliter conſideretur; neceſſe eſt, ut ibi interveniant ſtipulationis propria inſtrumenta, & reliqua ad Juris normam ordinara, mutuaque inter partes ſolvendi obligatio, & civiliter exigendi actio oriatur: Si vero hæc Inſtitutio quatenus humana quædam conventio eſt inter perſonas, quæ ſunt obligationis civilis incapaces, nec Juris legibus obſtringuntur, conſideretur, tunc ſtipulationibus proprie factis non indiget, nec juxta leges civiles ordinari debet, ut valida cenſeatur: ſed ſecundum particulares leges contrahentium arbitrio impoſitas facienda eſt, & ideo apud Minores ſunt quædam formulæ in libr. *Manuale tabellionum* inſcripto, quibus talium inſtitutionum inſtrumenta modo ipſis licito fieri debent, & dubium non eſt, quod licite, valideque obtinere poſſint legata perpetua, anniverſaria, & reliquas inſtitutiones, quæ prædicto modo ipſis obvenerint.

Soli nanque reditus annui cum civili ad colligendum actione dicta *Clementina* prohibentur, ut ipſius tenorem, & clauſulas attendenti planum fiet; & ita docuit Angel. *in verb. legatum* 1. *num.* 5. Silveſter *legatum* 2. *q.* 3. *n.* 3. Talien. *legatum* 5. *q.* 4. *numer.* 5. Rodriquez *tom.* 2. *quæſtion. regul.* 126. *art.* 4. Laſa *in l. ſi quis a liberis n.* 14. *ff. de liber. agnoſc.* ergo idem dicendum erit de legatis, & inſtitutionibus anniverſariis, licet perpetuæ ſint, quoniam reſpectu Fratrum nulla civilis obligatio inſtituentibus, & legatariis reperitur, nec item Minores actionem ad illa in Judicio petenda naſciſcuntur, quamvis fundatores, & Patroni dum vivunt, ſuppoſita Fratrum proteſtatione, & libera voluntate, quas eleemoſynas in inſtitutionibus præſcriptas largiuntur, ſolo fidelitatis titulo ſint conſtricti, ipſiſque mortuis hæredes, & legatarii ad exequenda ſibi ab ipſis Patronis, & Teſtatoribus injuncta obligantur, licet a Fratribus in Judicio cogi non poſſint; ſatis tamen habetur, quod Judex undecunque imploratus vel ex officio, itemque Reſpublica id præſtet, ut legatum inane, & irritum minime cenſeatur, Cordub. *in cap. 6. Regul. q. 7. & 11.* Emmanuel. *tom. 2. q. 78. art. 1. Collect. compend. verb. hæreditas*, Rodoan. *de ſpol. Eccl. q. 8. n. 47.* Bartol. *in l. Civit. 125. in pr. ff. de l. p.* Abb. *in cap. in præſentia*, & innumeri pene, quos refert, & ſequitur Sanch. *tom. 1. lib. 7. cap. 26.*

Propter hæc fundamenta non ſolum Regulæ noſtræ expoſitores, & magiſtri, quibus in domeſticis credendum videtur (plus nanque, ut vulgo



Digitized by Google

dicitur domi ſuæ ignarus ſapit, quam cordatus alienæ), ſed externi quamplurimi conſtanter tenent
79 Fratres minores annua legata, & anniverſaria etiam perpetua admittere poſſe, dummodo nulla inde obligatio civilis oriatur, quia ea ſola eorum ſtatui, mendicitatique repugnat, Silveſter. *legatum* 2. *q.* 3. *in fin.* Roſella *eodem num.* 4. Tabien. *legatum numer.* 5. Palud. *in Epiſtol. a Magiſtr. Ordinis Prædicatorum*, D. Antonin. 3. *part.* *ff.* 16. *cap.* 7. §. 12. *notab.* 9. Frater Joannes Ximenius *Provincia S. Joannis Baptiſtæ Diſcalceatorum in cap.* 6. *Regul.* Lara *in l. ſi quis a liberis* §. *utrum num.* 14. *ff. de liber. agnoſc.*

Quinimmo inſpecta D. Franciſci Regula id manifeſte convincitur, in qua Fratribus quatuor vivendi modi aſſignantur, a Summis Pontificibus declarati & approbati, ſcilicet *de laboritio*; *de oblationibus*, *de mendicationibus*, & *recurſu ad pecuniam*, quibus viciſſim, vel ſimul, cogente neceſſitate, fas eſt uti, prout præcipitur a Seraphico Patre noſtro *capit.* 5. *Reg.* *Fratres laborent fideliter, & devote; de mercede vero laboris pro ſe & ſuis Fratribus corporis neceſſaria recipiant*, Quia vero Pater Sanctiſſimus in Teſtamento addidit verba illa – *de laboritio*, quod pertinet ad honeſtatem, idcirco dubitatum eſt, de quo labore loquatur, conſultique Ordinis Magiſtri quatuor, & Regulæ expoſitores reſponderunt, laboris nomine intelligendum eſſe, *ut Miſſas celebrent, defunctorum officia recitent, Proceſſionibus interſint, mortuos ſepeliant, aliiſque ſpiritualibus exercitiis incumbant*, ubi ſummopere advertendum eſt, quod cum Fratribus permiſerit ut de mercede laboris viverent, conſcius, quod ea non ſemper eſſet ad alimenta ſufficiens; adjecit – *ut quando non daretur nobis pretium laboris, recurramus ad Menſam Domini petendo eleemoſynam.* Intendit profecto Sanctiſſimus Pater noſter Franciſcus vagis Fratrum diſcurſibus obviare, ut domi ſe continentes, orationis ſtudio vacarent impenſius, eumque laboris ſui mercede vivere ſibi liceret, vita functorum, quas dicunt memorias peragenda pro vivis ſacrificia; & officia, Conventuum fundationes ſub certa, determinataque eleemoſyna pro laborum ſpiritualium exercitio reddendam libenter acceptarent; certi omnino talem vivendi modum obſervandæ Regulæ primum eſſe, & perfectionem, ita quod parvis voluit ut Fratribus proprius labor proficeret ad victitandum; ergo fas eſt Minoribus pro Miſſarum ſolemniis, aliiſque officiis eleemoſynam velut mercedem accipere. *Dignus eſt enim operarius mercede ſua*, Luc. 10. hic autem vivendi modus perfectiſſimus eſt, & Regulæ noſtræ valde conformis, ut D. Bonaventura *in cap.* 4. *ſuper regul.* teſtatur: Atque adeo ſicut eleemoſynam pro mercede oblatam poſſumus recipere, ut citati Auctores conſtanter affirmant, quamvis perpetua ſit; ita etiam legata perpetua & anniverſaria licite recipiemus, cum ſub ratione eleemoſynæ ultro & liberaliter citra omnem civilem actionem nobis offeruntur. Valet optime conſequentia, quoniam tam legata, quam aliæ inſtitutiones, ſublata obligatione civili, facta per Minores proteſtatione, quod eam nolint accipere niſi libere, ultroque donentur, annualium redituum naturam exeunt, & re ipſa eleemoſynæ reputantur; ergo eodem modo poterunt a Minoribus abſque Regulæ tranſgreſſione acceptari; nulla enim diſputatio aſſignabitur.

80 Quod autem Fratribus liceat pro adimplendis officiorum oneribus, Miſſarumque officiis certam, & determinatam quantitatem eleemoſynæ, aut mercedis vice quotannis in perpetuum largiendam obtinere, dubitare non licet. Quoniam S. Pius V. bona Conventualium, quæ in Hiſpania poſſidebant, ad S. Franciſci Moniales tranſmiſit ſub conditione, ut ſingulis annis certam quantitatem Fratribus de Obſervantia largirentur, & ipſi onera, & officia, ad quæ antea Conventuales tenebantur, implerent; Quo quid clarius? Accedit tamen Pauli IV. declaratio *in Bull. ex Clement.* §. *ſupplentes*, ubi prædictarum diſpoſitionum, eleemoſynarumque acceptationem Seraphici Ordinis paupertati nullatenus repugnare decrevit. Idem cenſuiſſe videtur Clemens VIII. *Bulla* 102. *in Bullar.* §. 4. *fol.* 155. ubi hæc – *Reliquas vero Miſſas quomodolibet incumbentibus in Eccleſiis Fratrum perpetuis futuris temporibus, aſſignata, & tradita eleemoſyna per ipſos celebrari volumus* – Sanctiſſimus item Dominus noſter Urbanus VIII. *in decreto ultimo de celebrat. Miſſar.* aperte concedit Minoribus, ut pro iis celebrandis poſſint accipere annuales eleemoſynas. Quinimo anno
1633. 14. Februarii decrevit, ut hærędes, & de- 81
bitores poſſint libere, ſi velint, dictis Fratribus annua legata relinquere, quod aptiſſime cohæret cum decreto Nicolai III. dict. cap. *exiit qui ſeminat* §. *ad hæc* ibi – *Si vero modum licitum Fratribus in legando Teſtator expreſſerit, ut ſi diceret: Lego pecuniam pro Fratrum neceſſitatibus, ſed vel domum, agrum, vineam, & ſimilia ad hoc, quod per certam perſonam, vel perſonas idoneas diſtribuatur, & pecunia de rebus ipſis accepta, in ædificia, vel alia Fratrum neceſſaria convertatur, aut in legando ſimilibus modis vel verbis utatur. In hoc caſu illud in omnibus, & per omnia conſideratis eorum neceſſitatibus, & moderationibus ſupradictis, quantum ad Fratres ſervari decernimus, quod per nos eſt inferius de conceſſis pecuniariis elemoſynis declaratum.*

Habemus igitur arctiſſimæ Fratrum Minorum paupertati non repugnare, ut annuas eleemoſynas ſive liberaliter, ſive in mercedem laboris perpetuo donandas, acceptent; ergo idem erit de legatis, aliiſque diſpoſitionibus, fundationibus, & Patronatibus ſtatuendum, dummodo licitus adſit modus v. g. *nulla apud Patronos, & fundatores, aliaſque perſonas per eos deſtinatas civilis obligatio permaneat, & Fratres nullum inde Jus ſibi comparent ſed totum mere gratuitum ſit, & liberale, quod facta proteſtatione conſtabit.* His enim exhibitis, nihil obſtat, quominus Fratres talia legata ſub modo, formaque præſcripta obtinere poſſint. In primis non obſtat perpetuitas legatorum; quia, ut hactenus demonſtravimus, Minores perpetuis eleemoſynis frui poſſunt, ut Summi Pontifices jam citati decreverunt. Et Sixtus IV. Seraphici Inſtituti Clariſſimus Interpres Decreto firmavit, & exemplo. *Etenim certam frumenti quantitatem Conventui Aracælitano Romæ largienda perpetuo ſtatuit, ſub onere, ut in Rogationibus apud S. Petrum Reſponſorium, Libera me, Domine, recitarent.*

Deinde non obſtat exceſſus in quantitate, pro- 82
pter quam Fratrum mendicitas ſublata videatur; quia, ut ea ſervetur exacte, non opus eſt, ut quotidie exerceatur, nec omnia, quibus Fratrum neceſſitatibus occurritur, mendicata proveniant. Unde monent prudenter Rodriquez *tom.* 1. *Regular. quæſt.* 26. *art.* 4. Cord. *in annotat. ad compend.* Minoribus fas eſt triticum, & alia ultra neceſſitatem ſuperabundanter accipere, ut pro aliis commutentur neceſſariis, vel ad ea coemenda vendantur; ſic enim, ut refert Sanchez *lib.* 7. *capit.* 26. *num.* 14. conceſſit Leo X. dummodo illa ſuperabundantia accipiatur, ad alia quæ abſque pecunia habere nequeunt, obtinenda, & per Syndicum Apoſtolicum commutatio ſolum fiat, aut venditio; Sola igitur ea quantitas habenda eſt exceſſiva, noſtræque mendicitati repugnans, quæ, ut monuit egregie Myr. *cap.* 63. *difficul.* 13. mendicitatem e Conventu prorſus excluderet, vel, ut aſtruit Sanchez *numer.* 13. non ſublevandæ neceſſitatis, ſed avaritiæ, & theſaurizationis opus crederetur. Ita etiam docuit Batt. *tract. de Minorit. lib.* 2. *diſt.* 1. *numer.* 4. & *ſeq.* Sorb. *in compend. verb. Legat. in annot.* Quæ autem quantitas, attenta perſonarum, temporum, locorum quantitate, conditione, varietate, aliiſque circumſtantiis moderata, & mendicitati, quam Mino-

res pro-

Digitized by Google

tes profitentur, conveniens cenſeatur, Summus Pontifex *cap. exiit* §. *Inſuper*, miniſtris inſimul, & cuſtodibus arbitrandam commiſit: ibi – *Hoc autem ſecundum exigentiam perſonarum, & locorum Miniſtri, & Cuſtodes ſimul, & ſeparatim in ſuis adminiſtrationibus, & cuſtodiis cum diſcretione diſponant, cum de talibus interdum perſonarum qualitas, temporum varietas, locorum conditio, & nonnulla alia circumſtantiæ plus, minuſve ac aliter providere requirent. Ita tamen ſic faciant, ut ſemper in eis, & eorum actibus paupertas ſancta eluceſcat.*

83 Hinc fit, ut Diſcalceati, & Recollecti, qui paupertatis Seraphicæ obſervatores rigidiſſimi vulgo exiſtimantur, in Hiſpaniæ Conventibus eleemoſynas habeant annuales, vel pari Capitulorum celebratione triennales: qui immo Conventuum fundationes nuſquam acceptant, quin prius fundatores, & reſpublica certam determinent eleemoſynam olei, piſcium, lignorum, & ſimilium annuatim, & perpetuo ſolvendam; nec proinde altiſſimæ paupertatis minus ſectatores ſe credunt, & merito; quoniam Evangelica Minorum paupertas in eo ſita eſt, ut prius quam ad mendicandum recurrant, honeſto laboris exercitio rerum ſpiritualium incumbant, acceptaque laboris mercede, frugaliter victitent, *ut qui laborant de Evangelio, de Evangelio vivant, & de Altari edant, qui Altari deſerviunt.* Congruum nanque eſt, ut D. Paulus *ad Corinth.* ſcripſit *capit. 9.* ut qui ſpiritualia fidelibus ſeminant ad animarum, doctrinæque profectum, ad corporis alimenta, carnalia demetant, *Non mirum eſt*, inquit, *ſi vobis ſpiritualia ſeminamus, ſi carnalia veſtra metemus.* Hinc Seraphicus, & vere Evangelicus pauper Franciſcus pro prædiis, & annuis reditibus laborem filiis ſuis Teſtamento legavit. *Ego*, inquit, *manibus meis laborabam, & alii fratres volo firmiter, quod laborent de laboritio, quod pertinet ab honeſtatem.* Quod proportione adhibita menſurandum eſt; ita quod laici corpore detineantur labore, Clerici vero choro, Diviniſque officiis deſtinati, prout munus illud exigit, elaborent.

84 Utrunque enim S. Franciſcus exercebat, ut Diaconus Divinis vacabat officiis, & tanquam laicus, manum labori ſe dabat omnibus exemplo futurus; & quiſque ſuum tenens ordinem, ſive laicus eſſet, ſive Clericus & Sacerdos, ut quatuor regulæ expoſitores advertunt, proprio labore victum ſibi acquirerent; unde non niſi deficiente mercede laboris ad mendicandum remiſit; Idcirco ait: *Quando non daretur nobis pretium laboris, recurramus ad menſam Domini, petendo eleemoſynam.* Noverat Sanctiſſimus Pater, hanc eſſe perfectiſſimam vivendi rationem, quam Paulus, dum viveret, obſervavit; unde Epheſis dicebat: *Nemini fui oneroſus, quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, laboraverunt manus iſtæ.* Primus itaque labor, & de labore victus Minoribus commendatur, nec mendicitas, niſi deficiente mercede, injungitur ſatiſque paupertas ſancta *cap. illo exiit* a Summo Pontifice commendata relucet, cum victus laborando conquiritur, juxta regulæ præceptionem. Idcirco poſt illud, ibi – *Quod ſemper in eis, & eorum actibus paupertas ſancta reluceat*, illico addidit, *prout ipſis ex eorum regula invenitur indicta.* Paupertas vero Minoribus primo indicta, labor eſt pro ſtatus diverſitate, laicis corporis, aliis ſpiritualibus omnibus honeſtus, tum ut victus ex eo quæratur, tum ut otioſitas, malorum omnium ſentina, e Minorum Conventibus eliminetur.

85 Illi igitur Seraphicæ paupertatis verius dicendi ſunt ſectatores, qui ne fidelibus ſint oneroſi, laborant fideliter, & devote ſicut ipſis commendatur, deque laboris ſui mercede tenuiter vivunt, quam qui ſpreto labore, ipſitiſque mercede non ſine fidelium moleſtia, faſtidioque ad mendicitatem recurrunt; firmum ergo, ſtatutumque manet legatarum rerum quantitatem, ſicut notatum eſt, temperatam nullatenus Seraphicæ Religionis inſtituto repugnare; Atque adeo Minores legata perpetua, Inſtitutiones, Patronatus, Fundationes, Conventuum erectiones modo, & forma præſcriptis licite, & valide poſſunt acceptare; quinimo attente vivendi ratione ipſis a Sanctiſſimo Parente, fundatoreque præſcripta, ſcilicet, ut antequam ad eleemoſynas recurrant, victum ſibi labore conquirant, prædicta legata, & reliqua pro laboris mercede liberaliter oblata, recipere debent; aliter caveant, ne minus inſtituti ſui obſervatores inveniantur, qui deſerto primo, & præcipuo vivendi modo a Sanctiſſimo Parente injuncto, non ſine ſpiritus diſpendio, & diſtractionis periculo, comparandi victus & gratia perambulandi, alpeſtribus ſæpe locis, & Civitatibus oberrant.

Neque etiam obſtat, quod utraque obligatione, & civili actione Patronatus, Inſtitutiones, & Fundationes irritæ, & nullius momenti, legataque etiam caduca videantur, quoniam adhuc in illis obligatio naturalis conſcientiæ, & fidelitatis perſeverat, ratione cujus legatarii, & hæredes Teſtatorum, inſtituentiumque mandata exequi tenentur. Eſto nulla ex parte Fratrum Minorum detur actio, quæ ad legatorum exactionem civiliter compelli poſſint. Neque novum eſt, & inauditum, ſed commune, & triviale, ut quis alicui perſonæ certum quid in conſcientia largiri debeat, cum tamen ad largiendum non poſſit civili actione conſtringi. V.G. cum in Teſtamento propter aliquem juris defectum invalide legatum relinquitur, hæres, cui de voluntate Teſtatoris certo conſtitit in conſcientia, debet illud tradere legatario, quamvis actione careat civiliter repetendi, Covar. *cap. cum eſſes de Teſtament.* & communiter Doctores non aliter in materia, de qua agimus, licet ex parte Minorum nulla ſit actio ad petendum, quia tamen exhibitis officiorum miniſteriis, & aliis, quæ Fratres juxta fundationum tenorem perſolverant de jure naturali, & Divino, ut tenent Cordub. *in expoſit. Regulæ, capit.* 6. Patroni, & Teſtatores, ſeu fundatores, ipſiſque vita functis eorum hæredes ad largiendam in inſtitutionibus elemmoſynam conſtringuntur. Talis obligatio ſufficiens habetur, ut legata minime caduca, ceteræque diſpoſitiones firmæ, & ſtabiles judicentur, præſertim, quia Civitas poteſt cogere hæredes, & ſucceſſores, ut conſcientiæ ſatisfaciant, & Teſtatorum mandata exequantur. Sic Bart. *tract. minorit. lib.* 12. *diſt.* 7. *n.* 41. *& l. Civitatibus* 125. *in princip. n.* 5. *ff. de leg.* 1. Collect. *compend. mendicant. verb. hæredes numer.* 6. ubi refert Aragoniæ in Civitate Barbaſtrenſi ita factum, Emmanuel *tom.* 2. *Reg. q. q.* 76. *art.* 1. Sorbus *in compend. Privil. mendican. verb. Legata in annot. ad finem*; Immo quilibet de populo poterit hoc petere *leg. in Provinciali* §. *Fratrum, & l. ſeq. ff. de nov. oper. nunciat. & auth. de Eccleſ. tit.* §. *ſi quis autem*, & ibi Bart. Redoan. cum multis *quæſt.* 8. *in princ.* Rodriquez *ubi ſupr.* Corduba *in reg. cap.* 6. *quæſt.* 11. *punct.* 4. Judex etiam a nemine rogatus, ſed ex officio id præſtare poterit, hæredem compellendo, ut Teſtatoris voluntatem exequatur, ne aliquando piam vita functorum diſpoſitionem ſuo effectu defraudari contingat, ut dicitur *in leg. null. Cod. de Epiſcop. & Cleric.* Ita docuit Abb. *capit. nos quidem de Teſtam.* Ancharan. *Clem. exivi n.* 16. Sylv. *verb. Legatum* 2. *n.* 15.

Nec defuere graviſſimi Doctores qui D. BONAVENTURAM ſecuti *cap.* 4. *in regul. poſt ſolutionem ad* 4. aſſeruerint, licitum eſſe Minoribus extra Judicium admonere Judicem, ut hæredes ad exequendam Teſtatorum voluntatem ex officio compellat, deduci videtur ex d. *cap. exiit* §. *Ceterum*, ibi — *Licet tamen Fratribus ſuas neceſſitates inſinuare, ac ſpecificare, vel exponere perſonæ prædictæ, ac etiam rogare, quod ſolvat; poſſint etiam* 87

*perſonam eandem exhortari, ac inducere, quod fideliter in re commiſſa ſe habeat, & animæ ſuæ ſaluti ex commiſſa ſibi executione provideat. Prælati etiam, & Seculares, quibus de Jure, vel conſuetudine proviſio iſta competeret, cum expedierit, ſe ex officio ſuo promptos exhibeant ad pias voluntates deficientium adimplendas; Nam & nos per modos licitos, & Fratrum regula congruos intendimus providere, quod heredum cupiditas legitimis iſtibus feriatur, ne pia defunctorum deſtituatur intentio, atque ipſi Fratres pauperes opportunis auxiliis non fraudentur*, ita Bart. *in l. Civitatibus in princ. n.* 5. Abb. *in cap. in præſentia n.* 36. *de probat.* Nicol. de Ubaldis *de ſucceſſ. ab inteſt.* 2. *par. n.* 9. Silveſt. *verb. hereditas* 1. *q.* 7. *num.* 10. Cordub. *cap.* 6. *q.* 11. *punct.* 2. Rodriq. *q.* 126. *art.* 4. Angel. *verb. hereditas num.* 7. Sorb. *in compend. verb. Legatum, n.* 58. *in annot.* Horat. Luc. *leg.* 2. *n.* 18. *ff. de Juriſd. omn. Judic.* Redoan. *de Spol. Eccl. q.* 8. *in princ. num.* 7. & potiori jure Syndicus Apoſtolicus nomine Eccleſiæ Romanæ debitis concurrentibus circumſtantiis id præſtabit, ut Thomas Sanchez. *lib.* 7. *cap.* 27. pluresque ex citatis Doctoribus teſtantur.

88 Poſtremo nec ipſamet legatorum ſubſtantia ſecundum ſe ſpectata, Fratrum Minorum paupertati repugnat; Sed tantum ratione modi, quo inter annuos reditus, *Clem. exivi*, prohibitos, bonaque immobilia, & perpetua pro Fratrum Minorum alimentis relicta computari debeat. Idcirco reditus annui ad certum Divini cultus uſum deputati, videlicet, vinum pro Miſſis, oleum pro lampadibus ad Altarium ornamenta licite poſſunt a Fratribus recipi, quia ipſis ad alimenta non inſerviunt. Ita conſtanter ſuſtinent Bald. *auth. Ingreſſi Cod. Sacro S. Eccleſiis* Card. *Clement. exivi, num.* 15. *de verb. ſignif.* Ancharan. *cap.* 1. *numer.* 3. *de Teſtament.* Anan. *conſil.* 30. *numer.* 3. Ribadeneira *de inſtit. Societ. capit.* 23. *fol.* 191. Rodriquez *tom.* 2. *quæſtion. regul. quæſtion.* 16. *artic.* 5. *a verb. Religio num.* 57. Seren. conſcientia *quæſt.* 10. Roſell. *Legatum num.* 21. Angel. *ibidem numer.* 5. Tabien. *Legatum* 1. *quæſtion. quarta numer. quinto*, Cordub. *in regul. cap.* 6. *quæſt.* 11. *punct.* 3. Sorb. *in compend. privil. Mendicant. verb. Legatum in annot.* & plures alii, quos refert, & ſequitur Sanchez *lib.* 7. *cap.* 26. *num.* 42. Addo, quod etiam legatum annuum pro Fratrum alimentis non ad longum tempus, videlicet infra decennium, vel ad vitam Fratribus Conventus relictum valet, liciteque illud poterunt Minores acceptare, ut expreſſe tenet Bart. *l. Servi ad cuſtodia numer.* 2. *ff. de alim. & cib. leg.* Pariſ. *cap. in præſentia de probat.* Redoan. *de ſpol. Eccl. quæſt.* 8. *in princ. numer.* 17. referens Bald. Imol. & Roman. Duen. *reg.* 38. *limit.* 1. cum aliis, Anton. Gomez *tom.* 1. *var. cap.* 12. *num.* 46. Craſ. *de ſucceſ.* §. *Legatum quæſtion.* 9. Ratio eſt, quia annui reditus legato relicti, non prohibentur abſolute, & quoad ſubſtantiam, ſed quoad modum, quatenus ſcilicet perpetuitatem habent, & inter immobilia numerantur, cujuſmodi non ſunt ad modicum tempus, & inſuper Minorum alimentis inſerviant.

89 Unde, ſi pro ſtudiis relinquantur, & ſi perpetua ſint, Fratrum paupertati non repugnant, atque adeo illis licite fruentur. Ita cenſuit Abb. *conſ.* 38. *lib.* 2. Gloſſ. Clem. *modo verb. indirecte de Sepulturis*, Dec. *cap. in præſentia num.* 274. *de probat.* Pariſ. *ibidem num.* 125. Felin. *capit. cum dilecti num.* 15. *& ſeq. de reſcript.* Ruin. *conſ.* 101. *numer.* 12. Rebuff. cum multis *de Privil. Scholaſt. Privil.* 91. Redoan. *de Spol. Eccl. quæſt.* 8. *in princ. num.* 10. Menoch. *conſil.* 114. *num.* 38. *& num.* 11. quod intelligendum eſt, dummodo penes Fratres adminiſtratio non relinquatur, ſicque ſtatutum videtur Clem. *exivi* §. *Cumque anni reditus*, juxta verum, & germanum ſenſum, in quo illi tantummodo cenſentur Fratribus prohibiti, qui pro alimentis deſtinati mendicitatem prorſus excluderent, & per civilem actionem in Judicio exigi poſſent. Non autem, cum neque in Minoribus jus, & actio ad petendum, nec in Teſtatoribus, & fundatoribus, eorumque hæredibus alia, quam fidelitatis, & conſcientiæ obligatio reperitur, quo fit, ut talia legata civili obligatione denudata eleemoſynæ naturam habeant, quam Minores, licet perpetua ſint, in Conventuum fundationibus, & erectionibus, facta proteſtatione poſſunt acceptare, quoniam hoc, ut ex diſcurſu hactenus facto convincitur, Seraphicæ Religionis paupertatis repugnat.

Probatur tandem conſuetudine, quæ ab ipſo 90 ſtatim naſcentis Religionis initio profecta uſque modo perſeverat, & innumeri Conventus tum in Hiſpania, tum in aliis Europæ locis, ſive Fratrum de Obſervantia, ſive Recollectorum, exiſtunt, in quibus, vel in ipſa ſtatim fundatione perpetuæ, annualeſque eleemoſynæ, necnon legata, Patronatus, aliæve inſtitutiones videntur admiſſæ, vel poſtea ex fidelium liberalitate, & pietate obvenerunt, ut cernere eſt in Alma Angelorum Provincia, cui ſingulis trienniis ex liberalitate, & munificentia Excellentiſſim. Begarii Ducum, quos Patronos, & Fundatores colit, & veneratur, tercenti pro Capitulorum expenſis aurei conferuntur; quin etiam Conventibus Pueblæ, Alcozer, Hærreræ, Balarcenſi, & Inoroſæ oblata quotannis eleemoſyna inceſſanter opitulantur; Quinimo eadem Provincia Luſitanorum Regum grata beneficentia, perpetua cinnamomi, cariopoli, & piperis eleemoſyna magnæ quantitatis perfruitur. Non contenta magnorum Regum liberalitas Regni ſui Fratres Minores annuis eorundem aromatum eleemoſynis ſublevare, ad exteros etiam promanavit, Albanorum item Ducum Conventus, Albæ ædificatus munificentiam experitur, annuas eleemoſynas recipiens. Beneventi Xenodochium certam pro illius Provinciæ Conventibus, & Capitulis quantitatem quotannis expendit. Cantabriæ Conventus de Puebla, Araganzonis, Varaoz, & Madraconis annuis eleemoſynis perfruuntur, Comites de Chinchon hæredes ſuos gravarunt, ut in Capitulis Generalibus, quæ in Hiſpania celebrantur in perpetuum de alimentis providerent, Pariſiis Fratres de Ave Maria perpetuam a Monialibus eleemoſynam pro alimentis accipiunt; In Germania Conventus Spruch ab Auſtriacis annua eleemoſynarum largitione perpetuo ſuſtentatur, Romæ apud D. Joannem Lateranenſem Patribus Recollectis aſſignata eſt certa eleemoſynæ quantitas, qua ibi citra Regulæ tranſgreſſionem aluntur. Mitto alios in tota Religione frequentiſſimos uſu, & conſuetudine per ipſam approbatos, & quod probat conſuetudo, de Jure communi cenſetur approbatum, Bartol. *in leg. ſi pignor.* §. *ultim. ff. de pignor. act.* Jaſ. *in leg. certi Juris*, Valaſch. *tom.* 1. *conſultat.* 8. *numer.* 7.

Et quidem hujuſmodi praxis tandin in Reli- 91 gione ſervatæ non deſunt approbationes in SS. Congregationibus Concilii Tridentini, & Regularium. Statutum eſt, Fratres Minores ſuo modo licito, qualem maxime hactenus declaravimus, hæredes inſtitui poſſe, juxta Conſtit. Nicolai III. *in* §. *Si vero modo licitum*, idemque eſſet exiſtimandum, licet modus non fuiſſet adjectus, quia ſemper legatum, & inſtitutio ſub modo licito Minoribus facta intelligi par eſt, niſi oppoſitum exprimatur. Ita Card, *leg. chartas in declarat. Concil. annotat.* 1591. Paulus III. Breve Romæ expedito *die* 17. *Aprilis anno* 1540. *Pontificatus* 6. confirmavit Salmanticenſe Collegium, quod Duciſſa Bejarenſis pro quinquaginta Fratribus Ordinis Minorum de Obſervantia inſtituere decreverat, legata teſtamento eleemoſynæ quantitate pro Collegialium alimentis per executores teſtamentarios perpetuo largienda ſub modo, & conditionibus ibidem expreſſis, ut cernere eſt in ipſo Brevis tenore apud Ordinis regiſtrum *vol.* 1. *fol.* 112.

Nuper,

Digitized by Google

92 Nupertime Marchiones de Cannite Capitulo Romano Generali pro obtinendo totius Seraphicæ Religionis Patronatu ſupplicem libellum obtulerunt, certam, & ſtabilem quantitatem, ſub ratione eleemoſynæ deſignantes, ex qua ſingulis annis collectæ pro Capitulo Generali in Italia celebrando pararentur expenſæ, cui eleemoſynæ ex pia munificentia Fratribus tempore ſtatuto ſolvendæ, certas addidit conditiones, quas Generale Capitulum libenter, & gratioſe acceptavit, facta proteſtatione, quod nullum in prædictam eleemoſynam Jus acquireret, aut civilem ad illam in Judicio repetendam haberet actionem. Unde ſi Illuſtriſſimi Marchiones, quibus hæc nota eſſe Capitulum obteſtabatur ſponte, & liberaliter prædictam quantitatem, ſub mera ratione eleemoſynæ, ſecluſa quacunque obligatione civili, proprietate, & dominio, elargiri vellent a Religione accepturam; & inſuper quantum in ipſa ſitum fuerit, curaturam, ut ſuffragiis, aliiſque ſpiritualibus exercitiis piæ Illuſtriſſimorum Patronorum voluntati grate, fideliterque ſatisfiat. Hic appono Decretum, ut de veritate

93 plenius conſtet. *Patronatus perpetuus totius Seraphicæ Religionis S. P. N. Franciſci pro utraque Familia in præcedenti authentico ſyngrapho contentus cum omnibus ſuis clauſulis, & circumſtantiis, quem Illuſtriſſimus DD. Andreas Hurtado de Mendoza Marchio de Cannita &c. & Illuſtriſſima D. D. Maria de Cardenas ejus dilectiſſima conjux, & ſingularis pietatis affectum, & devotionis erga prædictam noſtram Religionem Seraphicam continuo exhibitam dignati ſunt eleemoſyna neceſſaria, modo tamen licito, ac noſtræ paupertati minime diſſentaneo fundare, pariterque dotare, Patrum omnium Generalis Definitorii, ac Diſcretorii in Urbe hoc anno pro Generalibus Comitiis habendis congregatorum unanimi conſenſu, ac debita cum gratiarum actione recipitur, & approbatur; & quoniam approbatum fuerat a Familia Ultramontana in proxima Generali Congregatione Segobiæ celebrata die 4. Junii 1621. tam pro expenſis pro futuris Congregationibus Generalibus in Hiſpania, quam pro prædictis Capitulis Generalibus in Italia celebrandis cum omnibus clauſulis, & ſuffragiis a dicta Religione obſervandis, quæ in hoc Decreto habentur pro expreſſis ab utraque familia nunc capitulariter congregatis acceptatur; & confirmatur; hac vero proteſtatione, quod non ex Jure, ſive judicialiter, quod noſtro ſtatui, & profeſſioni contradicit, ſed eleemoſynas, ſive quantitates pro ſingulis Capitulis, & Congregationibus Generalibus a prædictis Patronis oblatas tantum eleemoſynaliter, & ex gratia poſſumus, & debemus, & intendimus in futurum petere; ſi vero Illuſtriſſimus prædictus D. Patronus de Religione noſtra optime meritus hæredes, ſeu adminiſtratores ab iiſdem inſtituti, & nominati dictam eleemoſynam per viam ſimplicis eleemoſynæ, quacunque obligatione, dominio, ſeu proprietate omnino oblatis prædictæ noſtræ Seraphicæ Religioni omnino conferre, & elargiri voluerit, illam ſimpliciter media Apoſtolici Syndici opera accipiet, & ſpiritualibus ſuffragiis; & piæ Illuſtriſſimorum Patronorum prædictorum voluntati, quantum in ipſa Religione fuerit plene, & fideliter, ſemperque ſatisfacere, curabit. In quorum fidem &c. Romæ in Conventu Aracalitano 16. Maii 1626.*

94 Hoc Generalis Capituli Decretum a Sac. Congregatione Regularium diligenter examinatum, & complanatis, quæ ſe obtulerunt, difficultatibus, utpote quod D. Bonaventuræ ſententiæ cohærens, Seraphicæque Religionis Inſtituto minime contrarium videretur. Sanctiſſimus D. N. Urbanus PP. VIII. die 25. Maii 1625. Pontificatus ſui anno ſecundo firmitate authoritatis Apoſtolicæ roboravit, prædictis Marchionibus indulgens, ut aſſignatam pro Congregationum, Capitulorumque expenſis pecuniæ ſummam aſſignari, & elargiri poſſe, *ſuoſque hæredes etiam in perpetuum, ſub pœnis etiam ipſius arbitrio imponendis ad reditum præfatæ quantitatis obligare, nec non quæcunque Inſtrumenta, ſeu ſcripturas, licita tamen, ſeu licitas celebrare, ac ſtipulare; Fratribus vero prædictis, ut reditum hujuſmodi eleemoſynæ tantum nomine, petere, & percipere, exigere, ac levare, ac in dictarum Congregationum, & non in alios uſus convertere libere, & licite reſpective poſſint, & valeant.* Deinde Bulla edita *Kal. Januarii 1626. Pontificatus ſui anno tertio*, expreſſis ibidem omnibus, & ſingulis conditionibus, & clauſulis, quibus prædictam ducatorum ſummam Fratribus largiendam per dictos Marchiones, eorumque hæredes ſtatuebatur, ut eleemoſynæ tantum nomine recipere valerent: Patronatus item donationem, & oblationem, quatenus in Seraphici Ordinis utilitatem cederet, auctoritate Apoſtolica firmavit in hunc modum: *Hujuſmodi ſupplicationibus ex Voto Ven. Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium præpoſitorum inclinati, donationem, & oblationem, ac conceſſionem, necnon etiam Scripturas, omniaque, & ſingula pacta, & conditiones in eis contenta, quæcunque licita tamen, & honeſta cum omnibus, & ſingulis inde ſecutis, & ſequendis, quod Decretum approbationis, & confirmationis, & approbationis per Capitulum Generalem hujuſmodi, ut præfertur, factarum juxta Doctrinam S. Bonaventuræ; quo vero ad conceſſionem Patronatus hujuſmodi, ſi, & poſtquam donatio, & aſſignatio prædicta ſuum plenarium ſortita fuerit effectum, & non aliter, perpetuo auctoritate Apoſtolica tenore præſentium, ſine tamen alicujus præjudicio, approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos tam Juris, quam facti, & ſolemnitatum quarumcunque de Jure, vel conſuetudine, aut alias quomodolibet requiſitarum, vel neceſſariarum, & quos etiam vis alios, & ſubſtantiales defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, iiſdem ſupplemus. Decernentes donationem, oblationem, conceſſionem, ac ſcripturas, omniaque, & ſingula in eis contenta prædicta ſemper, & perpetuo valida eſſe, & fore, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, & tam a dictis Comitibus, eorumque ſucceſſoribus prædictis, quam a Fratribus dicti Ordinis pro tempore exiſtentibus perpetuo inviolabiliter obſervari debere.*

95 Quinimo non tantum in prædicto Generali Capitulo prædictus ordo ſervatus, & a Sanctiſſimo approbatus deprehenditur: ſed etiam in tota Religione pro legatis, inſtitutionibus, anniverſariis, Patronatibus, aliiſque diſpoſitionibus a Fratribus accipiendis, tenor idem, formaque ſervatur; & ideo quo rectius, & juxta Seraphicæ Religionis ſtatum ſecurius id fieri poſſet, labore, laudabilique induſtria P. Fr. Didaci Bravo Almæ Angelorum Provinciæ Patris, confectus eſt libellus, *manuale Tabellionum* inſcriptus, ubi peculiares formæ pro diſpoſitionum materia, Minorum ſtatui conformes aſſignantur, adamuſſimque obſervantur, ut facta per Illuſtriſſimos Tribianæ Comites inſtitutio manifeſtat; Atque adeo cum in prædicta fundatione, & erectione Conventus Victoriæ, Patronatuſque inſtitutione ſub conditionibus ibi expreſſis, & quadringentorum quinquaginta ſupra mille ducatorum eleemoſyna annuatim reddenda, qualitates omnes, & conditiones intervenerint, quibus talis inſtitutio, oblatio, conceſſio, & acceptatio licita, & Seraphico Inſtituto minime contraria judicantur; Facta namque eſt a Fratribus proteſtatio, quod prædictam aureorum quantitatem acceptare nollent, niſi ſponte, & liberaliter, ac ſub ratione tantum eleemoſynæ ipſis donaretur; itaut nulla inde civilis obligatio exurgeret, nec Fratres illam judicialiter exigere valeant, nec etiam adimplenda ea, quæ in fundatione continebantur alio quam fidelitatis titulo cogerentur; quibus cognitis, & non obſtantibus, prædicti Comites aſſenſerunt, & pariter obteſtati ſunt, non aliter velle præfatam inſtitutionem, fundationem, donationem, acceptationem, & confeſſionem licitam, & validam extitiſſe, pariterque eleemoſy-

næ

næ quantitatem Minorum paupertati non eſſe repugnantem, quoniam circiter mille, & quadringenti ſupra quinquaginta aurei quotannis, pro Fratrum ſuſtentatione reddendi, nullatenus tam ſummam pertingunt, quæ mendicitatem excludat, ut ex congrua ipſorum diſtributione concluditur; In primis ex tota ſumma quotannis extrahendi ſunt aurei ducenti pro expenſis Capitulorum, quæ ſingulis trienniis celebrantur: deinde pro alimentis ſcholaſticorum Salamanticæ, vel Compluti reſidentium non parva quantitas adimenda eſt, quoniam nimirum unicuique aurei quinquaginta deſignantur; & quando ſcuta ſupereſſent ſexcenta, quod non admittitur, tantum abeſt, ut ad alendos quatuor ſupra viginti Religioſos, & ſervos ſufficiens habeatur, ut nec etiam ad dimidiam anni partem attingat, & ſat temporis ſuperſit, ut, urgente neceſſitate, ad mendicitatem recurratur. Nedum quod etiam hoc eſt eleemoſynæ genus, ſeu laboris merces, quibus primum, quam mendicato, & io regula ſua Minores vivere præcipiuntur.

96 Scripturæ etiam, & Inſtrumenta deſuper confecta licita, & firma debent exiſtimari, non obſtante, quod in eis dicatur, ſtipulationem interveniſſe, quoniam hæc reſpectu ſucceſſorum, & hæredum erga Patronos, & Fundatores proprie, & rigoroſe accipienda eſt, qualiter in conventionibus, & pactis intervenire ſolet, & ſenſiſſe videtur Sanctiſſimus Dominus Noſter Urbanus VIII. in approbatione Patronatus Illuſtriſſimorum Dominorum Marchionum de Cannite, ubi ad effectum eleemoſynæ ſtatuto tempore Fratribus largiendæ hæredes ſuos gravatos relinquebant, *Scripturas, & Inſtrumenta*, dicit, *confici poſſe, licita tamen, ſeu licitas, invicemque ſtipulari*. At vero reſpectu Fratrum valde improprie, & latiſſime; ratio, quia ſtipulatio eſt quædam veluti proprietas comitans pactorum obligationem; Unde cum, ut ſuperius diximus, obligatio inter Illuſtriſſimos Comites de Tribiana, & Fratres Minores ex Conventus fundatione, acceptationeque inſurgens, ſolius ſit fidelitatis, conſcientiæ, & gratudinis, cum videlicet audita proteſtatione Fratrum, prædicti Comites dicunt, ſe liberaliter citra obligationem omnem civilem, aſſignatam in fundatione quantitatem eleemoſynæ tantum nomine elargiri velle; Fratreſque viciſſim, quantum in eis fuerit, tum ipſos, tum alios pro tempore exiſtentes fideliter, & diligenter affirmant curaturos; ut fundatorum, patronorumque voluntas præſtitis officiis, & ſuffragiis impleatur. Hæc mutua obligationis minime civilis adimplendæ ſignificatio in ſimilibus interveniens nequaquam dicenda eſt propria ſtipulatio; licet eo nomine vulgo appellatur, nec Minorum ſtatui aliqualiter repugnat, atque adeo licitum acceptationis modum non impedit.

97 Quod ſi nonnunquam eveniret, ut Guardianus Regulæ noſtræ puritatem & civilis obligationis incapacitatem ignorans, ſuper inſtitutione aliqua, ſeu patronatu a fundatione cum Patronis, & fundatoribus conveniret, factaque utrinque vera, & propria ſtipulatione de ſervandis ad invicem conditionibus in tali inſtitutione appoſitis pactum eſſet, ita quod mutuam ad invicem obligationem ſponderent Patronus aſſignatam ex pacto quantitatem daturus, Fratres Miſſarum, & Officiorum oneribus ſatisfacturi; cognito tamen errore, inſpectaque Inſtitutionis nullitate eo, quod modo Fratribus illicito facta fuerit, patronis diceret — Ergo erravimus, & nihil hactenus a Nobis factum; quia ex vi noſtri Inſtituti, & Juris prohibitione non poteramus ea ratione paciſci, nec talem quantitatem ſic legatam acceptare; quapropter in Domino proteſtamur nullo modo velle, nec poſſe conventionem ita factam obſervare, niſi libere, ac per modum ſimplicis eleemoſynæ citra omnem obligationem, actionem, proprietatem, & dominium nobis donetur: nec item propter noſtram incapacitatem ad exequendam fundatorum voluntatem Juſtitiæ titulo, ſed ſolius fidelitatis, & gratitudinis conſtringi poſſumus — quibus ſi a Fundatore auditi libenter annuat, & dicat mere liberaliter, & modo Fratribus licito eleemoſynam ſe donaturum, nec item velle, ut Fratres aliam, quam fidelitatis obligationem habeant, ad voluntatem ipſius exequendam, ne ſui ſtatus, & Regulæ prevaricatores exiſtimentur, reciſiſque Inſtrumentis primo confectis, aliæ denuo conficiantur ſcripturæ modo, & forma Fratribus licita, negari non poteſt talem inſtitutionem, quæ antea irrita evaſit, & caduca, poſtmodum validam, & licitam extitiſſe, atque adeo Apoſtolicæ authoritatis robore ſanciri, & firmari debere; Nullum enim apparet impedimentum quominus id fieri non poſſit, quod, etſi illud antea factum erat, nullum, & irritum, utpote contra noſtram incapacitatem celebratum, modo vero validum eſt, & licitum, quoniam modo noſtræ Regulæ conforme celebratur; & certe congruum non eſſet, ut propter unius Guardiani ignorantiam, & Fratres eleemoſynæ ſubſidio, & patroni voluntatis ſuæ effectu fraudarentur; ergo multo melius a fortiori io inſtitutione per Illuſtriſſimos Comites de Tribiana id notum habet.

Nec obſtat conditio illa in patronatu appoſita, 98
nimirum quod Illuſtriſſimi Comites præceperint io Eccleſia Podeum, quam dicunt *Tribunam*, ſibi conſtitui: quia hoc in Hiſpania eſt communiſſimum Patronis, & Fundatoribus, ut Eminentiſſimi Domini Cardinales Pamphilius, & Sacchettus hujus rei ſatis conſcii teſtabuntur, licet hic Romæ non ſit uſitatum, quia ſoli Sanctiſſimo id conceditur.

Cetera, quæ hic obiici poſſent, parvi momen- 99
ti videntur, ut ex ipſis ſcripturis, & inſtrumentis conſtabit; in hoc ſolum rei cardo vertitur, ut conſtet, Fratrum Mioorum Regulæ, & altiſſimæ paupertatis, quam profitentur, puritati nihil obſtare, quominus prædicta legata, etiamſi perpetua ſint, modo licito ipſis relicta, conſequi poſſint, & valeant, ut hactenus probatum eſt; quapropter ſtantibus tot Summorum Pontificum Decretis in allegatione memoratis, Generalibus Ordinis Seraphici Statutis auctoritate Apoſtolica roboratis, immemorabili conſuetudine in omnium pene totius Ordinis Conventuum fundatione, erectione, & inſtitutione ſervata, in quibus annuales, perpetuæque eleemoſynæ dantur, viciſſim accipiuntur, fundatio, & inſtitutio patronatus inter Illuſtriſſimos Comites de Tribiana, & Fratres Mioores pro Victoriæ Urbis Conventu valide, liciteque celebrata, neceſſario authoritatis Apoſtolicæ robore firmanda videtur, & approbanda; alioquin maxime in totam S. Fraociſci Religionem perturbatio reſultaret, & diſſonantia — *Hucuſque Allegatio Patris de Cea, impreſſa in Collectione Pontificiarum Conſtitutionum Reverendiſſimi P. Joannis de Neapoli, & aſſervata in Regeſto Curiæ Ultramontanæ, tom. 4. fol. 44. ſine hac tamen numerorum diſtributione, in fine cujus ſequens ibi reperitur annotatio.*

Hac inſpecta allegatione, ejuſque fundamentis 100
de ordine totius S. Congreg. Concil. Tridentini per Eminentiſſ. Cardinales Sacchettum, & Pamphilium diſcuſſis, octava S. Antonii Paduani die, cenſuerunt *Victoriæ fundationem, legataque perpetua per modum eleemoſynæ obtinere, S. P. N. Franciſci Regulæ puritati nullatenus adverſari*. Poſtea vero per eoſdem Eminentiſſ. DD. Cardinales Cauſa in plena Concilii Congregatione iterum propoſita, relatiſque fundamentis, & ſolida allegationis hujus Doctrina, totius Sacræ Congregationis Decretum ſancitum eſt in pervigilio S. Bonaventuræ (cujus Doctrina nititur) Minorum ſtatui, ipſorumque Regulæ puritati conſentaneum eſſe, tales fundationes, & legata obtinere. Editoque die decimatertia Julii 1635. Anno, Decreto Sanctiſſimi Domini Noſtri Urbani VIII. ſuper primam ſignavit, firmavit, & octava ejuſdem Sancti Bonaventuræ ſequentem Bullam expedivit.

BUL-

Digitized by Google

# B U L L A
## SANCTÆ MEM.
## URBANI VIII.

*Super confirmatione erectionis Conventus Victoriæ, & patronatus Illuſtriſſimorum Comitum de Tribiana tam reſpectu ejuſdem Conventus, quam totius Provinciæ Cantabriæ; necnon ſuper declaratione legatorum perpetuorum, quæ per modum eleemoſynæ obtineri poſſunt, juxta Seraphici Patris Franciſci Regulæ puritatem, facta tamen prius proteſtatione, & aliis, quæ a Divo Bonaventura fieri præſcribuntur.*

Urbanus Epiſcop. Servus Servorum Dei,

101 Dilecto Filio Officiali Ven. Fratris Noſtri Epiſcopi Calaguritani, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Inter cetera cordis Noſtri deſiderabilia illud potiſſimum ſinceris affectibus amplectimur, ut domus, Monaſteria Regularia, ac alia pia loca Chriſtifidelibus inſtituantur, in quibus perſonæ Religioſæ, ſpretis Mundi illecebris, ſub ſuavi Religionis jugo in humilitatis ſpiritu, & pacis amœnitate Altiſſimo famulatum reddere valeant: Piiſque fidelium id a Nobis devote expoſcentium votis favorem Apoſtolicum libenter impertimur, prout locorum, & temporum qualitate penſata in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

102 Exhibita ſiquidem Nobis ſuper hoc pro parte dilectorum filiorum Alphonſi de Alava de la Cerda y Guzman, & Marianæ etiam de Alava Comitum de Tribiana, & Galbæ, & Miniſtri Provincialis, & Fratrum Ordinis S. Franciſci de Obſervantia nuncupatorum Provinciæ Cantabriæ petitio continebat, quod alias quondam Petrus de Alava ſua teſtamentaria, ſeu alia diſpoſitione, ſub qua ab humanis deceſſit inter alia per eum tam pie, quam prophane diſpoſita voluit, & ordinavit, certos reditus multiplicari, & ex eis quatuor Miſſas quotidie in oppido Civitate nuncupato de Victoria Calaguritanæ Diœceſis, & Eccleſiis, ac Conventibus per ejus in majoratu ſuo hæredes, & ſucceſſores eligendi celebrari, & pro qualibet Miſſa quotidiana centum ducatos monetæ Hiſpaniæ aſſignari debere mandavit.

103 Et ſucceſſive Andreas dicti Petri frater octingentos, & triginta ducatos ſimiles pro lectis ad uſum pauperum comparandis, & manutenendis arbitrio ſuorum hæredum, & Prætoris dicti oppidi Alcaldi, vulgo nuncupati, & antiquioris Gubernatoris Rogidor nuncupati, & Procuratoris Generalis ejuſdem oppidi, nec non poſſeſſoris dicti majoratus pro tempore exiſtentis reliquit. Et deinde Carolus prædicti Petri filius ſummam decem milium ducatorum ejuſdem monetæ pro fundatione Eccleſiæ, ſeu Conventus ad favorem Fratrum Minorum Recollectorum nuncupatorum S. Franciſci, arbitrio Marianæ de Guevera ejuſdem Caroli uxoris ordinanda, ac Eccleſiam, ſeu Capellam, ac domum Regularem hujuſmodi, juxta ædificia pro habitatione hæredum, & ſucceſſorum ſuorum dictum majoratum pro tempore obtinentium extrahenda ad libitum, & voluntatem dictæ Marianæ de Guevara fabricari mandavit, eidemque Marianæ de Guevara ad id, & alia quæcunque inde dependentia ſufficientem facultatem, & authoritatem conceſſit; & ſi, durante ejus vita, promiſſa non adimpleviſſet, illa omnia per alias perſonas, quas duxiſſet nominandas exequi, & ejus voluntatem ſequi, & obſervari.

104 Parietes autem ejuſdem Eccleſiæ, ſeu Capellæ, qui ipſam Eccleſiam, ſeu Capellam, & ædificia pro habitatione hæredum prædictorum extruenda ſejungeret, unum Podium, quod Tribunal vulgo vocant conficí; itaut ex Podio hujuſmodi intus Eccleſiam, ſeu Capellam prædictam inſpici poſſet, ac munimenta cum ſtatuis marmoreis, ac inſignibus familiæ de Alavis erigi; & ſepulturæ pro ſuis, & hæredum ſuorum cadaveribus inhumandis confici; itaut cadavera humi ſepulta remaneant, & ad ſepulturam hujuſmodi, prout in ſcripturis hujuſmodi continetur, cadavera pie defunctorum conſanguineorum transferri cum requiſitis de Jure debitis, & unam Miſſam quotidianam perpetuam pro illis celebrare; & præterea idem Carolus centum, & quinquaginta ducatos per ejus in dicto majoratu ſucceſſores quolibet anno in perpetuum nomine eleemoſynæ diſtribui voluit.

105 Ita tamen quod nullus Ordinarius, aut perſona Eccleſiaſtica ſe in præmiſſis immiſcere, vel rationem ab eiſdem hæredibus exigere poſſent, nec quemvis alium ſeſe intromittere, vel ingerere, neque illa immutare, neque alterare, minuſque inquirere, vel curam habere poſſe, neque debere; An, & quomodo dictæ eleemoſynæ diſtribuerentur, aut ſupradicta alia opera pia adimplerentur. Etſi allegaret illa negligi, & ut decet, non adimpleri, & caſu quo ipſi in executione ſupradictorum ſeſo ingererent, vel immiſceerent, vel illa exequi facere vellent, aut intentarent, tunc, & eo caſu voluit, quod ſucceſſor in majoratu hujuſmodi nihil ex eis, quæ contra diſpoſitionem Caroli, & Marianæ de Guevara prædictorum ordinata, & mandata eſſent, adimplere teneretur; ita tamen, quod dicta Mariana de Guevara, & prædicti Caroli filiis, & filiabus vita functis prædictus Prætor Alcaldi nuncupatus, & unus ex conſanguineis dicti Caroli de Alavis a Poſſeſſore majoratus prædicti pro tempore exiſtente ſemel in anno rationem hujuſmodi præmiſſorum exigere, & inquirere poſſit, quomodo eleemoſynæ diſtribuerentur, & rationis hujuſmodi exactio, & reditio in libro quatrato ad eum effectum conficiendo, & contra armarium, ſeu archivium in dicta Eccleſia, ſeu Capella conficiendum una dum ſcripturis dictum majoratum, & prædicta opera pia, ac onera, & obligationes illis incumbentia concernentibus ſeponendo, & cuſtodiendo inſcribi, & annotari debere: quod quidem armarium, ſeu archivium obſerratum eſſet bonis clavibus, quarum una penes antiquiorem ex iis, qui pro tempore ad miſſas celebrandas hujuſmodi deputati eſſent: Altera vero clavis hujuſmodi penes dominum Prætorem Alcaldi nuncupatum remaneret, & eorum cuilibet pro ſuis laboribus viginti ducati de reditibus dictis majoratus quolibet anno numeraretur. Scribæ vero, ſeu Notario, coram quo computa, & rationes hujuſmodi redderentur, decem alii ducati ſimiles etiam quolibet anno dari deberent; & ſic in poſterum perpetuo obſervaretur.

106 Et pro manutentione, & ornamento dictæ Eccleſiæ, ſeu Capellæ quilibet ſucceſſor in dicto majoratu ſtatim atque poſſeſſionem dicti majoratus adeptus eſſet, aliquod munus valoris centum ducatorum parium pro comparandis ornamentis, quæ magis eidem Eccleſiæ, ſeu Capellæ neceſſaria, & utilia viderentur, utpote paramenta Doſel, vulgo nuncupata, cum inſignibus familiæ de Alavis, vel Icone depicta, aut lampadem argenteam valoris centum ducatorum hujuſmodi offerre deberent: Et ſi infra ſex menſes a die adeptæ poſſeſſionis hujuſmodi dictum munus non obtuliſſet, & prædictæ Eccleſiæ ſeu Capellæ non applicaſſet, ad duplum, ut ſupra applicandum teneretur, illumque ad id Miſſas hujuſmodi celebrandas antiquior deputatus cogere, & ab eo duplicem ſummam hujuſmodi, nempe ducatorum ducentorum in emptionem paramentorum, ut præfertur, convertendorum exigere. Ex dictis tamen ducentis ducatis, triginta ducati inter ipſum antiquiorem ad dictas Miſſas celebrandas deputatum, & dictum Prætorem Alcaldi nuncupatum pro eorum labore, & ſolicitudine diſtribuendi deſumi.

Et ca-

Digitized by Google

107 Et caſu, quo dicta Mariana de Guevara e vivis migraret, antequam dicta Eccleſia, ſeu Capella abſoluta, & ornamentis, Iconibus, vaſis argenteis, & aliis rebus neceſſariis munita eſset, & patronus dictorum operum primum nominaſset illa omnia, Andreas etiam de Alavis prædicti Caroli patruus, ſeu avunculus, & in illius defectu filius major natus maſculus dicti Caroli, & illo deficiente, ſecundo genitus, & illo ſimiliter deficiente, Anna Maria, illa vero non extante, Iſabella prædicti Caroli nata per ſcripturam, aut teſtamentum, vel codicillum, aut quocunque alio modo exequi, & adimplere facere poſsent, & alia prout in teſtamentis, & codicillis, & aliis ſcripturis confectis deſuper plenius dicitur contineri.

108 Et ſucceſſiva Mariana de Guevara uti executrix teſtamentaria, & Anna Maria, & prædicti Caroli nata, & hæres, quæ in dicto majoratu ſucceſſit, Caroli, & prædictorum ſuorum antenatorum veſtigiis inhærentes, tum pro ſatisfactione voluntatum dictorum Teſtatorum, tum ex particulari devotione, quam erga Religioſos Fratrum Recollectorum Ordinis Sancti Franciſci hujuſmodi gerunt, ac pro ſpirituali conſolatione, & ſalute animarum incolarum dicti oppidi opus fundationis, & Fabricæ domus & illius Eccleſiæ aggredi cupientes Mariana de Guevara, & Anna Maria præſente, & pro eis dilectus filius Petrus etiam de Alava a Conciliis chariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici ad quendam tractatum cum Actibus Ordinis Fratrum Minorum Recollectorum nuncupatorum Provinciæ devenerunt, per quem domum & Eccleſiam hujuſmodi fundare ſe obligarunt, ac reditum annuum mille quadringentorum quinquaginta ducatorum monetæ pro fundatione hujuſmodi aſſignarunt, quadringentos, videlicet, per dictum Petrum, & alios centum per dictum Carolum pro Miſſis celebrandis relictos, necnon alios centum, & quinquaginta per eundem Carolum pro eleemoſynis, aſſignatis, & trecentos, ex ducatis octingentis, & triginta per relictis, reliquos vero quingentos ducatos pro complemento reditus mille quadringentorum, & quinquaginta ducatorum hujuſmodi ex dicti decem millibus ducatis, & aliis pecuniis provenientibus ad uſum dictæ fundationis nomine veræ, ac ſolius eleemoſynæ diſtribuendos, & a dictis Prætore, & ſeniore dictæ familiæ, uti reditus hujuſmodi proprietariis miniſtrandos aſſignarunt, reſervato ſibi, & ſuis hæredibus Jurepatronatus honorifico domus, & Eccleſiæ fundandæ hujuſmodi, & quod Fratres domus inſtituendæ, qui 22. vel 24. eſse deberent ultra majorem, quinque Miſsas recitatas quolibet die recitare deberent.

109 Pro quarum quidem Miſsarum, & aliorum ſuffragiorum celebratione, & reditu mille, & quadringentorum, ac quinquaginta ducatorum hujuſmodi pro eorum manutentione, octingenti, & quinquaginta ducati nomine tantum eleemoſynæ per dd. adminiſtratores proprietarios diſtribui deberent, ita quod dictus Prætor Alcaldi nuncupatus, & ſenior, de domo, & familia de Alavis ad dictum majoratum vocatus, qui de Alava cognominatur, dicti reditus adminiſtratores, & proprietarii eſse, & ſyndico domus ſic inſtituendæ, etiam pro tempore exiſtenti, vel cuicunque alteri cis beneviſo ſufficiens procuratorium, & mandatum ad illos nomine tantum eleemoſynæ exigendos, & non aliter, ut infra diſtribuendos, dare, & a dicto ſyndico, vel alio per eos ad id deputando rationem, & computum dicti reditus petere poſſint, & debeant, eademque computa, & rationes patronatus dictæ domus inſtituendæ videre, & examinare, & omnia in præſenti fundatione contenta adimplere facere, *& ſi aliquem defectum in obſervatione conditionem in eadem fundatione detexerit, dictos Prætorem Alcaldi nominatum, & ſeniorem conſanguineum coram juſtitia ſeculari, cum omni Juris rigore deſuper convenire*; & ſi forte ipſe Prætor & antiquior conſanguineus, vel alter illorum adminiſtrationi hujuſmodi reditus vacare non potuerint, vel noluerint, tunc, & eo caſu quilibet eorum inſolidum præmiſsa adimplere valeat, utroque autem hanc curam rejiciente deputatus Generalis Capituli illius Provinciæ in adminiſtratorem, & proprietarium dicti reditus per juſtitiam ſecularem hujuſmodi deputetur, & quilibet adminiſtrator viginti ducatos pro ſuis laboribus habeat.

110 Et quia dicti quadringenti ducati annui per dictum Petrum pro celebratione Miſsarum hujuſmodi relicti ſuper bonis, & proprietatibus dicti majoratus fundati ſunt, prædictus Patronus facultatem, & licentiam illos a proprietate dicti majoratus ſeparari a Concilio Cameræ petere; & caſu quo illa obtinere non poſſit, nihilominus dd. 400. ducatos annuos ex reditibus dicti majoratus pro dicta eleemoſyna ad ſuptadictum ſolvere teneatur, & ſi in ſolvendo moroſus fuerit, per quemlibet ex familia de Alavis ad id cogi poſſit, & tunc, & eo caſu ultra dictos 400. ducatos, in pœnam ſolutionis aliorum 100. ducatorum, 50. videlicet, perſonæ dictæ familiæ, & reliqua 50. prædictæ fundationi applicandorum, incurrat: Et ſi infra annum, exactio 400. ducatorum hujuſmodi non fiat, nec de ea agatur, Procurator Generalis dicti oppidi prædictum patronum ut ſupra compellere poſſit, & in hujuſmodi eventum ipſe patronus in pœnam 200. ducatorum Procuratori Generali expenſis dictæ Civitatis, & fundationi æqualiter applicandorum incurrat.

111 Et inſuper dictæ Partes tractarunt, quod operi Fabricæ domus inſtituendæ, & Eccleſiæ hujuſmodi unus ex Fratribus d. Ordinis S. Franciſci Recollectorum, ut ipſa accommoda horis pro ipſorum uſu eſſet, ſtructuræ aſſiſteret, & poſtquam ipſa domus, & Eccleſia omnibus ſuis partibus abſoluta eſſet, pro introducenda inibi Regularis diſciplina ex domibus, & Conventibus ejuſdem Ordinis S. Franciſci Fratrum Recollectorum Provinciæ Conceptionis, Guardianus, & Vicarius, ac duo Religioſi, qui in Ordine, & Provincia Conceptionis hujuſmodi habitum ſuſcepiſſent, & in ea diu vixiſſent, eligi, & ad dictam domum in hoc fundationis principio pro illius Religioſorum directione, ac in Regularis diſciplinæ eruditione tranſmitti, & tam Guardianus, qui officio Guardiani hujuſmodi in prædicta Provincia Conceptionis functus eſſet, quam Vicarius, & alii Religioſi eligendi, & tranſmittendi, ut præfertur, in dicta domo inſtituenda tandiu manere, & officia ſibi deſignata obire deberent, quandiu neceſsarium viſum eſset; & ſi qui ex illis medio illo tempore obiiſset, alii in locum deficientium ſuffici, omneſque Religioſi ejuſdem domus inſtituendæ pro tempore exiſtentes, qui ad minus 22. vel 24. eſse debent, perpetuis futuris temporibus dictam Marianam de Guevara, & ejus ſucceſsores in domo, familia, & majoratu de Alavis pro tempore exiſten. in ſuos, & dictæ domus, ejuſque Eccleſiæ ſic inſtituendæ Patronos perpetuos habere, & recognoſcere, prout eorum ſtatus permittit, nec non Divina officia juxta ritum, & conſuetudinem per Religioſos aliorum domorum Ordinis, & Provinciæ Conceptionis hujuſmodi obſervari ſolitum, ac Miſsam majorem hora ſolita, nec non quatuor recitatas, unam videlicet prima luce, & duas alias ante Miſsam majorem ad Altare majus ejuſdem Eccleſiæ pro ſatisfactione Miſsarum per Petrum, & Carolum prædictos, ut præfertur, & intuitu eleemoſynæ, ut ſupra donatarum & applicatarum; & ultra prædictas Miſsas, aliæ Miſsæ etiam cum reſponſorio pro dicto Andrea, & ab eo commendatis, ejuſque in dicto majoratu ſucceſsoribus reſpectu trecentorum ducatorum per ipſum relictorum, & ut ſupra præſente fundatione donatorum celebrari debeant; itaut Miſsæ hujuſmodi dignoſcantur celebrari intuitu, & occaſione fundationis dictæ domus Regularis, ſeu inſtituendæ, & pro ſalute, & favore illius patro-

Digitized by Google

patronorum commemoratio fieri debeat in collectæ, videlicet ubi Sacerdos orat pro famulis Dei, addat: *Patronos noſtros ab omni adverſitate cuſtodi.*

112 In diebus autem, in quibus dictus Petrus, Carolus, & Andreas deceſſerint, una ex prædictis Miſſis in cantu cum vigilia defunctorum, pro Petro, videlicet, & quondam Maria Exerdini, ejuſdem Petri, dum viveret, uxore, & executrice teſtamentaria die 17. Aprilis, & pro Carolo, & prædicta Mariana de Guevara, poſtquam a vivis deceſſiſſent, die 19. Martii; pro Andrea autem prædictis die 22. Menſis Decembris celebrari, eiſdemque diebus ſexies campanæ pulſare debeant, ut, ſono campanarum audito, ad Miſsam hujuſmodi major concurrat populi multitudo, & uti Chriſti fideles, dictorum defunctorum animas Deo commendare meminerint: & ulterius Religioſi ejuſdem domus inſtituendæ pro patronis pro tempore defunctis, & in eorum Eccleſia ſepeliendis, exequias funerales cum Miſsa, in cantu, vigilia, & concione, prout in dicto oppido de Victoria fieri ſolet, celebrare teneantur, abſque eo quod aliquam propterea eleemoſynam habeant; præter illam, quam eis dicti defuncti, vel eorum ſucceſſores dare voluerint; quarum quidem Miſsarum, & aliorum ſuffragiorum occaſione ex reditu 1450. ducatorum hujuſmodi, 850. ducati annui pro ſuſtentatione, & manutentione Fratrum dictæ domus inſtituendæ nomine tantum eleemoſynæ per dictos adminiſtratores proprietarios diſtribui debeant, itaut quatenus d. eleemoſynæ ſolvantur & ad hoc, ut non fiat præjudicium alteri ejuſdem Ordinis Monaſterio in d. Oppido de Victoria exiſtenti; illi nullas alias eleemoſynas Miſsarum recipere neque in d. Oppido de Victoria, ſed extra illud tantum mendicare poſſint.

113 Præterea ex eodem reditu alii 200. quotannis ducati annui in ſumptus quolibet triennio, vel alio tempore celebrandis erogari, & dd. hæredes in patronos recognoſci, & omnes Miſsæ per capitulares celebrandæ juxta intentionem dd. fundatorum celebrari deberent, addita per Fratres in omnibus Miſſis celebrandis hac oratione, videlicet, *Et Patronos noſtros ab omni adverſitate cuſtodi.*

114 Et pro conſervatione memoriæ perpetuæ patronatus hujuſmodi in tabulis capitularibus, in quibus Miniſter Provincialis, Definitores, Guardiani, & reliqui omnes Officiales, & Religioſi Provinciæ Cantabriæ inſcribuntur, & annotantur, d. patroni pro tempore exiſtentes etiam ſcribi, & annotari debeant, omnibuſque Guardianis, & Religioſis prædictis palam commendentur, & patronos prædictos pro patronis Conventus Cantabriæ habere, illoſque uti tales particularibus orationibus ſuis Deo commendare. Et ſi ipſos patronos ad domos ſuas Regulares accedere contigerit, illos benigne recipere, & honoribus patronis deferri ſolitis afficere teneantur, durantibus autem Capitulis in Capella majori Eccleſiæ locum habeant, prout in ipſis contineri dicitur.

115 Et ſi d. patronus ad aliquam domum Ordinis, & Provinciæ Cantabriæ hujuſmodi (cujus tantummodo patronatu gaudet) acceſserit, ſibi deſignatum recipiat. Demum omnes Religioſi in Capitulis iiſdem pro tempore congregati ad Eccleſiam domus inſtituendæ hujuſmodi ſemel durante Capitulo, ſeſe conferre, & inibi exequias defunctorum cum Miſsa cantata, concionem, & vigiliis pro defunctis celebrare debeant.

116 Ex reſiduo autem reditus hujuſmodi uſque ad ſummam 370. ducatorum, vel circa annuatim aſcendentium undecim, vel 12. Religioſi ſtudentes d. Ordinis in Univerſitate Salmantic. vel Oppido de Alcalà ſtudiorum cauſa ali, & manuteneri debeant; qui quidem Religioſi ſtudentes prævio examine eligi debeant per Capitulum Provinciale, qui etiam Jure ſint eruditos, & facundos concionatores ad ſatisfactionem incolarum d. Oppidi de Victoria, manutenere & ſtudentes, qui prævio examine hujuſmodi idonei reperti fuerint aliis minus idoneis præferri, & inter æquales idoneos Religioſi d. Ordinis Recollectorum, & inter ipſos illi, qui in d. domo ſic inſtituenda habitum ſuſceperint, anteponi debeant. Et pro illis d. Mariana de Guevara ædes, ſeu cellas in aliqua domo Regulari ejuſdem Ordinis in Civitate Salamantica, vel Oppido de Alcalà hujuſmodi ſita ſuo 600. ducatorum ſumptu, & non amplius extrui facere ſe obligavit, adjecta conditione, quod dicto oneri pro dd. fundatoribus, & patronis modo, & forma ſuperius expreſſis; & Regulæ ſuæ minime contrariis obſtricti exiſterent.

117 Cum vero fundatio domus inſtituendæ, illiuſque Eccleſiæ, & eleemoſynis, & legatis d. familiæ de Alavis extruatur, & omnibus partibus ſuis abſolvatur, ut d. familiæ pietatis memoria in perpetuum poſteritati conſervetur. In d. domo ſic inſtruenda, illiuſque Eccleſia nulla alia inſignia, præterquam domus, & familiæ de Alavis apponi poſſint, nec in Eccleſia, ejuſque Capella majori ſepeliri poſſint, & Podium, quod vulgo Tribunal vocant in d. Capella majori, per quod ex habitatione dictæ Marianæ de Guevara in d. Eccleſiam ſic extruendam pateat aſpectus, ut ſupra dictum eſt, confici debeat, itaut ex illo dd. patroni divina Officia, & conciones audire poſſint.

118 Itemque patroni in Capella majori, & aliis Eccleſiæ partibus ſepulchra, & monumenta modo ſupradicto erigere, & pro adimplenda voluntate Caroli teſtatoris in Capella majori Eccleſiæ extruenda hujuſmodi cadavera defunctorum in teſtamento ejuſdem Caroli expreſſorum, & Marianæ de Guevara, ac Annæ Mariæ, aliorumque patronorum, illorumque uxorum, in quacunque illius parte, quam elegerint, inhumari: & ſimiliter filii illegitimi patronorum prædictorum, ſi uxores non duxerint, in eadem Eccleſia extruenda hujuſmodi, & ea parte, quam dict. patronus pro tempore exiſtens aſſignavit, ſepeliri valeant. Reliqui vero deſcendentes a d. Anna Maria, cæteriſque patronis pro tempore exiſtentibus prædictis nullum habeant Jus ſepulturæ in d. domo inſtituenda, illiuſque Eccleſia, abſque licentia d. patroni, vel illius, qui ab ipſo ſpecialem poteſtatem ad ipſum effectum habuerit. Licitum tamen eſſet ſororibus d. Caroli tunc viventibus tantum, non autem earum filiis, & deſcendentibus, ut in ea ſepeliri valerent.

119 Et ut ipſi patroni pro ſua devotione Miſſas celebrari facere valeant, unam Sacriſtiam ſeparatam in ea parte Eccleſiæ, quæ domui dictæ Marianæ de Guevara contigua exiſtit, extrui facere, & in ea ornamenta pro Miſſis per Presbyteros Seculares in altaribus dictæ Eccleſiæ arbitrio dd. patronorum celebrandis reponi, & cuſtodiri, adhoc, ut in ea Presbyteri Seculares, quos prædicti patroni deputaverint, & voluerint amictu Sacerdotali ad Miſsam, in dictis altaribus celebrandam indui poſſint, ejuſdemque Sacriſtiæ clavem d. patroni, vel alius ab eis deputandus penes ſe habeant.

120 Pro conſervatione autem fundationis, & patronatus hujuſmodi, illiuſque augmento Anna Maria, aliique patroni pro tempore exiſtentes ſe ſe in d. Eccleſia, ut præfertur, inhumari faciant. Alioqui ſi in Hiſpaniis deceſſerint, & in aliqua alia parte ſua cadavera ſepeliri juſſerint ex ipſorum bonis, eleemoſyna ſexcentorum ducatorum in uſum præſentis fundationis ad arbitrium Miniſtri Provincialis, & Guardiani d. domus inſtituendæ præfatæ, & antiquioris deſcendentis ex familia, & cognatione de Alavis in dd. majoratibus nominati; & in d. Oppido de Alcalà reſidentis diſtribuendorum ſolvi, & nihilominus ſucceſsor in majoratu, & Jurepatronatus hujuſmodi cadaver patroni defuncti ſtatim atque ab hac vita migraverit, vel ſaltem infra biennium, ſi fieri poterit, illiuſque oſſa ad d. Eccleſiam ſic extruendam ſumptibus bonorum d. defuncti transferri facere, etſi

nulla

Digitized by Google

nulla bona reliquerit, ex quibus id fieri & dd. ſexcenti ducati ſolvi poſſint, d. ſucceſſor patronus cadaver defuncti hujuſmodi ad d. Eccleſiam extruendam ſuis ſumptibus tranſportare facere, & illud idem intelligatur, in eventum, in quem d. patronus defunctus bona litigioſa reliquerit Jure ſibi pro ſumma, quam propterea ſolverit, ad dd. bona litigioſa reſervato, hujus ſiquidem fundationis is præcipue finis eſt, ut pro illius fundatione, atque fundatorum majoratuum d. familiæ memoria, dd. patroni ſciant hujuſmodi ſepulturam ita ſibi affectam eſſe, ut alibi ſepeliri non poſſint,

121 Et ut firmiori robore id ſtatuatur, quilibet ſucceſſor in dicto Jurepatronatus obligatus exiſtat præſentem clauſulam infra ſex menſes a die, qua in d. Jurepatronatus ſucceſſerit, computandos approbare, & per ſpecialem ſcripturam ad illam ſe obligare nullaque adſit obligatio illam ad poſſeſſionem majoratus, & Juriſpatronatus hujuſmodi admittendi, niſi prius facta dicta ſcriptura; & ſi ſecus factum fuerit, eo ipſo, quod poſſeſſionem Juriſpatronatus, & patronatus hujuſmodi acceperit, ad omnia ſupradicta obligatus cenſeatur. Denique ſi dd. Fratres præmiſſa opera ex quacunque cauſa non adimpleverint, tunc, & eo caſu omnia ſupradicta legata in ſuum priſtinum ſtatum revertantur, & de illis dicti patroni juxta dd. teſtamentorum, ac prædictæ Marianæ de Guevara mentem, & ordinationem diſponere valeant.

122 Et nihilominus dd. Fratres ſupradicta omnia obſervata *juxta doctrinam S. Bonaventuræ*, & modo quo potuerunt, tractarunt. Et caſu quo ipſi Fratres domum inſtituendam hujuſmodi quandocunque desererent, patroni prædicti patronatum hunc in quoſvis Fratres ejuſdem, vel alterius Religionis, & domos ejuſdem, vel alterius Provinciæ cum prærogativis, & facultatibus in d. fundatione contentis, & cum onere Miſſam majorem in commemorationem patronorum celebrandi eligere poſſent, ipſaque Eccleſia ſic extruenda remaneret ipſis patronis. Et ſucceſſive Miniſter Provincialis, & alii Fratres nomine ejuſdem Provinciæ Cantabriæ, factá proteſtatione *ſecundum doctrinam S. Bonaventuræ, & juxta Conſtitutiones Generales ejuſdem Ordinis a Sede Apoſtolica approbatas*, hujuſmodi eleemoſynas acceptari nolle, ſeſe nihilominus eo modo, quo poterunt, promiſerunt ſupradicta omnia obſervare, dummodo reditus hujuſmodi nomine tantum eleemoſynæ, prout eorum ſtatui non repugnat, per dd. adminiſtratores proprietarios, ut ſupra, diſtribuerentur,

123 Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, propoſita fundatio hujuſmodi in divini cultus augmentum cedere noſcatur, exindeque populus dicti Oppidi de Victoria, in quo nulla alia domus Sancti Franciſci Recollectorum exiſtit ex vita exemplari, & ſpiritualibus exercitiis Fratrum in ipſa domo ſic inſtituenda pro tempore degentium integram ſpiritualem conſolationem expertus, ſimulque d. Ordinis propagationi ſalubri rationi conſultum ſit. Quare pro parte Alphonſi, & Marianæ Comitum prædictorum in d. majoratu ſucceſſorum, ac Miniſtri Provincialis, & Fratrum prædictæ Provinciæ Cantabriæ hujuſmodi nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus domum Regularem Ordinis hujuſmodi erigere, & inſtituere, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur,

124 Nos igitur, qui divini cultus augmentum, ac Religionis propagationem noſtris potiſſimum temporibus ſinceris exoptamus affectibus Alphonſum, & Marianam Comites, ac Miniſtrum Provincialem hujuſmodi eorum, ac Fratrum Provinciæ Cantabriæ hujuſmodi ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendorum, harum ſerie, & ſolutos fore cenſentes, & ſingulorum teſtamentorum, & ſcripturarum hujuſmodi tenores, præmiſſis tamen non contrariis præſentibus, & pro expreſſis habentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ex voto Congregat. Ven. Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus dictam domum Regularem, ut præfertur, extructam, ſeu extruendam, & nunc prout poſtquam extructa, ſacraque, & prophana ſupellectile munita fuerit, in domum Regularem ejuſdem Ordinis Sancti Franciſci Recollectorum nuncupatorum cum Eccleſia, cellis, aliiſque membris, & officinis neceſſariis, & opportunis, perpetuis, uſu, & habitatione unius Guardiani, & numeri Fratrum dicti Ordinis Sancti Franciſci Recollectorum, ut ſupra expreſſis cum omnibus conditionibus in dicta fundatione appoſitis, ut ſupra etiam expreſſis, ut ſupra perpetuo, ſine tamen alicujus præjudicio auctoritate noſtra erigas, & inſtituas.

Necnon Guardiano, & Fratribus domus erigendæ hujuſmodi, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, facultatibus, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, prærogativis, præeminentiis, ante lationibus, conceſſionibus, indultis, indulgentiis, aliiſque favoribus, & gratiis univerſis tam ſpiritualibus, quam temporalibus, quibus alii dicti Ordinis, tam Obſervantium, quam Recollectorum hujuſmodi Religioſi de uſu, vel conſuetudine, jure, vel privilegio, aut conceſſione Apoſtolica, ſeu alias quomodolibet utuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum ſimiliter, & pariformiter, ac ſine ulla prorſus differentia, quatenus tamen ſint in uſu, & non revocata, nec ſub aliqua revocatione comprehenſa Sacris Canonibus, & præſertim Concilii Tridentini Decretis, aliiſque Conſtitutionibus Apoſtolicis, & Ordinis Sancti Franciſci Regularibus Inſtitutis non repugnet, uti, frui, potiri, & licite valeant, auctoritate noſtra concedas, & indulgeas. 125

Præſentes quoque literas ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, intimationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus etiam per Nos, & ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes per quaſcunque Conſtitutiones Apoſtolicas, aut Cancellariæ Apoſtolicæ regulas, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, aut cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis irritantibus, aut aliis Decretis editis, & edendis minime comprehendi, ſed tanquam in Divini cultus favorem conceſſas ſemper, & omnino ab illis exceptas, & quoties illi emanabunt, toties in priſtinum, ac validiſſimum, ac eum, in quo antea erant ſtatum repoſitas, reſtitutas, ac plenarie reintegratas, ac de novo etiam ſub quacunque poſteriori data per dict. patronos, & Guardianum, & Fratres domus erigendæ hujuſmodi quandocunque eligenda conceſſas, validas, & efficaces fore, & eſſe, ſicque per quoſcunque Judices etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales judicari debere, irritum decernas, 126

Non obſtantibus præmiſſis, necnon de indulgentiis, & gratiis ad inſtar non concedendis, aliiſque quibuſvis Apoſtolicis, ac etiam Synodalibus, ac Provincialibus, & univerſalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel Generalibus, & Conſtitutionibus, vel Ordinationibus Apoſtolicis, nec non Ordinum, & Inſtituti Sancti Franciſci Fratrum, tam Recollectorum, quam Obſervantium hujuſmodi, & illius domorum ſtatutis etiam juramento roboratis, conſuetudinibus, uſibus, & naturis, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis illis, illorumque Miniſtro Generali, Provincialibus, Guardianis, aliiſque Superioribus, & perſonis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, ac aliis in contrarium forſan quomodolibet conceſſis, 127

cete-

Digitized by Google

cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1635. 10. Kalendas Auguſti, Pontificatus Noſtri Anno XII. C. C. Stagonus L. Gritonius, A Math. Fr. Caſalis Lomadon. Cap. Jer, Jebruis per Præf. Bronius S. Ugolinus Uſilogandus D. Favonus Cap. C. Simonellus per Magiſtros Ladoccus Tarecc. ha. H. Gottus Tamantinus Godofredi. C. Canellaves.

*Hæc Urbani VIII. Conſtitutio, per quam praxi mandata eſt doctrina præcedentis allegationis ab eodem Urbano VIII. poſtmodum, ut ſupra numer. 62. oſtenſum eſt per aliud Breve comprobata, haberi, ac reputari debet, pro norma, & regula, ad diſcernenda annua perpetua legata Seraphicæ Regulæ conformia, ab illis, quæ paupertati in ea præſcripta reipſa adverſentur. Nec quoad eorundem legatorum receptionem, acceptationem, & exactionem ulla habenda eſt ratio de doctrinis Scriptorum, aut ſententiis Judicum, ſeu Tribunalium, quæ contraria fuerint Bullæ, allegationi, & Brevi prædictis, pollent ſiquidem ea auctoritate Sanctæ Sedis, quæ carent cæterorum Doctorum diſcurſus, & opiniones. Quia tamen in iſta Bulla, ac in Brevi, & in allegatione per illud comprobata, ſæpe fit mentio de Doctrina S. Bonaventuræ, expediens viſum eſt, nonnullas ejuſdem hic ſubjungere particulas præſentem materiam concernentes,*

Iſta verba non ſunt Auctoris.

*Doctrina extracta ex libro ſecundo Opuſculorum Divi Bonaventuræ in libello apologetico, ſeu excuſatorio contra eos, qui Minorum Fratrum Ordini adverſantur ſcripto diſertiſſime tradita.*

128 Quæſtio 9. Cum aſſeratis Vos ſecundum profeſſionem veſtram, nullos debere recipere proventus, reditum, ſeu poſſeſſiones, exceptis domibus, in quibus habitatis; eodem enim modo ſi hoc licet, poteritis etiam vineas recipere, & agros, & manſos, & ſimilia quæque recipere, immo grangias, & villas, & caſtra, & terras, & oppida, & quæcunque fuerint vobis data, & ſic priſtina paupertas, & mendicitas, quam profeſſi eſtis, paulatim evaneſcet, & non eritis Diſcipuli S. Franciſci, cum non ſequamini veſtigia ejus, nec ejus Regulam teneatis. De domibus enim vobis contiguis poteſt eſſe excuſabile, quod pro dilatanda area veſtra illas quandoque recipiatis, ſed de aliis non ita, in quibus homines alios pro cenſu locatis, quem Procurator veſter loco veſtri exigit, & in uſus veſtros convertit de voluntate veſtra. *Reſpond.* Si qui in talibus incaute agunt, dolemus, & contradicemus, & prohibemus. Qualiter autem in hoc licite agere poſſimus, adverte, & tunc non judicabis nos (ſi ſane intelligis) tranſgreſſores. Proteſtamur nos ſecundum Regulam noſtram, nil debere, ſeu velle poſſeſſionis, vel certorum redituum recipere, vel habere. Quia vero mendici ſumus, & pauperes, ea, quibus pro præſenti neceſſitate indigemus, ideo recipimus prout licet, ſive pro ſolvendis debitis, vel aliis neceſſariis procurandis. Cum ergo aliquis ex devotione vult nobis legare domum ſuam, vel aream non contiguam noſtræ manſioni, non recipimus eam, nec per nos, nec per interpoſitam perſonam, ut nos. Sed ſi ille eam diſponit per alium quemcunque, ut ea vendita, de pretio ejus provideatur nobis ex parte ſui in his, quibus tunc indigemus, procurandis, vel ſolvendis debitis, acceptamus. Si autem ille timens, ne forte ejus talis diſpoſitio per hæredes ſuos, vel alios in poſterum impediatur, & propter hoc præoccupat roborare illam ſigillo alicujus Judicis, vel civium, vel alterius, & committit ſic alicui amico ſuo eam, vel Fratrum, qui conſervat, quod ipſe diſpoſuit de domo tali, vel area, nil ad nos, cum de rebus ſuis poſſit ordinare, quod volet. Nec domum, nec locum talem dicimus eſſe noſtrum, cum nihil juris nos in ea poteſtemur habere. Similiter ſi aliquis diſponeret per amicum, vel alium, *quod de pretio, vel de proventibus illis, vel illis; darentur Fratribus tot panes quotidie, vel tantum eleemoſynæ ſingulis ſeptimanis, aut annis, non eſſemus propter hoc prædii, vel redituum poſſeſſores.* Nam ſi me petente eleemoſynam, aliquis dives promittat, quod ſingulis annis velit dare Fratribus duas tunicas, vel tantum unam, vel ſingulis hebdomadibus tot panes, & hoc committat Officialibus ſuis, ut vice ſui iſta dent, etiam eo abſente, & hoc pro Fratribus recipiam, vel etiam ſi illi negligant dare, admonendo exigam, *nunquid propterea certos reditus habere dicendi ſumus, cum non ex jure, ſed ex gratia ſolum talem eleemoſynam recipiam, vel exigam:* & ſi poſt obitum illius, uxor ejus, vel alii amici pro anima illius, adhuc velint aliquo tempore talem nobis eleemoſynam per ſe, vel ex diſpoſitione illius largiri. poſſumus ſimiliter recipere ex eadem gratia; *ita quod quandocunque nollent amplius iſta dare, nil peteremus ab eis quaſi ex debito*, ſed more mendicorum recurremus ad domum Clementis Domini pro quotidiana eleemoſyna, quandiu illi placeret: ſed quando plus nollet, abiremus vacui, gratias agentes de dato, & non murmurantes de negato. Hæc eſt vera, & pura vita mendicorum, quod datur, ex gratia recipere, non ex Jure. De cenſibus vero domorum Fratribus legatarum nihil quærimus, *ſicut nec de aliis reditibus. Si autem antequam vendantur, aliquem inde cenſum recipiunt, in quorum tunc poteſtate ſunt illæ domus, nil juris habere in eo proteſtamur, ſed eleemoſynam nobis ſponte oblatam ſimpliciter recipimus, ſicut aliunde donatam.* Quia vero Dominus docet, nos cavere ab hominibus: Et Apoſtolus ab omni ſpecie mala abſtinere, ne putemur ab ignorantibus tranſgreſſores Regulæ noſtræ, debemus aperte proteſtari nihil nobis juris in talibus donationibus velle habere, ſicut tenetur ſuſpectus de fornicatione omnia illa cavere, ex quibus poſſet iſta ſuſpectio probabiliter judicari.

*Idem Doctor Seraphicus in expoſitione Regulæ cap. 4. prope finem.*

Amplius ponamus, quod intendat ſe privari dominio pecuniæ, ſtatim ut eſt alienis Fratribus famulari commendata; dico, quod adhuc a Fratribus non recipitur, cum non intendant, quod aliqua pro eis recipiatur pecunia, ſicut ſua, nec omnino conſentiant, quod ejus poſſeſſio acquiratur: ſine conſenſu autem non acquiritur poſſeſſio; unde dicit *l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.* quod in admittenda poſſeſſione affectio ei, qui poſſidet, eſt intuenda. Itaque ſi in fundo ſis, & tamen nolueris eum poſſidere, protinus amittes poſſeſſionem; nec etiam ſine voluntate donatoris transfertur dominium, ut patet *ff. de acquiren. rer. propriet. & dominio.* Unde cum dator pecuniæ intendat eam dare, tamen non ut poſſit in Fratrum uſum converti, ſed tantum pro ipſorum neceſſitatibus commutari. Ponamus, quod pecunia tradatur per manus diverſas uſque ad centeſimam perſonam datori penitus ignotam; dico, quod adhuc manet in bonis ſuis. Eo enim modo, quo tenuit eam authoritate ſua primus, tenet ſecundus, tertius, & milleſimus: quia dicit *l. ff. de acquiren. rer. dom.* quod traditio nihil amplius transferre debet, vel poteſt ad eum, qui accipit, quam apud eum, qui tradidit; unde ſemper poteſt repetere hujuſmodi, ſicut ſuum, qui ipſam pro Fratrum neceſſitatibus commendat: Poteſt enim mutare voluntatem ſuam, & pro tanto repetere — *Aliter in ultimis voluntatibus defunctorum, quia voluntas eorum eſt immobilis; & ideo ſi contingit executores repetere pecuniam malitioſe pro Fratrum neceſſitatibus commendatam, non eſt reſtituenda, cum ſint contrarii ipſius Teſtatoris ultimæ voluntatis; quod ſi ipſi malitioſe pecuniam detineant contra formam teſtamen-*

129

ſtamen-

Digitized by Google

*ſtamenti, nec eam velint commendare alicujus fidei pro Fratrum neceſſitatibus diſpenſandam, poſſent Fratres Ordinariis renunciare injuriam defuncti, & ſuam, ſine perfectionis aliqua detrimento, nec tamen judicialiter repetere, ſicut ſuam, quamvis ſit eis debita quæcumque portio teſtamenti; quod ſi queras, cui ſit pecunia legata? Dico, quod manet in bonis defuncti erogandis, non heredibus reſervandis; Unde ſi Fratres eam omnino reſpuant, debet aliis pauperibus erogari.*

*Reſolutiones Sac. Congregationis Rev. Fabricæ materiam legatorum concernentes, quibus executioni mandatum exiſtit Decretum ſuperius n. 55. tranſcriptum.*

Illuſtre, e Molto Rev. Sig. come Fratello.

130 Ha havuto ricorſo a queſta Sac. Congregatione della Fabrica il Procuratore Generale de Minori Oſſervanti di S. Franceſco, eſponendo, che di un legato pio appartenente a detti Frati di S. Angelo in Vado, V. S. intenda erigere in un Canonicato ſotto preteſto della loro incapacità. Queſta medema Congregatione anche con participatione di Noſtro Signore fece Decreto, che queſti Padri poteſſero ricevere per modum eleemoſynæ l'annui legati pii, & che non ſi eſtingueſſero, riſervandoſene la diſpoſitione a Noſtro Signore, conforme all'ingionto Decreto; Però V. S. viſto, che l'haverà, darà informatione di quello, li parerà conveniente, e le prego dal Sig. ogni proſperità. Roma 28. Maggio 1639. -- Come Fratello Il Cardinal Lanti - Andrea Ghetti Economo.

## INFORMATIONE DEL VESCOVO:

*Eminentiſs., & Reverendiſs Sig.*

131 Mi comanda V. Em. con una humaniſſima, reſami dal P. Guardiano degl'Oſſervanti di queſta Città di S. Angelo, che le dia informatione, come ſiano ſtati applicati per parte di dote in un Canonicato li 800. ſcudi di queſta moneta di Urbino, che legò Carlo Gualterucci ad eſſi PP. Et eſequendo diceli, che con Teſtamento d. Carlo gravò Claudia Bizzanti di quì ſua moglie, & erede a ſpendere 109. ſcudi in ornar la Capella di S. Carlo poſta nella Chieſa de PP. Zoccolanti; in oltre di ponere a cenſo altri 809. ſcudi di queſta moneta, che ſono di coteſta 337. in circa, e che col frutto in perpetuo ſi poteſſero celebrare le feſte de SS. Nicolò, & Carlo, e dir una Meſſa quotidiana in quel Altare, con eſpreſſa facultà à detta erede di adempire le ſudette coſe, ove à lei più piaceſſe, mentre li Padri foſſero del legato incapaci ò lo ricuſaſſero. Erano da ſopra due anni in qua in depoſito li mille ſcudi ſudetti nel monte di Città di Caſtello, ne ſi potevano inveſtire per l'impedimento di un ſequeſtro, fattovi fare da queſto P. Guardiano contro il chiaro Decreto di coteſta Sacra Congregatione ſotto li 14. Febraro 1633. onde havendomi detta Claudia, e queſto Capitolo ricercato, erigerli un Canonicato in queſta Cathedrale in S. Angelo, nella prima dell' erettione in Città, non eſſendovi Collegiata niuna, era poco ben ſervita con quei ſoli Canonici per compire il numero di tredici. La ſettimana ſanta mi induſſi a gratificarli, accontentandomi della dote de ſcudi 1409. in parte de quali eſſa Claudia aſsegnò li 809. ſcudi, valendoſi dell' autorità datagli dal Teſtatore, e per l'incapacità de Padri in accettar peſo perpetuo, e per non trovarſi Prete ſecolare, che con più di 30. ſcudi foſse voluto andare ogni mattina al Convento, che è diſcoſto dalla Città un groſso miglio, quando bene i PP. haveſsero acconſentito, come ne meno ſi piegorono alla revocatione del ſequeſtro; onde ho pregato Monſignor Veſcovo di Città di Caſtello, e ſpero, ſeguirà il rinveſtimento ad utile, ò del Canonicato, ò di chi commandarà Noſtro Signore, quale per ſervire bene ho preſo tal'aſsunto, non havendo in ciò alcun ſentimento, & à V. E. faccio umiliſſimo inchino. S. Angelo 8. Luglio 1639. Umiliſs. e Divotiſs. Servitore, Honorato Veſcovo di S. Angelo, & Urbania.

*Illuſtre, e Molto Rev. Sig. come Fratello.*

Sendo ſtata letta in queſta Sacra Congregatio- 132
ne della Fabrica la riſpoſta data da V. S. alla ſcritali in materia dell' applicatione da lei fatta ad un Canonicato delli ſcudi 809. di coteſta moneta, laſciati da Carlo Gualterucci alli Fratri dell'Oſſervanza di S. Angelo con peſo di meſse. Non ſon parſe à queſti Eminentiſſimi miei Signori ſufficienti le ragioni addotte per ſoſtener detta applicatione, quale, come che è fondata tutta nell'incapacità de Frati, così non ſoſſiſtendo tal' incapacità, almeno ad effetto di poter ricevere per modo di eleemoſyna, conforme al Decreto fatto da queſta S. Congregatione, altre volte traſmeſſoli, dovrà V. S. ſoſpendere la medema applicatione nè in eſſa procedere più oltre in pregiudicio di detti Frati. Si ſcrive però à Monſignor Veſcovo di Città di Caſtello, dove è depoſitato il denaro per tal' effetto, che faccia fare l' inveſtimento per detta ſomma di 809. ſcudi in conformità del Teſtamento di Gualterrucci, e V. S. levarà ogni impedimento, acciò poſſa effettuarſi; con che le prego dal Signore ogni proſperità. Roma li 30. Agoſto 1639. Come Fratello. Il Card. Lante. Andrea Ghetti Economo.

## AL VESCOVO DI CITTA' DI CASTELLO.

*Illuſtre, Molto Rev. Sig. come Fratello*

Delli ſcudi mille di moneta d' Urbino depoſitati 133
in coteſto Monte di Pietà in eſſecutione del Teſtamento del qu. Carlo Gualterucci, de quali 809. laſciati alli Frati dell' Oſſervanza di S. Angelo, con peſo perpetuo di meſſe, e di celebrar certe Feſte, Monſig. Veſcovo di quella Città, ſotto preteſto dell' incapacità de Frati, ne haveva fatta applicatione ad un Canonicato, in beneficio del quale V. S. era pregato dal medemo Veſcovo à farne fare Inveſtitura. Queſta S. Congregatione della Fabrica non approvando tal applicatione, e commutatione, hà riſoluto di ſcrivere à V. S. ad effetto, che tralaſci di fare detto Inveſtimento per il Canonicato, ma ſi bene procuri, che detta ſomma s'inveſtiſca, conforme il tenore del Teſtamento di detto Carlo; e per eſeguire la ſua volontà, ſi contenti però V. S. di così eſeguire, che ſarà di guſto particolare di queſti Eminentiſſimi miei Signori; e le prego dal Signore ogni proſperità. Roma li 30. Luglio 1639. – di V. S. al piacere. Il Cardinal Lante. Andrea Ghetti Economo.

*Inveſtito il denaro, quel Monſignor Veſcovo moſſe difficoltà, acciò li Frati non riſcoteſſero li frutti de i ſudetti denari; onde di nuovo ſi ricorſe alla Sacra Congregatione, che ſcriſſe la ſeguente.*

Si ſono dolſuti à queſta Sac. Congregatione 134
della Fabrica li Frati Minori Oſſervanti di S. Angelo in Vado, che da V. S. ſia ſtato fatto precetto alla Sig. Urania Fiſci, che non paghi ſenza licenza delli eredi li frutti delli 809. ſcudi, che preſe à cenſo, e da queſta Sac. Congregatione ſotto li 30. Luglio 1639. fù ordinato ſi inveſtiſſero, conforme al Teſtamento del qu. Carlo Gualterucci, che da lei ſi volevano applicare per eretione di un Canonicato. E queſti Eminentiſſimi miei Signori hanno ordinato, che da V. S. ſia rimoſſo ogni impedimento, acciò dalla debitrice

del

Digitized by Google

del cenſo ſi poſſano liberamente pagare li ſuoi frutti à detti Frati, conforme hà diſpoſto il Teſtatore, nè li aſtringa à farglieli pagare con licenza dell'erede, mentre dal Teſtatore ciò non è ſtato ordinato; e con queſto gli prego dal Sig. ogni proſperità. Roma li 25. Agoſto 1640. Di V. S. come Fratello. Il Cardinal Lante. Andrea Ghetti Economo.

135 Molto Rev. mio Amatiſſimo. Hà fatto rappreſentare à queſta Sac. Congregatione della Fabrica il P. Commiſſario di Corte della Religione de Minori Oſſervanti di S. Franceſco, come la qu. Bartolomea Giuchelli di Ancona laſciò al Convento di detta Città annui ſcudi cinque, perche li celebrino un officio con trenta Meſſe, e che li eredi ricuſano pagaglierli ſotto preteſto della loro incapacità, Queſta Sac. Congregatione altre volte dichiarò detti Frati capaci *per modum eleemoſynæ*, però provederete, il legato ſi eſeguiſca, nè ſotto il detto preteſto li eredi ritardino il pagamento, governandovi, conforme al Decreto fatto in queſta materia; e conſervatevi. Roma 31. Decembre 1639. Tutto voſtro. Il Cardinal Lante. Andrea Ghetti Economo.

136 Molto Reverendo Mio Amatiſſimo. Li Frati di S. Franceſco ad alto di Ancona hanno eſpoſto à queſta Sacra Congregatione della Fabrica, che il qu. Gio. Bernardino Bonelli laſciò un legato di ſcudi 1500. alla Capella di S. Maria del Carmine poſta nella loro Chieſa, con obligo alli eredi di inveſtire il denaro, e darne il frutto à detti Frati, quali in perpetuo debbano dire due meſſe di morti il giorno in detta Capella, e far per la medema ogni cinque anni una pianeta, & un pallotto di damaſco, e che mancando detti Padri alli ſudetti peſi, il legato ricadeſſe alli PP. Carmelitani della medema Città; e che ſe bene detto legato fù pagato a detti Frati Oſſervanti ſino al 1630. tuttavia dal Commiſſario Febo Rotondo foſſe il medemo legato ſtato poi applicato alli Carmelitani ſotto preteſto, che li Oſſervanti ne foſſero incapaci di ſimili legati. E perche detti PP. Oſſervanti credono detta ſentenza non poſſa ſuſſiſtere, sì per haver queſta S. Congregatione dichiarato del 1630. che eſſi ſono capaci di ſimili legati *per modum eleemoſynæ*; sì anche perche li Carmelitani ſono ſoſtituiti ſolamente in caſo, che gl'Oſſervanti manchino d'adempire li oblighi impoſtigli. Però ſupplicavano queſta Sacra Congregatione, che queſta Cauſa ſi rivedeſſe di nuovo per giuſtizia, con facoltà di reſtituir li medemi Oſſervanti nel ſuo legato. E queſti Eminentiſſimi miei Sig. parendogli la domanda ragionevole, con la preſente ne danno facoltà di poter rivedere, conoſcere, e terminare detta Cauſa per giuſtizia, con facoltà di reintegrare detti Oſſervanti, conforme ſarà di ragione al detto legato, & ogn'altra neceſſaria, & opportuna, e conſervatevi. Roma 17. Marzo 1604. Tutto voſtro. Il Cardinal Lante. Andrea Ghetti Economo.

*La medema Congregatione ſopra il legato di Mogliano al Commiſſario.*

137 Molto Reverendo mio Amatiſſimo. Fù ordinato queſti meſi paſſati, che ſi ſequeſtraſſero li frutti di un cenſo di fiorini mille in capitale, & 80. di annuo frutto, del quale per la rata di annui fiorini 50. ne era ſtata fatta donatione da Gaſparo di Bartolomeo, alias Fratino di Mogliano, alla Chieſa, e Convento di S. Colomba de Minori Oſſervanti di detto luogo per comprare veſtimenti per i Frati, e per la manutentione, e governo dell'Altare, che nella medema Chieſa haveva detto Legante; che ſi doveſſe poi riſolvere da queſta Sacra Congregatione della Rever. Fabrica, ſe li medemi Padri erano capaci di tal donatione, e legato. E laſciando hora in ſoſpeſo quella parte, che ſi riguarda li 50. fiorini donati per il veſtiario, vi ſi ordina, che per l'altra parte laſciata per la manutentione, e governo di detta Capella, rivochiate il ſequeſtro, acciò poſſano queſti frutti per detta cauſa, e rata pagarſi in beneficio della medema Capella, tanto per il paſſato, quanto per l'avvenire; e conſervatevi. Roma li 12. Maggio 1640. Tutto voſtro, Il Card. Lante. Andrea Ghetti Economo.

*La medema S. Congregatione ſcrive al Religione ſuo Commiſſario ſopra certo legato di Campobaſſo.*

Molto Eccellente Sig. E' ſtato eſpoſto à queſta 138
Sac. Congregatione della Rev. Fabrica, che il qu. Gio. Tomaſo Mancini di Campobaſſo, Diocesi di Boiano, laſciò annui fiorini 40. alla Chieſa di S. Gio. de Frati Oſſervanti con peſo di una Meſſa baſſa il giorno, & una cantata il meſe; con che non volendo detti Frati accettare detto peſo, ò non potendo ritenere il legato, ricadeſſe al Capitolo di Campobaſſo, e che il medemo Capitolo pretendendo queſto legato ſotto preteſto, ò d'incapacità de Frati, ò che uno di eſſi habbia rinunciato detto legato, faccia in coteſto Tribunale, & alla Corte Veſcovale di Boiano da quelli delegato, moleſtare l'Erede di detto Teſtatore. E Carlo Spina debitore di detti annui fiorini 40. in grave pregiuditio di detti Frati, quali ſono capaci *per modum eleemoſynæ* di ſimili legati, nè poſſono privarſi di queſto legato per la rinuncia di un ſolo Frate, fatta, come ſi ſuppone, ſenza legitima facoltà, ordinano queſti Eminentiſſimi miei Signori, mentre ſia vero l'eſpoſto, non ſi facciano moleſtare dal Tribunale, e ſuo delegato detti eredi, e Spina, ma ſi rinuova ogni impedimento procurato da detto Capitolo, acciò che detti Frati non ſiano defraudati del detto legato, e poſſano riceverlo *per modum eleemoſynæ*, come già queſta S. Congregatione di ciò li ha dichiarati capaci; & il Signore la proſperi, Roma 28. Luglio 1640. Di V. S. al piacere. Il Cardin. Lante. Andrea Ghetti Economo.

Molto Eccellente Signore. Vederà V. S. dal 139
congiunto memoriale preſentato à queſta S. Congregatione della Fabrica per parte del Guardiano del Monaſtero di S. Franceſco di Majori, & altri della Provincia di Principato, come ſi dolgono, che li Commiſſarii della Fabrica in cambio d'eſigere l'annate decorſe ſopra li due annui delli legati pii annui laſciatigli, conforme al Decreto altre volte fatto da queſta medema S. Congregatione in queſta materia, compongono, e tranſigono con gl'eredi, tanto in pregiuditio della Fabrica, che non riceve l'intiero, chè gli deve, come in pregiuditio di detti Frati, alli quali li eredi non ſi curano di pagare, mentre tranſigendoſi con li Commiſſarii, ne riportano la liberatione del ſoprapiù. V. S. invigili ſopra queſte tranſattioni, però proibiſca in ogni maniera, che non ſi faccino, tanto più che come lei sà, il tranſigere è riſervato alla Sacra Congregatione, e ſi conſervi. Roma 28. Luglio 1640. D. V. S. al piacere. Il Cardinal Lante. Andrea Ghetti Economo.

Illuſtre, e Molto R. Sig. come Fratello. Si è 140
ricevuta la riſpoſta da V. S. traſmeſſa à queſta S. Congregatione della R. Fabrica circà la proibitione, ò monitorio fatto à D. Urania Fiſci, perche non paghi alli Frati dell'Oſſervanza di coteſta Città li frutti delli 80. ſcudi, che hà preſi à cenſo del legato del q. Carlo Gualterucci. E non è parſo, vi ſia ragione alcuna d'impedire alli Frati tal pagamento, poiche, ſe bene è riſervato all'erede l'arbitrio in caſo d'incapacità, ripudiatione, ò inoſſervanza, neſſuno di queſti può haver luogo, poiche la lor capacità *per modum eleemoſynæ* è già ſtata dichiarata da queſta Sacra Congregatio-

ne, la ripudiatione non vi è, anzi una continua iſtanza, perche li ſia laſciato goder' il commodo di queſto legato. E di inoſſervanza non poſſono eſſere incolpati, ſe non haveſſero celebrate le meſſe, & Officii ordinati dal Teſtatore, mentre non hanno per ancora cominciato ad eſigere li frutti del denaro, e ſi cerca con tante ſtrade di impedirli; ordinano però onninamente, che ſi rimova ogni impedimento, acciò ſi poſſa effettuare la pia volontà di queſto Teſtatore; con che li prego dal Sig. ogni proſperità. Roma 20. Ottobre 1640. D. V. S. come Fratello. Il Cardinal Lante. Andrea Ghetti Economo.

141 Molto Rev. mio Amatiſſimo. Se bene vi fù ſcritto altre volte da queſta S. Congregatione della Fabrica, anchè con partecipatione di Noſtro Signore, che eſigeſte per la medema Fabrica li 300. fiorini laſciati da D. Piera Giacoma de Chiavellini di monte Carotto alli PP. Zoccolanti di detta Città con peſo perpetuo di due officii l'anno; tuttavia ſendoſi da i medemi Padri havuto ricorſo alla Santità di Noſtro Signore per eſſere ammeſſi à compoſitione ſopra detto legato, e da ſua Beatitudine rimeſſo il negozio alla S. Congregazione. Queſti Eminentiſſimi miei Sig. à relazione di Monſignor Lomellino hanno ſtabilito, che di queſto legato di 190. ſcudi, quali ſono in depoſito preſſo il Sindico de medemi Frati, ſi laſcino in beneficio di quel Convento, e li altri 50. che reſtano da eſigerſi, ſiano della Fabrica, in beneficio della quale dovarete perciò eſigerli, ordinando, che gli altri cento ſi ſpendano in beneficio di quel Convento, conforme parerà alli medemi PP. e conſervatevi. Roma 5. Ottobre 1641. — Tutto voſtro Il Card. Lante. Andrea Ghetti Economo.

142 Molto Rever. mio Amatiſſimo. Per parte delli Frati Minori Oſſervanti di S. Franceſco di Offidà è ſtato rappreſentato à queſta Sac. Congregatione, che il Capitano Alfonſo Paolini, per il biſogno, che teneva di aumentar' il loro horto, gli laſciò certo ſito à quello contiguo con peſo di una meſſa la ſettimana. E perche à detti Padri è permeſſo ritenere ſimili horti per li herbaggi neceſſarii: non ſolo li proibirete, ma operarete anco con la voſtra autorità, che detti Padri godano il beneficio di detto legato, facendogli dalli eredi conſegnare detto horto laſciatogli; e conſervatevi. Roma li 2. Novembre 1641. — Tutto voſtro. Il Cardinal Lante. Andrea Ghetti Economo.

Beatiſſime Pater.

143 Pro parte Fratris Joſephi Radelli Commiſſarii Generalis Curiæ Religionis Fratrum Minorum Obſervantium S. Franciſci humiliter exponitur Sanctitati Veſtræ, anno 1690. ſeu &c. Gaſparem Bartholomæi Terræ Molleani Firmanæ Diœceſis pro ſalute animæ ſuæ, & in eleemoſynam titulo donationis inter vivos, dotaſſe portionem annui perpetui cenſus florenorum 80. in ſorte principali florenorum mille, impoſiti per Joannem Baptiſtam Liſium, ſeu &c. videlicet, annuos florenos quinquaginta Ven. Eccleſiæ, & Conventui Fratrum Minorum Obſervantium dictæ Terræ erogandos pro tunicis, & veſtibus eorundem Fratrum, & cum ea lege, ut præfata portio cenſus ſic donata non poſſit alienari, nec extingui, ſed ſtare debeat ſemper pro dicto effectu emptionis tunicarum, prout latius in inſtrumento donationis continetur; ad quod &c. annis elapſis miniſtri Vener. Fabricæ S. Petri ſub prætextu incapacitatis Fratrum prætendebant incorporare pro Fabrica iſtam cenſus portionem donatam: Sed exhibitis Juribus, & rationibus in Sac. Fabricæ Congregatione, fuit ab illa reſolutum, adeundam eſſe Veſtram Sanctitatem, quam nunc Orator ſupplicat, quatenus dignetur declarare, Fratres eſſe capaces dictæ donationis, & à miniſtris Fabricæ non poſſe moleſtari, quin per modum eleemoſynæ poſſit dari, & recipi fructus dicti cenſus: quod &c.

Reſcriptum.

Die 12. Novembris 1641. Sanctiſſimus D. Noſter, audita relatione S. Suæ facta de Ordine Eminentiſſimi Cardinalis Barbarini Protectoris, benigne annuit petitioni ſupradictæ F. Paulucçius &c.

*In vigore di queſto reſcritto fù ultimamente ſpedita la ſeguente lettera al Doctor Vincenzo Gentile.*

Molto Rev. mio Amatiſſimo. Sendo ſtato donato dal q. Gaſparo di Bartolomeo da Mogliano dell'anno 1590. una portione di un cenſo di fiorini mille in capitale impoſto dal q. Gio: Battiſta Liſio, e 80. di annuo frutto, per la rata di annui fiorini 50. alla Chieſa, e Convento de Frati Minori di detto luogo, da erogarſi perpetuamente in compra di tuniche, e veſti per li medemi Frati, con proibitione, che detto cenſo non poſſa mai eſtinguerſi, nè alienarſi, mà che debba ſempre reſtare per detto effetto: perche dal Commiſſario di queſta Rev. Fabrica, voſtro predeceſſore ſi preteſe applicare il medemo cenſo alla Fabrica per l'incapacità de Frati, e perciò venne anco il ſequeſtro de i frutti di quello. Per parte de medemi Frati ſi è havuto ricorſo à Noſtro Signore, ſupplicando ſi compiaceſſe concedergli, che per modo di elemoſina poteſſero eſſerli dati, e da loro ricevuti li frutti del medemo cenſo. Et havendogliene Noſtro Sign. fatto grazia, conforme ne ha fatto fede Monſignor Paulucci, che di ordine dell' Eminentiſſimo Sign. Cardinal Protettore ne ha fatto relatione à ſua Santità. Queſti Eminentiſſimi miei Sig. della Sac. Congregatione della Rev. Fabrica vi ordinano, che laſciate liberamente pagare, e ricevere detti frutti alli medemi Frati per modo di elemoſina, conforme la grazia fattagliene da Noſtro Sig. revocando li ſequeſtri, & ogn'altro impedimento di queſto Tribunale, e ſuoi miniſtri; e conſervatevi. Roma li 21. Decembre 1641. tutto voſtro. Il Card. Lante. Andrea Ghetti Economo. 144

*Lituaniæ 26. Maii 1645.*

Eminentiſſimi, e Rev. Sig. Leone Sapiska Mareſciallo del gran Regno di Lituania ſervitore &c. Havendo eretto un Convento con la ſua Chieſa dedicata alla Santiſſima Trinità in una Villa ereditaria confinante colla Moſcovia, Liflandia, Cornlandia, e Eſtonia, & introdottivi i P.P. di S. Franceſco Minori Oſſervanti, quali ſecondo le loro regole devono vivere d'elemoſine. Mà perche il ſudetto Convento è in mezzo alli Sciſmatici, da quali non poſſono riceverle, il detto Leone ſi contenta di aſſegnarle tante entrate, quante baſtino per il mantenimento delli Frati, e Chieſa; ſupplica pertanto l'E. V. à degnarſi diſpenſare in queſto caſo. 146

Die &c. Sacra &c. reſpondit, dictos Fratres poſſe recipere per viam ſimplicis eleemoſynæ juxta doctrinam S. Bonaventuræ. Ita reperitur in lib. Poſit. S. C. 213. fol. 77.

*Romana 27. Maii 1656.*

Beatiſſimo Padre per Teſtamento d' Andrea Benedetti già morto fù pregato l'erede, ſua vita durante, à voler dare un annua elemoſina di ſcudi dodici alli P.P. di S. Franceſco di Ripa; e perche il Notaro eſteſe queſta volontà del Teſtatore in termini di legato, del quale detti Padri ſono incapaci. L'erede, che è Elpidio Benedetti, deſiderando, che reſti pontualmente eſeguita la pia mente del Padre, ſupplica riverentemente V. Santità, voler derogare à detta incapacità, ò commutare la detta elemoſina à beneficio della Sacriſtia delli predetti PP. ſenza che la Fabrica di S. Pietro poſſa pretendervi coſa alcuna. 147

Die

Digitized by Google

Die &c. Sacra &c. facta relatione, Sanctiſſimus annuit ad inſtantiam tamen hæredis ipſius Teſtatoris, &c. ſub titulo eleemoſynæ. Lib. dicto Poſit. fol. 55.

*Romana Legati.*

148 Anno 1672. q. Catharina Morelli pia Teſtatrix poſtremis tabulis ita ſcriptum reliquit — Codicillando dice, che il legato fatto della ſua caſa à favore dell' infermaria d' Araceli volerlo caſſare, ſi come lo caſſa, annulla, come ſe fatto non foſſe, & medeſima caſa la laſſa alla Sig. Candida, con queſto però, che due parti delle trè, che ſe ne caverà di pigione, detta Signora, ſuoi eredi, e ſucceſſori in perpetuo ſiano obligati comprare, ò far comprare tanto pane, e tanto vino per ſervizio delli poveri infermi, che ſtaranno pro tempore ammalati in detta infermaria; *ò pure dare ogni trè meſi à chi ordineranno detti Padri ſcudi dieci moneta per comprare tanto pane, e tanto vino per ſervitio, come ſopra*, quali Padri d' Araceli ſiano obligati in perpetuo celebrare Meſſe ducento di *Requiem* per ſuffragio dell' Anima ſua, e non volendo, ò non potendo accettare queſto legato, detto uſufrutto lo laſcia alli eredi ſuoi col peſo detto di ſopra di celebrare in perpetuo ogn' anno Meſſe ducento.

Patres Conventus Sancti Adriani in Foro Bovario dictæ Teſtatricis heredes putantes, legatum repugnare paupertati Fratrum Minorum de Obſervantia, monito P. Procuratore Generali, inſtant per Sac. Congregationem decerni,

*An legatum, de quo agitur, dari juſſum legatario per tot præſtationes pro Patribus ægrotantibus in infirmaria dicti Conventus, addito Miſſarum onere ſuſtineatur, & per conſequens, an dictæ ſubſtitutioni factus fuerit locus?*

Die 2. Decembris 1673. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum Cardinalium Sacri Concilii Tridentini interpretum, informante utraque Parte, reſpondit, legatum, de quo agitur, ſuſtineri, ac propterea dictæ ſubſtitutioni non eſſe locum.

*Oſſervanti di Lucca.*

149 Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum S. R. E. Cardinalium negociis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, ſæpius declaravit, Fratres Minores de Obſervantia S. Franciſci, quamvis, attenta diſpoſitione, *Exivi de Paradiſo*, & Conſtitutione Nicolai III. & Clementis V. ſint incapaces obtinendi cenſus perpetuos, & bona ſtabilia, poſſe tamen per viam puræ, & ſimplicis eleemoſynæ recipere quicquid ab executoribus ultimarum voluntatum eis traditur pro celebratione Miſſarum, pro ornamento Eccleſiæ, aliiſque neceſſariis procurandis, juxta doctrinam Divi Bonaventuræ relatam in Conſtitutione ſan. memor. Urbani VIII. incipientem, *Sacroſanctum Apoſtolatus Miniſterium*, atque in præfatis caſibus dicti executores ultimarum voluntatum curare debere, ut hujuſmodi piæ diſpoſitiones adimpleantur, ne Teſtatorum animæ debitis ſuffragiis defraudatæ remaneant. Quam quidem declarationem, illiuſque tenorem in caſu, de quo agitur, eadem Sacra Congregatio ſervari præcepit, committendo Ordinario Lucenſi pro tempore exiſtenti, ut quatenus alius executor non exiſtat, prænarratam pii Teſtatoris diſpoſitionem executioni demandet. Romæ 26. Martii 1677.

*Queſti Signori miei Illuſtriſſimi della Congregatione de Veſcovi, e Regolari hanno inteſo la difficultà che fanno gl' eredi del già Conte Filiberto di Montafia di pagare l' annuo legato pio, che il ſudetto Conte fece al Monaſtero di S. Bernardino d' Aſti de Minori Oſſervanti, che celebraſſero Meſſe per l' anima ſua, dicendo, che detti Frati non ne ſono capaci; che però le Signorie loro hanno riſoluto, che non eſſendovi altro dubio V. S. debba in ogni modo farli pagare per il paſſato, & per l' avvenire à ſuo tempo viò, che devono in eſſecutione del ſudetto legato, affinche ſi ſodisfaccia alla pia volontà* 150
*del defonto, perche, benche ſia vero; che li Minori Oſſervanti non ſiano capaci di ſimili legati, non per queſto li debitori reſtano liberi dall' obligo,* ma devono eſſere aſtretti à ſodisfare ad inſtanza d' alcuno deputato dall' Ordinario &c. e far compire al carico impoſto dalli medemi Frati. *Così piacerà a V. S. di dar ordine, che ſi facci, & eſeguiſca, e per fine il Signor la preſervi. Di Ferrara li 7. Luglio 1598. eſt impreſſ. apud Rev. Pad. Joan. de Neapol. in lib. intitul. Pontiſ. Conſtit. fol.* 390.

*Di V. S. Illuſtriſſima, e Reverendiſſ.*
*come Fratello affettionatiſſ.*
Il Cardinale Giuſtiniani.

*Res judicata cum executorialibus poſt tres conformes relaxatis ab R. P. D. Columna.*

Potentiſſimo, & Catholico Principi D. Don Carolo ab Auſtria &c. felicis proſperitatis augmentum, &c. ejuſque Regnorum, & Provinciarum &c. Officialibus &c. ad quos præſentes noſtræ literæ pervenerint, ſeu quomodolibet præſentabuntur, Franciſcus Columna, in utraque Signatura Sanctiſſimi D. Noſtri Papæ Referendarius, Cauſæque, & Cauſarum hujuſmodi, &c. ſalutem &c. 151
noveritis, quod introducta alias in Partibus coram Vicario Generali Catacenſi lite, & Cauſa inter Syndicum, & RR. PP. S. Franciſci Minoris Obſervantiæ Civitatis Tabernarum Catacenſis ex una, & RR. DD. Theodorum, & Dominicum de Garzia ex adverſo principales Partibus ex altera de, & ſuper ſolutione eleemoſynæ debitæ pro Miſſis, pro quibus agitur, rebuſque aliis &c. dictus D. Vicarius Catacenſis in Cauſa hujuſmodi procedendo, ſuam protulit ſententiam, ſive Decretum tenoris ſequentis, videlicet: Per Curiam Epiſcopalem Catacenſem viſa particula ultimi teſtamenti q. Felicianæ Rivæ Civitatis Tabernarum conditi ſub die 20. Maii 1634. &c. ac inſuper inſpecto tenore Bullæ Sanctiſſ. D. Noſtri fel. recor. Clementis Papæ X. ſub Datum Romæ die 31. Auguſti 1674. pro confirmatione Decreti Sacræ Congregationis negociis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ lati ſub die 3. Auguſti 1674. declarantis, Fratres Minores de Obſervantia poſſe recipere legata annua Miſſarum per modum puræ, & ſimplicis eleemoſynæ, etiam pro executione ultimarum voluntatum Teſtatorum &c. Partibus pluries auditis fuit proviſum & decretum ſuſpenſionem duarum Miſſarum in hebdomada per eandem Curiam latam omnino tollendam eſſe, ac proinde PP. Minores de Obſervantia Conventus ſupradictæ Civitatis Tabernorum reintegrentur ad legatum, &c. celebrandi eaſdem duas Miſſas in hebdomada, & ab hodie in ante RR. DD. Theodorus, & Clericus Dominicus Garzia, correſpondeant eiſdem Fratribus ſcuta decem ſingulis annis pro celebratione prædicta &c. & ita &c. Datum &c. die 24. Januarii 1691. &c. *Antonius Pavoni Vicarius Generalis*, &c. A qua inſerta ſententia, ſive decreto, &c. appellantibus DD. Theodoro, & Dominico de Garzia, fuit hæc Cauſa ad Curiam devoluta, & coram Illuſtriſſ. & Reverendiſſim. D. Thomato A. C. Locumtenente introducta, qui ſer. procedendo ſua definitiva ſententia præinſertam ſententiam, ſeu decretum D. Vicarii Generalis Catacenſis confirmavit, & approbavit, ad effectum tamen exequendi ſuper bonis per D. Victoriam Rivam donatis &c. a qua ſententia Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Thomati, iterum appellantibus DD. Theodoro, & Dominico de Garzia fuit Cauſa hujuſmodi nobis commiſſa vigore ſpecialis Commiſſionis ejuſdem Sanctiſſimi, de qua in dictis actis, &c. Nos in Cauſa, & Cau-



Digitized by Google

ſis prædictis rite, recte, & legitime procedentes, &c. tandem noſtram protulimus, & promulgavimus definitivam ſententiam præinſerti decreti, ſeu ſententiæ D. Vicarii Generalis Catacenſis & alterius Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Thomati confirmatoriam, prout in dictis Actis infraſcripti Archivii Romanæ Curiæ ſcriptoris, ſed quia a tribus ſententiis conformibus non liceat amplius appellare; ideo ex parte ejuſdem Illuſtriſſimi, & ad inſtantiam dicti D. Syndici dicti Ven. Conventus, & RR. PP. Minorum de Obſervantia fuit nobis directa, & præſentata commiſſio executorialis tenoris ſequentis, *Sequitur tenor commiſſionis*. Nos denique, &c. præinſertam ſententiam ſive Decretum Vicarii Generalis Catacenſis, aliamque dicti Illuſtriſs. & Rev. Thomatis, & dictas noſtras reſpective definitivas ſententias exequi mandavimus, & in illarum executionem ad favorem D. Syndici RR. PP. S. Franciſci Minoris Obſervantiæ Civitatis Tabernarum Diœceſis Catacenſis contra, & adverſus dicta bona per D. Victoriam donata dictis DD. de Garzia pro ducatis 25. monetæ Regni debitis pro ſupradicta eleemoſyna Miſſarum ab anno 1691. per totum menſem Junii proxime præteriti ad rationem ducatorum decem pro quolibet anno ſine præjudicio aliorum per antea decurſorum, decrevimus, & relaxavimus, exequique volumus, & mandamus per præſentes; Quo circa vos Potentiſſimum Regem, veſtroſque Regios Miniſtros ſtudioſe requirimus &c. Vobis vero aliis omnibus, & ſingulis ſupradictis &c. tenore præſentium committimus &c. quatenus ſtatim viſis præſentibus &c. Apoſtolica authoritate cogatis &c. dictos Theodorum, & Dominicum Garzia ad dandum, ſolvendum, tradendum, &c. & effectualiter exburſandum dicto Rev. Syndico dictorum PP. S. Franciſci Minoris Obſervantiæ, &c. ſcuta 25. monetæ Regni, ut præfertur debiti una cum aliis ſcutis quatuor, & juliis ſeptem monetæ Romanæ pro expenſis præſentis mandati, &c. In quorum, & ſingulorum fidem, &c. Datum Romæ anno 1693. Indictione prima, die vero 7. menſis Auguſti Pontificatus Sanctiſſimi D. N. Innoc. Divina Providentia Papæ XII. anno ejus ſecundo.

*Franciſcus Columna Judex Commiſſarius.*

*Pro D. Franciſco Leone Archivii Romanæ Curiæ ſcriptore.*

*Joannes Leonus conſcriptor.*

Adeſt ſigillum.

162 Memoria di un laſcito Teſtamentario per il
Convento de' PP. Minori Oſſerv. Riformati nella
Terra di Fiano della Provincia Riformata di Roma.

Adì 29. Gennaro 1694. la Signora Conteſſa Livia Orſini fece il ſuo teſtamento rogato dal q. Giacomo Collini Notaro publico di Fiano *l. B. fol.* 44. nel qual teſtamento inter cetera vi è l' infraſcritto legato.

Item Jure legati reliquit, juſſit, voluit, & mandavit dari debere Fratribus S. Stephani extra Terram Fiani panem, & eorum victum.

Parimente li furono laſciati in detto Teſtamento
163 otto anniverſarii *in quolibet feſto Beatæ Mariæ Virginis*, e nel 1612. fù data una ſentenza per gl' atti
della Fabrica di S. Pietro contro Bertoldo Orſini figlio, & erede della Signora Conteſſa Livia Teſtatrice, è fù calcolato à gl' otto anniverſarii *ad ra-*
164 *tionem ſcutorum* 16. *pro quolibet anniverſario*, e per
il vitto de Frati à ragione di ſcudi 30. l' anno per
claſchedun Frate.
165 Il tutto ſta regiſtrato nell' Officio della Fabrica di
S. Pietro in detto Libro B. à cart. 44. fol. 140.

*Verba D. Bonaventuræ in Apologetic. Pauper. artic. 1. circa med.*

Sunt quippe de Jure communi Chriſtifideles Summi Pontificis filii, peculiari tamen quodam Jure
(Fratres Minores) *ſunt ejus Obedientiæ ſubditi, &* 166
*curæ commiſſi, & ideo tum alii ſunt tanquam filii emancipati, quibus, licet auctoritate Juris ejus indulta de bonis Eccleſiarum ſine dilapidatione diſponere, hi* (Fratres Minores) *ſunt tanquam parvuli, & filiiſfamiliar totaliter ipſius regimini deputati; Propterea ſicut lege cavetur, quod filiusfamilias nec retinere, nec recuperare poſſeſſionem rei peculiaris poteſt, ſed Patri per eum quæritur: Sic & in his pauperibus intelligendum eſt, qui rerum eiſdem collatarum ad ſuſtentamentum ipſorum Patri pauperum deputetur dominium, illis vero uſus.*

*§. Inhibentur Statutorum Papalium Pauli II. citatus a Congregatione ſpeciali ſub Urbano VIII. circa legata Minoribus relicta, quæ Statuta compilata reperiuntur in Statutis Papalibus Julii II.*

Inhibemus diſtrictius, ne a Fratribus per ſe, vel
per quoſcunque eleemoſynæ quæcunque pecuniariæ, vel non pecuniariæ, perpetuo, vel ad vi- 167
tam, vel præfixum certum tempus alicui Fratri, vel Conventui obligatorie reddendæ, vel ſolvendæ, ſive annui reditus, ſive domus ad locandum, vel poſſeſſiones ad colendum, aut vineæ etiam ad locandum, vel fructus ad vendendum, dari procurentur. Caveant inſuper, ne tali ſive eis taliter data, vel relicta, & ſtatui ſuo incompetentia in Judicio vel extra, exigant, aut exigi etiam per dictos Eccleſiæ Romanæ procuratores procurent, ni-
ſi quibus vel in caſibus, & eo modo, prout etiam 168
ſupra 4. cap. particula 3. plenius declaratur, & permittitur. Nec talibus ſuo nomine, & auctoritate atque conſenſu exactis utantur, cum eis ex Regulæ puritate non liceat. Ubi tamen per talia ſine Fratribus, & ſine illicitorum receptione per dantes vel per nuncios illorum, vel prædictos procuratores Papæ nomine, & auctoritate donantium, ubi, & quando placeret donantibus per modum eleemoſynæ liberæ Fratribus ipſis neceſſaria & licita, maxime deficientibus eleemoſynis, vel alias pro Miſſis vel ſuffragiis ad tempus pro voluntate Fratrum, & talium donantium dicendis miniſtrarentur; Dicimus, quod cum ex libere oblatis propter Deum, & ex laboritio per Regulam, & per declarationes Dom. Nicol. Pap. III. Fratribus vivere liceat, non videtur puritati Regulæ contravenire, quia ibi conſtat, nullum Jus utendi aut dominium, aut uſumfructum Ordini, vel Fratribus ipſis tali modo in talibus acquiſitum eſſe &c. Et ubi jam fuerint aliquæ Miſſæ, vel ſuffragia dietim, annuatim, vel alias aſſignata, ſuper talibus tunc, ne fraudentur benefactores, qui ea taliter reliquerunt, ſub pia intentione, ſive fuerint viventes, ſive defuncti, cum Fratribus, ut prædicitur juxta Regulam, & Regulæ expoſitores, liceat ex laboritio, & ſervitiis, atque liberaliter oblatis ſub certis modo, & forma ſtatui noſtro conſona, ſicut, & ex quotidiana mendicitate vivere; ordinamus quod talia procuratoribus Papæ, vel aliis, quibus maluerint inſtitutores talium, ſi adhuc vivunt, vel Doctoribus, aut Rectoribus ſpiritualibus, aut temporalibus, Collegiorum, aut Communitatum, Terrarum, & Civitatum aſſignentur, qui tales eleemoſynas, ſive fructus vel reditus annuos nomine Eccleſiæ Romanæ, vel donantium ſine Fra-
tribus exigant, & recipiant, & *Fratribus ſive* 169
*aliis Sacerdotibus (quando Fratres voluerint) tales Miſſas, vel ſuffragia juxta piam intentionem Benefactorum in toto, vel in parte ſecundum quantitatem talium obventionum dicere faciant*, debitam eis mercedem ſuorum laborum, & expenſarum prius
in talibus manutenendis, & levandis (ſi volue- 170
rint

rint ipſi domini, & procuratores ) ſuper his fideliter recipiendo, & de reliquo neceſſaria, & licita Fratribus tanquam de labore, aut liberaliter oblatis, juxta piam intentionem talium Benefactorum, miniſtrando.

*Particula motus proprii ſan. mem. Innoc. XI. ſolicitudo Paſtoralis pro ſuſtinenda in toto corpore Regul. Obſerv. pura regula obſervatione ſub dat. 30. Novembris 1679. in quo uſus Syndici ex Conſtit. Mart. IV. V. & Pauli IV. licitus, & Reg. conformis decernitur.*

171 Declarantes tamen pariter, quod per præmiſſa non prohibentur in dicto Ordine Syndici Apoſtolici, cum eorum uſus non ſit diſpenſatio in Regula, ſed modus a Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris proviſus pro puriori illius obſervatione, ſive hujuſmodi Syndici aſſumantur ad præſcriptum Conſtitutionum Nicolai III. & Clem. V. prædeceſs. prædict. ſive ſecundum diſpoſit. Conſtit. recol. mem. Martin. IV. & V. ac Pauli IV. prædeceſſorum pariter noſtrorum, prout illorum uſus in ſingulis familiis, Congregationibus, Reformationibus, aut Provinciis Ordinis prædicti reſpective fuerit receptus &c. Decernentes &c. non obſtantibus &c.

*Statuta Generalia pro Ciſmontanis compilata anno 1663. Apoſtolica etiam auctoritate confirmata, cap. 6. §. 2. n. 2.*

172 Decernimus etiam, ac præcipimus per ſanctam
obedientiam, quod quoties relinqui contigerit aliqua legata perpetua aliquibus perſonis, vel Hoſpitalibus, aut Reipublicæ, vel aliis domibus, ea lege, ut præſtare teneantur Fratribus quotannis certam eleemoſynam, ſive gratis, ſive cum onere Miſſarum, vel divinorum officiorum, Guardianus faciat executoribus teſtamentariis proteſtationem,
173 quod ad illam, cum nullum Jus habeant Fratres, ex vi legati, non poſſunt ad Miſſas, & officia obligari. Quod ſi facta tali proteſtatione, voluerint tales eleemoſynas Fratribus dare, illiſque talium divinorum officiorum curam committere, tunc Fratres tuta conſcientia poſſunt tales eleemoſynas recipere &c.

*Et num. 5.*

Si autem ob temporis vetuſtatem non appareat, quibus talis proteſtatio fieri poſſit, fiat apud Or-
174 dinarios, vel Communitatum adminiſtratores, ut nomine Eccleſiæ Romanæ, vel donantium eleemoſynas, reditus, vel fructus exigant, *& a Fratribus, ſive aliis Sacerdotibus, quando Fratres tales Miſſas, & officia celebrare noluerint, ſecundum voluntatem dantium, faciant celebrari.*

## FAVENTINA LEGATORUM.

175 In aſſignatione bonorum facta per Conſtantiam Severolam anno 1657. ad effectum fundandi in Terra Mutilianæ vel Beneficium Eccleſiaſticum, vel Monaſteriom Monialium tria onera fundatrix impoſuit. Primum annuæ præſtationis librar. 100. olei pro manutentione lampadis ante ſacras reliquias in Eccleſia P.P. Capuccinorum dictæ Terræ. Secundum libr. 25. ceræ albe pro uſu ejuſdem Eccleſiæ; & tertium denique unius ferculi valoris ſolidorum 20. ipſis P. P. Capuccinis per ſingulas hebdomadas ſubminiſtrandi.

Secuta de anno 1686. Monaſterii fundatione, recuſarunt Moniales ſobminiſtrare dictas præſtationes ſub prætextu omnimodæ incapacitatis Fratrum Capuccinorum. Quare ad inſtantiam Alexandri Ronconi tanquam unius de populo citatis, & informantibus quoque Monialibus declarari, humiliter ſupplicatur.

1 An Monaſterium Monialium teneatur ſubminiſtrare ſingulis annis dictas libras centum olei & 25. ceræ albæ pro uſu Eccleſiæ Fratrum Capuccinorum.

2 An ſimiliter teneantur præſtari ſingulis hebdomadis ſupradictum ferculum bononeorum 2. pro ipſis Capuccinis. Die 2. Martii 1697. S. C. C. ad primum reſpondit affirmative.

Ad ſecundum ſervanda eſſe decreta Congrega- 176
tionis Fabricæ die 14. Febr. 1633. de quibus ſupra n. 55. & 56.

## FLORENTINA BENEFICII.

*Pro Dominico Niccolo caſus diſputatus, & ſuperatus in Dataria.*

## ARGUMENTUM.

Agitur de ſtylo Datariæ ſuper derogatione Juriſpatronatus mixti, an iſta ſit practicabilis hodiernis temporibus vel in totum, vel cum clauſula *accedente conſenſu ſolius Patroni laici.*

## *SUMMARIUM.*

1 *Facti ſeries.*
2 *Decretum Eminentiſs. Card. Prodatarii.*
3 *Papa ſolet derogare in totum Juripatronatus, quod pro medietate ſpectat ad Clericum, & pro alia ad laicum, vide num. 5. & 6.*
4 *Quomodo intelligatur concluſio, quod Juſpatronatus mixtum Clericorum, & laicorum cenſetur laicale quoad derogationem.*
5 *Papa multo magis ſolet derogare Juripatronatus mixto, quando pro majori parte ſpectat ad Eccleſiaſticos.*
6 *Hodie ſecundum novam praxim Papa non ſolet derogare Juripatronatus mixto, tam ſi pro medietate ſpectet ad Eccleſiaſticos, quam ſi pro majori parte.*
7 *Reſignatio Beneficii de Jurepatronatus mixto Clericorum, & laicorum poteſt admitti per Papam, accedente conſenſu ſolius patroni laici.*
8 *Vide rationem concluſionis, & n. 9.*
10 *Denominatio Juriſpatronatus mixti Clericorum, & laicorum fieri debet ab illa qualitate, qua non præjudicat Conſocio.*

## DISCEPTATIO III.

CUm Dominicus Niccolus renunciare intenderet ad favorem Michaelis Tanfani Benefi-
cium ſimplex S. Joannis Baptiſtæ ſitum in Eccle- 1
ſia Monaſterii Monialium S. Ambroſii Florentinæ Diœceſis de Jurepatronatus mixto Clericorum, & laicorum, hoc eſt pro duabus partibus ſpectante ad Abbatiſſam, & Moniales dicti Monaſterii; pro alia vero parte ad laicum conſanguineum fundatoris, pluries inſtetit in Dataria, pro obtinenda gratia cum derogatione hujuſmodi Juriſpatronatus quoad voces Eccleſiaſticorum, cum jam haberet conſenſum patroni laici, ad quem effectum porrectæ fuerunt diverſæ ſupplicationes. Primo cum derrogatione in totum. Secundo tacendo mixturam laici. Et tertio exprimendo mixturam, & referendo conſenſum laici & pluribus aliis modis, quos ſuggerebant practici: at ſemper in vanum, cum juxta ſecundum modum gratia eſſet ſubreptitia; Juxta vero primum, & tertium denegaretur, itaut agens prædicti Niccoli, & Tanfani tribus annis, & ultra ſuper hoc negotio infeliciter amiſerit tempus.

Deſtitutus omni ſpe idem agens occaſione alterius Cauſæ, in qua mihi ſcribendum commiſerat, forte requiſivit, quid ego ſentirem in relato negotio, & reſpondi poſſe ſignari ſupplicationem quotieſcunque accederet conſenſus patroni laici; Hinc propterea juſſus ſcribere coram Eminent. D. Cardinali Panciatico, meritiſſimo tunc Prodatario, brevem informationem exaravi, cum qua obtinui decretum in Dataria ſub die 19. Novembris
2 1695. – *Signari ſupplicationem, accedente conſenſu ſolius patroni laici* – Et quia materia poteſt eſſe exemplaris, nonnulla quæ ſcripſi, hic recenſere inutile non puto.

Primo igitur loco more Advocati promovebam inſtantiam ſuper derogatione Juriſpatronatus in totum, allegando ſtylum, & concluſionem commu-
3 niter traditam per Beneficialiſtas, quod ubi Juſpatronatus pro medietate ſpectat ad laicum, & pro alia ad Eccleſiaſticum, tunc ratione mixturæ ſolet Papa illi in totum derogare, & ſuper hoc clare loquebantur teſtando de praxi Mandoſ. *in Tractat. de Signat. Grat. in verb. Derogationes Juriſpatronatus col. 2. in fine* Covarr. *pract. quæſt. 36. numer. 5. verſic. Tertio*, Felin. *in tractat. quand. liter. Apoſtol. noceant Patr. numer.* 6. Borell. *in Summ. deciſ. titul. 32. numer. 229. tom.* 1. Maceraten. *var. reſol. lib. 1. reſolut. 39. numer. 9.* Vivian. *in prax. Juriſp. lib. 7. cap. 1. num. 14. & lib. 14. cap. 1. numer. 114. & cap. 2. n.* 10. Garz. *de Beneſ. part. 5. cap. 1. num. 584. & ſeqq.* Pariſ. *de Reſign. libr. 2. quæſt. 4. num.* 5. Amayden. *de Stylo Dataria lib. 1. cap. 15. §. 15. n.* 102. Caſſador. *deciſ. 4. in fin. de probat.* Creſcent. *deciſ. 3. n. 3. de Jurepatr.* Puteus *deciſ. 4. lib.* 3.

4 Non obſtante in contrarium illa ratione, quod Juſpatronatus mixtum cenſetur laicale quoad derogationem, hoc enim procedere dicebam ad hoc, ut illud non cadat ſub reſervationibus Apoſtolicis, nec eidem cenſeatur derogatum niſi per derogationem ſpecialem, & particularem, qualis requiritur in patronatibus laicalibus, non autem exinde ſequi, quod ratione mixturæ illi ſpecialiter derogari non ſoleant, ut apud Creſcent. *deciſ. 3. nu. 3. de Jurepatr.* Barboſ. *de Jur. Eccleſ. par. 3. allegat. 72. n.* 132. *Maceraten. d. reſolut. 39. n.* 9. Vivian. *d. lib. 7. c. 1. n.* 14.

Addebam, quod ſi hoc procedebat, ubi Beneficium eſſet pro una parte de Jurepatronatus laici, & pro alia Clerici, multo magis procedere debebat in caſu præſenti, ubi pro duabus partibus illud ſpectabat ad Eccleſiaſticos; hoc enim caſu ra-
5 tione minoris intereſſe, quod habet laicus, derogationem in totum ſine ſcrupulo practicari teſtatur Covar. *practic. quæſt. cap. 36. num. 5. in fine verſ. primo igitur ubi major pars.* quod non impugnat, ſed admittit Amayden. *de ſtylo Datar.* approbando Covar. in hoc ſenſu *lib. 1. cap. 15. §. 15. numer.* 202. Caſtropal. *oper. moral. tract. 13. diſput. 2. punct. 10. numer.* 7. Azor. *Inſtit. Moral. tit. 2. cap. 23. quæſt. 5. verſic. ſed quid* Leſſius *lib. 2. cap. 34. dub. 9. n.* 40.

6 Ceterum hæc omnia agnoſcebam procedere ſecundum antiquum ſtylum Datariæ: hodie vero ceſſare propter novam praxim introductam tempore S. M. Alex. VII. & quidem rationabiliter & juſte, etiam ſi agatur de Jurepatronatus pro majori parte ſpectante ad Eccleſiaſticos, & pro minori ſeu minima ad laicos, quia adhuc iſto caſu illud reputatur in totum laicale, ne præjudicetur laico ex communione cum Clerico, ut optime Lambertin. *de Jurepatronat. lib. 2. par. 3. quæſt. 9. artic. 9. numer. 2. & 4. ſol.* 979. & eſt ſanctiſſima praxis, ne alias laici retrahantur a fundationibus Eccleſiarum, & Beneficiorum.

7 Ideoque unicum fundamentum, ſuper quo vere inſiſtebam, fuit conſideratio, quod in propoſito ceſſabat præjudicium laici, dum iſte expreſſe conſentiebat, & conſequenter dicebam ſupplicationem ſignandam eſſe cum clauſula *accedente conſenſu ſolius patroni laici*, eo quia, ceſſante præjudicio iſtius, remanebat ſolus intuitus Eccleſiaſticorum, qui nullo modo eſt conſiderabilis, quia Papa habet abſolutam poteſtatem in Jurepatronatus Clericorum, & illorum Jure uti poteſt, ut in iſtis præciſis terminis originaliter tradit Frideric. de Sen. *conſ. 65. num. 1. verſic. item poſſet legatus* approbative relatus per plures Canoniſtas, & ſignanter Panormit. *in cap. final. numer. 9. de Jurepatron.* ibi – *pone, quod præſentatio ſimul pertineat ad patronum Clericum, & laicum, nunquid Legatus de Latere poſſit tale Beneficium conferre &c. de hoc vide per* Frideric. de Sen. *conſ. 65. ubi poſt multa concludit, Legatum non poſſe, quia non debet privari patronus laicus propter mixturam Clerici &c. fatetur tamen quod Legatus poterit uti Jure Clerici, & conferre Eccleſiam cum conſenſu ſolius laici, quod nota* – idemque firmat Felin. *in tract. quando litteræ Apoſtolicæ noceant patronis num.* 6. ibi – *Idem firmat* Fridericus *&c. quia propter mixturam Clerici non debet laicus privari Jure ſuo &c. fatetur quod Legatus Papæ poterit uti Jure Clerici, & conferre Eccleſiam cum ſolius laici conſenſu* – & plene Lambertin. *de Jurepatron. part. 3. lib. 2. quæſt. 8. art. 4. ante n. 1. verſ. fatetur tamen ſol. mihi* 971. *& eadem par. 3. lib. 2. quæſt. 9. artic. 9. n. 1. verſ. fatetur tamen, Papam poſſe uti Jure Clerici, & conferre Eccleſiam cum ſolius laici conſenſu ſol.* 978. & dicit ita tenere etiam Canoniſtas *in cap. unico de Jurepatr. n.* 6. ſcilicet Lap. Abb. *n.* 7. Geminian. *in §. verum n.* 10. & Francum *n. 8. verſ. intellige, laico contradicente, ſecus ſi eo conſentiente.*

*Quæ veneranda auctoritates Friderici de Senis*, 8
Panorm. & aliorum magni nominis Canoniſtarum, fundantur duplici ratione convincenti; & prima eſt, quod Papa abſtinet a derogatione Juriſpatronatus mixti propter ſolum favorem, & intereſſe patronorum laicorum, ne iſti retrahantur a fundationibus Eccleſiarum, ut notat Amyden. *de ſtyl. Datar. libr. 1. cap. 15. §. 15. n.* 100. Caſtropal. *tract. 13. diſput. 2. punct. 10. numer. 6. circa finem*; quando autem laicus conſentit, tunc ceſſat iſta ratio, nec Clericus allegare poteſt ſuum præjudicium, dum privilegium, quod habet, ut ſuæ portioni non derogetur, non eſt proprium, ſed dependens, & cauſatum ex intereſſe, ſeu favore laici ſibi communicato in ſocietate ſeu communione Juriſpatronatus; unde ſublato favore laici, pars Eccleſiaſtici remanet inefficax, & ſine privilegio, itaut Papa poſſit conferre abſque derogatione Juriſpatronatus pro ea parte, quæ ſpectat ad Clericum, ut in ſpecie Vivian. *de Jurepatron. libr. 14. cap. 2. num.* 10. ibi – *pro parte contingente Eccleſiaſtico non eſt opus derogatione* – & prius *in cap. 1. num.* 114. Put. *deciſ. 157. num. 4. lib.* 3. ibi – *Pro parte Clerici non eſt neceſſaria derogatio* – Borell. *in ſumm. deciſ. 1. tit. 32. nu.* 229. Caſſador. *deciſ. 4. in fine de probat.*

Altera ratio eſt fortior, quia ſi collatio fieri 9
non poſſet, accedente conſenſu ſolius patroni laici, ſequeretur, quod ille favor, quem Papa concedit patrono laico, retorqueretur in odium ipſius laici, qui non poſſet habere finem, & effectum ſui Juris præſentandi tanquam impeditum ex diſſenſu patroni Eccleſiaſtici, & ſic favor datus Eccleſiaſtico ratione, & intuitu laici contra ipſum laicum retorqueretur contra Text. *in l. quod favore ff. de legib.* & ſuccedit concluſio, quod ſicut laicus, quoad derogationem Papæ non debet ſentire incommodum in communione Juriſpatronatus cum Eccleſiaſtico; ita eadem ratione non debet pati præjudicium in hoc caſu, ubi ipſe conſentit collationi, & facit quodammodo voluntariam derogationem proprii Juris, Amayden. *de Stylo Datar. d. lib. 1. cap. 15. §. 15. ſub n. 98. & 99.* Caſtropal. *tract. 13. diſput. 2. punct. 10. num. 6. verſic. Nihilominus.*

Quod ſane motivum præjudicii in propoſito conſiderat non obſcure Lambertin. *de Jurepatron. dict. par. 3. lib. 2. quæſt. 8. artic. 4. n. 1. verſic. Et diximus & quæſt. 9. artic. 9. & 10. num. 2. uſque ad finem*

Digitized by Google

nem quarti, ubi dicit denominationem Juſpatronatus mixti faciendam eſſe ab illa qualitate, quæ non præjudicat conſocio, & ideo quoad tempus præſentandi reputari Eccleſiaſticum, & concedi ſemeſtre, quia Eccleſiaſtico nihil detrahitur, & laico additur; quo vero ad derogationes Apoſtolicas cenſeri laicale, nam alias præjudicaretur laico: ſic igitur in propoſito Juſpatronatus reputari debet Eccleſiaſticum, & derogabile, ubi laicus conſentit, quia Eccleſiaſtico nihil detrahitur, cum illius Juris Papa ſit abſolutus dominus, laico vero nec minus aliquid detrahitur, dum expreſſe conſentit, immo potius additur, dum hoc modo Beneficium confertur illi, quem vult ipſe laicus, & ſic ceſſat præjudicium utriuſque conſocii,

## ARGUMENTUM.

**Examinantur diverſæ quæſtiones in materia Juriſpatronatus, de quibus in corpore.**

### *S U M M A R I U M.*

1 *Juſpatronatus mixtum quale ſit, & quid requiratur pro ſuccedendo in eo.*

2 *Requirit qualitatem hereditariam vel reſpectu primi acquirentis ſeu fundatoris, vel reſpectu ultimi morientis, ſed vide n. 3.*

4 *Qualitas hereditaria ſufficit, quod ſit habitualis, & in potentia.*

5 *Non poteſt ſuccedere, qui renunciaverit hereditati, vel non habuerit potentiam habitualem ſuccedendi.*

6 *Quando dicatur renunciatum hereditati primi acquirentis per renunciationem hereditatis ultimi morientis, diſtingue ut numer. 7. 8. 9. 10. & 11.*

12 *Impotentia ſuccedendi dicitur adeſſe, quando hereditas primi acquirentis non eſt delata a lege ſuccedere volenti; ſecus ſi eſſet delata a lege, ſed ablata per hominem.*

13 *Quod dicendum, ſi hereditas eſſet delata a Jure, ſed ablata per Statutum particulare loci, arguitur hinc inde, & reſolvitur per Statutum non tolli potentiam habitualem ſuccedendi in feudo ac Jurepatronatus mixto, ut n. 14. 15. 16. 17. 18. & 19.*

20 *Deciſio S. Rotæ in Romana Beneficiatus S. Laurentii in Damaſo* coram clar. mem. Card. Caccia, *& n. 21. uſque ad n. 27.*

28 *Præfertur præſentatus ab habente pinguiorem vocem, non tamen in concurſu conſanguinei fundatoris præſentati ab alio, licet non habente vocem pinguiorem.*

29 *Et licet ab herede pro minori quota hereditaria.*

30 *Sciſſa univerſitate in vota paria pro duobus præſentatis, an valeat utraque præſentatio; itaut ſint attendenda majora merita unius ex præſentatis,* Lamber. *tenet affirmative.*

31 *Revocatur in dubium ejuſdem Lambertini opinio, & n. 31. 32. & 33. & poſtea ſalvatur ex alia ratione, & firmatur, quod Ordinarius tenetur gratificare digniori ex præſentatis num. 34.*

35 *Declaratur id procedere in gratificatione impropriè ex Juſtitia, non autem in impropria, & ex mera gratia Superioris, quæ ſpectat ad Papam.*

36 *Immo nec etiam ad Papam, ſi electio non eſt concluſa, & omnia ſunt paria hinc inde inter duos electos.*

37 *In electione ad Prælaturas, ſi electores in duplici ſcrutinio ſint pares in votis, licet ſecundum gloſſam in capit. Eccleſia veſtra de Electione poſſit Papa gratificare, cui voluerit, etiam durante termino ad eligendum, tamen hæc opinio refellitur & num. 38.*

39 *In hoc caſu bene poteſt adiri Superior ut prævio præcepto de ſe concordando infra certum terminum, eo elapſo ad ipſum electio devolvatur.*

40 *In collatione ſimultanea Epiſcopi & Capituli ſi ſcindantur iſti in vota paria, etiam durante termino ad conferendum, poteſt Papa, & ejus Legatus Jure præventionis conferre; nec Papa tenetur conferre uni ex nominatis in diſcordia.*

41 *Circa gratificationem nominati ab Epiſcopo quid Juris.*

42 *In præſentatione, ſciſſis patronis in voces æquales, eſt locus gratificationi, quod procedit in patronis præſentantibus Jure ſingulari. Secus in univerſitate patronorum.*

43 *Papa, durante termino, poſſet conferre, ſicut & Ordinarius, ſed pendebit collatio ab eventu, an patronus reclamet vel concordet in præſentando, necne.*

44 *Favore unius ex præſentatis in diſcordia Collegii per vota paria, non intrat derogatio Apoſtolica medietatis vocum.*

45 *Reprobatur* Garzias.

46 *Etiam in caſu unici patroni præſentantis duos cumulative non intrat gratia derogationis pro medietate.*

47 *Patroni præſentantes ignoranter inhabilem, an a die detectæ inhabilitatis habeant novum terminum ad præſentandum, vel intra eundem primum terminum debeant repræſentare. Reſolvitur habere novum terminum, & reprobatur contraria deciſio S. Rotæ, necnon omnes Doctores contrarii, ut num. 48. 49. 50. 51. 52. & 53.*

54 *An præſentans indignum præſumatur eum præſentaſſe ſcienter, diſtingue.*

55 *Derogatio Apoſtolica Juriſpatronatus in totum, attenta lite in petitorio inter Fiſcalem, & patronos, non ſuffragatur contra præſentatum, ſi patroni ante litem erant in quaſi poſſeſſione præſentandi.*

56 *Etiam ſi lis fuerit narrata in petitorio, quando de tempore derogationis Apoſtolicæ jam patroni fecerant præſentationem, & in gratia adeſt clauſula* dummodo non ſit alteri Jus quæſitum.

57 *Proviſiones Apoſtolicæ non præjudicant patronis, ſi habent in ventre* clam accedente conſenſu patronorum.

58 *Deciſio S. Rotæ in Tudertina Parochialis,* coram b. m. Emerix. *uſque ad n. 64.*

65 *Donans Jus præſentandi, an cenſeatur donaſſe privative vel accumulative, reſolvitur pro donatione cumulativa, declara, ut numer. 66..*

67 *Fundator in fundatione Juriſpatronatus nominando extraneum in patronum cenſetur nominaſſe accumulative, declara, & reſtringe, ut n. 68. 69. 70. & 71.*

72 *Si fundator ſibi non reſervavit expreſſe Juſpatronatus ſeu præſentandi, & patitur beneficium libere conferri ab Ordinario prima vice, cenſetur ex hoc declaraſſe mentem ſuam non acquirendi Juſpatronatus ex* Lambertino.

73 *Reprobatur hæc opinio* Lambertini, *& reſpondetur plene n. 74. & ſeqq. uſque ad num. 79. incluſive.*

80 *Non omnia, quæ dixerunt antiqui, ſunt meliora.*

81 *Deciſiones Sac. Rotæ In Urbanien. Canonicatus* coram R. P. D. Olmo, & R. P. D. Pio *uſque ad 102.*

103 *Deciſio S. Rotæ in Eugubina Canonicatus* coram R. P. D. Lancetta *uſque ad numer. 113.*

114 *Non facta electione ſeu non concluſa infra ſemeſtre, quoad Canonicatus Magiſtrales, & Theologales intrat devolutio.*

115 *An tali caſu, ſuperior habens providere Jure devoluto teneatur eligere unum ex oppoſitoribus examinatis in tempore, & reſolvitur* negative *cum limitatione.*

116 *Et late reprobatur opinio* Caſtropal. *contrarium tenentis, & n. 117. & ſeqq.*

118 *Secus ſi ageretur de uno tantum oppoſitore.*

120 *Oppoſitores examinati in tempore habent Jus, ne alius ab ipſis eligatur in ord. ad eligentes, nempe Epiſc. & Capitulum, non ſuperiorem habentem providere Jure devoluto, unde num. 121.*

122 *In electione ſecreta an debeat attendi votum qualificatum ? & præponderans Decani, vel Prioris juxta Eccleſia Statutum, & reſolvitur* negative.

123 *Auctor adducit diſtinctionem.*

124 *Publicato ſcrutinio, licita eſt variatio Electoribus, quandò non agitur de forma*, cap. quia propter.

125 *Deciſio S. Rota in Albaracinen.* Canonicatus coram Rev. Molines Decano.

## DISCEPTATIO IV.

1 CUm mixtum dicatur Juſpatronatus quoties ad ſucceſſionem in Jure præſentandi vocati fuerunt gentiles, & agnati cum qualitate hæreditaria, ut eſt caſus *in deciſ.* 47. *num.* 2. coram Buratt. & paſſim in aliis, inde reſultat, quod ad effectum ſuccedendi in dicto Jurepatronatus duplex qualitas requiratur, hoc eſt una ſanguinis, & altera hæreditatis, Gabriel. *conſ.* 196. *num.* 5. *lib.* 2. Tondut. *quæſt. beneſ. par.* 1. *cap.* 32. *num.* 1. 2. *&* 16. Pariſ. *conſ.* 48. *numer.* 9. *lib.* 4. Tondut. *quæſt. beneſ. p.* 3. *cap.* 157. *ſub n.* 16. Lother. *de re beneſ. lib.* 2. *quæſt.* 11. *n.* 41. *&* 42. Rot. coram Buratt. *d. dec.* 647. *n.* 3. *& in Rec. dec.* 267. *num.* 3. *&* 6. *p.* 6. *& dec.* 254. *n.* 16. *p.* 11. *& d.* 352. *n.* 30. *part.* 16. Seraph. *deciſ.* 456. *num.* 5.

2 Quæ ſane qualitas hæreditaria requiritur vel reſpectu primi acquirentis, ſeu fundatoris, vel reſpectu ultimi morientis, ita ut non ſit neceſſarium, quod quis ſit hæres utriuſque, ut in terminis feudi mixti Surd. *conſ.* 63. *n.* 21. Pariſ. *conſ.* 2. *n.* 25. *& ſeqq. lib.* 1. *& conſ.* 65. *n.* 32. *& ſeqq. lib.* 3. Mantic. *de Tacit. lib.* 23. *tit.* 3. *num.* 44. Soccin. Jun. *conſ.* 103. *n.* 14. *lib.* 2. Brun. *conſ.* 18. *n.* 15. *Clar. in* §. *Feudum*, *q.* 9. *n.* 5. *&* in terminis *noſtris*, Lother. *d. lib.* 2. *q.* 11. *n.* 41. Rot. *dec.* 254. *num.* 17. *par.* 11. *Recent. & in Mantuana Beneficii* 21. *Junii* 1688. §. *nec refert*, *&* 3. *Junii* 1689. §. *Denique*,
3 coram b. m. Urſino, ſeu melius dicas ſufficere, quod ſuccedere volens ſit hæres primi, & non ultimi, niſi quando requiritur eſſe hæres ultimi, ut ſit mediate hæres primi, obſervando in hoc differentiam inter agnatos, ſeu tranſverſales, & inter filium; nam agnatus poteſt eſſe hæres primi, licet non ſit ultimi, immo etiam ſi iſtius repudiaverit hæreditatem, Surd. *d. conſ.* 63. *n.* 24. *circa finem* §. *facilius in fine*, Filius vero non poteſt eſſe hæres primi, niſi mediante perſona patris, & ideo ſi paternam hæreditatem repudiet, non erit hæres primi, neque ultimi, & ſic non habebit Juſpatronatus, Surd. *d. conſ.* 63. *n.* 25. *verſ. in quibus locis.*

4 Rurſus neque eſt neceſſaria qualitas hæreditaria actualis bonorum, ſed ſufficit habitualis, & in potentia, nimirum, quod ſuccedere volens in Jure præſentandi ſit perſona, quæ potuiſſet ab inteſtato ſuccedere, tam primo acquirenti, quam ultimo agnato, ſi iſti alios non inſtituiſſent hæredes, quodque per ipſum non ſteterit, quominus eorum hæreditatem adiret, ſi ea aliquo modo ſibi deferretur, ut in materia feudali, Surd. *d. conſ.* 63. *ante numer.* 24. *verſic. at ſi agnatus*, Coccin. *dec.* 1710. *numer.* 10. *& in puncto Juriſpatronatus*, Rot. *dec.* 267. *numer.* 7. *par.* 6. Lother. *de re beneſ. lib.* 2. *quæſt.* 11. *numer.* 47. Torre *de pact. futur. ſucceſſ. lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 13. Rot. *in Romana Beneficiatus S. Laurentii in Damaſo* 6. *Februar.* 1788. §. *non refragante*, coram R. P. D. Caccia, *& in d. Mantuana Beneficii* 21. *Junii* §. *nec refert*, *&* 3. *Junii* §. *Quia ad effectum*, coram Bon. Memor. Urſino impreſſa infra *diſcep.* 14. *num.* 29. In quo proinde notandum eſt, quod quamvis filius non poſſit eſſe hæres primi, niſi etiam ſit hæres patris, ut dixi; nihilominus, ſi pater alium inſtituat, conſequetur Jus præſentandi, & tamen neque primi, neque ultimi hæres erit, ut pulchre Surd. *d. conſ.* 63. *num.* 35. *verſic. In propoſito*, & idem erit in agnato, & tranſverſali, qui habere poteſt Juſpatronatus, licet non ſit hæres primi, nec ultimi, quando iſte ultimus, cui alias erat ab inteſtato ſucceſſurus, alium inſtituerit hæredem, Surd. *ubi proxime n.* 25. *verſic. & cum in agnato.*

Loquendo igitur de feminis agnatis, de quibus ſit noſtra quæſtio, & ſupponendo eas capaces ſuccedendi, tam in concurſu, quam in defectum maſculorum, dupliciter poſſent dici excluſæ a Jurepa- 5
tronatus, vel quando renunciaſſent expreſſe hæreditati fundatoris, & ultimi agnati, & ſic per eas ſtetiſſet, quominus illam adirent, &, ad differentiam Juripatronatus gentilitii, in quo vocati ſuccedunt, etiamſi repudiaverint hæreditatem, ut inquit Lother. *lib.* 2. *q.* 11. *numer.* 47. Rot. *in d. Romana Beneficiatus impreſſa infra num.* 25. vel quando non habuiſſent potentiam habitualem ſuccedendi ab inteſtato, ut de renunciatione firmavit Lother. *de re beneſic. lib.* 2. *quæſt.* 11. *nu.* 47. *& ſeqq.* Torr. *de pact. fut. ſucceſſ. lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 6. *& ſeqq.* Valaſch. *de Jur. emphyt. q.* 44. *num.* 3. Tondut. *reſolut. Canon. cap.* 158. *n.* 8. *ad fin. & n.* 10. *& ſeqq.* Rot. coram Coccin. *deciſ.* 1710. *num.* 10. *& in d. Mantuana Beneficii* §. *nec ſubſiſtit*, coram R. P. D. Urſino *infra diſcept.* 14. *n.* 30. & de impotentia ſuccedendi ab inteſtato, Adden. ad Decium *conſ.* 208. *numer.* 8. *lit. G.* Coccin. *d. deciſ.* 1710. *n.* 9. *&* 10. Surd. ita intelligens Curtum Juniorem *d. conſ.* 63. *n.* 24. *verſ. Quinimmo.*

Aggrediendo autem primum caput renunciationis; & firmando pro regula principali, quod repudiata hæreditate primi, & ultimi non poſſint
feminæ admitti etiam per poſterius ad Juſpatro- 6
natus mixtum, ex Coccin. *d. dec.* 1710. *num.* 10. *& aliis proximo allegatis*, ſuccedit dubitatio, utrum dici debeat hæreditas repudiata, quando femina renunciaſſet hæreditati ultimi morientis, unde cenſeri poſſet fuiſſe renunciatum etiam illi primi acquirentis tanquam conſolidatæ in perſona ultimi. In quo breviter dicendum; quod ſi ſit filia, eo ipſo, quod renunciavit hæreditati patris ultimi de-
functi, renunciaſſe cenſetur etiam hæreditati pri- 7
mi, & ideo non poterit venire ad Juſpatronatus, ſecus ſi ſit agnata, ſeu ſoror, quæ poteſt eſſe hæres primi in potentia, & in habitu licet non ſit hæres ultimi, ut dixi ſuperius, ex Surd. *d. conſ.* 63. *num.* 25.

Hinc quæro de caſu diſputato in Rota *in dict. Mantuana Beneficii* regiſtrata inferius *diſcept.* 14. *num.* 16. *& ſeqq.* in quo frater ultimus defunctus reliquerat certam ſummam ſorori cum pacto renunciandi omnibus prætenſionibus, quas ipſa habere poterat in hæreditate ipſius fratris pro dote materna, omnique alia cauſa, prout renunciavit: & ſuper renunciatione fuit dubitatum in Rota, an per eam dici deberet renunciata hæreditas primi acquirentis, & ultimi, & prodiit negativa reſolutio, tum quia erat reſtricta ad prætenſiones in bonis fraternis, quarum appellatione non includitur Juſpatronatus, ut *in deciſ.* 3. *Junii* 1689. §. *nec ſubſiſtit*, tum etiam quia, cum illud non eſſet in bonis fraternis, ſed, quid perſonale ab illis diſtinctum, conſequenter nec minus eidem Juri poterat cenſeri renunciatum, ut *in* §. *final.* & prius *in deciſ.* 21. *Junii* 1688. §. *Multoque minus.*

Quæ reſolutio poteſt corroborari illa egregia ratione, quia videlicet ſoror, quantumvis expreſſe renunciaſſet hæreditati fraternæ, non tamen exinde ſequebatur renunciaſſe paternæ, ſeu illi pri-

primi acquirentis, quidquid ſecus ſi fuiſſet filia, & paternæ hæreditati renunciaſſet, juxta diſtinctio-
8 nem recenſitam *in d. conſ. 63. n. 25. doctiſſimi Surdi*, ubi præcedenter *n. 23. in fine, & n. 24.* loquitur de caſu, quando uterque tam pater, quam frater alium inſtituerant hæredem, ut *in verſic. in præſenti*, & in terminis agnati, Text. *in capit. 1. de feud. non haben. propriam nat. feud.* Alciat. *conſ. 183. num. 2.* Silvan. *conſ. 30. n. 23.* Et tanto magis, quia illa ſumma fuerat ſorori relicta titulo inſtitutionis particularis, quod ſufficiebat pro habenda denominatione hæredis, & conſequendi Juſpatronatus, ut in terminis feudi, Decius *conſ. 208. n. 8. verſ. nec iſto caſu.*

Ex his notandum primo, quod excepto caſu renunciationis filiæ in ordine ad hæreditatem paternam, in aliis agnatis nunquam poteſt dari ca-
9 ſus, quod iſti excludantur ex capite defectus qualitatis hæreditariæ, niſi repudiaverit expreſſe hæreditatem utriuſque, tam primi, quam ultimi; nam alias, ſi quis non ſit hæres primi, ſufficeret eſſe hæres ultimi, etiam in potentia, ſi iſte alium inſtituiſſet, Surd. *d. conſ. 63. num. 24. in fine verſic. Secunda*, repudiata autem hæreditate ultimi, ſufficeret eſſe hæres primi pariter habitualis, & in potentia, ut per Surd. *d. num. 24. in fine §. facilius*, qui licet loquatur in feudo mixto, eiſdem tamen regulis Juſpatronatus dirigitur, & judicatur, ut ait Lother. *dict. lib. 2. quæſt. 11. numer. 43.*

10 Notandum ſecundo, quod filia renunciando hæreditati paternæ ſeu ultimi, ideo dicitur renunciaſſe hæreditati primi, quia non poteſt eſſe hæres primi, niſi etiam ſit hæres ultimi; & ſic mediante perſona patris, ad quem totum Juſpatronatus devenit, dum alias rupto medio non poteſt fieri acceſſus ad unum extremum gradum ſuperiorem ab extremo inferiori, ut in terminis feudalibus, Paris *conſ. vigeſimotertio, num. 180. lib. primo*, ubi quod filius medio patris ſit hæres primi, quia hæres hæredis mediate eſt hæres primi, & iſta qualitas hæredis conſideratur ſemper reſpectu primi, non reſpectu ultimi, licet per hujus medium acquirat hæreditatem primi, Silvan. *conſ. 30. numer. 22.* Roland. *conſ. 28. num. 12. lib. 3.* Cum quibus tranſit Surd. loquens in feudo mixto *dict. conſ. 63. num. 29. in fine verſic. ſecundo reſpondeo*, & hoc procedit; non quia Juſpatronatus ſit annexum bonis, & cenſeatur per hoc illi renunciatum, cum ſit quid perſonale, ut ait *dict. Mantuana Beneficii §. finali*, ſed quia requirit qualitatem hæreditariam denominative, juxta notabile dictum Jacobi de Belviſio relati a Bald. *in cap. 1. num. 8. An agnat. vel fil.* dicentis quod Jus feudi non concernit hæreditatem diſtributive, ſed ſolum reſpicit hæredis qualitatem denominative, Surd. *d. conſil.*
11 *63. nu. 20. verſic. Et hoc eſt*, Quod Jus denominationis eſt incorporeum, & ſuffragatur etiam habitu, nec deſideratur actu, & proinde ad auferendum hujuſmodi habitum, ſeu potentiam neceſſaria eſt renunciatio hæreditatis, quæ operatur quoad Jus iſtud qualitatis denominativæ, non quoad juſpatronatus, licet per conſequens, & indirecte renuncietur ipſum Juſpatronatus tanquam reſidens in habente talem qualitatem perſonalem, & habitualem.

Deſcendendo nunc ad alterum caput impotentiæ ſuccedendi, pono concluſionem principalem, quod ubi hæreditas primi a lege non eſt delata feminæ ſuccedere volenti per mortem ultimi, tunc ea non admittitur ad Juſpatronatus, quicquid ſecus ubi fuiſſet hæreditas a lege delata, ſed ablata per hominem, ſeu teſtatorem, juxta diſtinctionem communiter receptam, de qua Dec. *con-*
12 *ſil. 208. in fine*, ibique Adden. *n. 8. lit. B.* Surd. *conſ. 5. num. 54. & d. conſ. 63. numer. 21. & 24. verſic. Nec adverſatur*, Rot. coram Coccin. *deciſ. 1716. n. 6. & ſeqq.*

Inſurgit autem quæſtio, an idem in hoc caſu operetur Statutum, ſicut lex, puta, ſi excluderet feminas maſculis extantibus, & videtur idem operari; quia potentia ſuccedendi poteſt auferri per Statutum, ſicut per legem, immo Statutum dicitur lex particularis loci teſtatoris, qui propterea, ſi voluit Juſpatronatus deferri ſui gentilibus cum qualitate hæreditaria, in hoc cenſetur, ſe voluiſſe conformare potius cum Statuto, quam cum Jure communi, Bartol. *in l. heredes mei §. cum ita n. 4. ff. ad Trebell. Clar. §. Teſtamentum q. 76. verſic. ſexta regula*, Decian. *conſ. 26. num. 68. libr. 2. & pluribus aliis cumulatis*, Mantic. *de conject. lib. 6. tit. 7. n. 6. & ſeqq.*

Et in ſpecie, quod ſtante Statuto feminarum excluſivo extantibus maſculis, non poſſit femina ſuccedere in feudo mixto, recepto videlicet pro ſe, filiis, & nepotibus, cum adjectione qualitatis hæreditariæ obſervat Adden. ad Dec. *conſ. 208. in verb. Admittuntur lit. F. & G.* dicens, ita intelligendum eſſe Alvarot. *in cap. 1. verſic. Ex quibus infert, an agnat. vel fil.* & Bald. *in auth. Si quas ruinas C. de Sacroſ. Eccleſ.* & in terminis emphyteuſis mixtæ, Surd. *conſ. 572. numer. 73. verſic. Si pater*, & in præciſis terminis Juriſpatronatus mixti, Car. Pariſ. *conſ. 48. numer. 11. cum pluribus ſeqq. libr. 4.* ex quibus videtur poſſe firmari, quod feminæ, ſtante hujuſmodi Statuto, non poſſint admitti ad Jus præſentandi niſi in defectum maſculorum, quando Statutum eſſet temporale illis durantibus; ſecus ſi ſit perpetuo excluſivum, ut de Statuto Paduano voluit Card. Pariſ. *d. conſil. 48. numer. 14. & 15.*

Verum in contrariam ſententiam inclinavit Rot. *in d. Mantuana Beneficii 2. Junii 1589. §. nec habitualis*, dicens, Statutum locum non habere in Jurepatronatus mixto, quod non defertur Jure hæ- 15
reditario, ſed ſanguinis, & Jure particulari ex mera inſtitutoris præordinatione, & reſpondet allegato *conſ. 48.* Pariſii dicendo, quod in ſuo caſu adeſſet pactum expreſſum, quod ſuccedentes in Jurepatronatus eſſe deberent actualiter hæredes, & non habitualiter, & in potentia.

Quæ quidem deciſio non ſine difficultate tranſire viſa eſt mihi tunc in ea cauſa ſcribenti ſub nomine bon. mem. Advocati Joann. Mariæ Buzzii, cujus eram in ſtudiis coadjutor, & qui dictum conſilium Pariſii inveneram, quia fundatur in duobus ſuppoſitis, tum quod Pariſius loquatur, quando fundator injunxit ſucceſſuris qualitatem hæredis actualis, tum quod Juſpatronatus mixtum deferatur ſolum Jure ſanguinis, & particulari ex mera inſtitutoris præordinatione, quæ tamen ſuppoſita ſubſiſtere tunc mihi non videbantur.

Non primum, quia licet in caſu Pariſii adeſſet tenor fundationis hoc modo, *quod Juſpatronatus debet pervenire ad heredes, & deſcendentes ex ſuis heredibus* — ut *ſub nu. 8.* hoc tamen non eſt pactum ſpeciale, ſeu conſtituens aliam ſpeciem Juriſpatronatus differentem ab hæreditario gentilitio, & mixto, ſed per illud fuit ſimpliciter conſtitutum Juſpatronatus mixtum, ad cujus eſſentiam tale pactum requiritur pernoceſſe, ſcilicet quod vocati ſint deſcendentes (hoc eſt agnati, ſeu gentiles) & hæredes, cum qualitate hæreditaria, ut explicat idem Pariſ. *ibidem num. 9. & 10.* quodque Pariſ. loquatur ſimpliciter. In Jurepatronatus mixto colligitur ex Buratt. *deciſ. 647. nu. 3. & 4. & in recent. deciſ. 307. num. 7. part. 7. & deciſ. 267. numer. 3. part. 6.* qui omnes allegant eundem Pariſium *conſil. 48.* ad probandam qualitatem patronatus mixti; ideoque falſum videbatur, quod in ejus caſu adjectum fuerit pactum, quod ſucceſſuri eſſe deberent hæredes actuales, quia ſimpliciter dixit *heredes*, quod verbum in hac materia intelligitur etiam in habitu, & potentia ex ſupra allegatis *num. 4.*

Minus ſubſiſtere videbatur ſuppoſitum, quod Juſpatronatus mixtum deferatur ſolum Jure ſanguinis, & non hæreditario; eo enim ipſo, quod dicitur *mixtum* ſupponere debemus, quod etiam ſit hære-

Digitized by Google

hæreditarium, & Jure hæreditario deferatur, ut ſupponunt doctrinæ allegatæ in principio *num.* 1. & reſultat ex eodem Surd. *d. conſ.* 72. *num.* 73. & conſequenter habet locum Statutum excluſivum, Rot. cor. Manzan. *dec.* 95. *n.* 7. & 8.

His tamen minime relevantibus, poſtea agnovi juſtam, ac bene fundatam fuiſſe reſolutionem S. Rotæ, pro cujus defenſione advertendum eſt, quod licet Juſpatronatus mixtum requirat qualitatem agnatitiam, & ſanguinis, & ſimul hæreditariam, attamen non defertur niſi Jure ſanguinis,
16 vere, & proprie; & regulariter præponderat in eo qualitas gentilitii, ſicut in ſeudo mixto, quod, ut dixi, non concernit hæreditatem *diſtributive* ſed ſolum reſpicit qualitatem *heredis denominative*, & hoc nomen *heredis* ſicut in feudo mixto fuit inventum, eo duntaxat fine, ne agnatus poſſet, repudiata hæreditate, vaſſalli feudum retinere, ut inquit Surd. *dict. conſ.* 63. *ſub n.* 24. *verſic. & pro hoc*, ubi *num.* 18. notat, quod hujuſmodi feudum mixtum non capitur Jure hæreditario, & in eo filius non ſuccedit, ut hæres, ſed quia filius, & Jure proprio, ex contractu, & ex legis providentia; ita & dicendum in Jurepatronatus mixto quod eiſdem regulis cum feudo conſormatur, ita ut valeat argumentum, ab uno ad aliud.

Probatur ulterius hæc veritas diſcurrendo cum eiſdem regulis feudalibus, ut dixi, applicabilibus ad Juſpatronatus. Si oanoque ſeudum deferretur Jure hæreditario vere, & proprie, non poſſet agnatus, repudiata hæreditate ultimi, feudum retinere, quia eſſet annexum bonis, & hæreditati; & tamen contrarium eſt verius, non alio fundamento, quam quia non dicitur eſſe de hæreditate id, quod non eſt in diſpoſitione teſtatoris, nec per eum poteſt transferri in extraneum, ſicut non poteſt agnatus alienare feudum mixtum, Surd. *d. conſ.* 63. *num.* 19. & patet etiam ex eo, quod ſufficit eſſe hæres primi acquiſitoris, & non ultimi defuncti in tranſverſalibus, & in tantum requiritur, quod quis ſit hæres ultimi, ſaltem potentia, ſi ſit filius, in quantum non poteſt effici hæres primi, niſi ſit ultimi, per quem mediate ſit hæres ejuſdem primi acquiſitoris, Surd. *d. conſil.* 63. *num.* 24. *in fine*, & 25. & de hoc ſupra *num.* 10. Ex quibus patet, veriſſimum eſſe ſuppoſitum deciſionis, quod Juſpatronatus mixtum non defertur Jure hæreditario, ſed ſanguinis, & ex mera inſtitutoris præordinatione, atque in puncto ſeudi mixti, quod Statutum excluſivum feminarum, ſtantibus maſculis in eo, locum non habeat, idem Surd. *in d. elaborato conſ.* 63. *num.* 32. *verſ. Tertio reſpondendo*, ubi quod idem Statutum ſolum operatur in feudo mere hæreditario, non autem in alio ſimpliciter non hæreditario, & allegat Dec. *in l.* 1. juncto Curtio Juniore *num.* 16. *Cod. unde vir, & uxor*, Roland. *de lucr. dot. q.* 54. *nu.* 10. Menoch. *conſ.* 8. *num.* 19. Brun. *in tract. de Statut. excluſ. feminar. art.* 8. *num.* 106. & Phanucc. de Luc. *dot. Gloſſ.* 10. *num.* 55. *verſic. Et hanc concluſionem.*

Cujus propoſitionis ratio eſt, quia Statutum operatur duntaxat in rebus hæreditariis & Juribus,
17 quæ cum hæreditate deferuntur, Lambertin. *de Jurepatron. lib.* 1. 2. *q.* 2. *art.* 1. *num.* 29. & *artic.* 14. *num.* 2. & *art.* 8. *num.* 1. Et ſic in Jurepatronatus ſimpliciter hæreditario, quod tanquam annexum bonis tranſit cum illorum univerſitate; ſecus in mixto, ſeu non ſimpliciter hæreditario, quod eſt Jus perſonale diſtinctum ab hæreditate, nec tranſiens cum illius univerſitate, licet ſuccedere volens, habere debeat nomen hæredis, Bot. *in dict. Mantuana Beneficii* 3. *Junii* 1681. §. *finali*, coram R. P. D. Urſino.

Hinc ſuſtineri quoque poteſt ſuppoſitum deciſionis *d. Mantuana Beneficii*, in quantum tenet in
18 caſu Pariſii *d. conſ.* 48. fuiſſe adjectum pactum, quod ſucceſſuri deberent eſſe actualiter hæredes, dum Pariſ. ſemper loquitur de pacto, quod Juſpatronatus ſpectaret ad hæredes, & deſcendentes ex ſuis hæredibus inſtitutis, *ut ſub n.* 8. ibi – *bene potuit apponere prout appoſuit pactum* – & ibi *quod pactum ſervandum, & adimplendum eſt* – & n. 10. ibi – *In caſu præſenti ſtante d. pacto appoſito in fundatione per fundatorem, dicendum neceſſario videtur tale Juſpatronatus per ſucceſſionem non poſſe transferri niſi ad heredes, & deſcendentes heredum dicti Jacobi, in quibus concurrere debent dictæ duæ qualitates hereditatis ſcilicet, & deſcendentiæ* – & *infra num.* 23. *in fine* ibi – *maxime quia pluries, & geminatis vicibus in dicta fundatione voluit, quod ſucceſſores in dicto Jurepatronatus deberent eſſe, & heredes, & deſcendentes heredum inſtitutorum per ipſum Jacobum fundatorem* – quæ verba important pactum, quod Juſpatronatus transferatur per ſucceſſionem ad hæredes actuales, & conſequenter non verificatur in ſimplici Jurepatronatus mixto (quod non transfertur per ſucceſſionem, neque eſt in bonis, & hæreditate) ſed in mixto cum qualitate hæreditaria actuali, & poſitiva; non ſecus ac in Jurepatronatus ſimpliciter hæreditario, & patet etiam ex aliis verbis Pariſii ubi ſupra *num.* 11. ibi – *tanquam univerſalis heres, & deſcendens Stephani ſucceſſit in d. Jurepatronatus pro dimidia excluſa dict. Antonia virtute Statuti, ad quam non potuit tranſire d. Juſpatronatus cum non tranſeat titulo particulari, ſed univerſali*; ex cujus dictis obſervandum eſt, poſſe dari caſum Juriſpatronatus mixti, in quo requira-
tur, ut ſuccedere volens ſit hæres actualis, & non 19
habitualis, & quidem univerſalis, non autem titulo particulari, & in iſto caſu duntaxat vera eſſe poſſunt quæ dixi ex *numer.* 13. & *ſeqq.* & ad hunc effectum examinanda erunt verba fundationis, ſi dicant, ut in caſu Pariſii, *quod Juſpatronatus debeat pervenire ad heredes, & deſcendentes ex ſuis heredibus* – vel ſi alia verba concurrant, ex quibus neceſſario colligi poſſit iſta voluntas fundatoris, quod ſucceſſuri in Jurepatronatus eſſe debeant hæredes actuales, vide Tondut. *quæſt. beneſ. p.* 3. *c.* 156. *ſub n.* 16.

*R. P. D. Caccia poſtea S. R. E. Cardinali.*

Romana Beneficiatus.

## S. LAURENTII IN DAMASO.

*Ven. 6. Februarii* 1688.

CONtendentibus inter ſe ad controverſum Beneficiatum Dionyſio præſentato a D. Fulvio, & Antonio præſentato a Monialibus Campi Martii, dedi dubium, an, & quis ſit inſtituendus, quod fuit favore Antonii reſolutum; quia attento tenore reſervationis Juſpatronatus conceſſ. de
anno 1585. a ſan. mem. Sixto V. ad inſtantiam 20
Marci Antonii, Tiberii, Martii de Coſciacii favore eorum, & cujuslibet eorum deſcendentium maſculorum, & deficiente linea maſculina favore feminarum in infinitum; viſum fuit DD. quod defecta de anno 1644. linea maſculina in Jo. Hieronymo ultimo maſculo hujus familiæ, Juſpatronatus non potuerit tranſire in ejus hæredes extraneos, a quibus Cauſam habet D. Fulvius, qui præſentavit Dionyſium, ſed immo e contra factus fuerit locus literali vocationi feminarum favore Mariæ Pacificæ Monialis unicæ tunc temporis ſuperſtitis ex perſonis in dicta reſervatione contemplatis, Lother. *lib.* 2. *quæſt.* 11. *num.* 10. Seraph. *d.* 364. *num.* 9. & ceteris allegatis, Rot. *d.* 667. *n.* 9. *p.* 18. In qua demum, deficientibus omnibus vocatis, Juſpatronatus effectum fuit hæreditarium, juxta celebre *conſil.* Anchar. 81. paſſim in Rota receptum, ut in *deciſ.* 505. *num.* 6. & *dec.* 509. *n.* 13. *part.* 5. & *dec.* 166. *num.* 16. *part.* 6. & *deciſ.* 667. *n.* 11. *par.* 18. & conſequenter tranſivit ad Monaſterium, quod legitime ſuccedit in omnibus
Juribus ſuarum Monialium, *cap. cum ad Monaſte-* 21
*rium de ſtatu Monachorum*, Rota *d.* 676. *n.* 5. & *d.* 707.

707. *num.* 8. coram Dunoz. Jun. *& in rec. d.* 253.
*num.* 5. *part.* 11, atque in his terminis Vivian. *de
Jurepatr. lib.* 4. *c.* 2. *n.* 61. *& ſeqq.*

Nec ſubſiſtere viſum eſt, quod Juſpatronatus ſit
mere hæreditarium, & ideo potuerit tranſire cum
hæreditate Joannis Hieronymi in D. Fulvium ejus
mediatum hæredem ; qualitas autem hæreditaria ,
quæ de Jure præſumitur , dicebatur etiam reſultare
ex ipſo tenore reſervationis ſupra relato, quo nulla
ſit agnationis, vel familiæ mentio ; ſed ſimpliciter
Juſpatronatus fuit reſervatum pro Marco Antonio,
Tiberio , & Martio Oratoribus , & cujuslibet eo-
rum filiis, & deſcendentibus maſculis, & deficien-
te linea maſculina, pro feminis in infinitum, quo
caſu intelligitur reſervatum filiis deſcendentibus ,
uti hæredibus ad tradita per Gratian. *diſcept.* 573.
22 *num.* 45. Rot. *d.* 350. *num.* 7. *&* 8. *poſt* 2. *vol. conſ.*
Farinacc, *& dec. pr. num.* 6. *& dec.* 4. *num.* 2. co-
ram Royas , Junctis præcipue aliis verbis in reſer-
vatione paulo poſt ſuperadditis ibi – *Decernentes Juſ-
patronatus, & præſentandi perſonam idoneam Marco
Antonio, Tiberio, & Martio, eorumque hæredibus,
& ſucceſſoribus prædictis , ac eorum cujuslibet non ex
privilegio , ſed ex vera fundatione , & dotatione ,*
&c. quæ mentem Papæ diſponentis ad hæredes di-
rectam præſeferunt Mellin. *d.* 94. *numer.* 4. Priol.
*d.* 136. *numer.* 3. Eminentiſs. Cerrus *d.* 493. *num.*
5. *&* 6. Eoque facilius attenta vocatione femina-
rum poſt maſculos , cum enim ipſæ agnationem
non conſervent, hujuſmodi vocatio facilius ſuadet,
Juſpatronatus non eſſe agnatitium , ſed potius hæ-
reditarium, Grat. *diſcept.* 577. *numer.* 46. Dunoz.
Jun. *d.* 300, *numer.* 10. *& in rec. d.* 707. *numer.* 6,
*part.* 1. *& dec.* 275. *num.* 5. *&* 6. *p.* 7.

Ad hæc enim omnia DD. reſpondebant , quod
quidquid ſit , an hoc Juſpatronatus ſit mere genti-
litium in ſuo proprio ſignificatu ad effectum com-
putandi voces patronorum in capita , vel in ſtir-
pes, in quibus terminis loquuntur pleræque ex do-
23 ctrinis in objecto allegatis: illud certum eſt, quod
non poteſt dici ſimpliciter hæreditarium, repugnat
enim qualitati ſimpliciter hæreditariæ , quæ facit
Juſpatronatus tranſitorium ad quoſcunque hæredes
etiam extraneos , Clem. *plures de Jurepatron. gloſſ.
in Clement.* 2. *verb. hæredes eoſdem tit.* Anchatan.
*conſil.* 81. *num.* 2. cum aliis apud Lother. *libr.* 3,
*quæſt.* 11. *num.* 19. & alibi paſſim . Qualitas hu-
jus patronatus , quod in literali Pontificia diſpoſi-
tione eſt reſervatum certo generi perſonarum, ſci-
licet deſcendentibus maſculis , & linea maſculina
deficiente deſcendentibus feminis , non obſtanti-
bus illis verbis ſuperadditis , ſcilicet *eorum, nempe
hæredibus, & ſucceſſoribus prædictis*, quia non mu-
tant, vel ampliant diſpoſitionem , ſed intelligitur
de hæredibus & ſucceſſoribus deſcendentibus , pro-
pter illud verbum *prædictis*, quod eſt reſtrictivum,
& repetitivum ad oculum perſonarum ſuperius ex-
preſſarum, Rot. *dec.* 272. *numer.* 6. coram Buratt.
*& dec.* 4. *numer.* 12. *& dec.* 546. *n.* 4. coram Bi-
chin.

Sive ergo Juſpatronatus fuerit mere gentilitium,
ſive mixtum , eadem eſt ratio decidendi , quia et-
24 iam mixtum non poteſt tranſire in extraneos, du-
rantibus perſonis contemplatis, Lother. *dict. q.* 11.
*num.* 41. Seraph. *d. deciſ.* 364. *num.* 9. *& late* di-
ſcuſo articulo *d.* 277. *num.* 5. *& pluribus ſequentib.
p.* 6. *rec.*

Non refragante, quod ſoror Maria Pacifica ul-
tima ſuperſtes non fuerit hæres Marci Antonii pa-
tris , neque Joannis Hieronymi ultimi deſcenden-
tis, qui inſtituit hæredes authores D. Fulvii, quia
ad effectum , ut eſſet capax hujus patronatus ſibi
25 reſervati ex providentia fundatoris , ſufficit , quod
per eam non quominus hæreditatem adiret , ſi ſi-
bi aliquo modo deferretur , ut bene explicat Lo-
ther. *d. q.* 11. *n.* 47. *&* 48. Coccin. *d.* 1710. *n.* 10.
*& d. deciſ.* 267. *num.* 7. *par.* 6. ad differentiam Ju-
riſpatronatus mere gentilitii , in quo vocati ſucce-
dunt , etiam ſi repudiaverint hæreditatem , ut ad-
vertit Lother. *ubi ſupra n.* 45.

Non obſtat , quod ſaltem poſt extinctam Mo-
nialem Mariam Pacificam Juſpatronatus tranſive-
rit in D. Fulvium deſcendentem a Diana de Co-
ſciaciis ejuſdem patronorum familiæ , quia omiſ-
ſo, an hoc ſit verum, cum nullibi hucuſque fue-
rit probatum; placuit duplex reſponſio, Prima ſci- 26
licet , quod fuerunt vocatæ feminæ , quarum ap-
pellatione non veniunt maſculi ab eis deſcenden-
tes *l. ſi ita ſcriptum ff. de leg.* 2. Peregrin. *art.* 36.
*num.* 21. *&* 22. Et ſecunda clarius, quia in reſer-
vatione patronatus non omnes feminæ de familia
contentiva in genere vocatæ ſunt , ſed deſcenden-
tes ex linea effectiva Marci Antonii , Tiberii &
Martii , qualis non fuit Diana , quæ propterea ,
etiamſi exiſteret ad hoc Juſpatronatus, venire non
poteſt, Royas *d.* 361. *num.* 6. *& ſeqq.* Eminentiſſi-
mus Othobon. *deciſ.* 213. *n.* 2. & late *d.* 362. *fe-
re per tot. par.* 5. *rec.* Non enim ſit tranſitus a li-
nea effectiva vocata ad contentivam, ſed extincta
familia effectiva Juſpatronatus in dicta Moniali ul-
tima ſuperſtite evaſit hæreditarium, ex allegatis ſu-
pra in principio, quibus eſt addenda in præciſis ter-
minis Rot. *d. deciſ.* 362. *in fine p.* 5.

Ex his cenſebant DD. clare conſtare de pertinen-
tia patronatus ad Monaſterium, quod præſentavit
Antonium & conſequenter eum eſſe inſtituendum ,
non obſtante ultimo ſtatu in duabus proxime præ-
teritis vacationibus, Quidquid enim dici poſſet, ſi 27
Dionyſius præſentatus ab exiſtentibus in quaſi poſ-
ſeſſione fuiſſet inſtitutus ante præſentationem An-
tonii ad terminos notiſſimi textus *in cap. conſul-
tationibus de Jurepatronat.* ſane cum Antonius fue-
rit præſentatus re integra , & probet pertinentiam
patronatus ad Monaſterium præſentans per inſtru-
mentum publicum Bullæ reſervationis antedictæ ,
non eſt attendendus ultimus quaſi poſſeſſionis ſta-
tus , ſed in hoc caſu proprietas abſorbet poſſeſſio-
nem, ut diſtinguendo tradit Abb. *in dict. cap. con-
ſultationibus numer.* 9. Lambert. *de Jurepatron. lib.*
2. *art.* 6. *quæſt.* 3. *in princ. part. p. num.* 4. Lother.
*lib.* 2. *quæſt.* 34. *num.* 28. Card. de Luca *de Jurepa-
tron. diſc.* 62. *numer.* 12. & conſtanter tenuit Rot.
*deciſ.* 167. *numer.* 10. *part.* 2. *diverſ. & deciſ.* 374.
*num.* 3. *part. prima recent. & deciſ.* 1630. *numer.* 4.
coram Pen, *& dec.* 136. *num.* 26. coram Priolo &
alibi paſſim.

Et ita utraque &c.

Pone ad materiam Juriſpatronatus, duo ſunt pa-
troni , quorum unus habet vocem pinguiorem ex. 28
gr. quia plus contulit Eccleſiæ , ſi iſti præſentant
duos , certum eſt prævalere præſentatum ab ha-
bente pinguiorem vocem in paritate præferendam,
ut, omiſſis antiquioribus , firmavit Rot. Me ſcri-
bente *in Landen. Canonicatus* 27. *Junii* 1696. §. *ceſ-
ſare* , coram bon. memor. Emerix , & 3. *Martii*
1697. §. *Individuitas*, coram R. P. D. Tremoille,
non tamen eſſet præferendus præſentatus ab haben-
te pinguiorem vocem, ſi alter præſentatus ab alio
patrono eſſet de genere, & familia fundatoris, quia
tunc iſte præferri deberet, ut bene Lambert. *de Ju-
repatron. lib.* 2. *part.* 3. *quæſt.* 5. *artic.* 16. *numer.*
5. *verſicul. dicerem bene* , *& numer.* 6. *fol. mihi*
953.

Hinc inferri poteſt ad quæſtionem , ſi duo hæ-
redes inſtituti per fundatorem pro inæqualibus par-
tibus præſentent duos, quorum unus ſit præſenta-
tus ab habente majorem partem hæreditatis , alter
vero ſit præſentatus ab habente minorem quotam
hæreditariam, ſed tamen ſit de genere, & familia
fundatoris ; utrum iſte , vel ille præferri debeat ,
& inſtitui , videtur præferendum eſſe præſentatum
de familia fundatoris , quia ambo hæredes , licet 29
inæqualiter inſtituti , ſunt æqualiter patroni , &
æqualia habent vota , & tantummodo vox hære-
dis , majorem quotam hæreditariam habentis , di-
citur pinguior , ut apud Lambertin. *de Jurepatro-
nat. libr. primo , part.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 24. *numer.*
8. *fol. mihi* 288. *& libr.* 2. *part.* 3. *quæſt.* 5. *ar-
tic.* 16. *num.* 5. *fol. mihi* 953. & tenuit Rot. *in d.*
*Landen.*

Digitized by Google

*Landen. Canonicatus* 27. *Junii* 1696. §. *ceſſare*, cor, Emerix, & 3. *Martii* 1697. §. *individuitas*, coram R. P. D. Tremoille, quæ vocis pinguedo non dat prælationem in concurſu præſentati ab alio cohærede exiſtentis de familia, & genere fundatorum, qui debet præferri ob hanc qualitatem præſentato ab habente vocem pinguiorem, juxta allegatam doctrinam Lambertin. *ubi ſupra* & quamvis verba Lambertini videantur reſtricta ad pinguedinem vocis ejus, qui plus contulit in fundatione, ſeu conſtructione, & dotatione Eccleſiæ, ego tamen non recederem a jam dictis, quia videtur iniquum, quod unus ex hæredibus magis honoratis per fundatorem in majori parte hæreditatis præſentando extraneum, excludere debeat conſanguineum fundatoris abutendo largitate, quam recepit, & committendo ingratitudinem erga illum; unde in paritate Juriſpatronatus æqualiter delati in hæredes inæqualiter inſtitutos, prævalere debet ſanius judicium alterius hæredis præſentantis conſanguineum, tanquam gratum, & conforme menti fundatoris, ac etiam quia Eccleſia hoc modo facit retributionem fundatori.

Tota enim reſolutio hujus quæſtionis conſiſtit in concluſione præcedenti, quod duo hæredes licet pro inæqualibus partibus inſtituti habent tamen voces æquales, itaut ex. gr. inſtitutus in duabus partibus hæreditatis, non dicatur habere duas partes Juriſpatronatus, ſed ſolum unam vocem pinguiorem alia, quam habet cohæres in minori parte hæreditatis inſtitutus, prout hanc concluſionem firmant Lambertin. & Rota *locis ſupra citatis*, quia ſuppoſita illius veritate, quam firmat etiam Pannimol. *deciſ.* 137. *numer.* 50. & 51. præferri debet conſanguineus fundatoris in concurſu præſentati ab habente vocem pinguiorem, quia majoris efficaciæ eſt qualitas conſanguineitatis, quam vocis pinguedo, ut ponderat Lambert. *d. lib.* 2. *p.* 3. *q.* 5. *art.* 16. *n.* 6. *in fine*.

Sed difficultas eſt in doctrina Card. de Luc. *de Jurepatr. diſc.* 61. *num.* 4. & *ſeqq.* quam ego inveni, & allegavi in dicta *Landen. Canonicatus*, ubi diſtinguendo tenet, quod licet quoad proprietatem Juſpatronatus uti individuum æqualiter deferatur hæredibus pro inæquali portione inſtitutis, tamen quoad exercitium ſit dividuum, & deferatur per uncias, & quotas juxta praxim & conſuetudinem, quæ nedum in Regno Neapolis, ſed etiam ubique viget, cujus doctrinam approbavit Rot. *in dictis deciſionibus Landen.* coram Emerix, & R. P. D. Tremoille, quamvis ibi non ſatis id explicetur, dum in deciſione bon. memor. Emerix proceſſum fuit per *quidquid ſit*, ſolum difficultando concluſionem in abſtracto per doctrinam Card. de Luca, & firmando pedes in concreto caſus, ubi dictum fuit ſufficere, hæredem inſtitutum pro majori portione habere vocem pinguiorem in paritate præferendam; in deciſione autem coram R. P. D. Tremoille firmatum fuit, hujuſmodi hæredes habere vocem pinguiorem, & ad id probandum adducitur ratio, & doctrina Card. de Luca, oſtendendo, quod Juſpatronatus quoad exercitium deferatur per uncias, & quotas, quod ſane non probat aſſumptum vocis pinguioris, ſed pluralitatis vocum, dum hæres inſtitutus in duabus partibus hæreditatis dicitur habere duas voces, non autem unam pinguiorem, & in concurſu non erit locus gratificationi, nec habebit locum prælatio in paritate, ſed bene præſentatus debebit inſtitui privative ad alium tanquam præſentatus per majorem partem vocum; ſunt enim inter ſe valde diverſa iſta duo, quod nempe quis habeat vocem pinguiorem, quodque habeat pluralitatem vocum diſtinctam per uncias, & quotas.

In hac difficultate teneas communem opinionem, quod in primis hæredibus æqualiter Juſpatronatus deferatur, quodque cohæres in majori parte inſtitutus ſolum habeat vocem pinguiorem, ſicut tenet Lambertin. & ſenſus Rotæ in allegatis deciſionibus *Landen.* reſpondebo autem ad doctrinam Card. de Luca, quod ipſe ſupponit conſuetudinem, juxta quam Juſpatronatus dividitur per uncias, & per quotas vigere non ſolum in Regno Neapolis, ſed ubique, in quo ſuppoſito facti ei non eſt credendum. Diſtinctio vero inter proprietatem, & exercitium Juriſpatronatus procedit in hæredibus mediatis, qui ſuccedunt in ſtirpes, non in primis ſuccedentibus in capita, quia in iſtis Juſpatronatus manet in ſolidum, exercitium vero, licet ſit dividuum per uncias, & quotas, debet tamen diviſio oſtendi aut per obſervantiam, aut per concordiam, aut per conſuetudinem univerſalem Regni; nam alias ipſo Jure non dividitur, ſed manet inſolidum, itaut unus ex hæredibus præſentando habeat quidem vocem pinguiorem, ſi habet majorem portionem hæreditariam, non tamen habeat duas voces diſtinctas, per diviſionem quotitativam; Unde infertur, quod ſicut iſta vox pinguior non ſuffragatur, quando alter cohæres præſentavit conſanguineum fundatoris ex jam probatis, ita ſi extraneus præſentatus ab hærede habente pinguiorem vocem, obtineret a Papa proviſionem Apoſtolicam cum derogatione, & gratificatione in concurſu præſentati ab alio hærede, ſed conſanguinei fundatoris, illa eſſet ſubreptitia, ſi non fuiſſet expreſſa præſentatio, nec concurſus conſanguinei, ac eſſet inutilis, ſtante clauſula — *dummodo non ſit alteri Jus quæſitum*, quæ ex mente Pontificis præſervat Jus alteri competens ex præſentatione, juxta magiſtralem deciſionem, Rot. *in Mediolanen. Juriſpatronat.* 3. *Julii* 1684. §. *obſervarunt cum ſeqq.* coram Pauluccio.

Proſequendo materiam Juriſpatronatus, quæro, an eo ſpectante ad Collegium, ſeu Univerſitatem,
ſi hæc, vel illud ſcindatur in duas partes, itaut 30
media pars præſentet unum, & altera media pars præſentet alium, valeat utraque præſentatio, adeo quod attendenda veniant majoramenta præſentatorum circa gratificationem a Superiore faciendam.

Movet articulum hunc Lambert. *de Jurepatron. lib.* 2. *par.* 2. *quæſt.* 3. *art.* 8. *num.* 10. *fol. mihi* 773. & 774. & dicit, valere utranque præſentationem ea ratione, quia tunc cenſerentur duo Collegia, quæ duos præſentarent his verbis — *Sed ſi eſſent plures, non ut ſinguli, ſed ut univerſi, quia Juſpatronatus ſpectaret ad Collegium, quod Collegium eſſet diviſum in duas partes, quia una pars, puta medietas, vellet præſentare unum, & altera medietas alterum, & tunc cenſerentur duo Collegia, & ideo poſſent duos præſentare, vel quilibet ſuum, & eſſent attendenda majora merita præſentatorum* — & rationem iſtam de duobus Collegiis repetit inferius *ibidem verſic. & tamen inſpecta origine*, & opinionem Lambert. ſimpliciter refert, & tranſcribit recollector ſpicarum, Vivian. *de Jurepatronat. lib.* 8. *cap.* 6. *num.* 17. quem collectorem vocat Card. de Luc. *de Jurepatr. diſc.* 61. *n.* 5.

Ego quamvis Lambertini auctoritatem in hac materia ſemper venerandam cenſuerim tanquam viri doctiſſimi, & acutiſſimi, tamen de ſupradicta ejus ſententia diutius dubitavi in contingentiis facti, quippe ubi Juſpatronatus pertinet ad Collegium, ſeu Univerſitatem, tunc ſi medietas præ-
ſentat unum, & medietas alterum, neutra electio 31
dicitur concluſa, & conſequenter neutra valet, cum ad effectum, ut Collegium aliquid feciſſe dicatur, tanquam repræſentans unam perſonam, oportet, vel omnes, vel ſaltem major ejus pars conſentiant, adeo ut præſentatio fiat a majori parte, alias non dicitur facta ulla præſentatio, ad Text. *in cap. primo de his quæ fiunt a majori parte Capitul.* Panorm. *in cap. poſtulaſtis, numer.* 14. *de conceſſ. Præben.* Card. de Luc. *de benef. diſc.* 3. *numer.* 3. Carol. Anton. de Luc. ad Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annot.* 2. §. 1. *num.* 3. *in fine*, Garz. *de benef. par.* 5. *cap.* 4. *num.* 28. a S. Ubald. *quolibet regular.* 12. *dub.* 17. *n.* 1317. Rot. cor. Buratt. *deciſ.* 225. *num.* 2. & *dec.* 809. *num.* 1,

Et

Digitized by Google

Et, ipſe Lambert. ſibi contrarius hanc infallibilem veritatem agnoviſſe videtur, cum enim diſcurrat *ſuper Clemene. plures §. final. de Jurepatron.* ubi textus permittit, ut patroni poſſint plures
32 præſentare perſonas, ut una ex eis eligi valeat per Epiſcopum, ipſe quærit, an id procedat, ubi præſentatio ſpectat ad Collegium, ſeu an plures poſſint per Collegium præſentari alternative, & *in dicto artic.* 8. *numer.* 10. firmat, quod, diviſo Collegio in duas partes æquales, quarum una præſentet unum, alia alium, cenſeantur duo Collegia, ita ut hoc modo poſſint duos præſentare; antecedenter vero *art. 6. ejuſdem quæſt. 3. part. 2. lib. 2. fol. 768. num. 2. in fine* dicit contrarium his verbis — *bene verum eſt illum Textum* ſcilicet Clemens plures §. final. ) *non habere locum, quando præſentatio ſpectaret ad patronos Clericos, ſeu laicos Jure univerſali, puta alicujus Collegii, vel Univerſitatis; nam ex quo omnes cenſentur unus, ut proxime diximus, habebit locum, quod fiet a majori parte &c. ſed ſolum poteſt habere locum, cum Jus præſentandi ſpectaret ad duo Collegia, vel ad duas Univerſitates* — ideoque in præſentatione ſpectante ad unicam Univerſitatem attendi debet, quod fit a majori parte, non quod fit per medietatem.

Ex quo patet, illam rationem allegatam per Lambert. *artic. 8. numer.* 10. quod nempe cenſeantur duo Collegia, quando unius Collegii medie-
33 tas præſentat unum, & altera medietas alium, eſſe in Jure totaliter novam, & ſane mirabilem, quia ſi Collegium eſt una tantum perſona, *capit. ea noſcitur de his quæ fiunt a Prælat.* utique ut dicatur facere actum præſentationis, debet major pars conſentire; nam alias ſi ſcindatur in partes æquales, neutra pars repræſentat totalitatem ſui ipſius, nec aliquid dicitur factum, aut concluſum ab Univerſitate, nec minus reputari poteſt duplex Collegium, dum una perſona eſt indiviſibilis, & ſi ſcindatur in duas partes, erunt duo monſtra, & non duæ perſonæ, unde ſtandum eſt priori dicto Lambert. *ubi ſupra artic. 6. numer. 2. in fin.* quod nempe, ubi eſt una Univerſitas, attenditur, quod fit per majorem partem, & ſic præſentatio duorum non ſit valida; ſi fiat una per medietatem Collegii, & alia per alteram medietatem, ſed bene hoc procedat in duobus Collegiis diſtinctis, juxta Lap. *in Clement. plures numer. 4. de Jurepatron.* vel quando ambæ partes unius Collegii laici præſentarent unum & alterum tanquam omnes, & non ſeparatim, hoc eſt præſentando unitim, & concorditer tam hunc, quam illum, ut Epiſcopus unum ex eis, quem vult, inſtituat, juxta caſum, quem figurat idem Lambert. *dicto art. 8. num.* 10. *verſic. ſi vero ambæ partes*, vel etiam quando duo eſſent præſentati in paritate votorum, majorem tamen partem Collegii conſtituentium, juxta caſum Me ſcribente deciſum in *Eugubina Canonicatus*, de qua infra num. 103.

Prædictis tamen non obſtantibus pro ſuſtinenda ſententia Lambert. obſervo, quod ubi electus in
34 paritate votorum excedit in meritis, dicitur habere conſenſum majoris & ſanioris partis Capituli, ſeu Collegii, quia majoritas, & ſanioritas non coaleſcit tantum ex numero; ſed etiam ex meritis electi, & dignitate eligentium, cum quibus in paritate numeri efficitur major, & ſanior pars, ut relatis antiquioribus firmavit Rot. coram Cerro *deciſ. 26. numer. 33. & 34.* Igitur opinio Lambertin. procedere poteſt non ex illa ratione, quod per votorum paritatem cenſeantur duo Collegia, ita ut dicantur duo præſentati a duobus Collegiis, quæ quidem ratio eſt erronea, & defendi non poteſt; ſed quia ponderatis majoribus meritis præſentatorum, electio dicitur concluſa pro illo, qui habet majora merita tanquam ex hac circumſtantia judicetur præſentatus per majorem, & ſaniorem partem Collegii, juxta Textum in *Canon. ſi forte & Gloſſ. in Canon. obeuntibus in verb. nunc ergo quæritur diſtinct. 63. & in capit. in Geneſi in verb. ad Zelum de elect. cum aliis* apud Rot. coram Cerr. *dicta dec. 26. numer.* 33. & ſic bene videtur firmaſſe Lambertin. eſſe attendenda in hoc caſu majora merita præſentatorum, ac ſi dixerit, qui habet majora merita, electum cenſeri per majorem, & ſaniorem partem Collegii, ita ut Ordinarius teneatur ei gratificare, ſumendo gratificationem pro actu juſtitiæ favore illius, qui habet præponderantiam meritorum, Lother. *de re beneſ. lib. 3. quæſt. 17. numer.* 183. ubi hanc vocat gratificationem impropriam, Rot. coram Cerr. *dicta deciſ. 26. num.* 37.

Ex quo infertur, quod ubi omnia ſunt paria, nempe tam vota Collegii, quam merita, & qualitates præſentatorum, tali caſu gratificatio propria, ſcilicet ea, quæ dependet a mero arbitrio Superioris, non poſſit fieri ab Ordinario, ſeu alio inferiori a Papa, eo quia electio in hac paritate non dicitur concluſa pro aliquo ex præſentatis, ut ait Lother. *libr. 3. quæſt. 17. numer. 169. verſic. at in prætendentibus & numer. 175. & ſeqq.* idque procedit non ſolum, ubi in primo ſcrutinio vota fuerunt paria, ſed etiam ubi idem ſuccederet in ſecundo; hoc enim caſu, ubi in ſcrutinio iterato iterum electores eſſent pares in votis, ſolus Papa, non autem alius Superior poteſt gratificare, ſeu gratiam facere cui vult, uni videlicet ex nominatis per Collegium in paritate votorum, etiam durante termino electoribus de Jure debito, juxta Gloſſ. *in cap. Eccleſia veſtra 57. de elect.* quam ibi explicant Jo. Andrea, & Abb. *numer. 13. circa finem verſic. di-
cit, tamen* cum aliis apud Rot. cor. Cerr. dec. 26. 35
*n. 37.* & egregie explicat Lother. *de re beneſ. lib. 3. q. 17. n.* 193.

Solus ergo Papa poteſt gratificare, quando bis ſcrutinium ſucceſſit cum paritate votorum, ut apud Lother. *ubi ſupra n.* 193. Paſſer. *de elect. capit. 19. num.* 19. Rot. *in Albaricen. Canonicatus* edita, me ſcribente, de qua infra *numer.* 125. Inferior vero non poteſt gratificare, ſed providere Jure devoluto, poſtquam lapſus fuerit terminus ad eligendum; Lother. *ubi ſupra numer.* 195. & Panorm. *in dicto cap. Eccleſia veſtra n. 13. in fine verſic. ſed ſi poteſtas eligendi*, Paſſerin. *ubi ſupra nu. 19. in fine*, & ſecundum prædicta intelligi debet Adden. ad Buratt. *dec. 809. n. 13. 14. 15.* qui opinionem Gloſſ. *in d. cap. Eccleſia veſtra* dicit, non eſſe tutam, non faciendo mentionem de Papa.

Ego tamen, ut meam aperiam difficultatem,
dicerem, quod, ubi numeris eſt par hinc inde, 36
& paria ſunt cetera, electio non eſt concluſa, & nullitas ejus non naſcitur tantum ex Concilio Lateranen. *in cap. quia propter*, ut conſiderarunt Joann. Andr. & Panormit. *ubi ſupra*, ſed ex Jure communi in genere, juxta quod in omnibus actibus Collegialibus requiritur major pars ad concludendum actum, Lother. *lib. 3. d. q. 17. num.* 172. Si igitur in aliis electionibus, ſecluſis circumſtantiis, *cap. quia propter*, ut in præſentatione Univerſitatis, adſit paritas numeri, & aliorum inter duos, non video, quomodo gratia Superioris, etiam Summi Pontificis, ſuffragari poſſit favore unius ex nominatis in diſcordia, durante termino ad præſentandum, quia per paritatem votorum, & meritorum nulla adhuc præexiſtit nominatio, ſeu præſentatio, & ſic non intrat gratificatio uti pro præſentato.

Diſtinguendi igitur ſunt infraſcripti caſus, quo-
rum primus eſt, ubi agitur de electione ad digni- 37
tates, ſeu Prælaturas, juxta terminos, in quibus loquuntur Canoniſtæ in *cap. Eccleſia veſtra 57. de election.* & quando electio non eſt concluſa per diviſionem Capituli in duas partes, & per paritatem omnium hinc inde, tunc ea debet iterari, & ſi iterum electores erunt pares in votis, & aliis, quamvis Gloſſ. Joan. Andr. & Panormit. *in dict. cap. Eccleſia veſtra* firmare videantur, poſſe Papam gratificare, cui vult, ſeu utri ex electis voluerit, etiam durante termino, & placuit etiam Lother. *dict. q. 17. num.* 193. & Tiraq. *de primogenit.*

Digitized by Google

*genit. quæſt.* 17. *opin.* 2. *num.* 7. & *opin.* 6. *num.* 10.
Franc. Marc. *dec.* 924. *num.* 5. Barboſ. *in d. capit.*
*Eccleſiæ veſtra num.* 8. ego non poſſum hanc opi-
nionem ſequi; quia, ſi nemo eſt electus, non in-
trat gratificatio favore unius ex eis oti electi, nec
minus eſt locus gratiæ pro tertio, quia durat ter-
minus, intra quem poſſunt electores concordare,
& ſic iſta collatio Papæ gratificatoria non poteſt
ſuſtineri ex capite diſcordiæ Capituli in eligendo,
licet male hoc firmet etiam in perſona Metropoli-
tani alia Gloſſ. *in Canon. obeuntibus in verb. nunc,*
*ergo quæritur diſtinct.* 63. & Tiraq. *de primogenit.*
*quæſt.* 17. *in princ. numer.* 18. ſed ſolum Jure præ-
ventionis, quod habet Papa in concurrendo cum
ordinariis collatoribus, intra terminum eis com-
petentem tanquam Epiſcopus univerſalis, & Ordi-
narius Ordinariorum, ad tradita per Lother. *libr.*
2. *quæſt.* 22. *numer.* 62. & *quæſt.* 23. *per tot.* quam
concluſionem etiam in dignitatibus electivis locum
habere dixit Rot. *deciſ.* 200. *n.* 8. *part.* 16. *recent.*
vel etiam jure devoluto, poſtquam Capitulum non
concordavit intra terminum ad eligendum datum,
& intravit devolutio ad Papam, ut dixit Adden.
ad Buratt. *deciſ.* 809. *num.* 15. ceterum ratio Joan.
Andr. & Panormit. quod Papa poſſit venire con-
tra formam Concilii Lateranen. *in capit. quia pro-*
*pter*, procederet, ubi electio eſſet concluſa, ſed
ſolum haberet nullitatem ex aliqua ſolemnitate ſta-
tuta in dicto Concilio, & non ſervata in electio-
ne; quando vero iſta non eſſet concluſa, non in-
traret iſta ratio, quia non datur præexiſtentia ele-
ctionis ſaltem naturalis, requiſitæ a Jure commu-
ni per majorem partem ſuffragiorum in omnibus
actibus Collegialibus, ut conſiderat Lother. *de re*
*benef. d. lib.* 3. *quæſt.* 17. *numer.* 179. & *ſeqq.* licet
poſtea Lother. iſta ratione non utatur admitten-
do, quod Papa poſſit gratificare in hoc caſu *num.*
193. ubi inquit, devolvi ſolidum Jus providendi
ad Papam, quando tamen iſta devolutio in Jure
ſcripta non reperitur, niſi poſt lapſum termini ad
eligendum, ut bene Adden. ad Buratt. *d. dec.* 809.
*num.* 15.

Minuſque procedit id, quod cenſuit Gloſſ. *in d.*
*cap. Eccleſia veſtra in verb. non conſenſeris*, nem-
38 pe, quod ſi denuo electores iterent electionem,
& iterum ſint pares in votis, priventur poteſtate
eligendi, ex quo juxta Concilium Lateranen. *in*
*dict. cap. quia propter* requiritur, quod eligant per
majorem partem, ut, reddendo rationem, inquit
Adden. ad Buratt. *dict. deciſ.* 809. *numer.* 14. 15.
quippe, durante termino ad eligendum, poſſunt
electores terque quaterque, & millies reiterare ſcru-
tinium, donec, & quouſque concordent, Paſſerin.
*de elect. capit.* 19. *numer.* 19. Gonzal. *in dict. cap.*
*Eccleſia veſtra* 57. *numer.* 5. *verſic. iterandum de*
*elect.* nec invenitur in Jure iſta pœna privationis
Juris eligendi, quando ſemel, atque iterum electo-
res fuerunt pares in votis, cum nunquam contra-
veniant alicui Juri, donec electio non ſit facta;
eſſe enim pares in votis, & non eligere, paria ſunt,
unde ſolum intrare poterit pœna ſtatuta in caſum
negligentiæ, & non factæ electionis intra termi-
num, quæ eſt devolutio, non autem pœna pri-
vationis, durante termino, cum poſſit intra illum
iterari, & reiterari ſcrutinium, donec ſequatur ele-
ctio per majorem partem, ut apud A Spirit. ſanct.
*in direct. regul. tract.* 5. *diſputat.* 2. *ſect.* 2. *nume-*
*ro* 41. & Paſſerin. & Gonzal. *ubi proxime*, & ſo-
39 lum, durante termino, poteſt adiri ſuperior, ut
eos compellat ad concordandum, & ſi non con-
cordaverint intra certum terminum ab eodem ſu-
periore præfixum, devolvatur electio ad ipſum, ut
docuit Gloſſ. communiter canonizata *in capit. pe-*
*nult. de reſcript. in* 6. *in verb. teneantur*, ibique
Archidiac. & Barboſ. *numer.* 9. Gonz. *in cap. final.*
*de ſortileg. num.* 8. & *alii* apud Sanchez *in præcept.*
*decalog. lib.* 2. *cap.* 38. *numer.* 74. Samuel. *de elect.*
*tract.* 1. *diſp.* 8. *contr.* 30. *num.* 19. A Spirit. ſanct.
*ubi ſupra num.* 44.

Alter caſus eſt in collatione, ubi exempli gra-
tia collatio eſt ſimultanea Epiſcopi, & Capituli, 40
& ſi iſti non concordent, ſed votum Epiſcopi ſit
pro una parte, Capituli vero pro alia, durante ter-
mino, tam Papa, quam Legatus Jure concurſus
poteſt prævenire conferendo, *Juxta prob.* ad Mo-
nac. *in rubr. de Jurepatronat. num.* 8. Rebuff. *con-*
*ſil.* 60. *num.* 16. Rot. *in Hiſpalen. portionis*, apud
Garz. *p.* 5. *cap.* 4. *num.* 38. 39. & 40. Gonzal. *Gloſſ.*
45. *numer.* 62. Lotter. *libr.* 2. *quæſt.* 21. *numer.* 41.
& *libr.* 2. *quæſt.* 23. *numer.* 4. & 5. abſque eo quod
Papa teneatur conferre uni ex nominatis ab Epi-
ſcopo, vel Capitulo in diſcordia, ſed poſſit con-
ferre tertio, ut in alia Hiſpalenſi relata per Garz.
*par.* 5. *cap.* 1. *numer.* 35. Gonzal. *dicta Gloſſ.* 45.
*ſub num.* 63. & *ſeqq.* ubi quod nec tenetur confer-
re uni ex nulliter nominatis ab Epiſcopo, vel Ca-
pitulo, nec gratificare digniori ex eiſdem nomina-
tis, licet ſecus ſit in pluribus præſentatis in diſcor-
dia patronorum; circa tamen gratificationem nomi- 41
nati ab Epiſcopo videndus eſt Hoſtienſis *in capit.*
*penult. de appell. in* 6. Frideric. de Senis *conſ.* 232.
*numer.* 2. *verſic. deinde* Hoſtien. Adden. Ad Panor-
mit. *in cap. cum Eccleſia Vulterana in verb. neutra*
*liter. C. de elect.* qui dicunt, Epiſcopi vocem eſſe
pinguiorem voce Capituli, & præferendum nomi-
natum ab eo per Superiorem, qui poteſt gratifica-
re, quod utinam ſervaretur in praxi, non coge-
rentur forſan Epiſcopi dependere ab eorum Capitu-
lis, ut iſta conſervent grata, & benevola ad effe-
ctum reportandi conſenſum majoris partis Capitu-
larium in collatione Beneficiorum perſonis, ſibi be-
nevifis, & digniſſimis, quod eſt grande frænum
Prælatorum in exercenda juſtitia & Juribus Eccleſiæ
tuendis; intelligo tamen de gratificatione, ſtante pa-
ritate qualitatum, & meritorum inter duos nomi-
natos; nam alias ſi nominatus a Capitulo prӕpon-
deraret in qualitatibus, & meritis, gratificatio con-
cedenda non foret nominato ab Epiſcopo, ſed Pa-
pa conferre poſſet cui vellet etiam tertio, vel Jure
præventionis intra terminum, vel Jure devoluto
per lapſum illius, & vide etiam in ſimili, quæ
ſcribit Oliva *de foro Eccleſiaſt. part.* 3. *quæſt.* 19.
*num.* 9.

Tertius caſus eſt in præſentatione, & ſi hæc
pertinet ad patronos ſingulares utique in diſcor-
dia erit locus gratificationi, & tenebitur Papa uni
ex præſentatis conferre, ut in dicta *Hiſpalenſ.*
apud Garz. *parte* 5. *cap.* 1. *numer.* 35. *verſic. quia*
*quidquid*, quia voces ſunt pares, & in paritate
vocum eſt locus gratificationi; ſed ſi præſentatio
ſpectet ad Collegium, ſeu Univerſitatem, quæ eſt 42
una vox individua, ſi ſcindatur in duas partes
æquales, electio non poteſt dici concluſa, nec fa-
cta ulla præſentatio, Rot. *dict. dec.* 148. *la ſecon-*
*da numer.* 10. *penes* Vivian. *de Jurepatron.* & con-
ſequenter, durante termino ad præſentandum, non
poteſt ſuſtineri collatio Apoſtolica favore alicujus,
vel præſentati in diſcordia, vel etiam tertii, eo
quia conferendo uni ex præſentatis, eſſet confer-
re non præſentato, & ſine præſentatione præce-
denti; conferendo autem tertio, eſſet præjudicare
patrono, qui intra terminum poteſt concordare
in præſentando; bene verum eſt quod Papa poſſet
libere conferre, durante termino, & collatio pen- 43
deret ab eventu, ſcilicet a voluntate vocalium,
qui ſi concordarent in eligendo, vel reclamarent
adverſus proviſionem Apoſtolicam de libero, iſta
non valeret ex deciſis, Me ſcribente *in Urbanien.*
*Canonicatus* 23. *Januarii* 1697. coram Rev. P. D.
Olmo, & 20. *Junii* 1698. coram Rev. P. D. Pio,
de quibus infra *numer.* 81. & *ſeqq.* ſed in hoc Pa-
pa nihil plus prærogativæ, & ſpecialitatis haberet,
quam alius ſuperior, quia etiam talis facultas li-
bere conferendi beneficia de Jurepatronatus compe-
tit Epiſcopo, *ut dictis deciſionibus Urbanien. Cano-*
*nicatus.*

Durante igitur termino ad præſentandum, &
ſtante diſcordia Collegii in duas partes diviſi, in-
trare non videtur collatio Apoſtolica per viam
gratificationis ( loquor de propria, non autem

impro-

improprìa ex ſupra explicatis *ſub numer.* 34. ) mul-
toque minus iterare poterit, & ſuffragari gratia
44 Apoſtolica cum derogatione medietatis vocum pra-
cticari ſolita in præſentatis per medietatem patro-
norum, quippe in hujuſmodi caſu perinde eſt,
ac ſi præſentatus per medietatem Collegii ab eo-
dem non fuiſſet præſentatus, cum medietas non
inducat conſenſum Collegii, ſeu unius corporis fi-
cti; neque proinde derogatio pro medietate appli-
cari poteſt ad medietatem vocum eorum, qui
præſentant Jure univerſali, & per modum unius,
ut firmavit Rot. *in Firmana Beneficii* 12. *Maii*
1595. coram Blanchetto apud Garz. *de benef. par-*
*te* 10. *cap.* 3. *devolut. nu.* 13. ibi – *nec etiam juva-*
*ri poteſt derogatione pro medietate, quia talis de-*
*rogatio non poteſt applicari Juriſpatronatus Univer-*
*ſitatis, quæ unum tantum corpus conſtituit, licet ſe-*
*cus eſſet dicendum, ſi ad ſingulos pertineret* – Man-
doſ. *conſil.* 7. *numer.* 16. Pariſ. *de reſignat. libr.* 2.
*quæſt.* 4. *numer.* 55. Vivian. *de Jurepatron. part.* 3.
*lib.* 14. *cap.* 2. *numer.* 20. Roſa *de execut. lit. Apo-*
*ſtolic. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 133. idem Mandoſ. *de ſi-*
*gnat. grat. tit. de derogatione Juriſpatronatus ver-*
*ſic. quando eſt Juſpatronatus unius tantum, & bo-*
*næ* Rot. *deciſ.* 148. *in ſecunda n.* 10. poſt Vivian.
*de Jurepatr.*

Neque adverſatur opinio Garz. *de benef. par.* 5.
*cap.* 1. *numer.* 587. ubi videtur tenere contrarium,
45 dicendo, quod cum unus patronus poſſit præſen-
tare plures cumulative, juxta *dictam Clement. plu-*
*res* præſentatio in uno conſiſtens non poteſt dici
quid indiviſibile, & conſequenter derogatio pro
medietate poſſet ſuffragari in iſto caſu; quoniam
id minime applicatur ad caſum Univerſitatis uni-
cæ patronæ, quæ, ubi poſſit plures cumulative
præſentare, neceſſarium eſt ſupponere, quod ma-
jor ejus pars præſentet, non ſi medietas, ut eſt
quæſtio præſens, ita ut non ſit applicabilis caſus
patroni particularis plures præſentantis, quia iſte
dat ſuum conſenſum utrique totaliter; non ſic
Univerſitas, ſi major pars non concurrat, ſed
ſcindatur in duas medietates, quarum neutra re-
præſentat Univerſitatem, & neutra proinde con-
ſtituit conſenſum illius, ut bene Rot. *in Firmana*
*beneficii* apud Garz. *p.* 10. *cap.* 3. *num.* 13. *verſicul.*
*quia in hoc caſu medietas ſuffragiorum*, Rot. *d. dec.*
148. *n.* 10. *penes* Vivian. *ubi ſupra*.

Ulterius etiam in caſu patroni plures cumulati-
ve præſentantis, juxta *Clement. plures §. final. de*
46 *Jurepatr.* non video, quo fundamento applicari poſ-
ſit derogatio pro medietate, quia unus ex præſen-
tatis poteſt quidem petere gratificationem, non au-
tem derogationem, quæ duo ſunt diverſa, ut no-
tat Amayden. *de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 15. *§.* 15.
*num.* 41. Roſa *de execut. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 130.
qui dicunt, practicos ſolicitatores timentes pari-
tatem datæ, quando poteſt prævideri gratia cum
derogatione hinc inde per unum, & alterum præ-
ſentatum pro medietate, eſſe ſolitos ponere ad
partes clauſulam gratificationis, ut in pari data
præferatur habens gratificationem non gratificato;
neque enim agnoſco quomodo Garz. adaptare poſ-
ſit derogationem huic caſui, ubi agitur de unico
patrono præſentante, qui cum duos præſentaverit
cum toto conſenſu, accipere derogationem pro me-
dietate, eſſet derogare in totum conſenſui dato pro
alio præſentato, quod repugnat derogationi pro
medietate, ut obſervat Berouſ. *in cap.* 1. *de Jure-*
*patronat. numer.* 88. *verſic. ſecundo ſi hujuſmodi de-*
*rogatio*, Rot. *in Firmana beneficii* apud Garz. *p.* 5.
*cap.* 1. *num.* 588. neque enim alter ex præſentatis
dici poteſt habere medietatem conſenſus, & vo-
cis, quæ ſcindi nequit uti individua, reſpectu uni-
ci patroni, ſed ambo habent totalitatem vocis,
& conſenſus; quia cumulative præſentatus dicitur
habere præſentationem totius vocis, & totius pa-
troni, ſicut cumulative præſentatus dicitur totali-
ter conſentire, & non pro medietate ſuæ vocis,
ita dimidiando ſeipſum, quod eſt ineptum, ne-
que conſideratum per Garz. qui infeliciter impu-
gnavit opinionem Mandoſii, necnon idealiter in-
terpretatus eſt Rotam *in dicta Firmana beneficii*,
coram Blanchet. ſupponendo, quod ibi unus tan-
tum eſſet præſentatus ab Univerſitate, cum alter
præſentatus eſſet per minorem partem, & perinde
habeatur, ac ſi non eſſet, ut dicit *par.* 5. *capit.*
1. *numer.* 587. quando tamen Sac. Rot. neque per
ſomnium habuit in mente talem conſiderationem,
dum ſolum, & ſimpliciter voluit declarare, quod
derogatio pro medietate non applicatur ad Juſpa-
tronatus Univerſitatis dicendo ibi, *quæ unum tan-*
*tum corpus conſtituit, licet ſecus eſſet dicendum, ſi*
*ad ſingulos pertineret* – Et ecce quod clare expreſ-
ſit, derogationem eſſe inapplicabilem reſpectu unius
patroni, prout eſt univerſitas, quæ fungitur vice
unius, cum conſenſus unius ſit quid indiviſibile,
quod non bene percepit Garzias & egregie *d. dec.*
*in Firmana beneficii* explicat Rot. *deciſ.* 148. *in* 2.
*n.* 10. penes Vivian.

Quæro hinc, an patroni præſentantes infra ter-
minum Juris ignoranter inhabilem, ſeu non ido- 47
neum, eo rejecto per Ordinarium habeant novum
terminum ad præſentandum a die rejectionis; &
declarationis inhabilitatis, ſeu potius valeant repræ-
ſentare, durante eodem primo termino, alias, eo
elapſo, nequeat eorum præſentatio ſuſtineri; Ha-
bui hunc articulum in cauſa *Tudertina Juriſpatro-*
*natus in* Rota coram bon. memor. Emerix *de an-*
*no* 1695. Ubi, licet ego ſuſtinerem, patronos gau-
dere debere novo termino a die, quo Lelius præ-
ſentatus renunciaverat ſuæ præſentationi ob repro-
bationem paſſum ab examinatoribus Urbis, tamen
S. Rot. tenuit oppoſitum, ut in *dec. de qua infra*
*n.* 58. *& ſeqq.*

Dura tamen, & multum aſpera mihi viſa fuit
hæc opinio, quamvis ultra allegatos in *deciſione*,
eam teneat Barboſ. *in cap. cum vos de Offic. ordin.*
*num.* 2. *& de poteſt. Epiſc. alleg.* 72. *num.* 10. quia
diſpoſitio Tex. *in d. cap. cum vos de officio ordin.*
in qua fundantur contrariæ auctoritates, nullate-
nus fundare videtur hujuſmodi concluſionem, ſed
potius contrarium; ubi enim ſtatuitur, quando per-
ſonæ minus idoneæ præſentantur, quas non pot-
eſt Epiſcopus de Jure inſtituere, tunc iſte debeat
ponere Oeconomum, & ſic Epiſcopus non debet
providere de Rectore vero, ſeu in titulum, &
ideo Textus relinquit patronis præſentationem al-
terius idonei infra alium terminum peragendam;
Haud obſtante, quod Textus intelligi debeant,
durante primo quadrimeſtri, cum hoc non dica-
tur ibidem, ſed ſine ulla temporis præfinitione diſ-
ponatur de appoſitione Oeconomi in caſu inha-
bilitatis præſentati, neque hanc appoſitionem re-
ſtringat, durante primo quadrimeſtre, nec proin-
de poſſit fieri reſtrictio talis, niſi quando præſen-
tatio eſſet facta ſcienter de non idoneo, ſecus ſi 49
ignoranter; & ratio diſtinctionis eſt, quia ubi
præſentatio inhabilis facta fuit ſcienter, patronus
habet, quod ſibi imputet, ſi perſeverat in ea to-
to tempore quadrimeſtris, cum paria ſint, nemi-
nem præſentare, ac præſentare inhabilem, ſeu
non idoneum; ſecus autem quando ignorat inha-
bilitatem ſui præſentati; tunc enim cum patronus
ſit in bona fide, quod ſua præſentatio ſit valida,
quodque conſervaverit Jus ſuum per illam, pro-
inde ſibi imputari non poteſt aliqua negligentia
in præſentando, niſi a die detectæ inhabilitatis
præſentati, a quo incipit ſibi currere novus ter-
minus, ut firmat Joan. Andr. relatus a Panormit.
*in d. cap. cum vos de offic. ordin. numer.* 5. – ibi
– *ſi patronus Eccleſiaſticus ignoranter præſentaverit*
*indignum, non poteſt variare uſque ad caſſationem,*
*& poſt caſſationem habet tempus integrum ad præ-*
*ſentandum*. – & firmat Vivian. *de Jurepatron. lib.*
7. *cap.* 4. *num.* 32. Si hoc procedit in patrono Ec-
cleſiaſtico, ut poſt caſſationem præſentationis de
indigno factæ ignoranter habeat tempus integrum
ad præſentandum, multo fortius procedere debet
in laico, & in terminis præciſis, firmavit Rota
coram Priol. *dec.* 91. *num.* 1. *verſic. præſentatio fa-*
*cta in*

Digitized by Google

*cta in tempore nondum elapſo quadrimeſtre a die*
*nova vacationis &c.* quæ non meretur cenſuram
in contraria *deciſione Tudertina* allatam, & facit
Vivian. *de Jurepatron. lib. 5. cap. 2. n. 27. verſicul.*
*idem ſi præſentatio*; Et eſt optimus Text. *in cap. ſi*
*electio de electione in 6.* ubi, quod ſi propter oc-
cultum vitium electi electio irritatur, habent ele-
ctores novum terminum a die irritationis, quem
textum procedere etiam in præſentatione ſupponunt
doctores & in ſimili concordat Lother. *de benef.*
*lib. 2. q. 24. n. 27.*

Neque adverſatur Lambertin. *p. 1. lib. 2. quæſt.*
*10. art. 4. n. 18. & 19.* ipſe enim fundatur in eo,
quod ignorantia inhabilitatis præſentati in patro-
50 no nihil operetur ea ratione ibi — *quia quadrime-*
*ſtre currit patronis laicis etiam ignorantibus, &*
*impeditis, & ideo ignorantia delicti, ſeu criminis*
*præſentati non eſt in conſideratione* — ſed hæc ra-
tio non eſt vera in Jure, quia quadrimeſtre cur-
rit a die ſcientiæ, ita ut non currat patrono igno-
ranti, & impedito, juxta opinionem modernam,
de qua apud Lother. *lib. 2. quæſt. 6. numer.* 23. &
diſtinguendo opinionem antiquam, & recentem
Vivian. *de Jurepatron. lib. 7. cap. 3. numer. 1. 7. &*
*ſeqq.*

Minuſque adverſatur idem Lambertin. *part. 2.*
*lib. 3. quæſt. 1. art. 18.* quem ſequitur Vivian. *lib.*
*7. cap. 4. num. 32.* ubi diſtinguit inter patronum
Eccleſiaſticum, ut poſſit alium præſentare, haben-
51 do novum terminum a die, quo repulſus fuit in-
dignus primo præſentatus ob crimen, ſeu vitium
occultum, ex text. *in cap. ſi electio de elect. in 6.*
& inter patronum laicum, ut poſſit iterum præ-
ſentare alium, durante ſolum quadrimeſtre, non
autem eo elapſo, & quod ratio differentiæ eſt,
quod Eccleſiaſtico nihil imputari poteſt, quia,
durante quadrimeſtre, variare non poteſt, ſecus
in laico, qui poteſt variare in termino quadrime-
ſtris, ut ait Vivian. *ibi ſupra*, quoniam ſemper
hujuſmodi ratio petit illud principium, quod lai-
cus ſciat, ſe debere præſentare de novo ob inha-
bilitatem, & vitium prioris præſentati, cujus ſcien-
tia non præſuppoſita non poteſt intrare differentia,
immo ſubintrat identitas rationis; dum, ſicut per-
mittitur Eccleſiaſtico novus terminus, eo quia im-
peditur a Jure variare in termino priore; ita per-
mitti debet laico; eo quia impeditur ex ignorantia
inhabilitatis ſui præſentati variare in primo quadri-
meſtri, putando ſe jam bene præſentaſſe, nec re-
quiri novam præſentationem.

Ulterius ego percipere non poſſum, quomodo
Eccleſiaſticos nequeat variare in hoc caſu, duran-
52 te primo ſemeſtri; nam ſi paria ſunt, neminem
præſentare, ac præſentare inhabilem *cap. 2. de tranſ-*
*lat. Epiſc. & cap. tua de Cleric. nonreſid.* Panor-
mit. *in d. cap. cum vos numer. 5. verſic. quia paria*
*ſunt*, ecce quod poterit alium præſentare præcaven-
do ſibi in caſum inhabilitatis primi præſentati, cum
tali caſu non videatur eſſe variatio, ſed potius uni-
ca præſentatio, dum prima tanquam nulla reputa-
tur, ac ſi non eſſet in rerum natura, Vivian. *par.*
*2. lib. 10. cap. 1. num. 16. & ſeqq.* Lambert. *de Ju-*
*repatron. par. 2. lib. 2. quæſt. 7. art. 3. ante num. 1.*
*verſ. igitur ſi præſentabit*, Gloſſ. *in capit. final. de*
*Jurepatron. in verb. ex vi, & in cap. cum laici eod.*
*titul. in verb. quæ nulla eſt*; proindeque ſi Eccleſia-
ſtico conceditur novus terminus a die caſſationis
ſuæ præſentationis factæ de indigno ignoranter,
quare & multo magis concedi non debet laico,
cui Sacri Canones, & Summi Pontifices in hac
materia magis indulgent? Ideoque ſemper verum
eſt patrono ignoranti inhabilitatem, & vitium ſui
præſentati non currere tempus, ſed hoc incipere
de novo a die detectæ inhabilitatis, ut in *dict. cap.*
*ſi electio de election. in 6.* & id probat ipſemet Lam-
bertin. *dict. artic. 18. num. 2. verſic. intellige iſta*
*l. 2. q. 1.*

Et hanc opinionem ego puto humaniorem, &
magis tenendam in praxi, ne alias laici retrahan-
53 tur a fundationibus Eccleſiarum, & Beneficiorum,
ſi ita ſtricte, & tanto rigore contra eos procede-
retur, ut notat Vivian. *lib. 7. capit. 2. numer. 12.*
itaut Doctores volentes, perſonam laicalem debere
præſentare de novo infra eundem terminum, ſint
intelligendi, quando præſentarunt inhabilem, ſeu
non idoneum ſcienter, non ſi ignoranter.

Non omitto dictum Bald. *in dict. cap. cum vos*
*num. 7. de Offic. ordin.* dicentis, quod præſentans 54
indignum præſumitur cum præſentare ſcienter, &
ſequitur Fagnan. *ibi num. 47.* Lambert. *dicta parte*
*1. lib. 2. quæſt. 10. artic. 4. numer. 14.* Rocch. de
Curte *in verb. honorificum n. 17.* & Bald. *in mar-*
*garit. ad Innocentium*, ubi quod electores præſu-
muntur ſcire qualitates electi, ſed hoc procedere
forſan poteſt circa notorias, & apparentes, non
vero circa occultas qualitates, alias propoſitio ge-
neraliter concepta circa præſumptionem, quod
quis ſcienter præſentet indignum, eſſet falſa, & fa-
cit Cardin. de Luc. *de Jurepatr. diſc. 43. num. 11.*
& ſequeretur, quod diſtinctio illa communis Do-
ctorum, qui quærunt in hoc puncto, an quis
præſentaverit indignum ſcienter, vel ignoranter,
ut plenæ ſunt paginæ, remaneret quaſi fruſtrato-
ria, & inanis, ſi præſumptio ſemper eſſet pro
ſcientia indigni, maxime ſi *indigni* vocabulum la-
te accipiatur, etiam pro non idoneo ſicut rejecta
diſtinctione Lambert. inter indignum, & non ido-
neum tenet Fagnan. *in d. cap. cum vos num. 56. de*
*offic. ordinar.*

In eadem cauſa *Tudertina Parochialis* diſputavi
alium quoque articulum. Cum enim DD. de
Maſſeis Patroni Parochialis præſentaſſent certum
Presbyterum; per contrarium vero quidam Pal-
muccius obtinuiſſet eam a Sede Apoſtolica cum
derogatione Juriſpatronatus in totum attenta lite in-
ter promotorem fiſcalem, & patronos pendente
in Rota ante ſecutam vacationem Beneficii, ego
dicebam, quod hujuſmodi literæ non eſſent exe-
quendæ, licet haberent derogationem Juriſpatro-
natus in totum, eo quia cum patroni ante mo-
tam litem eſſent in quaſi poſſeſſione præſentandi,
in qua continuaverant etiam poſt motam litem,
conſequenter patroni, lite pendente, non erant
prohibiti continuare in eorum quaſi poſſeſſione
præſentandi, cum hujuſmodi lis non redderet Be-
neficium litigioſum, nec impediret continuationem
poſſeſſionis tanquam vertens inter fiſcalem, & pa-
tronos, illum contendentem pro libertate, hos ve-
ro pro ſervitute patronali Beneficii, ut in ſpecie,
quod non attendatur in hoc caſu gratia cum de- 55
rogatione Juriſpatronatus, firmant Lancellot. *de at-*
*tent. lite pendent. par. 2. cap. 4. in præfat. numer.*
*510. & ſeq.* Lother. *de re benef. libr. 2. quæſt. 40.*
*numer. 5.* Rot. *deciſ. 437. per tot. part. 1. recent.*
Rembold. *deciſ. 595. numer. 25.* Buratt. *dec. 591.*
*numer. 12. & 13.* Othobon. *deciſ. 263. num. 13.*
*& ſeqq.*

Haud negabam tamen, quod pro executione
gratiæ Apoſtolicæ in hoc caſu ſufficeret verifica-
re litem eo modo, quo fuit Papæ narrata, nem- 56
pe inter Epiſcopum, & patronos, & conſequen-
ter conſtare de voluntate Papæ faciendi gratiam,
attenta lite, etiamſi non penderet ſuper titulo Be-
neficii, juxta authoritates in contraria deciſione,
de qua infra, adductas *numer. 6.* verum reſponde-
bam, hoc non poſſe intrare in caſu, de quo erat
quæſtio, ubi conſtabat in facto, patronos jam fe-
ciſſe ſuam præſentationem de tempore gratiæ Apo-
ſtolicæ; hoc enim caſu, attenta clauſula in literis
Apoſtolicis appoſita, *dummodo non ſit alteri Jus*
*quæſitum*, quæ ceteroquin etiam omiſſa regulariter
ſubintelligitur, dicebam, gratiam non ſuffragari,
eo quia clauſula præfata cenſetur præſervare præ-
ſentationem jam factam per patronos, Lother. *de*
*re benef. lib. 2. q. 20. num. 53.* Othobon. *dec. 120.*
*nu. 9.* Seraph. *dec. 1263. in fine & in rec. dec. 52.*
*num. 3. p. 2. & dec. 97. per tot. p. 3.* & in termi-
nis præciſis ita concludit Rot. *in allegata dec. 263.*
*n. 18. & ſeqq.* cor. Othobon.

Quod autem Patroni eſſent in quaſi poſſeſſione
præ-

Digitized by Google

præſentandi ante motam litem, remanebat pro-
batum in facto & deducebatur etiam ex *deciſione*
737. *numer.* 16. *verſic. quibus* coram Manzanedo
edita in hanc Cauſa in lite pendente inter patro-
nos, & Epiſcopum, non obſtante quod concur-
rerent aliquæ proviſiones Apoſtolicæ, quas ego
dicebam, non mutare ſtatum Beneficii, & præci-
pue, quando habebant in ventre præſentativam
conſenſus patronorum, quo caſu Juſpatronatus re-
57 manet potius confirmatum, & bene obſervat *di-*
*cta deciſio* 737. *numer.* 17. & 18. Cor. Manzan.
Achil. *dec. ultima de Jurepatr.* & *dec.* 545. *num.*
3. *part.* 1. *diverſ.* & coram *Othoban. dec.* 227. *nu-*
*mer.* 24.

Sed his non obſtantibus, Sac. Rota reſolvit pro
executione literarum, dicendo, quod præſenta-
tio DD. de Maſſeis non dabat aliquod Jus vali-
dum, quia non conſtabat de eorum Jurepatrona-
tus, dum ejus cognitio erat expreſſe reſervata in
dicta *dec.* 737. *in fine* cor. Manzan, ac etiam, quia
facta erat extra quadimeſtre, & tamen utrunque
motivum mihi viſum fuit inſubſiſtens. Tum pri-
mum, quia licet in lite eſſet proprietas patrona-
lis, tamen ſufficiebat, quod aſſerti patroni repe-
rirentur in quaſi poſſeſſione præſentandi, quæ dat
Jus validum, ut apud Roſ. *de execut. liter. Apo-*
*ſtolic. part.* 1. *capit.* 5. *num.* 131. dum lite penden-
te ſuper proprietate patroni non prohibentur con-
tinuare in ſua quaſi poſſeſſione, juxta ſuperius di-
cta ſub *numer.* 54. *verſic. ego dicebam*. Tum et-
iam alterum, dum patronis competebat novus ter-
minus a die renunciationis, & detectæ inhabili-
tatis præſentati, juxta ſuperius firmata. Sed Cau-
ſa non fuit ulterius diſcuſſa, quia concordia illi
finem dedit.

Reverendiſſimo Domino

EMERIX DECANO

*Tudertina Parochialis Ven.* 22.
*Aprilis* 1695.

58 REſponſum fuit, literas Apoſtolicas a Joanne
Antonio obtentas de Parochiali Eccleſia, ſub
Titulo San. Laurentii Tudertin, eſſe exequendas.
Et Joſephum ad eandem Eccleſiam præſentatum
ab illis de Maſſeis, & Alvis, non eſſe inſtituen-
dum.

Fundamentum reſolutionis quoad primam fuit,
quod literæ in omnibus verificatæ fuerunt. Item
lis inter Epiſcopum, & patronos, qua ſtante,
Papa motus fuit ad derogandum Juripatronotus,
ſatis juſtificata remanet ex deciſione emanata in
hoc noſtro Auditorio, uſque ab anno 1623. co-
ram bonæ memoriæ Manzanedo inter ſuas la
737. quæ lis non ſolum non docetur terminata
per ſententiam, aut per rem judicatam; verum
etiam illam adhuc exiſtere faſſi fuerunt ipſimet
patroni, & præſentatus ab eis, expediendo co-
ram me contra promotorem fiſcalem citationem
cum inhibitione, vigore dictæ litis pendentiæ.
Valor vero Parochiæ, Clericatus, & idoneitas
Joannis Antonii a Joſepho non impugnantur, &
59 reſultant ex ipſis literis in forma gratioſa expe-
ditis; unde literæ tanquam juſtificatæ ſunt exe-
quendæ *capit. ſi capitulo*, *ubi* Gloſſ. *in verb. exe-*
*quatur de conceſſ. Praben.* Rota *in Oſcen. Benefi-*
*cii.* 21. *Junii* 1694. §. *viſæ enim*, coram R. P. D.
Scotto.

Non obſtat, quod lis acta fuerit inter Epiſco-
pum, & patronos, & ſic non reddat Beneficium
litigioſum, ſignanter ad effectum inducendi reſer-
vationem vigore *cap. primi* & 2. *ut liter. penden.*
60 *in* 6. Quoniam (quidquid ſit de hoc) difficul-
tas ceſſat in præſenti, quo lis ſpecifice narrata
fuit inter Epiſcopum, & patronos, & ex ea Pa-
pa motus fuit ad conferendum, atque integre de-
rogandum Juripatronatus. Sufficit enim pro exe-
cutione gratiæ, verificare litem eo modo, quo
fuit Papæ narrata, Roſ. *de execut. liter. Apoſt. cap.*
16. *num.* 225. *fol.* 411. Rota coram Dunoz. Jun.
*dec.* 666. *n.* 5.

Nec relevat clauſula in literis appoſita, *dum-*
*modo de tempore data præſentium non fuerit alteri*
*Jus quæſitum*, qua præſervatum dicitur Jus Joſe-
phi jam præſentati ante literarum expedictionem.
Quoniam illa præſervat tantum Jus validum, & 61
radicatum, non autem Jus invalidum, & non
radicatum, Card. de Luca *de benef. diſc.* 54. *nu-*
*mer.* 3. *cum ſeq.* Rota *deciſ.* 280. *numer. primo* &
2. & *deciſ.* 333. *numer.* 7. coram Cavaler. cujuſ-
modi eſt illud Joſephi; tum quia fundatur in præ-
ſentatione facta ab illis de Maſſeis, & Alvis, de
quorum Jurepatronatus non conſtat, imo expreſ-
ſe reſervata legitur ejus cognitio in *d. dec.* 737.
*in fine* coram Manzanedo; tum etiam, quia il-
lius præſentatio fuit facta poſt lapſum quadrime-
ſtre de jure conceſſum patronis laicis ad præſen-
tandum, *cap. Quoniam* & *cap. cum propter de jure-*
*patronatus*, Vivian. *de jurepatronatus lib.* 7. *cap.* 7.
*n.* 10. *cum ſeqq.*

Non obſtante replicatione, quod præſentatio
ſuſtineatur in vim juris variandi, quod competit
laicis patronis, maxime quia ſubrogata fuit in lo-
cum præcedentis præſentationis factæ de Lelio,
& ab eo renunciatæ ob reprobationem paſſam in
examine, cui ſe ſubjecit in Urbe, ut dixit Rota
coram Priolo *deciſ.* 91. *numer. primo* & 4. Quo- 62
niam Jus variandi patronis laicis competit dun-
taxat intra quadrimeſtre, quod habent ad præſen-
tandum, non autem eo elapſo quantuncunque non
idoneum præſentaverit bona fide, ut firmant com-
muniter ſcribentes *in capit. cum Vos de offic. or-*
*din.* & *ſignanter* Abb. & Fagnan. Lambertin. *de*
*Jurepatronatus par.* 2. *lib.* 2. *quæſt.* 3. *artic.* 8. *nu-*
*mer.* 11. *verſic. concluſimus fol. mihi* 77. & *part.*
1. *lib.* 2. *quæſt.* 10. *art.* 4. *numer.* 18. *fol.* 668. &
*lib.* 2. *part.* 2. *quæſt.* 3. *art.* 7. *num.* 8. *fol.* 770. Vi-
vian. *eod. tract. lib.* 6. *capit.* 7. *numer.* 68. & *ſeqq.*
& *lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 32. & Amayd. *de ſtylo Dat.*
*lib.* 1. *cap.* 15. §. 15. *numer.* 21. Rota coram Cer-
ro *deciſ.* 808. *numer.* 9. in nihilo ſuffragante alle-
gata deciſione coram Priolo; Quoniam, ultra
quod illa emanavit unica parte informante, ex
ipſius lectura agnoſci non poteſt, utrum renun- 63
ciatio Rectoriæ facta a Julio de Amatottis ob e-
jus incapacitatem, qua ſtante, Communitas de
Granagliono ad illam præſentavit Marcum Anto-
nium, evenerit intra primum quadrimeſtre a die
vacationis, vel illo elapſo; Et ulterius occurrit
diverſa facti ſeries; nam in illo caſu dicta Com-
munitas, ad quam ſpectabat Juſpatronatus, recla-
mavit coram Vicario Bononiæ a præſentationi-
bus antecedenter factis per nonnullos ex homini-
bus dictæ Communitatis; unde Vicarius eis aſſi-
gnavit terminum 15. dierum ad præſentandum,
intra quod deventt ad præſentationem, ut ex le-
ctura.

Ex hactenus deductis colligitur fundamentum
pro reſolutione ſecundæ partis, nempe, Joſephum
præſentatum a Maſſeis, & Alvis non eſſe inſti- 64
tuendum, quia pertinentia Juriſpatronatus favore
illorum non eſt clara, & ſuper ea adhuc pendet
indeciſa lis; idcirco ejus præſentatio, tanquam
dependens a dicta pertinentia, altiorem indagi-
nem requirente, non eſt ſufficiens ad retardan-
dam executionem literarum Apoſtolicarum, Rota
coram Burat. *dec.* 805. *n.* 10. coram ſan. mem. Al-
lex. VIII. *dec.* 165. *n.* 25. coram Priolo *dec.* 385.
*n.* 1. & *in rec. dec.* 80. *n.* 20. *par.* 11.

*Et ita utraque Parte &c.*

QUæro ulterius de hoc caſu. Patronus laicus
donavit Jus præſentandi alteri, puta *Ti-*
*tio*, poſt donationem apparet eundem patronum
donantem præſentandi in aliqua vacatione, & 65
vult continuare Jus preſentandi. Per contrarium
ſe opponit donatarius, & allegat ſe duntaxat

habere Jus præſentandi vigore donationis, utrum
ſit admittenda præſentatio donantis? Videtur ne-
gative reſpondendum, quippe per donationem
translatum fuit omne Jus in donatarium *leg. ſi
quis argentum* §. *fin. Cod. de donat.* nec cenſetur
aliquid remanſiſſe penes donantem, niſi ſibi ſpe-
cialiter reſervaverit; unde nec dici poſſe videtur,
patronum donantem habere Jus ſaltem cumulati-
ve præſentandi, *capit. quia circa de privileg.* ubi
Gloſſ. *in verb. indefinite d. l. ſi quis argentum* §. *fi-
nal. verſic. cum enim*, Rot. *in Urbanien. Canonica-
tus* 23. *Januarii* 1697. §. *potiſſimum*, coram R. P.
D. Olmo.

Contrariam opinionem, quod nempe, ubi pa-
tronus donat Jus præſentandi, intelligatur donaſſe
accumulative, non autem privative, ex Dec. *conſ.*
542. *per tot.* firmavit Gonzal. *ad Regul.* 8. *Cancell.*
§. 2. *proœmial. num.* 32. Rot. *in Cremonen. Juriſpa-
tronatus* 21. *Maii* 1577. coram Robuſterio apud
Vivian. *lib.* 4. *cap.* 2. *ſub num.* 13. *verſ. ultimo*, *ſi
in dubio repetita in p.* 1. *diverſ. deciſ.* 385. *num.* 8.
quam concluſionem cum ego olim ignorarem in
quadam Cauſa Juriſpatronatus, quam defendebam,
ubi poſt donationem Juris præſentandi apparebat
donantem, ejuſque hæredes præſentaſſe, recurre-
bam ad alia motiva, nempe nullitatis donationis
ob conſenſum præſtitum per Vicarium, Bich. *dec.*
277. *n.* 3. necnon ſaltem ineffectuationis, attenta
obſervantia in contrarium; quando tamen me ex-
pedire poteram cum prævallegata concluſione, jux-
ta quam ex donatione Juris præſentandi non ex-
cludebatur patronus, quominus cumulative præ-
ſentare valeret.

Iſta concluſio procedit in donatione Juris præ-
ſentandi, non autem Juriſpatronatus (quod di-
66 ctum ſit pro tyronibus) quia Juſpatronatus eſt
cauſa univerſalis multorum fructuum, & Jurium,
quorum unum eſt Jus præſentandi; ideoque ſi
quis donaret Juſpatronatus, cenſeretur excluſus in
totum; unde attendendus eſt tenor donationis, an
importet ſolum Jus præſentandi, vel etiam univer-
ſum Juſpatronatus obſervando principaliter inten-
tionem donantis; quia poteſt eſſe, quod donetur
Jus præſentandi duntaxat in principali diſpoſitiva,
& poſtea in aliis partibus inſtrumenti confunda-
tur & promiſcue nominetur etiam Juſpatronatus,
cujus mentio propterea non obeſſet, neque exten-
deret diſpoſitivam, ſed eſſet ejus ſignificatus acci-
piendus pro ſimplici Jure præſentandi, ut obſer-
vat Dec. *in allegato conſil.* 542. *num.* 7. *verſic. &
non obſtat quod in donatarium*, & eſt originalis tra-
ditio Geminian. *in capit. final.* §. 1. *in fine de uſur.
in* 6. quem refert & ſequitur Felin. *in cap. cum ve-
nerabilis n.* 3. *verſ. & adde* Gloſſam *de exceptioni-
bus*. In dubio autem, ubi verba donationis pa-
terentur ambiguitatem, an includerent necne et-
iam Juſpatronatus obſervantia ſubſecuta eſſet pro-
ba, & fidelis interpres; nam ſi patronus donator
præſentaſſet aliquando poſt donationem, & Jura
honorifica exercuiſſet, eſſet ſignum, quod iſta
non comprehenderet Juſpatronatus; ſecus ſi nun-
quam donator, aut ejus hæredes ſe intromiſiſ-
ſent in præſentando, nec Jus ullum etiam hono-
rificum exercuiſſent. Rurſus obſervanda ſunt ver-
ba donationis, an poſito, quod ſolum inclu-
dant Jus præſentandi, tamen illud privative in-
cludant favore donatarii ex. grat. ſi dictum fuiſ-
ſet *omnino*, *totaliter*, *penitus transferens omne
Jus*, ſeu *nullo Jure retento*, vel alia hujuſmodi
verba continerentur; hoc enim caſu non videre-
tur facta donatio Juris præſentandi cumulative,
ſed privative.

Notandum quoque ex Gonzal. *dicto* §. *Proœmial.
num.* 34. quod ſi fundator beneficii, vel Eccleſiæ
67 nominat aliquem extraneum in patronum, talis
nominatio intelligitur accumulative cum ſe ipſo,
& hæredibus propriis, & non privative, ne cen-
ſeatur ſe ipſum, & ſuos hæredes excludere con-
tra regulam, quod prima charitas incipit a ſe
ipſo, & firmavit Rot. *dict. deciſ.* 385. *numer.* 14.
*part.* 1. *diverſorum*, ſed iſta concluſio ita genera-
liter accepta non videtur Juridica; quia ſi funda- 68
tor in erectione Beneficii reſervet Juſpatronatus
favore extranei, non videtur voluiſſe ſuis hære-
dibus proſpicere, ſed ille tantum extraneus erit
patronus, ut bene Calder. *conſil.* 5. *de Jurepatron.*
Lambert. *ibidem lib.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 2. *artic.* 12.
poſt obitum tamen ipſius fundatoris; ipſe enim
vivens non intelligitur excluſus, & in eo bene
procedit regula, quod prima charitas incipit a ſe
ipſo, ex Calder. *conſil.* 4. *numer.* 1. *verſ. propterea
plures de Jurepatronatus*.

Neque adverſatur dictum *conſil.* 4. Calderini,
quia eſt in terminis valde differentibus, quando 69
nempe fundator reſervavit Juſpatronatus ſuis fra-
tribus eorumque deſcendentibus maſculis in per-
petuum, ita quod eis deficientibus deveniret ad
Epiſcopum addens, quod volebat *penes ſe eſſe &
remanere Juſpatronatus*; hoc enim caſu præmo-
rientibus fundatori fratribus ſine deſcendentibus,
Epiſcopus non debuit admitti, ſed bene filia i-
pſius fundatoris hæredes relicta, ea inter alias ra-
tione, quod per præmorientiam fratrum remanſit
caduca diſpoſitio, ut explicat late Lambert. *de Ju-
repatronatus lib.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 2. *artic.* 11. *num.*
4. *in fin. & num.* 5. *fol.* 313. ubi dicit, quod ta-
li caſu fundator remanſit purus patronus, ac ſi
nullam diſpoſitionem feciſſet, & poterit de Jure-
patronatus diſponere etiam tacite cum univerſali
ſua hereditate, ac etiam, quia non erat veriſimi-
le, quod fundator voluiſſet excludere propriam fi-
liam, & hæredem propter Epiſcopum, quando
idem fundator reſervaverat ſibi expreſſe Juſpatro-
natus, ex qua reſervatione illud tranſibat ad hæ-
redes de Jure, ut conſiderat Calder. *ibi verſ. tum
etiam quia ſpecialiter &c.*

Unde inferri ſolum exinde poterit Juſpatrona- 70
tus cumulative cum extraneo, cui fuit reſerva-
tum, tranſire ad hæredes fundatoris, quando il-
lud ſibi expreſſe reſervavit, non autem ſi expreſ-
ſe non reſervavit, eo quia, quando non reſerva-
vit ſibi expreſſe, videtur extraneus electus loco
ſuorum hæredum: quando vero extraneo, & ſibi
reſervavit, dicetur reſervaſſe duobus, hoc eſt tam
extraneo, quam ſibi, & conſequenter ex ſe ipſo
hæredibus ſuis, ut firmat Calder. *dict. conſ.* 4. *verſ.
tum etiam quia*, & melius probat, & declarat in
terminis idem Cald. *conſil.* 5. *de Jurepatr.* & pro-
bat etiam Lambert. *part.* 1. *lib.* 1. *quæſt.* 2. *art.* 4.
*num.* 11. & 12. facit Rot. coram Bich. *dec.* 396.
*num.* 20. & hæc opinio tenenda eſt tanquam Ec-
cleſiæ favorabilis, quia favor Eccleſiæ eſt, ut pau-
ciores patronos habeat, dum ex pluralitate patro-
norum dicitur magis gravata Eccleſia, juxta doctri-
nam Gemin. *in cap.* 2. §. *Laici de reb. Eccleſ. non
alien. in* 6. quem refert & ſequitur Dec. *conſil.*
122. *num.* 3. *verſ. & in hoc etiam*, Caballin. *in ad-
dit. ad* Butr. *conſ.* 29. *lit. B.* Rot. *in Majoricen. be-
neficii* 4. *Junii* 1696. §. *adverſatur*, coram R. P. D.
Tremoille.

Obſervantia tamen multum juvaret in hoc arti-
culo ad dignoſcendum, an fuerit reſervatum cu- 71
mulative hæredibus fundatoris Juſpatronatus, quia
niſi hæredes præſentaſſent, ſed tantum extraneus
præſentaſſet privative ad eos ſcientes, & patien-
tes, videretur Juſpatronatus fuiſſe ſoli extraneo
reſervatum, & facit doctrina Lambert. *de Jurepa-
tron. lib.* 1. *par.* 1. *quæſt.* 2. *artic.* 4. *num.* 17. & *lib.*
2. *par.* 1. *quæſt.* 1. *art.* 16. *numer.* 7. *fol.* 442. ubi ſi
fundator ſibi non reſervavit, expreſſe Juſpatrona- 72
tus, ſeu præſentandi, & patiatur pro prima vice
conferri Eccleſiam ſeu Beneficium ab Ordinario
libere, videtur declaraſſe voluntatem ſuam, quod
Eccleſia eſſet libera; ſecus vero ſi prima vice
ipſe præſentavit, quod fundat in doctrina Abb.
*Conſil.* 106. *numer.* 2. *verſicul. nec obſtat ſi dicatur
lib.* 2.

Quæ tamen concluſio Lambert. mihi tuta non 73
videtur: quoniam diſtinguendum eſt, an agatur
de Eccleſia Collegiata, ſeu Conventuali, & tunc

niſi

Digitized by Google

niſi fundator cum aſſenſu ſeu privilegio Apoſtoli-
co ſibi in ejus fundatione reſervet expreſſe Jus
præſentandi, hoc non intelligitur acquiſitum, text.
eſt *in cap. nobis de Jurepatr.* Lambert. *lib.* 2. *par.* 1.
*quaſt.* 5. *num.* 11. Lother. *de re benef. lib.* 2. *quaſt.* 6.
*ex num.* 59. *& ſeqq.* Rot. *dec.* 321. *numer.* 2. *part.* 2.
*recent.* & *in Albanen. Prioratus* apud Garz. *part.* 5.
*cap.* 9. *num.* 98. an vero agatur de Eccleſia ſimpli-
ci, ſeu non Collegiata neque Conventuali, &
tunc licet fundator expreſſe non reſervet ſibi jus
præſentandi, tamen lex ipſa miniſterio ſuo illi in-
telligitur reſervare præſentandi poteſtatem, Lam-
bertin. *de Jurepatr. lib.* 1. *part.* 2. *quaſt.* 2. *artic.* 4.
*num.* 12. Sanches *reſponſ. moral. lib. cap.* 3. *dub.* 38.
*num.* 5. Rot. coram Bich. *dec.* 162. *num.* 6. Barboſ.
*vot. deciſ. lib.* 3. *vot.* 76. *num.* 86. *& de Jur. Eccleſ.
liber.* 3. *capit.* 12. *numer.* 62. Vivian. *de Jurepatron.
lib.* 2. *capit.* 8. *ſub numer.* 13. *verſic. quia Juſpatro-
natus*, *&* Rot. nuper *in Urbanien. Canonicatus* 27.
*Jun.* 1697. §. *quoniam*, coram R. P. D. Caprara.
In hoc igitur ſecundo caſu cum fundator ha-
beat jus præſentandi jam ſibi quæſitum miniſterio
74 juris per fundationem, & dotationem jam factam,
ex qua contemporanee oritur jus præſentandi,
utique non intelligitur illud remiſiſſe, niſi expreſ-
ſe, vel per actum tacitum, & neceſſario conclu-
dentem renunciet eidem juri quæſito, Text. *eſt
ſingularis in cap. ſignificavit de teſtib.* ibi — *Fun-
datores ejuſdem Eccleſiæ liberam eſſe volentes, fun-
dationis tempore ſe nihil juris in ea retinere dixe-
runt* — ubi egregie Abb. *n.* 1. Barboſ. *ſub numer.* 3.
Felin. *num.* 2. Adden. ad Buratt. *dec.* 1. *numer.* 14.
ubi plures auctoritates allegat Lambert. *ubi ſupra
num.* 12. Rot. coram Bich. *deciſ.* 162. *num.* 6. &
coram Coccin. *deciſ.* 1026. *numer.* 11. hæc autem
renunciatio, ſive expreſſe, ſive tacite deſumi non
poteſt ex illa ſimplici tolerantia fundatoris, quod
Eccleſia pro prima vice libere provideatur ab Or-
dinario, cum hujuſmodi tolerantia ſolum conclu-
dat remiſſionem, & renunciationem Juris præſen-
tandi pro illa tantummodo vice, non autem in
perpetuum, tum ex regula, quod actus particula-
ris trahi non poteſt in conſequentiam univerſa-
75 lem, maxime in materia ſtricta renunciationis, &
remiſſionis proprii juris, ut probat Text. *in leg.
item quæritur* §. *qui impleto ff. locat.* tum etiam
ex recepta concluſione, quod non implicat Bene-
ficium Juriſpatronatus poſſe libere conferri ab Or-
dinario, & collationem ſuſtineri patrono volente,
& non reclamante, ex quo hujuſmodi collatio in-
telligitur facta, ſi patrono placuerit, qui proin-
de, ſi intra quadrimeſtre non reclamet, nec pro
illa vice præſentet, cenſetur approbare collatio-
nem factam de libero, & pro illa tantum vice,
non autem in perpetuum juri ſuo renunciare,
Felin. *in cap. cum*, Bertoldus *num.* 13. *de ſentent.
& re Jud.* Rot. *in Barchinonen. Beneficii* 14. *Mar-
tii* 1692. §. *Probata*, coram bon. mem. Emerix.
Et me ſcribente dictum fuit *in Urbanien. Canoni-
catus*, 23. *Januarii* 1697. §. *ceterum*, coram R.
P. D. dell'Olmo, *&* 20. *Junii* 1698. §. *abſque eo
quod*, coram R. P. D. Pio; de quibus infra *n.* 81.
*& ſeqq.*
Neque propterea applicatur obſervantia, & de-
claratio voluntatis fundatoris deducta ex tolerantia
ipſius, quod Eccleſia libere conferatur, non ſo-
76 lum, quia ea procedit in dubio, ubi nimirum
verba fundationis eſſent ambigua circa acquiren-
dum, vel non acquirendum Jus præſentandi, ſed
etiam quia talis obſervantia, ſeu declaratio poſt
expletam fundationem, & dotationem, & ſic poſt
Jus præſentandi virtute Juris ſtatim quæſitum, ad
præſumendam ejus remiſſionem debet habere, aut
qualitatem obſervantiæ legitime præſcriptæ, aut
continere plures alias conjecturas, quæ ſimul jun-
ctæ conſtituant probationem plenariam tacitæ re-
miſſionis, & renunciationis Juris præſentandi uſque
ab initio, alias nunquam ſola illa tolerantia uni-
cæ collationis de libero potens erit ad præſumen-
dum perpetuam remiſſionem Juris præſentandi in
limine fundationis tanquam ea, quæ poteſt com-
mode interpretari pro illa vice tantum, non per-
petuo, & maxime, quia conferri poteſt ſecuta,
vel ad ſemel gratificandum Epiſcopo; vel quia
fundator agnoverit Eccleſiam conferri perſonæ
conſanguineæ, vel dignæ; aut ſibi benevisæ, ita
ut propter hoc non curavit præſentare, vel ſi
eſſet homo idiota ſui Juris ignarus, vel denique
ob alias cauſas, quæ contingere poſſunt. Neque
aſſumptum Lambert. defendi poteſt ex Abb. *conſil.*
106. *lib.* 2. quia loquitur Abb. quando effluxit mul- 77
tum tempus a die conſtructionis, abſque eo quod
fuerit facta aliqua præſentatio; & ſic intelligitur,
quando Eccleſia præſcripſit libertatem, & conſe-
quenter ubi agitur de obſervantia præſcripta, ut
legere eſt *apud ipſum num.* 2. *verſicul. nec obſtat ſi
dicatur* ibi — *ex quo tantum tempus fluxit a tem-
pore conſtructionis, & nunquam præſentarunt, non
videtur conſtruxiſſe animo acquirendi patronatum,
ſed quod dicta altaria eſſent libera, & ad orna-
tum dictæ Capellæ & propterea ex quo dicta Capel-
la ſteterunt per* 150. *annos ſine aliqua inſtitutione
Capellanorum, fundatores illarum perdiderunt omne
Jus, quod habebant, & Eccleſia præſcripſit illarum
libertatem, facit cap. ſignificavit, & quod ibi no-
tatur de teſtib.*
Et hæc opinio videtur mihi magis æqua incli-
nando in favorem fundatorum, ut ſic invitentur 78
ad Eccleſiarum fundationes, neque ab iſtis retra-
hantur, cum beneficium Juris præſentandi, quod
lex ipſa eis elargitur abſque alia hominis expreſ-
ſione non debeat everti, niſi conſtet de volunta-
te eorundem fundatorum clara certa, & non du-
bia renunciandi huic beneficio legali per Sacros
Canones, introducto pro eis invitandis ad bene-
faciendum Eccleſiis propriaſque facultates erogan-
dum in operibus piis, & pro quo urget Text. *in di-
cto cap. ſignificavit de teſtibus*, ubi requirit renun-
ciationem expreſſam Juriſpatronatus ibi — *ſe nihil
Juris in ea retinere dixerunt* — & licet verbum
hoc *dixerunt*, non debeat adeo ſtricte intelligi,
quod excludat tacitam, adhuc caute videtur pro-
cedendum, admittendo quidem tacitam remiſſio-
nem, ſed quæ æquipolleat expreſſæ, & deducatur
ex conjecturis, quæ ſimul junctæ inferant perne-
ceſſe, & in alium ſenſum torqueri non poſſint.
Minuſque ſuſtentabilis erit opinio Lambert. ſi
per primam collationem factam uti de libero in- 79
telligatur fundator remiſiſſe Juſpatronatus, & Ec-
cleſiam conſtituiſſe in ſtatu plenæ libertatis, ut
ipſe intelligere videtur *locis ſupracitatis*, quippe
ad omne pejus collatio facta, uti de libero, non
poteſt inferre niſi animum non acquirendi ſim-
plex jus præſentandi, non autem remittendi uni-
verſum Juſpatronatus: cum enim per dotationem,
& fundationem acquiratur ipſo jure Juſpatronatus
continens in ſe plures fructus, & hoc eſt, tam jus
præſentandi, quam alia jura honorifica, inde ſe-
quitur, ut fundator non præſentando pro prima
vice, ſed tolerando, quod Ordinarius libere con-
ferat, ſolum declarare videatur animum nolendi
Jus præſentandi, ad quod tantum reſtringitur li-
bera collatio Eccleſiæ, ſeu Beneficii, nec propter-
ea ex remiſſione Juris præſentandi, & ſic unius
ex fructibus Juriſpatronatus trahi poteſt conſequen-
tia ad remiſſionem univerſi Juriſpatronatus conce-
dentis multa Jura honorifica proceſſionis, alimen-
torum, & aliorum, ut apud Conrad. *in prax. be-
nef. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 57. & probatur in fundan-
te Eccleſiam Conventualem, ſeu Collegiatam, qui
ſi non ſibi reſervet Jus præſentandi principalem
Prælaturam, intelligitur voluiſſe illud remittere;
non tamen id procedit circa alia Jura honorifi-
ca, quæ ſibi de Jure intelliguntur conceſſa, quam-
vis ea ſibi non reſervaret, Panorm. *in cap. nobis de
Jurepatronatus num.* 6. *verſ. item jura*, Lother. *de
re benef. lib.* 2. *q.* 6. *n.* 65. *&* 66.
Unde patet, quod majores noſtri non ſemper
evangelizant — *nec omnia apud priores meliora* —
inquit Tacit. *liber.* 3. annal. *& noſtra quoque ætas*

*multa laudis, & artium imitanda poſteris tulit*,
quamvis ſcripta ſeniorum more ovium ſequamur,
& veneremur, perinde ac ſi ageretur de fide;
recentiores vero faſtidio habeamus juxta eundem
Tacit. *in Dialogo de Oratoria* ibi — *præſentis ævi*
*malignitate vetera ſemper in laude, præſentia in*
*faſtidio eſſe* — & ibidem — *vetera tantum, & an-*
*tiqua mirari, noſtrorum autem temporum ſtudia ir-*
*ridere atque contemnere* — annecto infraſcriptas de-
ciſiones *in Urbanien. Canonicatus* ſuperius allegatas,
in qua ego ſcripſi tempore, quo jam Canonicus
Piccinus amiſerat Cauſam per ſententiam Rota-
lem, coram R. P. D. Caprara, pro cujus in-
firmatione obtinui duas ſententias poſteriores, co-
ram R. P. D. Olmo, & R. P. D. Pio ex motivis,
& doctrinis, de quibus in eiſdem deciſionibus,
quæ ſequuntur.

R. P. D.

DELL' OLMO,

Urbanien. Canonicatus,

*Mercurii 23. Januarii 1697.*

CAuſa hæc, in cujus facti expoſitione, vel ex
inconſtantia defenſorum, vel ex novorum ju-
rium in Actis productorum additamento in o-
mnibus ejus propoſitionibus, ut plurimum, varia-
tum eſt, diverſas quoque Judiciorum viciſſitudines
ſortita fuit; Primo ſiquidem, coram R. P. D. meo
Muto non ſine reſolutionum diſſidio prodiit ſen-
tentia, denegans executionem literarum Apoſtoli-
carum, quas obtinuerat Sanctes, eaſdem vero ſuc-
ceſſive in gradu appellationis exequendas eſſe pro-
nunciavit R. P. D. meus Caprara, de cujus ſen-
tentiæ viribus cum in hodierna audientia coram
me Judice tertiæ inſtantiæ fuerit dubitatum, DD.
pro illius infirmatione reſponderunt.

Tranſeuntes enim cum præſuppoſito fundamen-
tali principio earundem contrariarum reſolutio-
num, quæ dictam poſteriorem ſententiam de mo-
re præceſſerunt, quod juſpatronatus, de quo eſt
quæſtio, in ſui fundatione reſervatum fuerit alter-
native ad Communitatem Urbaniæ, & ad Con-
fraternitatem Miſericordiæ, ſeu San. Sebaſtiani,
quamvis reſpectu Confraternitatis adhuc mordicus
negaretur a Piccino per Ordinarium proviſo, &
rurſus quod in ſuppreſſione ejuſdem Confraterni-
tatis iſtius jura plenarie tranſiverint in Capitulum
Cathedralis, non exinde tamen probari exiſtima-
runt utranque narrativæ partem, cui innititur Apo-
ſtolica proviſio favore Sanctis, quod nimirum per
obitum Marii ultimi poſſeſſorii præſentatio ad i-
pſum Capitulum pertineret, quodque ob negligen-
tiam patronorum in præſentando intra tempus ſibi
a jure aſſignatum, proviſio Canonicatus devoluta
fuerit ad S. Sedem; Quandoquidem quod attinet ad
primam partem, cum Capitulum ſucceſſor in juri-
bus Confraternitatis ſuppreſſæ illius generalem ad-
82 miniſtrationem Epiſcopo renunciaverit, inde fit,
ut cum univerſitate bonorum eidem Epiſcopo dela-
tum quoque fuerit controverſum juſpatronatus,
Fagnan. *in cap. Ex literis, numer. 1. & per tot. de*
*jurepatr.* Lambertin. *de jurepatron. par. 2. lib. 1. q.*
*10. artic. 3.* Lother. *de re benefic. lib. 2. queſt. 9.*
*num. 50.* Rot. coram Seraphin. *deciſ. 725. ſub num.*
*1.* coram Ninot. *deciſ. 12. num. 7. & in Lunen. Sar-*
*zanen. Beneficiorum 27. Januarii 1687. §. Quia cum*
*ſententia*, coram bon. mem. Behincaſa, & 5. *De-*
*cembris ejuſdem anni §. Excluſa igitur*, coram Re-
verendiſs. D. meo Decano, ac virtute hujuſmodi ceſ-
ſionis non Capitulum præſentare, ſed Epiſcopus
illius ceſſionarius Canonicatum conferre potuerit
Piccino, ad text. *in l. vir uxori, ff. de donat. in-*
*ter vir. & uxor.* Bald. *in l. emptor. C. de hered. vel*
*action. vend.* Cravet. *conſ. 191. n. 3.* Olea *de ceſſion.*
*jur. tit. 6. q. 1. exord.* Rot. cor. Bich. *dec. 258. num.*
*13. & dec. 128. n. 4. p. 18. recent.*

Primum, adverſante reſponſione contrariarum
deciſionum R. P. D. mei Capraræ; quod utcun-
que juſpatronatus tranſeat cum univerſitate bono-
rum, id intelligendum veniat, quando diſpoſitio
ſit univerſaliter de bonis, & juribus; ſecus vero
ſi reſtricta fuerit ad bona ſimpliciter, quorum no- 83
mine jura incorporalia non comprehenduntur, Sal-
gad. *in labyrint. creditor. part. 3. capit. 5. numer.*
*33. & ſeqq.* Pacimoll. *deciſ. 10. annot. 3. num. 92.*
Rot. coram Seraphin. *dicta deciſ. 725. num. 2. &*
*3.* & coram Zarat. *dec. 94. numer. 8. & in recent.*
*dec. 149. n. 3. p. 10.*

Propoſitio ſiquidem in ſe vera non videbatur
DD. applicabilis præſenti hypotheſi, eo quia re-
nunciationem factam a Capitulo non reſtrictive
ad ſola bona materialia, & corporalia, ſed inde-
finite de omnibus juribus ipſi Capitulo antecedén-
ter a ſuppreſſa Confraternitate quæſitis intelligen-
dam eſſe, apprime deſumebatur ex ipſo actu re-
nunciationis, in quo, nulla facta mentione bono-
rum, generaliter renunciatum eſt *adminiſtrationi*
*Confraternitatis ſuppreſſæ*, ſub cujus generica com-
prehenſione cadit quoque jus præſentandi, ad tra- 84
dita per Lother *de re benefic. liber. 2. queſt. 14. nu-*
*mer. 45. & ſeqq.* de Luc. *de jurepatron. diſcurſ. 81.*
*num. 2.* Rot. *deciſ. 521. numer. 7. part. 1. recent.* &
cor. Priol. *dec. 104. n. 8. & ſeqq.*

Potiſſimum reflectendo, quod quemadmodum
dubitari non contingit, quin ex conceſſione Apo-
ſtolica nonſolum bona, ſed & jura omnia dictæ 85
Confraternitatis in Capitulum fuerint præcedenter
tranſlata; ita cenſendum eſt, quod Capitulum præ-
dictam adminiſtrationem a ſe abdicando ſub ea-
dem generalitate Epiſcopo renunciaverit, ſub qua
a Summo Pontifice acceperat; Renunciatio enim
indefinite, & generaliter facta, omnia complecti-
tur, ex doctrina Bald. *in l. Accuſationem, num. 7.*
*Cod. de iis, qui accuſ. non poſſ.* præſertim cum Ca-
pitulum nihil exceperit, & potuerit excepiſſe, *leg.*
*1. §. Generaliter, ff. de legat. præſtan. capit. Quia*
*circa, de privileg.* & ibi Gloſſ. *in verb. Indefini-*
*te*, Fagnan. *in dict. cap. Ex literis, num. 17. de ju-*
*repatr.* Lother. *de re benef. lib. 2. queſt. 9. ſub n. 47.*
& firmat *ultima deciſio* R. P. D. mei Muti 14. *Ja-*
*nuarii 1695. §. finali.*

Abſque eo, quod allegata reſtrictio ad ſola bo-
na materialia ſuſtineri poſſit, ex quo delata ad
Sacr. Congregationem negotiis Epiſcoporum, &
regularium præpoſitam controverſia ſuper admi-
niſtratione bonorum Confraternitatis ſuppreſſæ, ea
quidem attributa fuerit Epiſcopo, ſed cum enun-
ciata expreſſione verbi *bonorum*, quod juxta ve- 86
rum, & proprium ſignificatum Jura honorifica
non comprehendit, ex ſuperius allegatis, præſer-
tim cum juribus ipſis non congrueret ratio peri-
culi deteriorationis bonorum, quam fuiſſe finalem
cauſam etiam tunc controverſæ renunciationis,
Epiſcopus ipſe hac occaſione Sac. Congregationi
per ſuas literas expoſuit, ut obſervat *prima deci-*
*ſio* R. P. D. mei Capraræ 27. *Januarii 1696. §.*
*fin. & altera 27. Junii ejuſdem anni §. Opponebant*
*ſecundo.*

Omiſſo enim, quod ſi ſuper bonis adminiſtran-
dis excitata ſolum tunc fuit a Capitulo contro-
verſia, mirum non eſt, quod Sacra Congregatio
ſolummodo ſuper quæſitis proprium reſponſum edi-
derit; Ulterius addebatur recte inter ſe compati,
& expreſſam finalem cauſam deteriorationis bono-
rum, & quod Capitulum, ut relevaretur ab 87
eorum adminiſtratione, & oneribus eidem inſi-
xis, omnia & bona, & jura tranſtulerit in Epi-
ſcopum, ut ita onera, emolumentum, & ho-
nores conſequeretur, ad Text. *in leg. Continet,*
*§. Sed vim accipimus, ff. quod metus cauſ. leg. 1. §.*
*Sed an id, ff. de collat. bonor. cap. Ex literis, de*
*pign. & cap. Paſtoralis, de decim.* Atque ita vere
factum fuiſſe denotat obſervantia; nam de anno
1681. occaſione, qua Epiſcopus aſſignavit Semi-
nario nonnullos cenſus olim ad dictam Confra-
ternitatem ſuppreſſam ſpectantes, Capitulum vo-
cavit

Digitized by Google

cavit ipſum Epiſcopum adminiſtratorem bonorum, & jurium ſuppreſſæ *Summ.* Piccini *numer.* 22. & rurſus cum Capitulum ante præcitatam renunciationem, & tanquam ſucceſſor in juribus ejuſdem Confraternitatis, deputaret Magiſtrum Capellæ, & Hoſpitalarium, necnon ſubſidia dotalia diſtribueret, poſtea vero omnia hæc explevit Epiſcopus, ſolaque electio Magiſtri Capellæ reddit ad Capitulum ex nova facultate illi tributa per Epiſcopum, *dict. ſumm. num.* 26. quæ ſane obſervantia dat intelligere, quid Patres io præmiſſa re-
88 nunciatione comprehendere voluerint, *l. Si de interpretatione, ff. de leg.* Bald. *conſ.* 245. *ſub numer.* 2. *lib.* 3. Cravet. *conſ.* 211. *numer.* 8. Rot. coram Cerr. *deciſ.* 723. *num.* 4. *& in recent. deciſ.* 9. *numer.* 19. *part.* 19. adeo ut illa intelligi debeat eo modo, quo fuit a Partibus declarata, & obſervata, licet per poſſibile contrarius intellectus videretur de Jure veriori, Honded. *conſil.* 92. *numer.* 30. *lib.* 1. Adden. ad Gregor. *deciſ.* 184. *numer.* 8. Rot. coram Dunoz. junior. *deciſ.* 966. *num.* 17. *& in Barchinonen. Vexilli* 16. *Februarii* 1685. §. *Ceterum*, coram R. P. D. meo Florez, *& in Marſicana, ſeu Montis Caſſinen. Juriſdictionis* 22. *Martii* 1686. §. *final.* cor. Card. Matthejo.

Cujus quidem renunciationis interpretatio in hac hypotheſi eo facilius large facienda eſt, quia
89 verſamur in materia benignius, & favorabilius interpretanda favore Epiſcopi renunciatarii; nam fit reditus ad Jus commune, & Beneficium eximitur a vinculo ſervitutis, Abb. *in cap. ſi diligenti, num.* 21. *de preſcript.* Rot. *deciſ.* 109. *ſub num.* 4. *&* 7. *par.* 2. *diverſ.*

Ceterum, ubi circa prædicta dubitari contingeret, adhuc DD. corruere viſa eſt ſecunda pars narrativæ Apoſtolicæ proviſionis, iſtius videlicet devolutionis ad S. Sedem, ob non factam infra debitum tempus præſentationem a Capitulo, aſſerto
90 patrono: Nam cum Epiſcopus oon ſolum ex titulo ſibi ex præfata renunciatione delato, ſed & Jure quoque ordinario Canonicatum Piccioo contulerit, & ſic eo validiori Jure, quo fieri poterat, *dict. Summ. num.* 19. hinc eſt, quod collatio ab eo facta cenſeatur ſub ea etiam tacita conditione, ſi patronis placuerit, Rot. *deciſ.* 10. *n.* 3. *& per tot. de jurepatr. in antiq. cum aliis infr. allegandis*, & conſequenter cum adverſus illam Capitulum oedum non reclamaverit, ſed ultro proviſum inter Canonicos admiſerit, & ſucceſſive in punctatorem elegerit, *d. ſum. n.* 20. utique admiſſo etiam in illo Jurepatronatus, conſenſus ex prædictis actibus elicitus, quamvis ſupervenerit, potuit collationis actum validare, Pariſ. *conſ.* 144. *n.* 1. *& per tot. lib.* 4. Ferret. *conſil.* 211. *n.* 15. Garz. *de benefic. part.* 5. *cap.* 9. *a numer.* 238. *uſque ad fin.* Lother. *de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 14. *num.* 65. 72. *& ſeqq.* cum plene cumulatis apud Vivian. *de jurepatr. lib.* 12. *cap.* 5. *num.* 2. *ſeqq.* & Rot. *d. deciſ.* 10. *n.* 3. *de jurepatr. in antiq.*

Nec obſtat, quod Capitulum ratificare ooo potuerit, quod ſuo nomine geſtum non eſt, ut argumentatur Gabriel. *conſil.* 185. *num.* 16. *& ſeq. lib.*
91 2. quoniam argumentum urgeret, ubi ad perfectionem actus ab Epiſcopo geſti neceſſario concurrere debuiſſet uſque ab initio patroni conſenſus. Verum cum Epiſcopi collatio ex jure ſuo ordinario, & originario ſubſiſtat, ſat eſt, quod Capitulum ipſum infra tempus datum ad præſentandum oon contradixerit, ad hoc, ut illa, iſto non reclamante, ſuſtineatur, ut reprobato Gabriele *d. conſ.* 185. firmant Garz. *ubi ſupra in fin. & ceteri ſupra allegati*, eo magis vero, dum ſuum conſenſum præſtitit ex ſupradictis.

Et ita utraque &c.

R. P. D.

P I O.

Urbanien. Canonicatus.

*Ven.* 20. *Junii* 1698.

REſolverunt Domini, confirmandam eſſe ſententiam R. P. D. mei dell'Olmo denegantem executionem literis Apoſtolicis Sanctis de Gattis, eo nempe ſub fundamento, quod iſtius gratia obtenta io Dataria cum narrativa, quod controverſi Canonicatus præſentatio per obitum Marii ultimi poſſeſſoris ſpectaret ad Capitulum, quodque ob negligentiam patronorum in præſentando juxta tempus a jure ſtatutum, illius collatio ad S. Sedem fuerit devoluta, in utraque ſui 92
parte laboraverit defectu verificationis, ut proinde merito oon veniret exequenda; cum alias ſatis ſit Piccino ab Ordinario proviſo, & poſſeſſori vincere per non jus actoris, juxta firmata per Rotam *in Gerunden. Beneficii* 28. *Aprilis* 1690. coram bon. mem. Beniocaſa, *& in Mediolanen. Præpoſituræ* 18. *Junii* 1696. §. *literis equidem*, coram R. P. D. meo Muto.

Enim vero quantum ad primam de pertinentia præſertationis ad Capitulum per mortem ultimi poſſeſſoris, illa oullo pacto extitit juſtificata; quia ſuppoſito, etiam ad ſenſum deciſionis R. P. D. dell'Olmo, quod juſpatronatus hujuſmodi alternative reſervatum fuerit in ſui fundatione, Communitati Urbaniæ, & Confraternitati Miſericordiæ, ſeu Sancti Sebaſtiani, adhuc cum Capitulum, & ſuceſſor in juribus Confraternitatis ſuppreſſæ, generaliter adminiſtrationem Epiſcopo renunciaverit, ſequitur, quod etiam illud legis miniſterio tranſierit in Epiſcopum renunciatarium cum univerſitate bonorum: etiam ſi de eo nulla fuerit facta mentio ſpecialis, ut præter adductos in deciſione, quæ revidetur, firmant Emmanuel. Gonzal. *in capit. ex literis* 7. *de jurepatron.* Noal. *de* 93
*Tranſmiſſ.* . . . . . . . . Olea *de Ceſſ. Jur. titul.* 3. *quæſt.* 8. *numer.* 26. & ibi Cencin. Barboſ. *de Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 71. *numer.* 1. *& ſeqq.* Vivian. *de Jurepatron. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 16. & dixit Rota *deciſ.* 181. *num.* 4. *p.* 19. *rec. cum aliis in Melevitana Juriſpatr.* 4. *Julii* 1696. §. *adeoque &* 5. *Julii anni præteriti*, §. *Sed hac objectum*, coram R. P. D. meo Molines.

Quod autem renunciatio fuerit generalis, deſumi viſum fuit tum ex eo, quod illa emanavit per viam ceſſionis tranſlativæ favore Epiſcopi, adeoque dijudicanda venit cum eadem plenitudine, & univerſalitate, cum qua a Summo Pontifice adminiſtratio fuerat conceſſa ipſi Capitulo in ſuppreſſione Confraternitatis Miſericordiæ, id ſuadente natura ceſſionis, quæ operatur poſitionem Epiſcopi in locum Capituli, adeo ut iſti in adminiſtratione prædicta nihil Juris remanſerit, Surd. *conſ.* 22. *num.* 35. Altograd. Jun. *contr.* 11. *numer.* 5. 94
*&* 6. Tum ex verbis generalibus, & indefinitis, cum quibus eadem renunciatio legitur concepta, quæ ſi non ex vi, & efficacia, ſaltem ex benigna interpretatione, ſemper æquipollent univerſalibus vulgatis *leg. ſi pluribus ff. de legat.* 2. Surd. *conſ.* 336. *num.* 7. Rota coram Merlin. *deciſ.* 518. *num.* 14.

Hinc parum relevat, quod a Sacr. Congregatione Epiſcoporum, & Regularium in contentione eidem delata inter Epiſcopum, & Capitulum ſuper adminiſtratione bonorum Confraternitatis, hæc fuerit illi tributa cum enunciativa bonorum atque ideo arguebant denuo informantes, bonorum appellatione non fuiſſe comprehenſa jura, & per conſequens hoc juſpatronatus.

Omiſſis enim aliis reſponſionibus datis in deciſionibus præcedentibus RR. PP. DD. Muri, & dell'Olmo, illa ſuperabundat ad intentum, quod

reſcriptum S. Congregationis editum fuit conſecu-
tive, & cohærenter ad generalem, & præambu-
lam renunciationem antecedenter reportatam ab
Epiſcopo, in quibus ſane terminis nullo modo re-
95 pugnat, quod juſpatronatus, etiam veniat appel-
latione bonorum, ubi, prout in caſu concurrat
plenitudo, ſeu totalitas, ut aliis cumulatis bene
diſtinguit Rota *in Lunen. Sarzanen. Beneficiorum 2. Januarii* 1697. §. *in nihilo refragante*, coram bon.
mem. Benincaſa.

Sed abſtergit omne dubium confeſſio ipſius Ca-
pituli aſſerentis in ſolemni inſtrumento anni 1681.
96 Epiſcopum eſſe adminiſtratorem bonorum, & Ju-
rium Confraternitatis ſuppreſſæ; Et clarius ſubſe-
cuta obſervantia, juxta quam Epiſcopus omnia Ju-
ra Confraternitatis explevit, deputando Hoſpita-
larium, ac ſubſidia dotalia diſtribuendo, quæ an-
te renunciationem Capitulum exercuerat, & Jus
deputandi Magiſtrum Capellæ, concedendo Capi-
tulo ex gratia uti jam ab iſto abdicatum virtute
ejuſdem renunciationis; Hæc enim obſervantia
non parum attenditur ad dignoſcendum, an vere
Juſpatronatus in renunciatione tranſierit cum uni-
verſitate bonorum, ut, omiſſis generalibus, in
ſpecie advertit Capon. *diſcept. forenſ.* 72. *n.* 37. *& ſeqq. tom.* 2.

Hæc quoad primam narrativæ partem; ſed evi-
dentior agnoſcitur defectus verificationis, quoad
ſecundam, devolutionis nempe ad S. Sedem: quip-
pe jam Ordinarius non ſolum vigore alternativæ,
ſed etiam tanquam vacanum in menſe Februarii,
ac ejus libera auctoritate Canonicatum contulerat
Piccino, & ſic Jure quoque primordiali, & or-
dinario, ut in ſpecie obſervat deciſio hujus Cau-
97 ſæ 29. *Maii* §. *Hinc idem*, coram R. P. D. meo
Muto, *& ultima*, R. P. D. dell'Olmo §. *ceterum*;
Et idcirco data etiam exiſtentia Juriſpatronatus
penes Capitulum, quamvis ex Decreto irritanti ap-
poſito *in cap. decernimus* 16. *q. prima*, collatio mi-
nus valida eſſet reputanda a principio; dum ta-
men Capitulum, cujus favore Decretum irritans
fuit adjectum, ex poſt, & durante tempore ad
præſentandum, non præſentavit, nec reclamavit
a collatione Ordinarii, imo illam expreſſe appro-
bavit, proviſum inter Canonicos admittendo,
eumque in punctuorem eligendo, iſta tanquam
facta ſub tacita conditione, ſi patrono placuerit,
per illius conſenſum ab illius acquieſcentia, & ta-
98 citurnitate elicitum reconvalidatur, & tenet uſque
ab initio, ut tradunt in individuo Pariſ. *conſil.* 144. *num.* 1. *& ſeqq. lib.* 4. Ferett. *conſil.* 211. *numer.* 15. Garz. *de Beneſic. part.* 5. *cap.* 9. *a numer.* 238. *ad fin.* Lother. *de re beneſic. lib.* 2. *q.* 14. *num.* 65. 72. *& ſeqq.* Covarr. *pract. cap.* 36. *num.* 9. *verſic. Tametſi frequentiori conſenſu*, Gonzal. *ad regul. Cancell. gloſſ.* 56. *num.* 79. Selv. *de Beneſic. par.* 3. *q.* 9. *num.* 2. Vivian. *de Jurepatron. lib.* 12. *capit.* 5. *num.* 2. *& ſeq.* Paſſerin. *de elect. cap.* 31. *numer.* 52. *& dixit* Rota *d.* 10. *num.* 13. *de Jurepatron. in antiq. & deciſ.* 77. *n.* 4. *part. p. diverſ.* Barboſ. *in cap. illud num.* 9. *de Jurepatron. ubi plures allegat.* Rebuff. *de nomin. q.* 17. *n.* 31. Antonell. *de Regim. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 76.

Abſque eo, quod attendatur hoc caſu præjudi-
cium patroni reſultans a ſpretu; quia cum ſciens
99 vacationem Juriſpatronatus non præſentavit, nec
reclamavit, cenſetur conſentire præſentationi, &
collationi alteri factæ, & pro illa vice Juri ſuo
renunciare, Felin. *in cap. cum Bertoldus numer.* 12. *de ſen. & re indic. cum aliis in Barchinonen. Beneficii* 14. *Martii* 1692. §. *Probata*, cor. Reverendiſs. Domino meo Decano.

Quæ ſententia Ordinariis favorabilis eo minus coarctanda eſt, juxta ſenſum ſcribentium pro Gatto ad collationem Juriſpatronatus factam uti de ſimplici, non ita ad aliam expletam uti de libero auctoritate ordinaria, quaſi in hac tanquam abnegativa Juriſpatronatus ceſſet ratio ducta a ſubintellecta conditione, ſi patrono placuerit, nec per conſequens poſſit unquam a patronis ratificari.

Quandoquidem praeter Gabr. *conſil.* 185. *ſub numer.* 15. *lib.* 2. merito ob id rejectum a Garz. *par.* 5. *c.* 9 *verſus finem*, alii DD. ad hoc allegati ajunt duntaxat, quod collatio facta, uti de libero, & ſpreto patrono, eſt ipſo Jure nulla, juxta cenſuram allegati *cap. decernimus*, ſed non deſcendunt ad articulum, an poſſit reconvalidari ex non re-
clamatione patroni; Quando e converſo commu-
niſſima inolevit opinio in his præciſis terminis
collationis ſecutæ, uti de libero, & auctoritate or- 100
dinaria, ad differentiam alterius factæ tanquam de
devoluto, quod illa tenet etiam, ſpreto patrono,
ſi iſte neglexerit intra tempus præſentare, ut ultra
ſupra relatos diſtinguunt Rebuff. *in prax. benef. tit. de devol. n.* 52. Zeroll. *in prax. Epiſc. part. prima, verb. Juſpatronatus* §. 8. *dub.* 8. Lother. *de re beneſic. lib.* 2. *q.* 14. *num.* 71. *& ſeq.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. p.* 3. *allegat.* 72. *ſub num.* 171. *ad fin. & optime* Tondut. *quæſt. beneſic. tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 166. *n.* 8.

Idque eam ſane ob rationem, quia ut apposite
inquit Abbas *in capit. cum ex officii col.* 6. *de præſcript.* ad differentiam collationis ex jure devoluto,
quæ Epiſcopo, & Ordinario non ſpectat nec in
habitu ante devolutionem, in alia facta tanquam 101
de libero Epiſcopus confert auctoritate, & juriſ-
dictione, ſaltem in habitu penes ipſum reſidente,
licet ſolum exercitium infra ſtatutum tempus ſit
ipſi interdictum, ut ſequendo Abb. tradit Selv. *de beneſic. par.* 3. *quæſt.* 9. *ſub num.* 3. *verſicul.* 9. *& ſeq.* unde non mirum, ſi collatio ſemper ſuſtineri debeat, quia promanet non a jure aliquo ſpeciali, ſed a poteſtate univerſali, & ordinaria, ut ad rem inquit Rota *in Allerien. Parochialis* 28. *Novembris* 1692. §. *Nihil refragante*, coram R. P. D. meo Muto, *& in ſpecie dixit dicta deciſ.* 29. *Maii* 1693. §. *Hinc idem in fine*, coram eodem.

Demum non refragatur, quod ſaltem Epiſco-
pus per duos ſeparatos actus devenire debuiſſet
ad ſæpe dictam collationem, primo nempe coram
Vicario præſentando, & deinde inſtituendo, quia 102
imo verius eſt in his circumſtantiis, quod ſive
Epiſcopus contulerit uti ceſſionarius Capituli, ſive ex jure univerſali, & auctoritate ordinaria, potuit ſuam proviſionem de Canonicatu controverſo unico actu expedire, ut probant Lambert. *de Jurepatr. lib.* 2. *p.* 3. *quæſt.* 2. *art.* 19. *n.* 1. Barb. *de Epiſc. allegat.* 72. *num.* 196. Vivian. *eodem tract. de Jurepatr. p.* 2. *lib.* 12. *cap.* 10.

Et ita utraque parte reſponſum fuit &c.

R. P. D.

## L A N C E T T A

Eugubina Canonicatus.

*Luna 4. Maii 1699.*

VAcante Canonicatu in Eccleſia Cathedrali Eu-
gubina per obitum Cæſaris de Pampluliis Ca-
nonici, ad quos ex Indulto Apoſtoſtolico ſpectat
jus eligendi, quatenus tamen nulla concurrat re- 103
ſervatio, convocato Capitulo, devenerunt ad
ſcrutinium, & petentibus electionem Antonuc-
cio, Sforzolino, & Armanno, primus quin-
que, cæteri vero duo, ſex favorabilia ſuffragia
reportarunt; unde Capitulum, agnita hujuſmodi votorum paritate, decrevit — *Che di novo ſi riproponeſſero l' Arciprete Guido Armanni, è Signor Filippo Sforzolini* — prout actum fuit, ſed eadem forte, quia par etiam fuit numerus ſuffragiorum, ita ut deventum fuerit, etiam quoad iſtoſmet ad tertium ſcrutinium, in quo pariter ex eadem Cauſa, electione fruſtrata, neceſſe fuit, illam alteri diei reſervare. In hoc ſtatu prætendens Armannus ſibi, tanquam majoribus qualitatibus pollenti, deberi prælationem, juxta diſpoſitionem textus *in Capitulo ſi forte* 63. *diſtin.* obtinuit ab Ordi-

nario

nario Eugubino ſuam electionem confirmari per
ſententiam, à qua devoluta per appellationem
Cauſa ad Curiam, dum actus præliminares iſtic
gerebantur, obiit Sforzolinus coelectus, & coop-
poſitor; quamobrem Antonuccius, de quo in
poſterioribus ſcrutiniis nulla fuerat habita ratio,
impetravit nomine Capituli ab A. C. (non cita-
to tamen Armanno) licentiam deveniendi ad no-
vam electionem, modificatam tamen cum clauſula
*ſine præjudicio Jurium Partium*, & in hujuſmodi
facultatis executionem iterum congregato Capitu-
lo, electus ſucceſſive remanſit. Verum, quia Ar-
mannus, habita de his omnibus notitia, appella-
tionem interpoſuit, Cauſamque mihi committi cu-
ravit, dubium propterea in hodierna audientia
propoſui, — *An, & cui ſit adjudicandus Canonica-
tus, vel potius quis ſit inſtituendus vel confirman-
dus*, quod fuit in omnibus favore Armanni reſo-
lutum.

Non enim potuit controverti, quod in eum
ſex convenerint electorum ſuffragia majorem Ca-
pituli partem conſtituentia, proindeque ipſi fuerit
104 omni jure debita inſtitutio per Text. *in capit. Du-
dum* 22. *de election.* Et quidem non attento, quod
unico contextu etiam Sforzolinus totidem ſuffra-
gia ſibi favorabilia numeraſſet, eaque de cauſa ad
aliam diem dilata fuiſſet electio. Sive, quia ſtan-
te votorum paritate in repetitis ſcrutiniis con-
ſtantiſſime ſervata, potuit Ordinarium perſonæ ſi-
105 bi magis acceptæ gratificari, juxta Gloſſ. *in cap.
Eccleſia veſtra il* 2. *verb. non conſenſerit in fin. de
elect.* Rot. coram Cerro *dec.* 26. *num.* 37. & con-
ſequenter Armannum præferre, quem majoribus
ſtudiis, ac meritis juvari cognovit per Textus *in
cap. ſi forte* 63. *diſtinct.* Azor. *inſtitut. moral. par.*
2. *lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 40. Rot. coram Cerro *dict.
dec.* 26. *num.* 22. *& ſeqq.* ubi reſpondetur objecto
circa defectum majoris partis Capituli, quod et-
iam in præſenti deducebatur, ſive quia cum po-
ſtea Sforzolinus deceſſerit, ac reſpective oppoſito-
rum numerus ceſſaverit, electio remanſit in Ar-
106 manno neceſſaria, Bald. *conſ.* 324. *num.* 1. Rota
cor. Coccin. *dec.* 2341. *num.* 52. *verſ. quibus omni-
bus, & dec.* 229. *numer.* 29. *et dec.* 37. *n.* 2. cor.
Alexand. VIII.

Atque hinc nulla prorſus fuit habita ratio de
ſuppoſita electione Antonuccii; nam ſi ea deſumi-
tur ex primo ſcrutinio habito die 2. Novembris,
& cum illo quinque tantum retulerit ſuffragia,
concurrere nequit cum Armanno, qui ex voto
ſex Canonicorum conſtituentium majorem partem
107 Capituli fuerat prælectus, *cap. Eccleſia veſtra il
ſecondo de elect.* Rot. *deciſ.* 400. *num.* 1. *et* 2. *par.*
16. *et deciſ.* 171. *num.* 1. *et par.* 19. *rec.* ſi vero de-
ſumitur ex noviſſimo ſcrutinio die 15. Decembris,
hoc prorſus inefficax agnitum fuit, utpote factum
poſtquam Capitulum ſe arctaverat ad eligendum
vel Armannum, vel Sforzolinum in præcedentibus
ſcrutiniis paritatem votorum habentes, quibus pro-
pterea tale jus quæſitum fuerat, ut neceſſario in
alterutro ex eis cadere debuiſſet electio, & quoties
Capitulum recuſaſſet, potuiſſet ad illam Judicis au-
108 thoritate compelli, ad Text. *in cap. Conſtitutis de
appell.* Rot. *deciſ.* 106. *num.* 46. coram Cerro *dict.
deciſ.* 29. *num.* 27. coram ſan. mem. Alex. VIII. *&
in Adrien. Canonic.* 3. *April. proximè præteriti* §.
*Quin hujuſmodi*, cor. me.

Coarctatio vero Capituli circa præfatam electio-
nem viſa fuit ad evidentiam deduci, ex quo,
completo primo ſcrutinio, Canonici iterum, at-
que iterum demandarunt proponi Armannum, &
Sforzolinum, neglectis Antonuccio, & aliis, qui
ſeſe præcedenter oppoſuerant, ut ad rem adverti-
tur *in d. Adrien. Canon.* §. *Electionem*, coram me.
109 Et quamvis adhuc, reperta paritate votorum, ele-
ctio dilata fuerit ad aliam diem, unde inferebatur
variationem electoribus licitam fuiſſe ante ſecutam
publicationem per Text. *in capit. publicato* 58. *de
elector.* ibique *ſcribentes*; attamen DD. animad-
vertebant potuiſſe objectum procedere, quoties
præfata coarctatio non præceſſiſſet; ſecus vero illa
ſecuta, dum electio poſt eam facienda ſemper in-
telligi debet reſtrictive ad eaſdem certas perſonas,
in quarum præjudicium nequit Capitulum alios ad
ſcrutinium admittere, Rota *penes* Garz. *de benefic.
par.* 5. *cap.* 4. *num.* 166. *deciſ.* 131. *num* 26. *et* 27. 110
cor. Cerro *cum aliis in d. Adrien. Canonic.* §. *Quin
hujuſmodi*, cor. me.

Fortius, quia ante poſtremum ſcrutinium, ex
quo Antonuccii electio deſumitur, Armannus ab
Ordinatio ſuam electionem confirmari obtinuerat,
fueratque in Curia lis triangularis inter ipſum,
& Capitulum, ac Sforzolinum conteſtata, qua
pendente, obiit Sforzolinus, quamobrem in præ-
judicium Armanni collitigantis (cujus electio ex
prædictis ob deceſſum oppoſitoris effecta fuerat ne- 111
ceſſaria) non potuit Capitulum ad novum ſcru-
tinium, ac reſpective novam electionem devenire,
per Text. *in cap.* 1. *ut lit. pend. in* 6. Innocen. *in
cap. ex parte num.* 6. *de arbitr. cum aliis*, per Rot.
cor. Coccin. *dec.* 2080. *n.* 28.

Non obſtante, quod lis non eſſet ſuper titulo
Beneficii, quia cum ea non ageretur ſolum inter
electos, ſed etiam cum electoribus, quæcunque va- 112
riatio, illa pendente, omnino erat interdicta,
Lancell. *de attent. part.* 2. *cap.* 4. *limit.* 22. *numer.*
10. *&* 11. Lother. *de re benef. lib.* 3. *q.* 17. *n.* 123.
*&* 142. Rot. *dec.* 106. *num.* 44. *& dec.* 131. *num.* 27.
coram Cerro, *& dec.* 2080. *n.* 23. *& ſeqq.* coram
Coccino.

Nullius denique momenti fuit exceptio, quod
actus electionis non fuerit Epiſcopo præſentatus;
ideoque, hoc ſtante defectu, neque coarctatio, 113
nec ipſa electio poſſit Armanno ſuffragari; cum e-
nim ad hujus inſtantiam Capitulum fuerit ab Epi-
ſcopo requiſitum, ut vota, & capitulares exhibe-
ret, idque implere recuſaverit, cenſeri debet, o-
mnia legitime, ac perfecte, ut par erat, geſta
fuiſſe, ut proſequitur Rota *d. dec.* 106. *num.* 45. *&
ſeqq.* cor. Cerro.

Et ita utraque &c.

CUm ob non factam, ſeu non concluſam ele-
ctionem in termino ſemeſtris ad Canonicatus
Magiſtrales, & Theologales ſit locus devolutioni, 114
Rebuff. *in concordant. titul. de Collationibus* §. 1. *in
verb. teneatur*, Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 4. *num.*
222. Caſtropal. *tract.* 13. *de benefic. diſp.* 3. *punct.*
2. *num.* 19. diſputari poteſt, utrum ſuperior, cui
facta eſt devolutio, teneatur eligere unum ex op-
poſitoribus examinatis in tempore ſemeſtris ab Or-
dinario. Hunc articulum examinat Garz. *de be-
nefic. part.* 5. *capit.* 4. *num.* 224. & negative con-
cludit, & ſolum ſe limitat in caſu, quo unus tan-
tum oppoſitor comparuiſſet, & eſſet examinatus,
ac idoneus repertus in tempore; tunc enim illi de-
beretur Canonicatus tanquam habenti jus conſide-
rabile ad illum, & ſe refert ad dicta in *parte* 4.
*capit.* 3. *num.* 69. *&* 70. & ego adderem caſum, 115
quo inter plures oppoſitores examinatos, & ha-
biles repertos, & electos in paritate votorum de-
ventum foret ad diſcuſſionem qualitatum in eodem
tempore ſemeſtris, & unus repertus dignior, &
magis qualificatus, tunc enim ei deberetur Cano-
nicatus, & negligentia Capituli non eligentis in
tempore non poſſet obeſſe, ex eadem ratione Juris
conſiderabilis illi quæſiti ad Canonicatum.

Verum Caſtropal. *oper. moral. tract.* 13. *de bene-
fic. diſp.* 3. *punct.* 3. *num.* 21. refellendo Garziam, 116
exiſtimat, quod etiam ſi plures ſint oppoſitores
examinati in tempore, adhuc ſuperior, ad quem
ſpectat providere Jure devoluto, teneatur unum
ex eis eligere, quod ſane dictum male fundatum
puto.

Ratio enim, unde movetur Caſtropal. eſt iſta,
quod nempe qua ratione unus tantum oppoſitor re-
pertus idoneus in tempore ex oppoſitione jus habet,
ut ſibi beneficium concedatur, eadem ratione omnes
oppoſitores jus conſiderabile acquirunt, ut di-



Digitized by Google

gniori ex illis beneficium detur, ergo illud jus amittere non debent ob negligentiam Capituli, & Epiſcopi, qui electionem facere debebant; ergo Prælatus ad quem fit devolutio non poteſt alium ab ipſis eligere.

Hæc ratio fundatur in magno æquivoco Juris, quia ſupponit Caſtropal. quod plures oppoſitores examinati in tempore ex oppoſitione jus acqui-
117 rant conſiderabile, quod eſſe erroneum tradit in puncto Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 9. §. 1. *num.* 89. 90. *& ſeqq.* Mandoſ. *conſ.* 51. *numer. ult. in fine*, Rot. coram Mohedan. *d.* 1. *& d.* 34. *de preben.* & Garz. *par.* 4. *cap.* 3. *num.* 64. 70. *&* 71. idque comprobatur exemplo præſentatorum, quia quando plures ſunt præſentati nemini acquiritur jus ad rem ex tali præſentatione, ut inquit idem Gonzal. *gloſ.* 14. §. 2. *ſub num.* 1. *& d. gloſſ.* 9. §. 1. *num.* 93. Rot. coram Mohedan. *d. dec.* 1. *num.* 2. Garz. *d. par.* 4. *cap.* 3. *n.* 71.

Neque adverſatur, quod eadem ratio procedat in pluribus oppoſitoribus, ac in uno examinato in tempore, & habili reperto. Quippe ubi unus
118 tantum eſt oppoſitor, qui verificavit qualitates requiſitas per Conſtitutionem Sixti IV. In Canonicatibus, Magiſtralibus, & Doctoralibus Hiſpaniæ, ille evadit neceſſario eligendus per Epiſcopum, & Capitulum vigore Conſtitutionis eum eligi mandantis, itaut habeatur pro electo, tanquam vocatus ex ipſa Conſtitutione, & ſit illi jus conſiderabile quæſitum ad Canonicatum, ut firmavit Rota coram Puteo *d.* 253. *lib.* 3. *num.* 3. *verſicul. ſed fuit dictum & num.* 4. & explicat Gonzal. *dict. gloſſ.* 9. §. 1. *n.* 91. *&* 92. *necnon* Lother. *lib.* 2. *q.* 51. *num.* 38. *& ſeqq.* ubi ampliat, etiamſi qualitates illius unici oppoſitoris, nondum ſint juſtificatæ, *ut n.* 41. *&* 42. ſecus vero eſt, ubi plures remanent oppoſitores; tunc enim quandiu electio ſecuta non fuit, pendet dubius eventus, an unus, vel alius electionem habiturus ſit, & interim non
119 acquirit jus conſiderabile, ut proſequitur Gonzal. *d. gloſſ.* 9. §. 1. *num.* 92. & ita declarat tenuiſſe S. Rotam Mandoſ. *in allegato conſil.* 51. *n. ultimo in fine*; neque enim aliquis ex illis habet, niſi ſolam oppoſitionem in tempore, quæ non tribuit jus aliquod, cum nemo poſſit ſe ipſum eligere, & præſentare, ſed aſſimilatur potius acceptationi, quam electioni, ut docte obſervat Caſſador. *d.* 18. *de prebend. num.* 2. *verſic. oppoſitio autem & num.* 3. *cum ſeqq.* & Puteus *d. deciſ.* 253. *num.* 1. *&* 4. *in fine lib.* 3. Gonzal. *d. gloſſ.* 9. §. 1. *num.* 90. *verſic. prædictorum*, Garz. *d. par.* 4. *cap.* 3. *n.* 65. Mandoſ. *d. conſ.* 51. *ubi ſupra*, Rot. coram Penia *d.* 1155. *n.* 4. Cumque omnes iſti doctores & deciſiones præciſe diſtinguant, quando unus tantum eſt oppoſitor, & quando remanent plures oppoſitores; & concludant eſſe quæſitum jus conſiderabile in primo, non autem in ſecundo caſu, & ultra citatos plenius rem illuſtrat Lother. *lib.* 2. *q.* 51. *n.* 41. 42. 43. *& ſeqq.* utique Caſtropal. voluit eandem rationem militare in uno, ac in altero caſu.

Magiſque erroneum convincitur aſſumptum Caſtropal. qui proſequendo rationem ſuæ opinionis dicit, quod Superior habens jus providendi Jure devoluto, non poteſt alium ex dictis oppoſitoribus eligere: non quia publicum examen ſit pro ejus electione conſtitutum, ſed quia ex illo pro electione ordinaria facto oppoſitores jus conſiderabile acquiſierunt, ne alteri ab ipſis fieret proviſio, & refert favere Azor. *Inſtit. moral. par.* 2. *c.* 6. *q.* 8. ſed neque Azor. aliquid tale firmavit, neque ratio ipſius Caſtropal. habet aliquem ſuccum
120 legalem, quoniam tranſeat, quod oppoſitores habeant jus, ne alius ab ipſis eligatur, ſed hoc intelligitur reſpectu Epiſcopi, & Capituli habentium eligere, pro quibus fuit examen conſtitutum, non autem reſpectu Superioris, ad quem ſpectat conferre Jure devoluto; iſte enim non eſt ullo modo ligatus ab examine conſtituto pro Epiſcopo, & Capitulo, nec oppoſitores habent aliquod jus vigore illius, ne alius tertius eligatur, niſi quoad ipſum Capitulum, & Epiſcopum, quibus debetur jus eligendi; Superior autem, Jure devoluto, poteſt eligere quemlibet tertium ſibi beneviſum, dummodo ille ſit habilis, qualificatus, & idoneus ad tales Canonicatus magiſtrales, & doctorales, & quamvis devolutio fiat cum onere, & qualitatibus requiſitis in prima proviſione, Garz. *par.* 10.
*cap.* 3. *num.* 42. tamen Superior habens providere 121
Jure devoluto, non tenetur ponere edictum, nec facere concurſum, Garz. *par.* 5. *cap.* 4. *num.* 224. multoque minus attendere concurſum, & examen factum pro aliis nempe pro Ordinario, & Capitulo eligere debentibus, ſed ſolum ſervare qualitates neceſſarias, nempe conferre habili, qualificato, & digno habenti requiſita pro obtinendis Canonicatibus, magiſtralibus, & doctoralibus, nec alias tenetur conferre uni ex oppoſitoribus examinatis in concurſu habito pro Ordinario, & Capitulo, niſi conſtitutio aliqua adeſſet, quæ diceret ex ſola oppoſitione acquiri Jus ad rem, ut bene Rot. coram Caſſador. *d. dec.* 18. *de preben. num.* 5. & coram Puteo *dict. deciſ.* 253. *numer.* 3. *lib.* 3. Garz. *de Benef. p.* 4. *cap.* 3. *numer.* 71. *verſ. id tamen*, & Penia *dec.* 1155. *n.* 6. Lother. *de re benef. lib.* 2. *q.* 51. *n.* 37.

Tranſeamus ad aliam quæſtionem. Pone, quod 122
in Eccleſia viget Statutum Apoſtolica auctoritate confirmatum, quod in actibus Capitularibus in paritate votorum prævaleat pars, pro qua eſt votum Decani, vel Præpoſiti, vel Prioris, & ſimilium, utrum in electione facta ſecreto per fabas, & lupinos, ſeu per ſchedulas in urnam immittendas, in paritate debeat attendi votum qualificatum ſeu præponderans? Videtur, negative reſpondendum; quia licet in electionibus, etiam quæ fiunt ab univerſitate ſeculari, de Jure attendatur ſanioritas conſiſtens in dignitate, auctoritate, & merito eligentium, juxta theoricam Bartol. *in leg. Pomponius ff. de re judic. cum qua tranſit* Panorm. *in cap. Eccleſia veſtra* 57. *de elect. num.* 7. Alexand. *conſ.* 192. *num.* 1. *& ſeq. lib.* 6. Rocch. de Curt. *de Jurepatron. in verb. honorificum num.* 94. Lambertin. *eod. tract. part.* 3. *lib.* 2. *quæſt.* 4. *artic.* 6. *num.* 4. hoc tamen procedit in electione facta per ſuffragia, quæ aperta, & viva voce dantur, non autem per ea, quæ præſtantur ſecreto, Ceccoper. *lucubr. Canonical. lib.* 4. *num.* 83. ea ratione, quod dum funduntur vota ſecreto, ſciri, vel dignoſci non poteſt, ad cujus favorem quis votaverit, ut tradunt Panorm. *in dict. cap. Eccleſia veſtra num.* 7. *verſic. in diſponendis*, ibique Gonzal. *num.* 4. *verſic. augetur*, Ceccoper. *ubi proxime num.* 84. *verſic. ratio*, Rocch. de Curt. *ubi ſupra n.* 94. Lambert. *ubi ſupra num.* 3. *in fine*, Rot. *in Cartaginen. Canonicatus* 6. *Febr.* 1604. coram Card. Lancelloto *relata* apud Dunoz. Jun. *dec.* 214. *n.* 5. & noviſſime, me ſcribente, *in Albaracinen. Canonicatus* 10. *Maii* 1700. §. *non obſtat*, coram R. P. D. meo Molines Decano, quæ deciſiones loquuntur de voto qualificato Prioris, & Decani; adeo, ut in hoc puncto non debeat ſtari declarationi etiam juratæ ipſius Decani, vel Prioris, ad cujus favorem votaverit; eſſet enim ſingularis in ſuo dicto, ut be-
ne Alex. *d. conſil.* 191. *num.* 12. *verſic. & quamvis* 123
*lib.* 6. Rot. coram Dunoz. *ubi ſupra num.* 6. *& in d. Albaracinen. ubi ſupra*, & eadem ratione ſingularitatis non eſſent attendendæ declarationes omnium aliorum, qui votarunt, ut probat Text. *in capit. cum dilectus de elect.* quem expedit Alexand. *in d. conſ.* 192. *num.* 12. *verſic. & ſic non ſufficit lib.* 6. Ceccoper. *lib.* 4. *Lucubr. Canonic. num.* 84. *verſic. quod ſi nonnulli*, addita etiam ratione abſurdi; nam alias aperiretur via fraudibus, & poſſent electores votare pro uno, & poſtea declarare votaſſe pro alio, & ſic fraudulenter variare, quæ variatio eſt prohibita, publicato ſcrutinio, ut advertit Rot. *dict. deciſ.* 214. *numer.* 6. *&* 7. coram Dunoz. Junior. approbata noviſſime *per d. Albaracinen. ubi ſupra*; ut enim probatio ſufficiens in hac re conſtituatur, oportet, quod per

teſtes

Digitized by Google

teſtes de Capitulo conteſtes probetur concorditer de his, quæ geſta ſunt ab aliis, quod in tali caſo haberi non poteſt, dum nemo ſcire poteſt votum alterius ſecreto datum in urna, ut ponderat Alex. *d. conſil.* 192. *num.* 12. *lib.* 6. quæ refert & ſequitur Ceccopen. *Lucr. Can. lib.* 4. *num.* 84. *verſ. oportet*, quapropter bene ſubjunxit Alexand. *ubi ſupra num. ultimo in fine verſ. eſt adeo*, quod hoc probare eſt adeo difficile, ut poſſit judicari quaſi impoſſibile.

Audebo in hac materia diſtinctionem dare, quod nempe, aut Statutum Eccleſiæ dans votum præponderans loquitur generaliter in omnibus actibus capitularibus, quorum alii fierent per vota ſecreta, alii vero per publica, & viva voce; & tunc reſtringi debeat ad eos actus, in quibus procedetur per vota publica, & locum habeat opinio ſupra firmata in actibus per vota ſecreta explicandis; aut loquitur ſpecialiter de certa electione ſeu certo actu capitulari, ubi proceditur per vota ſecreta, & tunc ſtari debeat declarationi juratæ Decani, vel Prioris, ad cujus favorem votaverit, ex duplici ratione. Primo, quia alias Statutum remaneret inutile, & nunquam poſſet habere locum, nec unquam daretur caſus gaudendi voto qualificato; & ſecundo, quia Statutum volendo, quod in electione & actu capitulari per vota ſecreta explicando præponderet votum Decani, vel Prioris, per antecedens permittit, hunc poſſe declarare votum ſuum, & quod ejus declaratio plene probet, licet ſingularis tanquam in facto proprio, quia poteſt facere Statutum Apoſtolica auctoritate ſpecialiter confirmatum, quod dictum unius probet in certis caſibus, Farinacc. *de Teſtib. queſt.* 63. *n.* 12. multo magis in facto proprio, & in ſubſidium, ubi aliunde probatio eſt impoſſibilis, quod etiam de jure permittitur, ut apud eundem Farinacc. *d. queſt.* 63. *n.* 226. maxime quia Statutum continet conſenſum Capitularium; & de conſenſu partium planum eſt, quod poteſt fieri, ut ſtetur dicto unius ad probationem, Farinacc. *d. queſt.* 63. *n.* 18.

Quod dixi de Statuto reſtricto ad certam electionem ſeu actum, procedit etiam ſi eſſet generale pro omnibus actibus capitularibus, qui omnes fierent per vota ſecreta; militant enim eædem rationes.

Ratio illa adducta *in dec.* 214. *n.* 7. coram Dunoz. Jun. quod, publicato ſcrutinio, variatio non eſt permiſſa, procedit in electionibus ſubjectis for-
124 mæ, *cap. quia propter de elect.* non autem in aliis, etiam ſecreto factis per ſcrutinium, Bellamar. *in cap. publicato de elect. num.* 22. *&* 23. Fagnan. *ibidem num.* 45. *&* 46. Card. de Luc. *de Canonic. diſc.* 26. *numer.* 8. & dixit Rot. me ſcribente, *in Leodien. ſeu Aquiſgranen. Decanatus* 20. *Junii* 1701. §. *prout nec etiam in fine*, coram R. P. D. Caprara.

R. P. D.

## MOLINES DECANO.

### Albaracinen. Canonicatus

*Lunæ* 10. *Maii* 1700.

CUm vacaſſet in Cathedrali Eccleſia Albaracinen. Canonicatus Magiſtralis, ex quinque concurrentibus, ſeu oppoſitoribus, qui in ſequelam indicti concurſus comparuerant, duo tantum
125 peractis literariis exercitiis approbati fuerunt, nempe Doctor Joſeph Delgado, & Doctor Hieronymus Agueda, qui cum fuerint pro electione poſiti ſub ſcrutinio per vota ſecreta; iſta prima vice reperta fuerunt æqualia; unde neceſſe fuit ad novum devenire ſcrutinium, quo peracto, ſex ſchedulæ repertæ fuerunt in urna præſeferente in fronte nomen Joſephi Delgado; in urna vero, ubi ſimiliter erat deſcriptum nomen Hieronymi Aguada, adinventa fuerunt quinque, & in urna, quæ nuncupabatur excluſiva, & poſita pro illis Canonicis, qui nollent ſuffragari, reperta fuit unica ſchedula. Hinc delato negotio ad Rev. Epiſcopum, iſte dixit, electionem eſſe Canonicam, nec deveniendum ad aliud ſcrutinium, *Summ.* Joſeph. *n.* 3. *lit.* E.

Verum faventibus aliquibus Canonicis dicto Hieronymo, aliiſque de Capitulo ſuſtinentibus poſtremam electionem Joſephi, uterque ex electis habuit recurſum ad S. Sedem Apoſtolicam, expeditiſque poſt plura contradictoria habita coram Eminentiſs. Cardinali Prodatario literis Apoſtolicis a præfato Joſepho, eundem controverſum Canonicatum ex capite devolutionis impetravit Michael Baptiſta Romeo. Cumque executio literarum Apoſtolicarum utriuſque proviſi fuerit mihi directa, dubium propoſui, *An, & cujus literæ ſint exequendæ*; ſuper quo reſponſum habui, eſſe exequendas illas Joſephi Delgado.

Nulla enim emerſit difficultas apud Dominos, quominus narrata ſummo Pontifici per eundem Joſephum eſſent juſtificata eo modo, quo ipſe expoſuerat in ſua ſupplicatione, & legitur contentum in ejus literis deſuper expeditis, & datis in *d. ſumm. num.* 5. quod ſufficit pro illarum executione, Rot. *deciſ.* 305. *num.* 11. *&* 12. *p.* 9. *rec. &* 126
*in Olomucen. Canonicatus* 4. *Decembris* 1693. §. *Eoque facilius*, coram Reverendiſs. Zamoren. ſolum viſum eſt reſtringi momentum hujus Cauſæ ad confutationem eorum, quæ adverſus illius electionem objiciebantur a Romeo: cum nihil ſit in hoc terrarum orbe tam clarum, quod non valeat aliqua dubitatione ſeu hominum cavillatione offuſcari, ut traditum reperitur *in* §. *ſi vero Authent. de Tabellion.*

Sed antequam Domini aſſumerent particulares reſponſiones ad ſingula objecta, ex adverſo excitata voluerunt præmittere, quod, cum agatur de materia electionis, ſufficit electo eam oſtendere, abſque eo quod teneatur probare eſſe validam, & Canonicam, cum talis præſumatur; ita ut dicenti contrarium incumbat onus concludenter probandi. Juris ordine ſervato, cum alias ad illam 127
extrajudicialiter procedatur, Lapus, & Abb. *in cap. licet Epiſcopus numer.* 3. *& ſeqq. de Præbend. in* 6. *ibidem*, Gemin. *num.* 12. Jo. Andr. *in capit. ſicut num.* 11. *verſ. Ex hoc videtur de ſentent. & re judicat.* & in puncto caſus noſtri dixit Rot. *deciſ.* 289. *num.* 25. *&* 26. *p.* 6. *& deciſ.* 244. *num.* 34. *p.* 8. *rec.*

Tantum autem abeſt, quod aliquid relevans fuerit oppoſitum, ut potius frigeſcere viſæ ſint omnes exceptiones adductæ per defenſores dicti Michaelis Romeo; nam prima elicita ex lapſu temporis, viſa eſt carere aſſiſtentia facti, cum eſſet in confeſſo apud Partes, quod Canonicatus vacaverit die 28. Februarii 1698. cumque ultimum ſcrutinium expletum fuerit die 19. Auguſti ejuſdem anni prout conſtat ex publico electionis Inſtrumento relato *in d. ſumm. numer.* 3. quod 128
facit probationem probatam, remque claram, & manifeſtam, ut in his terminis dixit Rota *deciſ.* 156. *num.* 6. *p.* 12. *recent.* Hinc aperte dignoſcitur, quod electio non egreſſa eſt limites ſemeſtris, quod tempus ſemper attendendum venit, quando prout hic non agitur de electione Prælati, qui debet præfici Eccleſiæ viduatæ ſuo Paſtore; in quibus terminis Sac. Canones ſtatuerunt brevius tempus trium menſium, ut unum caſum ab altero diſtinguendo docet Abb. *in cap. ne pro defectu ſub num.* 3. *de elect.* & tradit Lavor. *var. reſol. eodem tract. tit.* 4. *cap.* 18. *num.* 12.

Non obſtat, quod ultimum ſcrutinium peractum intra ſemeſtre dicatur nullum, attenta particulari hujus Eccleſiæ Conſtitutione 44. qua cavetur, quod data paritate votorum in præcedenti ſcrutinio illa Pars prævalere debeat, in qua fuit votum Decani præſidentis. Quoniam, omiſſis aliis reſponſionibus, illa pro omnimoda objecti 129
remo-

Digitized by Google

remotione viſa eſt ſufficere, quod cum quilibet
de Capitulo ſuum deberet ferre ſuffragium ſecre-
to, profecto diſcerni non poterat, ad cujus fa-
vorem Decanus votaverat; unde hodie non eſt
ſtandum illius dicto, ex doctrina Specular. *libr. 4.
tit. de elect. num.* 3. cum ceteris in puncto rela-
tis per Rot. *dec.* 214. *numer.* 6. coram Dunozett.
Jun. ubi optima affertur ratio, quod alioquin a-
periretur via fraudibus, & poſſet Decanus votare
pro uno, & poſtea declarare ſuffragium dediſſe
pro alio, & ſic pro ejus libito variare, quæ va-
riatio, publicato ſcrutinio, non permittitur in Ju-
re Canonico per Text. *in capit. Publicato*, ubi
Abb. *numer.* 4. *de elect.* Rota coram Cerro *d.* 26.
*num.* 49.

Minuſque refert, quod præſuppoſita in ſuffra-
giorum paritate in præcedentibus ſcrutiniis inter
Joſephum Delgado, & Hieronymum Agueda e-
lectio terminari deberet per ſortem, prout diſpo-
nitur in Conſtitutione Apoſtolica Leonis X. re-
lata per Garz. *de Benefic. p.* 5. *cap.* 4. *numer.* 169.
Quoniam quicquid ſit, an illa tanquam edita pro
130 aliis Hiſpaniarum Legionis, nempe, Caſtellæ,
Granatæ & Navarræ, extendi valeat ad Regnum
Aragoniæ, in quo ſita eſt Eccleſia Albaracinen.
exiſtimarunt Domini, præfatum Pontificem in ea
locutum fuiſſe permiſſive circa modum electionis
explendæ per ſortem, quæ alioquin, ceſſante be-
neplacito Apoſtolico, in Jure Canonico eſt prohi-
bita, *cap. final. de ſortileg. ibique*, Abb. *in 3. A-
nan. num.* 11. Suarez *de relig. tract. p. lib.* 2. *cap.*
12. *a numer.* 5. Garz. *de Benefic. d. part.* 5. *cap.* 4.
*num.* 205. Lother. *de re benefic. lib.* 3. *qu.* 17. *num.*
191. & noviſſime deciſum fuit rejectis contrariis
in *Majoriten. Beneficii* 15. *Junii* 1699. §. *Urgen-
tius cum ſeq.* coram R. P. D. meo Anſaldo.

Sicque nolente Capitulo, uti præfata permiſ-
ſione explendi electionem per ſortem, illi mini-
me vetitum erat, quominus poſſet devenire ad
novum ſcrutinium, quod ſemper de Jure peragi
permittitur, donec, & quouſque durat tempus ſe-
131 meſtris præfixi ad eligendum, *cap. cum Terra de
elect.* Paſſerin. *eod. tract. cap.* 19. *num.* 19. Tam-
burin. *de Jure Abb. tom.* 1. *diſput.* 5. *quæſt.* 6. *nu-
mer.* 28.

Auctoritates vero in contrarium allegatæ, nem-
pe Gloſſ. *in cap. Eccleſia veſtra* 57. *verb. non con-
ſenſerit de elect.* Lother. *de re Benef. lib.* 3. *quæſt.*
17. *num.* 193. Adden. ad Buratt. *deciſ.* 809. *ſub n.*
15. Ultraquamquod viſæ ſunt, poſſe intelligi de
illis electionibus, quæ fiunt ſuper dignitatibus, &
132 Prælaturis majoribus, per quarum vacationem Ec-
cleſiæ remanent viduatæ, & in quibus ſervanda
eſt forma præſcripta in *capit. Quia propter de e-
lect.* ſicque non applicantur caſui noſtro, ubi a-
gitur de Canonicatu, ſeu dignitate inferiori: Ad-
huc removetur quælibet difficultas, quia patet ex
illarum lectura, quod in caſu paritatis votorum
determinant, quidem poſſe ſolum Pontificem gra-
tificari, cui vult ex electis: ſed nihil decernunt
circa devolutionem reſpectu liberæ collationis fa-
vore extraneæ perſonæ, quæ devolutio duntaxat
inducitur per lapſum temporis, ut bene ſe expli-
cando firmat idem Lother. *d. lib.* 3. *quæſt.* 17. *num.*
105. *& poſtea n.* 195.

Denique non relevat, quod, admiſſa etiam ſub-
ſiſtentia ultimi ſcrutinii habiti ſub dicta die 19.
Auguſti, Joſeph non habuerit majorem partem
ſuffragiorum, quæ juxta veriorem opinionem
computari debent non comparative ad minorem
numerum reſpectu coelecti, ſed completive, ha-
bito reſpectu ad totum Capitulum, quoties ut in
noſtra hypotheſi actus explicandus erat collegiali-
133 ter *cap. Eccleſia veſtra* 48. *ubi* Abb. *de elect. idem
conſ.* 25. *num.* 4. Silveſtr. *ſumma verb. elect.* 2. *nu.*
11. Lother. *de re benef. d. lib.* 3. *quæſt.* 17. *numer.*
175. Marc. *dec.* 1302. *num.* 1. Adden. ad Buratt. *d.
deciſ.* 809. *num.* 10. Rota coram Dunoz. Jun. *de-
ciſ.* 214. *a num.* 1. *in Majoricen. Beneficii* 15. *Junii*
1699. §. *Et ſi nanque*, coram R. P. D. meo Anſaldo,

Quoniam procedendo etiam cum hac opinio-
ne, adhuc objectum viſum eſt corruere in facto;
nam retento eo principio, quod in noſtra hypo-
theſi agitur de electione reſpectu dignitatis infe-
rioris, & ob id ſervandum eſt Statutum vel con-
ſuetudo Eccleſiæ, utique iſta bene explicata re-
manet per tabellam ſuper forma votandi exiſtens in 134
Sacriſtia Eccleſiæ Albaracinen. ibi *Inter hæc va-
ſa, quæ ſtabunt cum nominibus concurrentium, de-
bet haberi aliud vas, cujus inſcriptio ſit, & dicat
vota excluſiva, ad effectum, ut Capitulares, qui
noluerint votare, & ſuum ſuffragium dare iſti, vel
illis, qui ibi concurrunt, mittant ſuum ſuffragium
in vaſe, quod dicit vota excluſiva, ut non cogan-
tur votare, & ſemper intacta remaneat eorum con-
ſcientia d. ſumm. tr. Joſephi n.* 2. *lit. A.*

Quamobrem cum in dicto ultimo ſcrutinio re-
pertum fuerit unum ſuffragium in urna excluſiva,
qui illud ibi appoſuit utens dicto Statuto, noluit
pro uno nec pro alio votum præbere, ſicque de
iſto ſuffragio tanquam incerto nulla eſt habenda 135
conſideratio ad Text. expreſſum in *cap. In electio-
nibus de elect. in 6.* Lavor. *var. Lucubrat. de elect.
tit.* 4. *cap.* 19. *n.* 60. Rot. *deciſ.* 156. *n.* 8. *part.* 12.
*rec.* adeout computari minime debeat in præjudi-
cium eorum, qui pro certa perſona ſuffragium præ-
ſtiterunt, ut notat Gloſſ. *in Clement. quod circa
verb. quo in facto, ubi* Vitalin. *numer.* 29. *verſ. aut
fuerunt vocati de elect.* Navar. *conſ.* 7. *num.* 1. *eo-
dem titul.* Adden. ad Buratt. *dec.* 809. *num.* 12. &
perinde eſt, ac ſi votans ſe fecisſet extraneum,
nec interfuiſſet Capitulo, quod in ceteris Canoni- 136
cis dicitur totum conſolidatum, Abb. *in cap. cum
ratione* 19. *& cap. in cauſis utrobique numer.* 9. *de
elect.* Lother. *de re benef. lib.* 3. *quæſt.* 17. *num.* 174.
Tondut. *quæſt. benef. cap.* 86. *num.* 4. *tom.* 1. *& in
d. Majoricen. Beneficii* 15. *Junii* 1699. §. *Arriſis*,
coram R. P. D. meo Anſaldo.

Quare cum computatis aliis undecim ſuffragiis
illorum Canonicorum, qui vere voluerunt vota-
re, quinque duntaxat vota habuerit Agueda, &
ſex Joſeph Delgado, iſte perinde dicitur Canoni-
ce electus a majori parte, habito reſpectu ad to-
tum Capitulum, *ut in d. cap. Eccleſia veſtra* 48. 137
*& cap. in Geneſi de elect.* quamvis major Pars ef-
ficiatur per unicum votum, juxta Doctrinam Abb.
*in cap. poſtulaſtis num.* 14. *in fin. de conceſſ. Præ-
bend. & in cap. cum omnes num.* 11. *ubi* Felin. *nu.*
33. *de conſtit.* Ceccoper. *Lucubrat. Canonic. lib.* 4.
*num.* 61. *in puncto* Rota coram Buratt. *d. dec.* 809.
*num.* 1.

Atque hinc parvi faciendæ viſæ ſunt atteſtatio-
nes nonnullorum Canonicorum ſuper eo, quod
urna excluſiva fuerit appoſita abſque ſcientia, &
conſenſu Capituli; quoniam ultra quod hoc vi-
detur valde inveriſimile, eſt certum, quod cum
ipſi impugnaverint electionem Joſephi ſecutam in
ultimo ſcrutinio, eorum propterea teſtimonium
tanquam tendens ad proprium commodum, &
ad ſuſtinendam propriam voluntatem, nullatenus 138
meretur attendi, ut punctualiter firmavit Rota
*dec.* 156. *num.* 28. *p.* 12. *& in Adrien. Canonicatus*
3. *Aprilis* 1699. §. *ſuppoſita*, coram R. P. D. meo
Lancetta.

Quæ omnia in univerſum certiora evadunt ex
duplici animadverſione, quarum altera eſt, quod
ex parte Capituli non docetur de ulla appellatio-
ne interpoſita adverſus ultimum ſcrutinium, in
quo ſecuta fuit electio dicti Joſephi, ſicque ne-
mo hodie videtur audiendus ſuper invaliditate di- 139
ctæ electionis, ut per Text. *in capit. ut circa de
elect. in* 6. dixit in puncto Rota *deciſ.* 289. *n.* 38.
*p.* 6. *rec.* Altera, & fortior eſt, quod hodie non
eſt in Cauſa Hieronymus Agueda coelectus, &
proinde ex illius taciturnitate totum Jus ex ele-
ctione procedens remanet virtualiter conſolidatum
in perſonam dicti Joſephi, ad tradita per Rota co-
ram Cerro *deciſ.* 26. *a n.* 41. *ad* 47. *& deciſ.* 244.
*n.* 48. *par.* 8. *rec.*

His poſitis, & conſtito de bono Jure Joſephi,

caſu

ceſſat motivum devolutionis, ac per conſequens non ſunt exequendæ literæ Apoſtolicæ Michaelis Romeo; quæ, cùm fuerint impetratæ ex capite devolutionis, dicuntur carere debita juſtificatione, ſine qua nunquam merentur executionem ex notiſſimis, & proinde ſuperfluum viſum eſt diſcutere illius inhabilitatem fortiter oppoſitam per ſcribentes pro dicto Joſepho Delgado, ut ſupra electo.

Et ita utraque parte &c.

## ASTORICEN. THESAURARIÆ

### PRO

Bartholomæo Garzia Cavalero

### CUM

Roccho Fernandez.

## ARGUMENTUM.

Supplicatione reſignationis ſignata per Papam, & annotata cum die, quæ dicitur *præſentata* vivo reſignante, poſt hujus obitum conſenſus præſtari poſſit per procuratorem, & extendi in libris Cameræ ſeu Cancellariæ pro expeditione literarum, vel potius uti gratia reſignationis adhuc imperfecta, beneficium vacet per obitum, & reſolvitur affirmative pro extenſione conſenſus poſt obitum reſignantis.

## *SUMMARIUM.*

1 *Supplicatione ſignata, & datata in vita reſignantis, poteſt procurator extendere conſenſum poſt obitum illius ex Conſtitutionibus Alex. VI. & Leonis X.*
2 *Secus ſi ſupplicatio non fuiſſet datata.*
3 *Recenſentur varii ſtyli Datariæ circa conſenſus in reſignationibus, & n. 4. 5. 6. & 7.*
8 *Gratia eſt perfecta per ſolam ſignaturam.*
9 *Reſponſio ad contraria.*
10 *Gratia ſine die, & conſule non valet.*
11 *Præſentata æquipollens antiquæ parvæ datæ contra n. 12. & ſeqq. primam opinionem ſuſtinet Auctor n. 28. 29. 30. 31. 32.*
22 *Recenſentur variæ ordinationes Papales, ex quibus ſublatæ fuerunt fraudes in extenſione conſenſus poſt obitum reſignantis, & numer. 23. cum ſeqq.*
27 *Hæc extenſio conſenſus poteſt fieri ex Conſtitutionibus Alex. & Leonis, ac ex jure Communi.*
33 *In reſignatione duo dantur conſenſus, unus cauſalis, & alter formalis, & n. 34.*
35 *Procurator poteſt cogi ad præſtandum conſenſum poſt obitum reſignantis.*
36 *Papa ſolet derogare conſenſui reſignantis pro expeditione literarum.*
37 *Conſenſus cauſalis non eſt hodie ſublatus in reſignationibus ex ſtylo noviſſimo Datariæ.*
38 *Ea, quæ conſiſtunt in praxi, regulariter variantur.*
39 *Conſenſus formalis ſeu extenſus eſt demonſtrativus prioris conſenſus cauſalis.*
40 *Reſpondetur deciſionibus* Merlin. 281. Manzan. 490. *eaque explicantur.*
41 *Gratia eſt perfecta per ſolam ſignaturam, non autem perficitur per datam, vide ſupra nu. 8. 9. 10.*
42 *Arbitrium Datarii circa datam non obſtat in caſu, & ad effectum extenſionis conſenſus.*
43 *Auctor fortaſſe eſt in opinione, quod conſenſus debeat recipi, & extendi, etiam ſi ſupplicatio per Papam ſignata non habeat neque datam, neque præſentatam, vide num. 44. 45. & 46.*
47 *Prohibere extenſionem conſenſus poſt obitum, eſt impoſſibilitare reſignationes abſentium, vide ſupra num. 26.*
48 *Non ſunt mutanda, quæ diu fuerunt obſervata.*
49 *Delictum aliquorum non debet eſſe motivum abrogandi legem in univerſum pro omnibus, quando poteſt particulariter provideri in caſu, ubi deprehenditur fraus, & delictum illorum paucorum.*
50 *Deciſio hujus Cauſæ, & n. 51. cum ſeqq.*

## DISCEPTATIO V.

Suppoſita ſerie facti extenſa ſufficienter in deciſione hujus Cauſæ, de qua infra *numer.* 50. quæſtio eſt, an conſenſus extendi poſſit poſt obitum reſignantis, pro cujus extenſione ego reſolvendum eſſe ſuſtinebam, ſcribens pro Cavalero reſignatario.

Hanc enim propoſitionem fundabam in duabus Conſtitutionibus Pontificiis, nempe S. Mem. Alex. VI. & Leonis X. impreſſis apud Pariſ. *de reſign. lib.* 9. *quæſt.* 24. *numer.* 15. *necnon* Boer. dec. 348. in quibus cavetur, quod poſt ſupplicationem ſignatam, & datatam in vita reſignantis, ſi reſignantem mori contigerit ante extenſum conſenſum in Cancellaria Apoſtolica, adhuc gratia dicatur perfecta, & beneficium vacet per reſignationem, non autem per obitum, & attendatur dies datæ literarum, non autem præſtiti conſenſus, itaut vigore hujuſmodi Conſtitutionum poſſe conſenſum præſtari per procuratorem, & extendi poſt obitum reſignantis communiter aſſerant Caſſador. *deciſ.* 1. & 3. *numer.* 3. *de re menc.* Lother. *de re* 1
*benef. lib.* 2. *quæſt.* 23. *num.* 24. & *quæſt.* 25. *num.* 49. 50. Pariſ. *de reſignat. lib.* 1. *quæſt.* 12. *num.* 33. & *d. lib.* 9. *quæſt.* 24. *num.* 14. & *lib.* 12. *quæſt.* 5. *numer.* 38. Roſa *de execut. lit. Apoſt. cap.* 15. *n.* 65. Cocchier. *ad reg.* 44. *Cancell. num.* 12. Jac. Ricc. *in Praxi var. reſol. part.* 2. *reſol.* 487. *per tot. ſignanter n.* 3. & 4. Boer. *deciſ.* 348. *num.* 7. Verall. *deciſ.* 396. *n.* 1. *part.* 2. Puteus *deciſ.* 83. *n.* 2. *lib.* 2. Creſc. *deciſ.* 7. *num.* 1. *de renunc.* & *deciſ.* 9. *in princ.* & *fine de Procuratoribus* Gratian. *diſcept.* 191. *num.* 21. Azor. *inſtit. Moral. par.* 2. *lib.* 7. *cap.* 22. *quæſt.* 13. *verſic. quæres,* Tondut. *de penſion. quæſt.* 41. *numer.* 22. Rot. *deciſ.* 303. *num.* 6. *part.* 4. *Tom.* 2. & *deciſ.* 112. *n.* 36. *part.* 16.

Haud negabant ſcribentes pro Fernandez proviſo ab Ordinario hanc propoſitionem, ſed dicebant, eam non applicari ad caſum præſentem, ubi ſupplicatio fuerat quidem ſignata, ſed non datata parva data, vivo reſignante; ideoque dicebant ex defectu datæ gratiam reſignationis non fuiſſe perfectam, nec proinde admittendum eſſe procuratorem ad præſtandum poſt obitum reſignantis conſenſum pro reſignatione non perfecta, & pro pun- 2
ctualibus allegabant *deciſiones* 281. *num.* 15. coram Merlin. & *deciſ.* 490. *num.* 15. & 16. coram Manzaned.

Reſpondebant autem cumulo ſuperius adductarum auctoritatum diſtinguendo tempora, ſeu diverſas ordinationes circa praxim, & ſtylum, quæ in hac materia reſignationum diverſis temporibus editæ, & reſpective practicatæ fuerunt in Dataria, quibus præmiſſis, facilem deinde fore aſſerebant 3
applicationem, & conciliationem beneficialiſtarum, qui ſecundum diverſos ſtylos, & temporum varietatem ſcribentes, videbantur inter ſe contrarii.

Primum igitur tempus eſſe ſupponebant illud ante editam a Clemente VII. regulam de conſenſibus, ubi licet tunc ad validitatem renunciationis pernecеſſe requireretur conſenſus reſignantis, ſine quo nemo ſuo beneficio privari debet; nihilominus ad hunc effectum ſufficiens reputabatur

etiam

etiam conſenſus implicitus reſultans ex porrectione ſupplicationis ad ſummum Pontificem factam a principali, ſeu procuratore ex ea ratione, quod qui ſupplicat pro admiſſione reſignationis, ille pernecеſſe conſentit, ut refert Rota coram Caſſadot. *deciſ.* 1. *de renunc. num.* 1. Mohedan. *deciſ.* 5. *eodem num. & tit.* Cochier. *ad regul. Cancell.* 44. *num.* 33.

Quia vero ex hac admiſſione impliciti conſenſus dabatur anſa pluribus fraudibus, & facile poterat unuſquiſque porrigendo ſupplicationem ad ſui arbitrium privare beneficio poſſeſſorem abſentem, & penitus inſcium; ideo ad hoc evitandum edita
4 fuit regula de conſenſibus præſtandis per ipſum principalem, vel per procuratorem ſpecialem ab abſente conſtitutum, ut teſtatur Burſat. *conſ.* 393. *numer.* 12. *ad med. verſic. dum ergo parva data*, Pariſius *de reſignat. lib.* 8. *cap.* 8. *num.* 3. Gomez. *de regul. Cancell. de publican. reſignat. quæſt.* 17. §. *ſed præfatis poſt princ.* & Cochier. *ad regul.* 44. *ſub n.* 9.

In executionem hujus regulæ cœperunt præſtari conſenſus expreſſi quidem, ſed contemporanei ad ipſam præſentationem ſupplicationis, itaut eodem tempore, quo porrigebatur ſupplicatio a tergo illius annotabatur dies dictæ præſentationis, quæ appellabatur *parva data*, & per notarium extendebatur conſenſus, qui ideo etiam dicebatur *parvus conſenſus*, de quo Gabriel. *conſ.* 193. *n.* 1. *lib.* 2. Mandoſ. *conſ.* 16. *numer.* 2. Rot. coram Puteo *d.* 94. *num.* 4. *lib.* 2. *& in part.* 1. *diverſ. d.* 171. *num.* 3.

Talem ſtylum, licet aliquo tempore ſervatum, ut patet in pluribus auctoritatibus ſupra *n.* 1. allegatis, ad huc experientia compertum eſſe dicebant aliis fraudibus anſam præbuiſſe; cum enim ſupplicationes ita porrectæ, datatæ, & attergatæ, & ſucceſſive per Papam ſignatæ, adhuc ante præſtationem conſenſus in Cancellaria vel Camera non facerent actum irretractabilem, nec reſignationem
5 perfectam, ut teſtatur Pariſ. *de reſignat. libr.* 8. *quæſt.* 8. *num.* 29. Rot. coram Celſ. *d.* 172. *numer.* 12. *& duobus ſeqq.* &, quod plus eſt, reſtituerentur ipſiſmet partibus ſeu procuratoribus, abſque eo quod regiſtrarentur in libris Datariæ, nullaque illarum memoriam remaneret apud officiales, ut teſtatur Burſat. *conſ.* 393. *numer.* 7. *verſic. primo*, Pariſ. *de reſignat. lib.* 8. *quæſt.* 8. *num.* 30. Lother. *de re benef. lib.* 3. *qu.* 16. *numer.* 19. *in fin. aliique plures relati* per Rotam *in d.* 191. *num.* 8. coram Celſo. Inde ſequebatur, quod is, qui ſupplicationem retinebat, illam non publicabat, niſi poſt mortem reſignantis, quo tempore præſtando, ſeu extendendo conſenſum in Cancellaria, vel Camera, expediebat gratiam ſub priori data ante obitum reſignantis, ita, & taliter, quod Beneficium conſiſtebat plerumque in vita duorum ad arbitrium reſignantis, qui poterat, durante ſua vita, illud libere retinere & poſt obitum relinquere reſignatario, & hoc modo præoccupabatur vacatio per obitum, de qua fraude mentionem facit Amayden. *de ſtylo Dataria lib.* 1. *cap.* 30. *quæſt.* 32. *n.* 14. *ante med.* & Grat. *diſcept. for. cap.* 191. *n.* 6. *poſt med.*

Ideo inductum fuiſſe ſtylum, quod dictus parvus conſenſus non extenderetur a tergo ſupplica-
6 tionis, niſi prius præſentaretur in Camera, vel Cancellaria, de quo Lother. *de re benef. libr.* 2. *quæſt.* 16. *n.* 59. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 24. *verſic. ſecundo colligitur*, Rot. coram Celſ. *d. deciſ.* 172. *n.* 14. & Card. de Luc. *de benef. Diſ.* 34. *n.* 5.

Quodque talis conſenſus non reciperetur in Camera, vel Cancellaria, niſi poſtquam ſupplicatio ſignata fuerat, & gratia perfecta, ut pariter ex atteſtatione practicorum, & officialium refert Rot. coram Celſ. *d. dec.* 172. *n.* 15.

Et quia ex talibus cautelis non videbatur adhuc proviſum fuiſſe fraudibus, quæ oriebantur ex eo, quod ante præſtationem conſenſus apponebatur in
ſupplicationibus data, ideo ex noviſſimo ſtylo, 7
qui hodie ſervatur, inductum fuiſſe dicebant, quod poſtquam ſupplicatio ſignata fuit, illa non redeat amplius ad manus Partium, ſed remaneat apud Subdatarium, qui in calce illius ſcribit, *extendatur conſenſus in Cancellaria vel Camera*, quo annotato a tergo ſupplicationis, iſta redit ad Datarium, & ſucceſſive ad Officium parvæ datæ, a qua ſive a data magna, quæ illam extendit, recipit perfectionem, ut refert Rot. coram Celſ. *deciſ.* 191. *num.* 9. *&* clarius explicando totum curſum talium ſupplicationum Roſa *de execut. lit. Apoſtol. cap.* 1. *ſub n.* 37.

Præmiſſa hac Hiſtoria, ſcribentes pro Fernandez proviſo ab Ordinario concludebant illative, quod cum ſupplicatio reſignationis nihil aliud haberet in ſe niſi ſignaturam Papæ, & prænotationem illius dici, qua præſentata, & correcta fuit, ſcilicet *die* 20. *Januarii* 1690. conſcriptam per ſubſtitutum Subdatarii, proinde non poſſet dici gratia perfecta, dum carebat data tam parva, quam magna, quæ juxta hodiernum ſtylum per Officiales ad id ſpecialiter deputatos non apponitur, niſi poſt extenſum conſenſum in Camera ſive Cancellaria; ideoque inapplicabilem remanere concluſionem *ſupra numer.* 1. firmatam, quod ſcilicet præſtari poſſit conſenſus per procuratorem poſt obitum reſignantis, quippe quæ procedit juxta ſtylum antiquum, juxta quæ ante præſtationem formalis, & ſolemnis conſenſus in Camera, ſive Cancellaria ſupplicationes reſignationis non ſolum ſignabantur a Papa, ſed etiam recipiebant paucam datam, & parvum conſenſum, ut patet ex auctoritatibus ſupra allegatis *n.* 1. ſecundum hujuſmodi ſtylum loquentibus, quare, cum ſupplicatio haberet quidem primum requiſitum ſignaturæ Papæ, ſed non ſecundum parvæ datæ, quæ adhuc apponenda eſt poſt conſenſum per officialem ſpecialiter ad id deputatum, qui dicitur *parva data*, non poſſe in hoc ſtatu gratiam dici perfectam, neque procuratorem amplius admitti ad præſtandum conſenſum, deficiente ſcilicet dicto requiſito parvæ datæ, quæ ultra ſignaturam copulative requiritur tam a declarationibus Leonis X. & Alex. VI. quam ab omnibus auctoritatibus, & deciſionibus *ſupra n.* 1. allegatis, ut optime firmat Rot. *in d. dec.* 281. *n.* 16. coram Merlin. *& d. dec.* 490. *n.* 15. *&* 16. coram Manzanedo.

Huic difficultati ego de facili occurrebam, negando enim diſcurſum hiſtoricum circa mutationem ſtyli Datariæ ob ſuppoſitas fraudes poſt editam notoriam Conſtitutionem Gregorii XIII. de publicandis, de quo inferius dicam *n.* 24. *& ſeqq.* & ſignanter negando ea, quæ circa eaſdem fraudes ſupra enarrantur *nu.* 7. dicebam, quod, licet ſupplicatio reſignationis careret parva data, adhuc exinde non ceſſabant Conſtitutiones Alex. VI. & Leonis X. admittentes præſtationem conſenſus etiam poſt obitum reſignantis, eo quia parva data, de qua in eiſdem Conſtitutionibus fit mentio, noo requirebatur juridice, ſed cauſative ex eo videlicet, ut conſtare poſſet de tempore ſignaturæ, & conceſſæ gratiæ ante obitum reſignantis, utque poſſet ad illud fieri retrotractio conſenſus poſt obitum illius præſtandi in executionem gratiæ jam factæ, nullatenus autem, ut ipſa data eſſet illa, quæ perficeret gratiam, & ad id probandum allegabam punctualem *deciſ.* 88. *num.* 2. *&* 3. Capu- 8
taquen. *part.* 3. ibi — *quia gratia ex ſola Signatura eſt perfecta, & data non facit, quod gratia non ſit perfecta, ſed oſtendit, de quo tempore gratia fuit obtenta.*

Et hanc concluſionem ego etiam probabam ex traditis per Roſam *de execut. lit. Apoſtolic. par.* 1. *cap.* 1. *n.* 46. ubi hæc ait — *non tamen per hoc data eſt, quæ gratiam perficit, ſed ſolum oſtenditur tempus, in quo facta fuit gratia, & perfectio dilatatur in illud tempus* — hoc etiam voluit Seraph. *deciſ.* 341. *n.* 9. non dicens, quod gratia recipit perfectionem a data, ſed ſolum initium ibi — *gratia enim a tempore datæ initium ſumit, & propterea*

tem-

*tempus illud attenditur* — & egregie etiam Ubert. de Citat. *cap.* 11. *n.* 337. ibi — *vis enim gratiæ non conſiſtit in appoſitione datæ, ſed in ſignatura Papæ, & ſignatura perficit gratiam, data autem oſtendit, de quo tempore gratia fuit obtenta, vel de quo Papa voluerit intelligi fuiſſe obtentam.*

Unde mirabar, quod Lother. magnus cæteroquin beneficialiſta *lib.* 2. *q.* 23. *n.* 10. & 31. dixerit, gratiam non perfici in ſignatura, & appoſitione manus Papæ, ſed in data, cum hoc ſit æquivocum inexcuſabile repugnans principiis Juris, quibus edocemur ſola Principis ſignatura gratiam eſſe perfectam, cum tempus non faciat perfectionem gratiæ, ſed aperiat, & deſignet diem, quo ea fuit conceſſa, nihil obſtante ratione, quod Papa, quando ſignat, dicatur habere hanc intentionem, ſcilicet faciendi gratiam in eo tempore, quo illa fuerit datata; hæc enim ratio non probat im-
9 perfectionem gratiæ ante datam, ſed dilationem illius uſque ad tempus datæ; aliud enim eſt, quod actus perficiatur, aliud vero quod perfectus differatur, ſicut videmus in donante inter vivos, pure, & libere volente tamen donationem habere vires poſt ejus obitum, quæ dicitur donatio perfecta uſque ab initio, & inter vivos, non autem poſt obitum, eo principio Juris, quod dilatio non ſuſpendit, neque actum imperfectum reddit, ſed bene actum jam perfectum trahit ad certam diem pro executione, non autem pro perfectione; eſt enim mora, non conditio, differens non ſuſpendens, *l. ex his, & l. firmo. C. quando dies leg. cedat* Coccin. *d.* 514. *num.* 10. ideoque non eſt attendendus Lother. in hoc puncto, nec quotquot deciſiones ſuper hoc æquivoco irrepſerint, cum male meo judicio locutæ fuerint confundendo perfectionem cum dilatione; maxime, quia naturaliter loquendo, Princeps quando ſignat gratiam facit, & in eo tempore præſumitur velle datam apponi ab officiali, juxta munus Datarii, apud Roſam *de execut. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 48. quod vero trahat gratiam in tempus beneviſum officiali ſeu Datario, nempe juxta datam ab eo apponendam, eſt interpretatio introducta de ſtylo, quæ naturalem gratiæ perfectionem, & veritatem immutare non poteſt.

Hanc veritatem probat Text. *in l. ſi quæ beneficia C. de diverſ. reſcript.* ubi ſtatuitur, quod beneficia perſonalia ſine die, & conſule auctoritate ca-
10 reant & *in can. dicenti §. ſi quæ Beneficia* 25. *q.* 2. & licet invenire non potuerim rationem apud Juriſtas ſuper dicta *l. ſi quæ beneficia*, tamen Gloſſ. *in d. Can. dicenti in verb. ſine die* hæc ait — *dies ideo editur, quia vix aliter poſſet probari falſum, niſi ſciretur dies*; ergo dies, & tempus gratiæ non requiritur ad perfectionem, quam ſupponit Text. *in d. l. ſi quæ beneficia* dicendo *auctoritate careant*; nam ſi eſſet gratia imperfecta, opus non fuiſſet eam privare auctoritate, quia privatio ſupponit gratiam jam factam, ſed requiritur tempus, ut poſſit probari falſitas beneficii, & reſcripti, & ob præjudicium tertii habentis Jus quæſitum ex alia gratia; ita & taliter quod ſi beneficium Principis non eſſet perſonale, ſed publicum redactum in corpore Juris, dies non eſſet neceſſarius, ut *in l. final. in fine C. de novo Cod. facien. ubi omnes*, ſignum evidens, quod dies non eſt ille, qui dat gratiæ perfectionem.

Hoc firmato, dicebam, quod ſupplicatio eo ipſo, quod habebat ſignaturam, continebat gratiam perfectam, & licet careret parva data, tamen, quia ſecundum hodiernum ſtylum, hæc fuit immutata circa tempus, dum apponitur poſt conſenſum formalem extenſum in libris Cameræ ſeu Cancellariæ, ſufficiebat, quod ſupplicatio eſſet datata alio modo æquipollenti, quod nempe haberet diem, qui oſtenderet tempus conceſſæ gratiæ in vita reſignantis; unde cum à tergo ſupplicationis adeſſet dies, qui dicitur *præſentata*, ſub quo ponitur deinde *parva data*, propterea iſte dies præſentatæ ſufficiebat ad hunc effectum, cum
æquipolleret antiquæ parvæ datæ, quæ apponeba- 11
tur eodem tempore porrectæ, & præſentatæ ſupplicationis, idque generaliter probabam ex doctrina Roman. *conſ.* 340. *numer.* 9. *cum ſeqq.* ubi dicit, quod quando lex requirit appoſitionem diei, & temporis, ſufficit, quod hoc appareat ubicunque & conſequenter in caſu præſenti gratia eſt valida, quotieſcunque apparet de die illius, ſive iſte dies ex præſentata, ſeu ex parva data deducatur, & in terminis præciſis hujus modernæ præſentatæ allegabam Lother. *de re benefic. lib.* 2. *qu.* 22. *numer.* 16. ex cujus dictis eliciebam hanc præſentatam æquipollere antiquæ parvæ datæ.

Verum ſcribentes in contrarium nimis acriter impugnabant hanc ſuppoſitam æquipollentiam præſentatæ, ejuſque aſſimilationem antiquæ parvæ datæ dicendo id non ſubſiſtere, ſive conſideraretur diverſitas modi, & officialium, & temporis, quæ intercedit inter præſentatam ſupplicationis, & antiquam parvam datam; ſive attendantur diverſi effectus, qui ex illis naſcuntur, ſive inſpiceretur ratio immutationis antiquæ datæ.

Et ſane dicebant, identitatem præſentatæ cum antiqua parva data excludi ex diverſitate modi, temporis, & officialium, quia præſentatio ſupplicationis cum annotatione diei juxta hodiernum ſtylum fit ante præſtitum ullum conſenſum, & per manus Subdatarii ſive ejus ſubſtituti, ut teſta-
tur Rot. *in deciſ.* 191. *numer.* 9. coram Celſ. An- 12
tiqua autem parva data apponebatur per officialem datarum ſpecialiter ad id deputatum, & eodem tempore per Notarium extendebatur conſenſus, qui dicebatur *parvus conſenſus* juxta authoritates allegatas ſuperius *numer.* 4. & hanc diverſitatem eo magis fieri clariorem, quia antiqua parva data non fuit prorſus ſublata, quo caſu dici poſſet, præſentationem ſupplicationis fuiſſe in ejus locum ſubrogatam; ſed hodie adhuc extat, & eſt eadem, ac prius, immutata ſolum ex recentiori ſtylo quoad tempus, eaque per ſolitum officialem Datarum apponitur nedum poſt ſignatam ſupplicationem, ſed etiam poſt præſtitum formalem conſenſum in Cancellaria, ſeu in Came-
ra, ut teſtatur Barboſ. *de Jur. Eccleſ. libr.* 3. *cap.* 13
5. *numer.* 24. *verſic. cæterum*, Rot. coram Celſ. *ſupra citata d.* 191. *numer.* 9. & 11. — ait hunc ſtylum modernum fuiſſe probatum ex atteſtatione officialium, & practicorum Datariæ.

Quare ſubjungebant, quod cum hodie adſit, & practicetur eadem parva data, ac antiqua, omnino improbabile remaneret aſſumptum; quod præſentata ſupplicationis ſucceſſerit in locum parvæ datæ, quia ſi hoc eſſet verum ſequeretur, quod juxta hodiernum ſtylum ſupplicatio ter dataretur. Primo nimirum, cum præſentatur, & a Subdatario apponitur in calce illius annotatio diei. Secundo, ubi poſt præſtitum conſenſum formalem in Camera vere datatur per officialem parvarum datarum, & tertio, ubi per Datarium ſub eadem die apponitur magna data, quod eſſet contra praxim antiquam, mediam, & infimam Datariæ, quæ non habet niſi duas datas, parvam ſcilicet, & magnam, ut eſt notorium, & clare habetur ex auctoritatibus, & deciſionibus ſupra hinc inde allegatis.

Si vero inſpiceretur diverſitas rationum & effectuum, eo magis dicebant eliminari propoſitam aſſimilationem hodiernæ præſentationis ſupplicationis cum antiqua parva data: quia antiqua data parva, cum haberet annexum, & contemporaneum parvum conſenſum reſignantis, ſeu procuratoris, qui recipiebatur per Notarium, & per eundem annotabatur in dorſo ſupplicationis, operabatur, ut tum ſignatura Papæ, quæ ſubſequebatur, quam conſenſus formalis, qui poſtea ex-
tendebatur in libris Cameræ ſive Cancellariæ, u- 14
niformiter retrotraherentur ad illam diem parvi conſenſus annotari in tergo ſupplicationis, ut firmant

mant Gratian. *d. diſcept.* 191. *numer.* 3. Tondut. *quæſt. beneſic. par. prim. cap.* 26. *ſub num.* 19. *verſ. ubi oſtendit* Lother. *de re benef. libr.* 3. *quæſt.* 16. *num.* 29. *& ſeqq. & n.* 32. *&* Rot. *dec.* 458. *num.* 4. *part.* 3. *lib.* 3. *diverſ.*

Indeque efficiebatur, ut ſupervéniente obitu reſignantis, procurator poſſet conſenſum formalem præſtare, quia dictus conſenſus reperebat extremum habile, nempe retrotrahebatur ad diem datæ parvæ ac parvi conſenſus, in quo reſignans vivebat, ut ex hac ratione conclusionem firmant Gratian. *d. diſcept.* 191. *num.* 3. & Tondut. *quæſt. beneſic. par. prim. cap.* 26. *ſub n.* 19.

Diverſam autem militare rationem in præſentata ſupplicationis, indeque promanare diverſos effectus; cum enim ſola præſentatio ſupplicationis cum annotatione diei non habeat in ſe connexum neque contemporaneum parvum conſenſum reſignantis, quinimmo illud ſupponat acceſſurum ex poſt, dum R. P. D. Subdatarius ibidem mandat, ut extendatur conſenſus, hinc inferebant terminos retrotractionis eſſe prorſus inhabiles, dum, deficiente parvo conſenſu, qui dari ſolebat cum parva data, formalis conſenſus, qui præſtari debet per procuratorem poſt obitum reſignantis non invenit extremum habile, quia ſcilicet non retrotrahitur ad diem parvi conſenſus, in quo reſignans vivebat; ideoque dicebant, eum nihil valere, & admitti non debere tanquam præſtandum vigore mandati, quod, re integra, & adhuc conſenſu non præſtito, expiravit morte mandantis, ut in puncto firmat Lother. *de re benef. lib.* 3. *quæſt.* 16. *n.* 633. ubi, quod ſi ſupplicatio ſit ſignata, nec adhuc præſtitus conſenſus, res prorſus eſt integra.

Addebant, non adverſari auctoritates in contrarium deductas, firmantes, quod conſenſus formalis retrotrahitur ad diem datæ ſupplicationis, ex qua oritur implicita præſtatio conſenſus; etenim in hac materia, quæ ex diverſis ſtylis redditur involuta, procedendum eſſe dicebant cum diſtinctione temporum, qua retenta DD. auctoritates, quæ videntur inter ſe contrariæ, recte conciliari ſupponebant; nonnullas enim ſimpliciter dicere, quod conſenſus formalis in Cancellaria ſive Camera præſtitus retrotrahitur ad diem datæ, & iſtorum dicta recte procedere juſta ſtylum medii temporis, quo data parva habebat annexum conſenſum reſignantis, qui per Notarium recipiebatur, & annotabatur in tergo ſupplicationis, & ſic vim retrotractionis implicite fundare
15 in parvo conſenſu ſub parva data. Ceteras autem, quæ abſolute dicunt, conſenſum formalem retrotrahi ad diem porrectæ ſupplicationis, ea reddita ratione, quia ex tunc dicitur adeſſe implicita præſtatio conſenſus, loqui juxta ſtylum antiquum Datariæ, juxta quem non requirebatur conſenſus expreſſus, & de tempore, quo adhuc introductus non erat ſtylus medius præſtandi parvum conſenſum, quo caſu cum admitteretur conſenſus tacitus reſignantis ex ipſa porrectione ſupplicationis reſultans, termini retrotractionis erant habiles, & conſenſus formalis bene poterat præſtari poſt obitum reſignantis, retrotrahendo illum ad conſenſum implicitum exorientem ex præſentatione ſupplicationis facta vivo reſignante; At juxta modernum, & noviſſimum ſtylum (ex quo deducebant, abrogatam fuiſſe vim taciti conſenſus, ſublatumque etiam parvum conſenſum, ac ſuperveniſſe novas ordinationes, quibus cavetur, quod poſt ſignatam ſupplicationem conſenſus formalis extendatur in Camera, vel Cancellaria, & deinde ſupplicatio datetur per officialem datarum) extrema retrotractionis eſſe omnino inhabilia, & impertinentia, & conſequenter auctoritates prædictas reddi inapplicabiles, ex ſuppoſito, quod nullus hodie adeſt præcedens conſenſus, nec tacitus, nec parvus, ad quem ſubſequens conſenſus poſt obitum reſignantis præſtandus retrotrahi poſſit, cumque unus tantum præſcriptus ſit formalis conſenſus in omnibus reſignationibus præſtandus in Camera ſive Cancellaria, tacitum conſenſum ex ipſa præſentatione ſupplicationis reſultantem, nullum poſſe operari 16
effectum ex nota regula, quod ubi expreſſus requiritur conſenſus, dataque eſt certa forma illum præſtandi, non ſufficit tacitus, vel alius datus per æquipollens, ut late probat Pariſ. *de reſignat. lib.* 8. *cap.* 8. *num.* 25. *cum ſeq. & lib.* 9. *cap.* 17. *num.* 56. *& ſeq.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. Gloſſ.* 47. *num.* 20. *& ſeqq.* & in terminis *deciſ.* 68. *par.* 5. *rec.* ubi *ſub num.* 5. firmat, quod ad effectum, de quo agitur, non attenditur ſola præſentatio ſupplicationis, ſed requiritur data; & ſub *num.* 7. *ad med.* dicit, quod ad excuſandum tale requiſitum non attenduntur quæcunque diligentiæ æquipollentes, prout in hoc caſu dicebant ex parte Cavaleri prætendi, quod pro diligentia eſſet præſentatio ſupplicationis cum annotatum diei, quæ tamen non eſt data gratiæ, immo poteſt eſſe, quod ſupplicatio datetur ſub alia die diverſa ad arbitrium Datarii, a quo data libere omnino dependet, ut proſequitur *eadem deciſio* 68. *num.* 8. *par.* 5. *rec.*

Si attenderetur denique ratio immutationis parvæ datæ, quæ antiquitus practicabatur, & clarius dicebant deſtrui oppoſitam aſſimilationem cum hodierna præſentata, ſiquidem antiquam parvam datam practicari ſolitam, antequam ſignaretur, & formalis conſenſus præſtaretur in Camera, vel Cancellaria eatenus abrogatam fuiſſe, & translatam poſt præſtitum dictum formalem conſenſum, quatenus ex illa plures oriebantur fraudes; ſi autem admitteretur aſſumptum, quod ſcilicet præſentatio ſupplicationis cum annotatione diei in calce, eadem ſit hodie, ac dicta antiqua parva data, reviviſcere utique antiquum ſtylum, & modernam præſentatam anſam præbere iiſdem fraudibus, ad quas obviandas parva data antiqua ſublata fuit, & ob quas inventæ, & introductæ fuerunt modernæ ordinationes; quinimo ſequi, quod introduceretur ſtylus perniċioſior in præjudicium collationum Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarii; nam admiſſa propoſitione contraria, reſignans colludendo cum reſignatario ſupplicationem præſentaret, eaque reſignata, ulterius ad expeditionem literarum non pergerent, & interim reſignans remaneret in poſſeſſione beneficii, & eveniente obitu reſignatarius illo potiri poſſet cogendo procuratorem ad præſtandum, & extendendum conſenſum, quod exagerabant eſſe maximum abſurdum præjudiciale Apoſtolicæ Sedi, ac Ordinariis collatoribus, qui hujuſmodi beneficia conferre non poſſent, ad quod evitandum, quatenus etiam verum eſſet, quod dicta præſentata ſupplicationis habens annotationem diei, æquipolleret antiquæ parvæ datæ, ex hoc ipſo arguebant eſſe eliminandam, nec attendendam ad effectum, de quo agitur; quia ſicut ex hac ratione fraudum ſublatus fuit effectus dictæ parvæ datæ, ita repugnare, quod idem effectus tribuatur præſentatæ ſupplicationis ſubrogatæ in locum dictæ parvæ datæ, ne alias dicatur, quod ſubrogatum ſit majoris roboris, & efficaciæ, quam id, cujus locum ſubrogatur contram regulam Juris, de qua Bald. *in l. ſi quis*. 8. *n.* 1. *cod. de ſecundis nupt.* Cyriac. *controv.* 378. *n.* 67. & Actolin. *reſol.* 41. *n.* 39. *& ſeq.*

Inſudabant ulterius ad demonſtrandam inſub- 17
ſiſtentiam ſuppoſiti, quod præſentata æquipolleret antiquæ parvæ datæ, enarrando, quod antiquis temporibus, in quibus vigebat ſtylus admittendi parvam datam ante conſenſum formalem, aderat etiam actus porrectionis ſupplicationis; ut deducitur ex traditis per Cochier. *ad regul.* 44. *numer.* 12. – ubi inſignem illum non ſolum theoricum, ſed practicum beneficialiſtam bene diſtinguere dicebant actum porrectionis a data, & ſignatura ſupplicationis, & cum eo concordare Pariſ. *de* 18
*reſignat. l.* 9. *q.* 24. *num.* 4. *& melius* Burſat. *conſ.* 393.

393. *num.* 12. *verſic. dum ergo parvæ datæ aſſen-
ſus, & verſic. minus etiam ex ſolius ſupplicationis
ſignata porrectione & numer.* 20. *verſ. quia*, & Lo-
ther. *de re benef. lib.* 3. *q.* 16. *num.* 17. *&* 18. *&*
*n.* 27. *& ſeqq.*

Quinimo diverſam fuiſſe datam parvam ab a-
ctu porrectæ ſupplicationis, ut in terminis obſer-
var Berouſ. *conſ.* 207 *num.* 57. *lib.* 3. & Amayden.
*de ſtyl. datar. lib.* 1. *cap.* 30. *n.* 6. ubi quod atten-
ditur data, oon præſentatio ſupplicationis in his
literis gratiæ, e contra autem in reſcriptis pœni-
tentialibus.

Et tamen, licet antiquitus ultra parvam datam,
adeſſet actus contradiſtinctus præſentationis eo-
dem modo, quò hodie etiam adeſt, nullum do-
ctorem, nullamque deciſionem onquam dixiſſe
advertebant, retrotractionem formalis conſenſus
fieri ad diem porrectæ ſupplicationis, ſed omnes
indiſtincte poſt introductionem parvæ datæ fir-
mare ad eam tam ſignaturam gratiæ, quam ſub-
ſecutum conſenſum formalem eſſe retrotrahen-
dum, idque patere ex authoritatibus hinc inde
allegatis.

Ex his diſcurſibus firmato, ut dicebant, quod
antiqua parva data non ſit eadem ac hodierna
præſentatio ſupplicationis, quodque diverſi effe-
ctus oriantur ex utroque actu, ſuperaddebant,
oon relevare argumentum deſumptum ex retro-
tractione ſignaturæ parvæ datæ, & conſenſus for-
malis ad diem præſentatæ ſupplicationis, ſub qua
ego dicebam omnia expleri. Etenim ultra re-
ſponſionem, quam ipſi dabant, quod nempe tam
ſignatura ſupplicationis, quam conſenſus regu-
19 lantur a data magna, quæ apponitur a Datario,
quodque data magna nihil aliud ſit niſi extenſio
parvæ datæ, quæ ootatur ſub eadem die, qoa
data parva fuit appoſita, nimirum ſub die, qua
ſupplicatio delata fuit ad officialem præfectum par-
væ datæ, ut diſtincte teſtantur Lother. *de re be-
nef. lib.* 2. *q.* 23. *num.* 14. *& ſeqq.* Roſ. *de execut.
litt. Apoſtolic. cap.* 1. *numer.* 28. *verſic. ſed data
magna*, & Rota *dicta dec.* 191. *num.* 12. coram
Celſ. – ubi inquit, id fuiſſe probatum ex fide of-
ficialium, & practicorum Datariæ.

Objectum ulterius ceſſare allegabant ex eo,
quod appoſitio datæ tam parvæ, quam magnæ
pendet ab arbitrio & voluntate Datarii; unde qua-
tenus etiam omnia expleantur ſub die præſentatio-
20 nis ſupplicationis retrotractionem non fieri ex vi
præſentatæ, ſed ex voluntate Datarii, in cujus li-
bera poteſtate eſt, vel apponere datam de tempo-
re, quo ea defertur ad officialem præfectum data-
rum, vel de tempore anteriori, quo fuit præſenta-
ta ſupplicatio.

Urgebant denique, oihil ſtringere abſurdum,
quod exinde ſequi ego obſervabam, quod ſcili-
cet, ſi verum eſſet, quod conſenſus præſtari non
poſſet poſt obitum reſignantis niſi ſupplicatio da-
tata ſit per officialem præfectum parvæ datæ,
nunquam utique verificabilis eſſet concluſio per
Beneficialiſtas concorditer firmata, quod conſen-
ſus formalis præſtari poſſit poſt obitum reſignan-
tis; cum data juxta hodiernum ſtylum non ap-
ponatur niſi poſt extenſionem conſenſus; Etenim
reſpondebant, hoc non eſſe abſurdum, ſed effe-
ctum a miniſtris Datariæ exoptatum, & habitum,
mediante introductione noviſſimi ſtyli, qui ex
hac potiſſimum ratione inventus fuit, ut retro-
tractio conſenſus formalis ad implicitum, ſive par-
vum conſenſum tolleretur, atque fraudibus exin-
de occurrentibus pinguius conſultum eſſet, quam
per præambulas ordinationes cautum fuerat; in-
deque hodie, ſtante ſupradicto ſtylo, ſublatas eſſe
omnes quæſtiones, quæ ex diverſitate temporis
reſpectu conſenſus exoriebantur, ut ex teſtimonio
Lother. *de re benef. lib.* 3. *q.* 16. *num.* 59. obi poſt
examinatas varias quæſtiones ſuper effectibus con-
ſenſus impliciti ſeu parvi, & formalis in Cancel-
laria præſtiti, ſubdit hæc verba – *Eſt tamen ve-
rum præmiſſa omnia procedere ſecundum uſum, qui
ad hæc uſque tempora ſervatus eſt. Ceterum me-
lior hodie inventus eſt ſtylus, quo diſtinctio hæc in-
ter partum conſenſum, & extenſum prorſus eſt ſub-
lata; indeque pinguis fraudibus occurſum, quam
per regulam cautum ſit: Nam prius non adjicitur
conſenſus a tergo ſupplicationis, quam ille ſit in li-
bris Cameræ extenſus, adeoque in Cancellaria præ-
ſtitus ſub ea formalitate, quæ reſpiciat tam ſigna-
turam ſupplicationis, quam expeditionem litera-
rum: indeque fruſtratoria eſt indagatio temporis,
an ſit præſtitus ante, vel poſt datam extenſam &c.*
Et hoc idem comprobat Tondut. *quæſt. benef. part.*
1. *cap.* 26. *num.* 21.

In cujus dicti comprobationem notabant, quod 21
poſt introductum hunc ſtylum nulla allegaretur
deciſio, nullaque Doctorum auctoritas, quæ præ-
ſtationem dicti conſenſus poſt obitum reſignantis
admittat, ſcilicet, poſt quam ſupplicatio ſignata
retinetur per Subdatarium, & tranſmittitur ad
officiales cum atteſtatione illa *extendatur conſen-
ſus* relatam per Rot. coram Celſ. *in dicta dec.* 191.
*nu.* 9. & rationem eſſe; quia poſt introductionem
noviſſimi ſtyli in neceſſarium conſequens deſtru-
cta fuit antiqua regula præſtandi conſenſum et-
iam poſt obitum reſigoantis ſuper ſupplicatione
datata.

Iſti erant diſcurſus, & longi labores ſcriben-
tium pro Fernandez proviſo ab Ordinario, ſed
omnes inutiliter mihi exagerata videbantur, cum
nullum argumentum aut ratiocinium eſſet potens
ad rumpendam difficultatem & nodum quæſtionis,
quibus omnibus ego ſatisfacturus, plenius rem, ut
infra, aggrediebar.

Primo igitur exiſtimabam, tollere ex oculis il-
lam impreſſionem ſiniſtram, quæ in contrarium
magnificabatur, nempe quod ex hac præſtatione
conſenſus poſt obitum reſignantis poſſent oriri,
& committi fraudes, quibus ex varietate ſtylo-
rum ſupponebatur fuiſſe occurſum, in quo pun-
cto ego non negabam, antiquitus fraudem com-
mitti potuiſſe, & commiſſas fuiſſe, ſed dicebam
fuiſſe per Summos Pontifices ſatis deinde provi-
ſum per diverſas ordinationes, quæ locum frau-
dibus hodie amplius non reliquerunt; itaut iſtæ
noſtris temporibus allegari non poſſint; ad quod
oſtendendum recenſebam, quod poſtquam emana-
runt Conſtitutiones prædictæ Alex. VI. & Leo-
ois X. permittentes extenſionem conſenſus poſt
obitum reſignantis, primus fuit S. M. Clemen.
VII. qui ad obviandum fraudibus exinde ſubortis 22
per ſuam Conſtitutionem ordinavit; conſenſum
eſſe extendendum infra quindecim dies a die miſ-
ſæ ſupplicationis ad regiſtrum, ut narrant Co-
chier. *ad dictam regul.* 44. *Cancell. num.* 4. Lother.
*de re benef. lib.* 3. *quæſt.* 16. *n.* 25. Gratian. *diſcept.*
191. *num.* 6.

Quia vero hujuſmodi Conſtitutio Clemen. VII.
non fuit poſtmodum obſervata, ſicut videre eſt a-
pud Rot. *deciſ.* 356. *part.* 1. *rec.* Cocehier. *ubi ſu-
pra n.* 42. Lother. *ubi ſupra n.* 25. idcirco ſuperve-
nit S. M. S. Pius V. qui per particularem Conſti- 23
tutionem prohibuit indiſtincte hujuſmodi extenſio-
nes conſenſuum poſt obitum reſignantis; ita cor-
rigendo relatas Conſtitutiones Alex. VI. & Leonis
X. ut ſcribunt Mareſcott. *variar. reſol. lib.* 1. *cap.*
51. *num.* 1. & Pariſ. *de reſignat. lib.* 11. *quæſt.* 11.
*par. tot.*

Ultimo loco providit diverſimode S. M. Gre-
gorius XIII. qui per notam ejus Conſtitutionem
*de publicandis reſignationibus* abrogavit prædictam
antecedentem Conſtitutionem S. Pii V. prohibentem 24
extenſionem conſenſus poſt obitum reſignantis,
& renovavit antiquas Conſtitutiones Alex. & Leo-
nis, dictam extenſionem permittentes, ut articu-
lo ad partes examinato firmavit Pariſius de *reſi-
gnat. dicto libr.* 11. *quæſt.* 11. *per totam ſignanter
numer.* 29. *& ſeqq.* Ventrigl. *in Prax. part.* 2. *an-
not.* 4. §. 2. *n.* 87. Mareſcot. *d. lib.* 1. *cap.* 51. *n.* 6. *&
ſeqq.* ubi in fine refert ita deciſum per S. Rotam
in *Hiſpalen.* 8. *Novemb.* 1585, coram Robuſterio.

Ex hac

Ex hac autem Conſtitutione Gregoriana ſubla-
tæ fuerunt omnes fraudes, quæ olim ſuccedebant
25 in præſtatione conſenſus poſt obitum, quia cum
juxta illam literæ debeant publicari infra ſex men-
ſes, & literæ non expediantur abſque extenſione
conſenſus, ſequitur, ut reſignationes nequeant am-
plius manere in ſuſpenſo, & quodammodo Bene-
ficia ſuper periculo vitæ reſignantis, & reſignata-
rii conſiſtere, ut in ſpecie ratiocinatur Pariſ. *d. lib.
11. quæſt. 11. numer. 61. verſ. ſecundo comprobatur*
Marescot. *d. Cap. 51. n. 17.*

Immo notat Pariſius *d. quæſt. 11. numer. 67. &
ſeq.* quod Conſtitutio S. Pii V. erat multum præju-
dicialis, & erat prohibere abſolute omnes reſi-
26 gnationes, quæ fiunt per abſentes, quia procura-
tores nunquam erant tuti, & ſecuri expeditio-
num, tum ob tempus itineris, tum etiam ob
tempus, quo durat expeditio ſupplicationis; dum
Papa, vel officiales tardant aliquando per multos
dies, & menſes, & interim poterat contingere
obitus reſignantis, cumque ſere in omnibus reſi-
gnationibus reſervetur aliqua penſio, vel fructus,
pro qua reſervatione ſolvitur compoſitio, & an-
nata in expeditione literarum, ſequebatur, ut
omnes hæ expenſæ amitterentur in grave damnum
expeditorum, qui non poterant tam cito ſcire,
an reſignans eſſet mortuus, & ſic Conſtitutio S. Pii
V. non continebat niſi laqueos contra reſignan-
tes, & expeditores, itaut merito fuerit abrogata
per Gregorianam, ut bene obſervat Pariſ. *d.
quæſt. 11. numer. 67. & 68. cum ſeqq.* ubi etiam
teſtatur, ſe reperiſſe ſuiſſe annotatum per aliquos
Auditores Sacræ Rotæ, hanc ſuiſſe potiſſimam
cauſam mutandi, & abrogandi Conſtitutionem
S. Pii V. ut nempe tolleretur, quod diſpoſuerat de
extenſione conſenſus, & conſequenter fieret redi-
tus ad Conſtitutionem Alexandrinam, & Leoni-
nam, ut legere eſt apud ipſum *numer. 70. in fi-
ne.*

Remota igitur omni umbra fraudum, ſuper
quibus in ſumma fundati erant omnes diſcurſus
partis, ego dicebam pro extenſione conſenſus poſt
obitum, reſignatarium habere intentionem funda-
tam in dicta Conſtitutione tam Alexandri, quam
Leonis reintegrata per Gregorium XIII. ac valde
favorabili ex prædictis; immo nedum favorabili,
ſed etiam innixa ipſi diſpoſitioni Juris communis,
27 cujus ſunt declaratoriæ ambæ eorum Conſtitutio-
nis, ut bene Pariſ. *d. qu. 11. numer. 64.* ubi quod
extenſio conſenſus etiam poſt obitum de Jure
communi ſemper fuit licita ex antiquiſſima ob-
ſervantia Curiæ Romanæ comprobata, nec non
Boer. *deciſ.* 348. *numer.* 4. Eſt enim receptum in
Jure, quod procurator poſt mortem domini pot-
eſt conſummare per eum cœpta, non autem no-
va inchoare, ad Text. *in l. nam & ſervius §. ſi
vivo Titia ff. de negotiis geſt.* Cumque extenſio
conſenſus ſit conſummatio actus jam cœpti, nem-
pe gratiæ reſignationis jam factæ, de Jure com-
muni poteſt procurator admitti ad illum præſtan-
dum, ut inquit Pariſ. *lib. 9. qu. 25. numer. 16. &
ſeqq.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 22. q. 13.
§. quæres.*

Firmato igitur pro baſe fundamentali, quod
extenſio conſenſus poſſit fieri poſt obitum reſi-
gnantis ex Bulla Alexandrina, & Leonis fundata
in Jure communi, in obſervantia inveterata Cu-
riæ, & demum in reintegratione illius facta per
Gregorium XIII. cauſa cognita, deſcendebam ad
factum Cauſæ probando in caſu, de quo ageba-
tur, concurrere rationes, ex quibus applicabatur
Alexandrina; cum enim iſta fundetur in eo,
quod extenſio conſenſus ſit executio actus perfe-
cti, non autem perfectio actus, utique dicebam
eſſe in caſu actus ſeu reſignationis jam perfectæ,
& conſequenter conſenſum poſt obitum eſſe ex-
tendendum.

Etenim ſuppoſito, quod ad perficiendam reſi-
gnationem requiratur voluntas, ſcilicet Papæ, eo
ipſo, quod gratia eſt ſignata, ſtatim gratia di-
citur facta; data autem, quam exprimunt Con-
ſtitutiones Alexandri, & Leonis, non erat neceſ-
ſaria hodiernis temporibus, ubi ea apponitur poſt 28
extenſionem conſenſus formalis, ſed ſufficiebat ad-
eſſe diem ſignaturæ notatum a tergo ſupplicatio-
nis, qui vocatur præſentata, ut ex Lother. *ſupe-
rius dixi n. 11.*

Idque probabam, quia data expreſſa in Conſti-
tutione Alexandrina, & Leonis erat intelligenda,
ut requireretur prout de Jure communi, cujus ea
eſt declaratoria ex jam dictis, de Jure autem gra-
tia Principis eſt perfecta per ſignaturam, Pariſ. *lib.
9. q. 24. n. 18.* & eſt valida per diem appoſitum,
quocunque modo de eo conſtet *l. ſi qua beneficia
cod. de diverſ. reſcript. Roman. Conſil.* 340. *n.* 1.
*& ſeqq.* Cum autem dies præſentatæ oſtenderet
tempus gratiæ, & data apponatur ſub eadem die,
dicebam mihi videri eſſe in caſu Alexandrinæ, li-
cet non adeſſet ipſa data; nam alias eſſet intelli-
gere Conſtitutiones modo materiali, & judaico,
non autem prout de Jure.

Neque obſtabat, datam requiri ad perfectionem
gratiæ, ſicut ex Merlino & aliis pro contraria
parte deducebatur, quia hoc eſſe æquivocum, ſa-
tis ſupra oſtenſum eſt *n. 8. & ſeqq.* ubi probavi,
data deſignare tempus gratiæ, non autem perfice-
re gratiam; & ſic cum iſta deſignatio temporis æ-
que facta fuerit per præſentatam, ac per datam, 29
immo ambæ æquipolleant, dum data ponitur ſub
die præſentatæ, non videbam, quo fundamento
eſſet neceſſaria ipſa data, quando aderat æquipol-
lens.

Eratque labor inanis ille, quem aſſumebant ſcri-
bentes in contrarium volentes excludere aſſimila-
tionem præſentatæ cum antiqua parva data, quip-
pe ego non accipiebam hanc aſſimilationem pro
totali ſubrogatione, quaſi quod in locum anti-
quæ datæ ſucceſſiſſet ſola præſentata, in quibus
terminis inſudabant ſcribentes contrarii, oſtenden-
do diverſitatem modi, temporis, officialium, &
rationis: ſed accipiebam præſentatam, ut inſervi-
ret pro illo effectu neceſſario ad perfectionem &
validitatem gratiæ; unde cum gratia eſſet perfe-
cta per ſignaturam, valida autem per diem quo-
modolibet appoſitum, ecce, quod clarum erat æ-
quipollens antiquæ parvæ datæ.

Ulterius, quia præter effectum validitatis gra- 30
tiæ reſultantem ex die præſentatæ, concurrebat et-
iam alter neceſſarius ad caſum, ſcilicet poſitio ex-
tremi ſeu termini, ad quem uti firmatum, vivo
reſignante, poſſet fieri retrotractio conſenſus ex-
tendendi poſt ejus obitum, ex quo fortius argue-
bam, ſufficere hanc præſentatam, quia nempe cum
data parva mentionata in Conſtitutione Alexan-
dri, & Leonis requiratur pro termino retrotra-
ctionis conſenſus formalis extendendi poſt obitum,
ut ſcribunt Pariſ. *de reſignat. lib. 9. q. 24. numer.*
22. Lother. *lib. 2. q. 25. num. 49.* Put. *dec. 268. n.
4. lib. 3. in antiquis* Rot. *d. 425. num. 5. p. 3. lib.
3. diverſ. & deciſ. 112. num. 36. p. 15. rec.* ſuffi-
ciebat ad hunc effectum præſentata habens diem
præciſum, ad quem ſit retrotractio conſenſus ex-
tendendi, ut apud Amayden. *de ſtylo Datar. lib.
1. cap. 15. num.* 38. & pro hoc principaliter effe-
ctu requiritur data, & dies gratiæ in caſu iſto,
quia nimirum conſtat per eam, quod gratia eſt
facta ante obitum reſignantis, quem præcedit da-
ta, ut ſic conſenſus poſt obitum extendendus re-
trotrahi poſſit ad illum diem, & ſic apparere præ-
ſtitus, vivo reſignante; nam ceteroquin gratia eſt
perfecta per ſolam ſignaturam, & ſupplicationem
ſignatam, ut optime Rota coram Veral. *d. 88. n.
1. & 2. part. 3.* & clare firmat Manzaned. *d. dec.*
490. *num.* 16.

Neque huic inſuperabili fundamento obſtabat 31
reſponſio tradita per contrarios ſcribentes, quod
nempe totum pendeat ex voluntate Datarii, vel
per datam ſub die præſentatæ, vel ſub alia di-
verſa, ad quam extendatur, tam ſignatura, quam
conſenſus, & omnes actus ulteriores gratiæ, *ex*

Merlin.

Merlin, *deciſ.* 381. *num.* 8. *& ſeq.* quoniam motivum nimis debile erat reflectendo, quod Merlinus, ſolum dicit, quod ſæpe ſæpius gratiæ non datantur ſub eadem die ſignaturæ, quodque aliquando lacerantur ſupplicationes jam ſignatæ, & Datarius illis, tam ſignatis, quam ſignandis addit, & detrahit; unde ex hoc quatenus inferatur ſummum arbitrium Datarii apponendi datam in die ſibi bene viſo, nihil inferri poteſt ad deſtruendum aſſumptum jam firmatum, quia id militat, tam contra præſentatam, quam contra ipſam datam parvam, quia poteſt Datarius ſupplicationem ſignatam, & datatam mutare, & in ea apponere datam diverſam; unde ſicut hæc conſideratio non obſtat, neque unquam obſtitit circa parvam datam, quæ licet ſit mutabilis ad arbitrium Datarii, tamen Alexandrina, & Leonina dicit, poſſe extendi conſenſum poſt obitum, ſupplicatione ſignata, & datata, ita & ſupplicatione ſignata, & notata cum die præſentatæ, quæ habet æquipollentia parvæ datæ, & eſt mutabilis arbitrio Datarii, ſicut eſt ipſa data; & adde etiam rationem, quia nimirum in omni actu ſpectanda venit regula, & caſus ſoliti; nam exceptiones, & caſus inſoliti, non habentur in conſideratione, proinde cum regula ſit, datam poni ſub die præſentatæ, quæ ad hunc finem fuit introducta; hoc ſufficit, ne attendatur quid in contrarium evenire poſſit ex aliqua cauſa, & ratione arbitrio Datarii *leg. nam ad ea ff. de legib.*

Subjungebam quoque in corroborationem prædictorum, quod tanto magis præſentata erat attendenda pro æquipollenti parvæ datæ, quando ex hodierno ſtylo hæc apponebatur in ultimo lo- 32 co poſt ipſam extenſionem conſenſus formalis; unde non debebat iſta mutatio ſtyli abrogare legem ſeu Conſtitutionem Alexandrinam tanto tempore obſervatam, & reintegratam per Gregorium XIII. & conformem Juri communi; ſed pernecеſſe erat facienda interpretatio pro uſu legis, & obſervantiæ Conſtitutionis, ita accipiendo præſentatam pro æquipollenti antiquæ parvæ datæ, quia præſertim antiqua parva data, juxta primum ſtylum, apponebatur in die porrectæ ſupplicationis, & ante ipſam ſignaturam Papæ, juxta Gratian. *diſcep.* 191. *num.* 1. Tondut. *quæſt. benef. lib.* 1. *part.* 1. *cap.* 26. *ſub numer.* 19. & erat annotatio diei porrectæ ſupplicationis, Pariſ. *lib.* 1. *quæſt.* 12. *num.* 32. *& lib.* 8. *quæſt.* 8. *nu.* 71. Gratian. *ubi ſupra num.* 3. Cochier. *ubi ſupra n.* 24. *&* 25. Rot. *dec.* 471. *num.* 3. *part.* 1. *& dec.* 458. *num.* 1. *part.* 3. *lib.* 3. *diverſ.* ſicut hodie ſit præſentata, cumque variato ſtylo circa parvam datam de uno extremo ad aliud, dum ea, quæ olim abjiciebatur primo loco, hodie ponitur ultimo loco poſt extenſionem conſenſus, per contrarium vero in iſta variatione ſtyli inventa fuerit præſentata, ſignum evidens quod iſta debet cenſeri inventa ad operandum illum effectum, qui ex parva data reſultabat, maxime, dum iſta ponitur regulariter ſub die illius.

Alias enim dicebam, quod contrarium determinare erat abrogare Conſtitutiones Papæ, & ipſam Juris communis diſpoſitionem, quod eſſe non debebat, cum nequeat ſtylus tollere Jus quæſitum ex lege, niſi hoc expreſſe & legitime ſublatum fuerit, 33 probando ſtylum præſcriptum in ſpecie caſus, de quo quæritur, quod in præſenti non concurrebat, nec minus erat verum ſuppoſitum contrarium, ſcilicet poſt introductionem novi ſtyli non adeſſe doctrinam, quæ loquatur de extenſione conſenſus poſt obitum, quando ex allegatis *num.* 1. non ſolum modernus auctor Roſa *de execut. litt. Apoſtolic.* id firmabat, ſed etiam Rot. *dec.* 112. *p.* 16. *recent.* neque etiam ſpernendus erat Garziam, & alii, qui non habent ferruginem antiquitatis, & ſcripſerunt eodem tempore editarum deciſionum Merlinus, & Manzaned. in contrarium adductarum.

Superato hoc puncto circa perfectionem gratiæ ex ſignatura Papæ cum annotatione dici præſentatæ, digrediebar ad eandem perfectionem reſultantem ex conſenſu reſignantis, in quo contrarii ſcribentes æquivocum ſubibant; credebant enim, hodie unicum eſſe conſenſum; & hunc illum tantum formalem extenſum in libris Cameræ, ſeu Cancellariæ, & dum proinde iſte expreſſus requirebatur, non erat attendendus tacitus. Ego enim, accurrendo æquivoco, reſpondebam, quod id erat objectum ideale, & de capite ſine ullo juri- 34 dico fundamento, quoniam in reſignatione duo dantur conſenſus, alter nimirum, qui vocatur *cauſalis*, dans cauſam gratiæ, & eſt ille, quem procurator præſtat porrigendo vigore mandati ſupplicationem, in qua dicitur — *prout ex nunc reſignat* — & Papa ſuper hoc conſenſu cauſali facit ſuam ſignaturam, & iſte conſenſus eſt ille, qui, juncta ſignatura, perficit gratiam, licet non irrevocabiliter, ſed revocabiliter in ordine ad ipſum reſignantem, quem, nondum præſtito alio conſenſu, de quo infra, poteſt interim pœnitere, ut explicat Rot. *dec.* 425. *numer.* 4. *verſ. gratia part.* 3. *lib.* 4. *diverſ.* & cor. Put. *dec.* 204. *per tot. & deciſ.* 216. *numer.* 1. *lib.* 2. *& deciſ.* 106. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 3. Mareſcott. *var. lib.* 1. *cap.* 51. *numer.* 9. *&* 27.

Alter conſenſus eſt ille, qui dicitur *formalis*; ille ſcilicet, qui vigore alterius mandati procuræ præſtatur per procuratorem, & extenditur in libris Cameræ ſeu Cancellariæ, & iſte ſecundum com- 35 munem opinionem practicorum beneficialiſtarum non requiritur ad perfectionem gratiæ, ſed ad meram illius executionem, ſeu pro facienda expeditione literarum, juxta *regul.* 44. *Cancell.* ut optime dicunt Rot. *deciſ.* 396. *numer.* 8. *&* 9. *verſic. & loquitur & dec.* 471. *num.* 11. *par.* 1. *diverſ.* Pariſ. *de reſig. lib.* 9. *quæſt.* 24. *num.* 20. Cochier. *ad dictam reg.* 44. *num.* 42. Mareſcot. *dict. cap.* 51. *numer.* 18. *&* 27.

Quod ſane adeo verum eſſe dicebam, ut ſi pro- 36 curator nollet præſtare hunc conſenſum, mortuo reſignante, poſtquam ſignata fuit ſupplicatio, & datata juxta modum ſupra dictum, poſſit etiam præciſe cogi ad illum præſtandum pro dicta expeditione literarum, ut advertunt Caſſador. *deciſ.* 1. *num.* 4. *de renunc.* Pariſ. *dicta quæſt.* 24. *numer.* 22. & melius *lib.* 11. *quæſt.* 11. *num.* 69. Mareſcot. *dicto capit.* 51. *numer.* 27. Azor. *ubi ſupra* §. *quæres verſic. hinc. fit*, Ricc. *dict. par.* 2. *reſol.* 487. *num.* 4. Immo ulterius quod Papa ſoleat illi derogare tanquam minime neceſſario, niſi ad ſatisfaciendum prædictæ *regulæ* 44. *Cancellar.* dixerunt Lothet. *lib.* 1. *quæſt.* 35. *numer.* 71. *& lib.* .... *quæſt.* 16. *numer.* 59. Cocchier. *ubi ſupra num.* 4. Pariſ. *lib.* 8. *quæſt.* 8. *num.* 117. Rot. *dict. dec.* 396. *num.* 9. *part.* 1. *diver.*

Ex mutatione autem ſtyli circa appoſitionem 37 parvæ datæ, male, dicebam, contrarios ſcribentes inferre abrogationem conſenſus cauſalis, ita reducendo negotium ad unicum conſenſum formalem & extenſum; quia ſi hoc eſſet verum, oporteret dicere, quod mandatum procuræ ad reſignandum, & porrectio ſupplicationis eſſent ſuperflua, & vana eſſet dies præſentatæ, quæ apponitur in dorſo ſupplicationis; ſic etiam *regul.* 38 44. *Cancellar.* requirens conſenſum pro expeditione literarum eſſet interpretanda, eum requirere pro perficienda gratia, & ſic redderetur ordinario fruſtratoria, dum gratia non perfecta nequit expediri, cum nihil ponat in eſſe, itaut opus non eſſet regula; Item eſſent comburenda tot Doctorum ſcripta dicentia, hunc conſenſum formalem eſſe derogabilem per Papam, & eſſe ad ſatisfaciendum regulæ, & ſic ex minima circumſtantia variationis temporum circa parvam datam oporteret revolvere Mundum, quod mihi videbatur monſtruoſum, quando aderat interpretatio congrua, & germana, ut nempe omnia poſſent remanere, ut prius; nec iſte modernus ſtylus inferret perneceſſe tantam metamorphoſim in omnibus, præſertim, quia, ut objiciebatur, ſtylus muta-

eus erat ob fraudes; & tamen iſte poſt Gregorianam penitus ceſſarunt, itaut ſtylus Datariæ non eſſet gloſſandus, & tanta docte interpretandus, quando ſcimus, eum variari in dies ad placitum Datarii, & officialium Datariæ, & quando hoc
39 eſt ſolitum accidens eorum, quæ conſiſtunt in praxi, & rebus agibilibus, & poteſt applicari illud Tacit. *lib.* 3. *annal. ſub num.* 48. ibi – *niſi forte rebus cunctis ineſt quidam velut Orbis, ut quemadmodum temporum vices, ita morum vertantur* – & facit illud Pythagoræ licet alio ſenſu dictum apud Ovid. *lib.* 15. *metamor.* ibi – *omnia mutantur, nihil interit.*

Doctrinæ autem, quæ in contrarium adducebantur in hoc puncto, mihi impreſſionem aliquam non faciebant, quamvis enim Lother. *lib.* 3. *quæſt.* 16. *num.* 59. firmaret, concluſiones per me ſuperius allegatas, quod conſenſus formalis inſerviat pro expeditione literarum, & ad ſatisfaciendum *regul.* 44. *Cancellar*, quodque aliquando eſſet derogabilis per Papam, procedere ſecundum antiquum ſtylum,, uſque ad tempora ejuſdem Lother. obſervatum; ſed tunc inceptum eſſe de ſuo tempore ultimo alium recentiorem ſtylum quo attento, ſublata eſt diſtinctio inter conſenſum parvum, & formalem; dum non prius conſenſus ponitur in dorſo ſupplicationis, quam ille ſit præſtitus in Cancellaria, & extenſus in libris Cameræ ſub ea formalitate, quæ reſpicit tam ſignaturam, quam literarum expeditionem, & turpiter transcribendo verba Lother, ſequuntur more ovium Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 24. & Tondut, *quæſt. benef. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 21.

Nihilominus ego obſervabam, quod Lother. loquitur ſolum de abrogatione antiqui conſenſus parvi, non autem conſenſus cauſalis, qui duo conſenſus ſunt inter ſe diverſi, & diſtincti, itaut, juncto alio conſenſu formali, ſint tres conſenſus, ut legere eſt apud Tondut. *lib.* 1. *dict. qu.* 26. *num.* 17. & 18. ubi diſtinctus ponit, & enarrat hujuſmodi tres conſenſus, qui poſſunt conſiderari in reſignationibus beneficiorum; & diſtinctio inter cauſalem conſenſum, & parvum eſt evidens, quia cauſalis eſt tacitus reſultans ex porrectione ſupplicationis in qua dicitur – *prout ex nunc reſignat* – nec annotatur in tergo ſupplicationis, aut alibi; parvus vero conſenſus eſt expreſſus, & regiſtratur in dorſo ejuſdem ſupplicationis, ex ſupra allegatis *num.* 4. bene verum eſt quod Lother. videtur confundere conſenſum parvum cum cauſali *num.* 52. & ſupponendo, quod conſenſus cauſalis excludat pœnitentiam reſignantis, qui nequeat amplius reſilire ab ejus reſignatione poſt præſtitum dictum conſenſum cauſalem, quod dictum eſt falſum in Jure, cum conſenſus cauſalis perficiat quidem gratiam quoad ſe, non tamen irrevocabiliter quoad reſignantem, ſed revocabiliter; itaut eum poſſit ſemper pœnitere ante præſtitum illum ſolemnem conſenſum formalem in libris Cameræ extenſum, ut, diſcuſſo articulo, firmavit Rot. *deciſ.* 461. *per tot. ſignatt. num.* 1. & 11. *par.* 1. *diverſ.* ubi dicit, conſenſum formalem inſervire ad duos tantum effectus ibi – *extenſio enim conſenſus habet duos effectus; unus effectus eſt, ut literæ expediri cum eo poſſint; alius eſt, ut ex eo tollatur facultas pœnitendi* – & refert ita alias deciſum in *una Paduana Canonic.* 1557. coram Card. Aldobrand. & plene Pariſ. *de reſignat. lib.* 1. *qu.* 12. *n.* 39. & *ſeqq.* ubi quod etiam poſt datum conſenſum parvum eſt locus pœnitentiæ & *lib.* 8. *qu.* 8. *num.* 7. Rot. *deciſ.* 204. *per tot.* cor. Put. & *dec.* 425. *num.* 4. & *ſeqq. part.* 3. *lib.* 3. *diver.*

Notando etiam, quod Barb. *dict. cap.* 15. *n.* 24. dicit, quod ſuo tempore primum conſenſus extendebantur in Camera, ſeu Cancellaria, & annotabatur a tergo ſupplicationis, antequam ea ſignaretur per Sanctiſſimum, qui ſtylus hodie non ſervatur, dum prius ſignatur gratia, quam extendatur conſenſus; cæterum ſi talis ſtylus hodie ſervaretur, nempe quod Papa non ſignaret niſi poſt conſenſum in libris Cameræ extenſum, & notatum in dorſo ſupplicationis, quæ etiam datam foret ſub die conſenſus extenſi, ego admitterem, non adeſſe niſi unicum conſenſum formalem in reſignationibus, & retento tali ſtylo, non eſſet amplius locus hodiernæ diſputationi, utrum ſcilicet eſſet extendendus conſenſus poſt obitum, dum deficiente ſignatura, talis quæſtio non poteſt intrare, quia gratia non eſſe in rerum natura, neque aliquo modo cœpta.

Verum ſtante moderno ſtylo notandi diem præſentatæ, & ſignandi ſupplicationes ante extenſionem conſenſus formalis, ego nullo modo admittebam aſſumptum contrarium de abrogatione conſenſus cauſalis reſultantis ex porrectione ſupplicationis vigore mandati ad reſignandum: quia, dum Papa ſignat ſupplicationem, ſe fundat in aſſertiva & narrativa ſupplicationis, & ideo ſe fundat in hoc conſenſu cauſali, qui nempe dat primam, & originalem cauſam ſignaturæ, neque ullus Doctor dixit, conſenſum hunc cauſalem eſſe hodie abrogatum, itaut in ejus locum ſucceſſerit unicus conſenſus formalis, & extenſus, cum veritas etiam
hodie ſit, hujuſmodi conſenſum extenſum nihil 40
aliud eſſe quam ratificationem conſenſus prioris ex ſupplicatione porrecta reſultantis, non autem unicum, & primarium conſenſum gratiæ cauſativum, ut explicat Pariſ. *lib.* 8. *quæſt.* 8. *num.* 4. Creſcen. *deciſ.* 7. *numer.* 1. *de renuntiat.* & *deciſ.* 9. *numer.* 3. & 4. *de Procurat.* ubi, quod alias nullo caſu conſenſus præſtari poſſet poſt obitum reſignantis.

Ad inſtar quidem donationis, quæ, licet perfecta fuerit per primum conſenſum, tamen requiritur inſinuatio, quæ nihil aliud eſt quam ratificatio prioris conſenſus, ad hoc, ut donantem medio tempore poſſit, ſi velit, pœnitere; juxta opinionem originalem Joan. Andreæ ad Speculat. *de qua* apud Rimin. jun. *in* §. 1. *num.* 512. *inſtit. de donat.* Aretin. *conſ.* 123. *numer.* 4. *in fin.* & *num.* 5. Corn. *conſ.* 71. *n.* 13. & *ſeqq. lib.* 2. & *conſ.* 99. *nu.* 8. *verſ, nec videtur abſurdum lib.* 4. & tamen nemo dixit, inſinuationem eſſe originem, & conſenſum cauſalem donationis præcedentis.

Idque ulterius ſuadebant, ex quo Lother, *lib.* 2. *quæſt.* 23. *num.* 24. & *quæſt.* 25. *num.* 49. contemporaneæ ſcribens cum *dec.* 281. Merlin. quem ipſe allegat *d. quæſt.* 23. *num.* 24. *in fine* admittit etiam, juxta ſenſum Rot. coram Merlin. quod conſenſus formalis præſtari poſſit poſt obitum reſignantis; ergo ſupponit, alium conſenſum cauſalem præceſſiſſe, ſub quo ſignata fuit ſupplicatio; nam alias niſi præceſſiſſet aliquis conſenſus, reſignans deceſſiſſet, re integra, nec poſſet habere locum extenſio conſenſus poſt obitum vigore mandati, quod, re integra, diceretur expiraſſe; & quamvis ipſe Lother. ſe fundet in extremo retrotractionis ad diem datæ, quæ eſt in vita reſignantis, tamen hoc non excludit, quominus gratia eſſet perfecta in vita reſignantis propter conſenſum cauſalem, & ſignaturam; nam alias non poſſet inchoari negotium poſt obitum vigore mandati ad conſentiendum, quod, re integra, expiravit.

Propoſita hac cauſa in Rota requiſita per Datarium de ſuo voto, prima vice reſpondit, *iterum proponatur*, poſt ea reſolvit, *non eſſe extendendum conſenſum*, ut ex deciſione, de qua *infra nu.* 50. & *ſeqq.* ſed melior fuit dubitatio, quam reſolutio; ideoque ex ſupra deductis hinc inde crederem, ſi iſte caſus alias contingeret, in Dataria negotium eſſe melius examinandum, & ego in ſenſu veritatis probabilius inclinarem pro extenſione conſenſus in caſu iſto, in quo omnis fraus ceſſabat, ut etiam ipſa contraria deciſio agnovit *in narrativa falſi*, & *in fin.* §. *final.* quia in ſumma tota vis conſiſtit in perfectione gratiæ, vivo reſignante, & in hoc mihi videtur, eam eſſe perfectam, & conſenſum extenſum eſſe quid executivum, & uti demonſtrativum prioris conſenſus cauſalis, quaſi per viam ratificationis, ut ait Pariſ. *de reſignat,*

*lib.* 8,

Digitized by Google

*lib.* 8. *q.* 8. *num.* 4. & adeſſe extremum habile termini, ſeu diei præſentatæ, ad quem fieri poteſt retrotractio, & ſub quo regulariter ponitur data parva, & extenditur magna,

Deciſiones autem coram Manzanedo, & Merlino; quæ pro punctualibus in contraria deciſione allegantur, non præbent aliquam relevantiam,
41 quippe *deciſion.* 496. Manzanedi non agit de gratia reſignationis, ſed de coadjutoria cum futura ſucceſſione conceſſa per Papam, accedente conſenſu coadjuti, de quo non conſtabat, niſi poſt obitum, neque ſupplicatio erat ullo modo datata, vivo coadjuto, hoc eſt, non habebat annotationem præſentatæ, ſicut hæc concurrebat in caſu, quem ego defendebam, eademque reſponſio procedit circa *deciſ.* 81. coram Merlino, in cujus caſu non legitur, ſupplicationem fuiſſe annotatam cum aliqua die præſentatæ; & ulterius, quia *deciſ.* Manzanedi eſt de anno 1616. illa vero Merlini eſt de anno 1627. de quo tempore non erat introductus modernus ſtylus apponendi parvam datam poſt extenſum conſenſum formalem, de quo teſtatur Rota cor. Celſ. *dec.* 191. *numer.* 9. quæ edita fuit longe poſt de an. 1654. & patet evidenter ex eo, quod *deciſ.* Merlin. ſupponit, ſupplicationem reſignationis fuiſſe porrectam, & ſignatam ante diem obitus reſignantis, ut *nu.* 4. *verſic. nec relevat*, ſupponit reſignantem obiiſſe *die* 2. *Martii* 1621. & ſequenti die 4. ejuſdem fuiſſe datatam ſupplicationem, & conſenſum fuiſſe poſtea extenſum poſt obitum ejuſdem reſignanti, *ut num.* 4. & ſic colligitur, quod de anno 1621. *prima Martii* fuiſſet ſignata ſupplicatio per Papam, *ſecunda Martii* obierit reſignans, *tertia Martii* appoſita fuerit data, & *quarta Martii* ſeu alia die fuerit præſtitus conſenſus per procuratorem; unde non vigebat hoc tempore ſtylus modernus, qui non admittit datam, niſi poſt extenſum conſenſum, & in caſu *deciſ.* Merlini præſupponitur, datam fuiſſe appoſitam ante conſenſum; & rurſus oritur alia ejuſdem deciſionis inapplicabilitas ad caſum, ſuper quo ego ſcribebam: quia nempe ibi aderat ſupplicatio ſignata, ſed datata poſt obitum reſignantis, & ſic nullo modo poterat juvare conſenſus poſtea præſtitus per procuratorem, cum non poſſit retrotrahi niſi ad diem datæ, quæ cum eſſet facta poſt obitum, utique etiam conſenſus apparebat poſt obitum, & ſic male, & inutiliter, cum mortui conſenſus, & ſupplicatio non detur, ut inquit Manzan. *deciſ.* 490. *num.* 9. quæ in eodem caſu loquitur, ubi ſcilicet ſupplicatio fuerat datata poſt obitum, ut legere eſt apud eundem Manz. *num.* 17. & conſequenter optime fuit deciſum in allegatis deciſionibus tam Merlin. quam Manzan. non ſuffragari conſenſum præſtitum per procuratorem poſt obitum, & datam eſſe illam, quæ dat initium gratiæ, ut in hoc ſenſu ſe explicat Merlin. *dict. dec.* 281. *numer.* 12. ubi reſpondendo ad objectum, quod gratia perfi-
42 citur per ſolam ſignaturam, reſpondet quod ibi *Simul ſtant, quod gratia recipiat perfectionem a ſignatura Papæ, & quod tamen hæc perfectio incipiat a die datæ*; quæ tamen deciſio minus bene loquitur, quatenus dicit, quod perfectio gratiæ die datæ, quia incipit gratia jam perfecta, non autem perfectio.

Applicando ad rem, hæ deciſiones retorquentur. Primo, dum in earum caſu non vigebat ſtylus modernus, ſeu antiquus apponendi parvam datam ante extenſionem conſenſus formalis in Camera, ſeu Cancellaria; ideo ſi data erat poſt obitum appoſita, fruſtra prætendebatur extenſio conſenſus, qui non reperiebat extremum habile ad diem, quo vivebat reſignans; in præſenti autem caſu adeſt extremum habile conſiſtens in die præſentatæ, qui eſt de tempore vitæ reſignantis, ſub quo ponitur data parva, & magna, & ſic conſenſus extendendus apparet bene præſtitus, vivo reſignante, virtute retrotractionis.

Nihil attento arbitrio Datarii immutandi diem, ſeu apponendi alium ſibi bene viſum; quia jam ſu-
43 perius reſpondi, id non relevare, *ut numer.* 31. & nunc addo fortiſſimum dilemma; quod aut Datarius apponet datam diei præſentatæ, & conſenſus erit bonus, & gratia reſignationis valida remanebit; aut apponet alium diem diverſum; & tunc aut erit dies ante obitum reſignantis, & adhuc valebit conſenſus, & gratia, aut erit dies poſt obitum reſignantis, & non poterit valere neque conſenſus neque gratia, ut *in dict. dec.* Manzan. & Merlin. ita & taliter, quod hoc motivum fundatum in arbitrio Datarii non videtur aliquid ſtringere, ſed eſſe impertinens ad effectum, de quo quæritur in præſenti; an ſcilicet ſit recipiendus necne conſenſus; quia ſemper eſt recipiendus, quoties adeſt dies præſentatæ, ſub quo regulariter data parva, & magna adjiciuntur.

Immo fortaſſe attentarem dicere, quod conſen-
44 ſus eſſet extendendus, quando etiam nulla data, aut dies præſentatæ adeſſet; nam cum per ſolam ſignaturam gratia ſit perfecta, licet initium ejus incipiat a data, tamen poteſt Datarius ponere iſtam datam poſt obitum reſignantis ſub die ſignaturæ, & ante obitum illius; itaut conſenſus recipere valeat retrotractionem ad diem datæ, & ad tempus vitæ reſignantis; Nihil obſtante, quod gratia incipiat a die datæ, & cum hæc non appareat adjecta per Datarium, vivo reſignante, ideo videatur gratia imperfecta, quia reperio, hoc eſſe æquivocum manifeſtum, cum aliud ſit perfectio gratiæ, aliud vero tempus gratiæ; cumque data ſit initium, & tempus gratiæ jam perfectæ, non exinde iſta eſt imperfecta, ſi deſit data tempore obitus reſignantis, ſed manet perfecta, & ſolum ejus validitas pendet a data facienda per Datarium, qui ſi apponet datam, & ſic initium gratiæ in die, quo ſignata fuit ſupplicatio, & vivus erat reſignans, gratia erat valida; ſi vero in die poſt obitum reſignantis, erit nulla: & ratio eſt, quia non attenditur tempus, quo apponitur data, ſed tempus ipſius datæ, exempli gratia Datarius poteſt de menſe Decembris ponere datam menſis Januarii antecedentis, & de hoc tempore gratia dicetur facta, neque admittetur probatio in contrarium, ut inquit Merlin. *d. dec.* 281. *num.* 15. Grat. *diſcept.* 191. *numer.* 1. & firmat contraria deciſio §. *final.*

Neque etiam obſtare poſſet, quod gratia non
45 habens diem, neque datam, non eſt valida, *juxta leg. ſi quæ beneficia Cod. de diverſ. reſcription.* hoc namque procedit, ubi Datarius nollet apponere datam poſt obitum; ſecus ſi vellet, & hanc eſſet de tempore ſignaturæ, ſeu ante obitum ſupplicantis, quo caſu, ut dixi, non admittitur probatio in contrarium; quia ſemper inſiſto, & ante oculos habeo motivum gratiæ perfectæ per ſolam Principis ſignaturam; initium vero gratiæ quatenus Papa confert in arbitrium Datarii, poteſt iſte tanquam ejus organum hujuſmodi arbitrium ſuum declarare etiam poſt obitum reſignantis, & maxime ubi declaratur veritatem nempe dando tempus gratiæ factæ, ſive ſupplicationis ſignatæ in vita reſignantis, Bald. *in leg. leges numer.* 5. *eodem de legib.* Rot. coram Coccin. *deciſ.* 452. *numer.* 9. Stante autem ſupplicatione ſignata in vita ſupplicantis, nec ullo die annotata, erit in arbitrio Datarii reddere conſenſum utilem vel inutilem, nec non gratiam validam vel invalidam, ponendo datam ante, vel poſt obitum reſignantis; & ſic extenſio conſenſus an ſit nec ne facienda, reſolvitur in diſputationem inanem; quia adhuc, extenſo conſenſu, Datarius poſſet illum eludere, ponendo datam poſt obitum reſignantis, & ſic faciendo, quod gratia facta pro mortuo, & ſuper conſenſu mortui, non valeret.

Hinc patet, quod requiſitio voti Rotalis facta per Datarium ſuper hac cauſa non fuit illi utilis, imo in diminutionem ſuæ ampliſſimæ poteſtatis, quippe cum datæ hodie apponatur poſt extenſionem conſenſus formalis, ſi interim, ſignata ſupplicatione,

tione, moriatur reſignans, erit in arbitrio ſuo
reddere gratiam utilem vel inutilem, juxta tem-
46 pus datæ, quod ſibi apponere placebit, licet
regulariter eam ponere ſoleat ſub die præſenta-
tæ.

Per contrarium vero admittere opinionem,
quod, ſignata ſupplicatione, & gratia facta, ex
defectu datæ non ſit extendendus conſenſus pro-
pter hodiernum ſtylum, qui poſt hunc extenſum
47 solummodo datam admittit, eſſet impoſſibilitare,
& reddere fruſtratorias reſignationes abſentium,
cum ſæpiſſimi ſint iſti caſus, quod interim mo-
riatur reſignans ante extenſionem conſenſus pro-
pter moram, quæ ſuccedit ex uno vel alio acci-
denti, ſignanter ex circumſtantia reſervationis
penſionis, ut ſucceſſit in hac Cauſa *Aſtor.* Cum-
que data apponatur ultimo loco poſt extenſionem
conſenſus, ſine dubio eſſet dare campum abſurdis,
& inconvenientiis eiſdem, quæ evenerunt, poſt
factam Bullam S. M. Pii V. prohibitivam exten-
ſionis conſenſus poſt obitum, & quam ex hoc
præciſo motivo abrogavit S. M. Gregor. XIII. ut
dixi ſupra ex Pariſ. *de reſign. lib.* 11. *quæſt.* 11. *nu-
mer.* 67. *& ſeqq.* Ideoque aut admittenda eſt ex-
tenſio conſenſus poſt obitum ex ſupradictis, aut
ſtatuenda impoſterum diverſa praxis, ut nempe
conſenſus extenſus præcedat ſignaturam ſupplica-
tionis, & prævio eo unico conſenſu, illa datetur
ſub die conſenſus, & ſignetur poſtea per Papam,
ut ſupra ex Barb. notatum eſt *ſub num.* 39. *verſic.
notando*, quod ultimum ſi practicari non poteſt,
practicandum eſt primum, quod fuit tanto tem-
pore in uſu in Curia Romana, & ſuper quo A-
lexan. VI. & Leo X. nec non Gregor. XIII. pro-
vide ſtatuerunt *leg. minime ff. de legib.* & in ſpe-
48 cie Pariſ. *dict. lib.* 11. *quæſt.* 11. *nu.* 64. & ſuperius
dixi *numer.* 27. regulariter enim hujuſmodi rigoroſæ
mutationes, & perverſiones antiquorum Inſtitu-
torum, & Rituum, vergunt in pejus, ut inquit
C. Caſſius celeberrimus Juriſconſultus, de quo
in Pandectis Juris civilis fit mentio, in oratione
habita ad Senatum ſub Neronis Imperio, apud
Tacit. *lib.* 14. *annal. n.* 81. in fine ibi – *ſuper omni-
bus negotiis melius atque rectius olim proviſum, & quæ
convertentur, in deterius mutari.*

Non enim urgere amplius poteſt motivum evi-
tandarum fraudum poſt editam Conſtitutionem
Gregorianam de publicandis reſignationibus, ut
49 ſupra dixi *num.* 23. & ſi in aliquo caſu deprehenda-
tur fraus, poteſt ſeparatim judicari de illo, non
autem exinde ſtatui debet regula generalis abroga-
toria Juris præſtandi, & extendendi conſenſum
poſt obitum reſignantis; etenim, ut inquit Tacit.
*lib.* 15. *annal. num.* 50. – *Paucorum culpam ipſis exi-
tioſam eſſe debere, nihil univerſorum Juris dero-
gandum* – & in fine ibi – *privatim expenderent cau-
ſam &c. in commune nihil derogent.*

*Reverendiſſimo Domino*

EMERIX DECANO.

Aſtoricen. Theſaurariæ.

*Ven.* 10. *Februarii* 1694.

ANno 1689. de menſe Decembris Bartholo-
mæus Cavalero dedit mandatum procuræ ad
reſignandum Theſaurariam Aſtoricen. ad favorem
50 Bartholomæi Garziæ ejus ex fratre nepotis, &
de menſe Januarii 1690. porrecta fuit per procu-
ratorem ſupplicatio in Dataria Apoſtolica, atque
appoſita juxta ſtylum per D. Subdatarium in cal-
ce ejuſdem datæ præſentationis, ac inde ad pau-
cos dies etiam ſignata ſupplicatio. Verum, quia
ſuper eadem Theſauraria reperiebatur impoſita an-
tiqua penſio favore Datariæ, & ob id opus fuit
certiorare Partes ſuper renovatione ſchedulæ Ban-
chariæ, & ſubinde propter notoria impedimenta
tabellariorum, ac ſuperventam vacationem Sedis
Apoſtolicæ per obitum fel. rec. Alexan. PP. VIII.
non potuit procedi ad ulteriora in expeditione
ante aſſumptionem Sanctiſſimi D. N. Innocentii
XII. multumque temporis etiam poſtmodum con-
ſumptum fuit, non ſolum in perquirenda perſo-
na, cui antiqua penſio diſtributa fuerat, ſed e-
tiam pro concordando ſuper ejuſdem penſionis re-
novatione vel caſſatione, & interim ſupervenit
notitia obitus reſignantis ante præſtitum per pro-
curatorem conſenſum, & annotatam de more a
tergo ſupplicationis ejus notulam, collationiſque
factæ per Ordinarium, tanquam de vacante per
obitum; ideo orta fuit inter reſignatarium, &
proviſum ab Ordinario gravis contentio coram
Eminentiſſimo Domino Pro-datario, an in his ter-
minis eſſet, vel non extendendus conſenſus, ſuper
quo per me de ejuſdem mandato conſulti domini
in hodierna ſecunda Cauſæ propoſitione negative
reſponderunt.

Fundamentum reſolutionis in hoc potiſſimum
conſtituerunt, quod gratia, de qua agitur, licet
admiſſa, & ſignata in vita reſignantis, ſuperven-
to ejus obitu, antequam præſtaretur in manibus
Notarii conſenſus per procuratorem ad hoc ſpe-
cialiter conſtitutum, & antequam per iſtum a ter-
go ſupplicationis de more annotaretur, remanſit
imperfecta, adeout, re adhuc integra, Theſaura-
ria vacaverit per obitum; conſenſus enim, tan-
quam actus abdicativus Juris a reſignante requiritur 51
in omni reſignatione, ut tradit Rot. coram Peu-
tinger. *deciſion.* 92. *numer.* 1. & coram Sanct. Me-
mor. Alex. VIII. *dict.* 11. *numer.* 4. ubi plures con-
cordantes.

Nec adverſatur, quod iſte præſtari, & extendi
poſſit etiam poſt obitum reſignantis per procura-
torem in vita conſtitutum, ſive ex eo, quod
porrecta per ipſum ſupplicatione negotium dica-
tur inceptum, ac proinde perfici poſſit poſt obi-
tum mandantis, ſive ex eo quod conſenſus requi-
ratur potius ad executionem gratiæ, ſeu pro ex- 52
pediendis literis, quam ad ejus ſubſtantiam, &
perfectione juxta Conſtitutiones Alexand. VI. &
Leonis X. ac tradita per Mareſcott. *var. reſolut.
cap.* 51. *numer.* 27. *& ſeqq. lib.* 1. ubi quod procura-
tor poteſt etiam cogi ad illum præſtandum, Caſ-
ſador. *deciſ.* 1. *num.* 1. & *deciſ.* 3. *num.* 3. *de renunc.*
Lothet. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 23. *num.* 24. *& quæſt.*
25. *num.* 49. Pariſ. *de reſignat. lib.* 1. *quæſt.* 12. *num.*
33. *& lib.* 9. *quæſt.* 25. *num.* 14. *& lib.* 12. *quæſt.* 5.
*num.* 38. Roſ. *de execut. litt. Apoſt. cap.* 14. *numer.*
65. Rot. *deciſ.* 112. *num.* 36. *part.* 16. *rec.* Quoniam
Conſtitutiones, & auctoritates prædictæ, juxta va-
rios antiquorum ſtylos practicabiles, non ita in-
diſtincte procedebant, ſed ſolum quando ſupplica-
tio ſignata, erat etiam datata in vita reſignantis;
tunc enim, cum gratia per ſignaturam, & datam
eſſet perfectam, conſenſus poſtea præſtari, & exten-
di ſolitus, licet præſtitus poſt obitum ipſius reſi-
gnantis, nihilominus retrotrahebatur ad diem da-
tæ, & ſub ea præſtitus cenſebatur, ut patet ex ea-
rum lectura; ſecus vero, quando ſupplicatio non
erat datata, ſaltem parva data, & conſequenter 53
gratia remanſerat imperfecta, ut declarant Pariſ.
*de reſignat. lib.* 9. *dict. quæſt.* 24. *num.* 14. *& ſeqq.*
Rota coram Manzaned. *dict.* 490. *num.* 16. & cor.
Merlin. *deciſ.* 281. *repetit. in rec. deciſ.* 68. *num.* 4.
*part.* 5.

Quapropter iſtæ Conſtitutiones, & doctrinæ
non poſſunt applicari ad hodiernum ſtylum Data-
riæ, juxta quem recipitur in Cancellaria, ſeu Ca-
mera per Notarium conſenſus, iſque adnotatur a
tergo ſupplicationis ſignatæ prius, quam ipſa ſup-
plicatio datetur; quia ſicut antiquitus gratia ante
datam non dicebatur perfecta, ita hodie perfecta 54
non dicitur ante iſtum conſenſum, a quo ſimul,
& a data, tanquam a cauſa formali, recipit per-
fectionem, ut bene declarant Lothet. *de re benef.
lib.* 3. *q.* 16. *nu.* 59. & Rot. coram Celſo *dec.* 191.
*num.* 9. ubi etiam ſubjungit, quod ex atteſtatione
Curialium ita practicatur.

Nihil

Digitized by Google

Nihil obſtante, quod gratia dicatur perfecta per ſolam ſignaturam ſupplicationis ex vi clauſulæ in ea appoſitæ *ex tunc reſignat. &c.* quia tametſi gratia recipiat intrinſecam perfectionem a ſignatura, incipit tamen ſolum operari a die datæ, ad quam trahitur præfata clauſula *ex tunc*, cum ante non dicatur eſſe in rerum natura, Rota coram Merlin. *dict. deciſion.* 281. *numer.* 12. *cum ſeqq.* Parum relevante replicatione, quod in locum hujus parvæ datæ, ſub qua etiam extenditur data magna, ſucceſſerit hodie præſentata, ſeu annotatio diei, in quo ſupplicatio porrigitur in Dataria, ac proinde operari valet eundem effectum retrotractionis conſenſus, qui antiquitus tribuebatur parvæ datæ; omiſſo enim, quod etiam ex antiquo ſtylo ſola præſentatio ſupplicationis non erat ſufficiens ad operandum retrotractionem conſenſus, niſi ulterius concurreret data, tanquam extremum habile, ut innuit Mareſcott. *dict. reſolut.* 51. *ſub numer.* 18. *verſic. ex quibus circa medium*; ponderabant domini, adhuc plures inter ipſas cadere differentias, & effectus adeo diverſos, ut minime dici valeat, fuiſſe invicem ſubrogatus. Et quidem, tam reſpectu officialium cum parva data antiquitus extenderetur per officialem ad id
55 ſpecialiter deputatum, Pariſ. *de reſignation. libr.* 1. *quæſt.* 12. *numer.* 35. Hodierna vero præſentata apponatur per dominum Subdatarium, ut eſt notorium; quam etiam, ex quo antiquæ parvæ datæ contemporanee accedebat conſenſus minus ſolemnis per Notarium receptus, nuncupatus conſenſus parvus; quo ſaltem ſemiplene conſtabat de voluntate reſignantis, &, accedente ſignatura, perficiebatur gratia reſignationis; itaut ſuperveniente conſenſu formali, etiam poſt obitum ejuſdem reſignantis, recte fieret retrotractio ad diem parvi conſenſus, ſeu parvæ datæ, ut advertunt Gratian. *diſceptat.* 191. *numer.* 3. *& ſeqq.* Barboſ. *de Jur. Eccleſ. univ. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 23. *& ſeqq.* Rot. *deciſ.* 548. *per tot. lib.* 3. *tom.* 3. *diverſ.* Hodier-
56 na vero præſentata, tanquam actus mere præparatorius, nihil commune habet cum ſubſtantia gratiæ, nullumque habet annexum conſenſum, ad quem poſſit fieri retrotractio, cum ex noviſſimo ſtylo fuerit ſublata veritas conſenſuum, teſte Barb. *dict. cap.* 15. *ſub num.* 19. *verſ. Cæterum*, Lother. *d. lib.* 3. *quæſt.* 16. *num.* 39. Tondut. *quæſt. beneſic. part.* 1. *cap.* 26. *num.* 21.

Nec ad hunc effectum ſufficiens reputari debet conſenſus tacitus reſultans ex ſola porrectione ſupplicationis, juxta regulam, quod, qui ſupplicat, conſentire videtur; quia auctoritates id firmantes procedunt, juxta antiquum ſtylum, ſecundum quem in hujuſmodi reſignationibus admittebatur conſenſus, etiam tacitus; & præſtatio conſenſus expliciti requirebatur ſolum in expeditione literarum; ſed poſtquam per recentiorem praxim fuit introducta præſtatio conſenſus expreſſi, qui minus ſolemniter præſtabatur ſimul cum parva data, & poſtea formaliter iterabatur, & extendebatur in libris Cancellariæ, ſeu Cameræ, hujuſmodi tacitus conſenſus fuit penitus abrogatus, præſertim ex ſtylo præſtandi unicum conſenſum explicitum æque confluentem validitati gratiæ, ac literarum expeditioni; ex ſuperius allegatis, ubi namque requiritur expreſſus, tacitus non ſuffragatur, ut firmat Rota, Peuting. *dict. deciſ.* 92. *numer.* 15. *& deciſ.* 132. *num.* 3. & cor. San. Mem. Alex. VII. *d. dec.* 11. *num.* 22.

Prætenſa autem ſubrogatio, ſeu aſſimilatio præſentatæ cum antiqua parva data non bene deprehenditur ex eo, quod tam ſignatura, quam conſenſus, & omnes ulteriores actus expeditionis gratiæ, ponantur tanquam ſi explerentur ſub die præſentatæ ſupplicationis, quemadmodum antiqui-
57 tus ponebantur ſub eadem die parvæ datæ: quia licet id plerumque fieri ſoleat ad occurendum diſpoſitioni regulæ de viginti; tamen etiam ſub alia die tales actus extendi, & poni poſſunt, & de facto quandoque extenduntur ad alios plures effectus, & ſignanter ad protrahendum tempus præſcriptum publicationi literarum per Conſtitutionem Gregorianam, vel ad conſervandum ad talem diem reſignanti fructus Beneficii reſignati, vel ut iterum reſignatarius complere poſſit ætatem requiſitam ad Beneficium obtinendum, quod totum reſidet in arbitrio D. Datarii, ut inquit Rota coram Merlin. *deciſ.* 281. *numer.* 18. quæ quidem eo facilius procedunt: quia parva data non fuit per modernum ſtylum ſublata, ſed ſolum fuit immutata ratione temporis, dum prius extendebatur ante conſenſum formalem, hodie vero poſt illum, ut notat Rot. cor. Celſ. *d. dec.* 191. *num.* 9.

Ea vero, quæ hinc inde deducebantur ad probandum, & reſpective excludendam fraudem reſignantis in differenda præſtatione hujuſmodi conſenſus, viſa ſunt parum conferre ad deciſionem Cauſæ; nam, ſuppoſito etiam legitimo impedimento, prout ex recenſita facti ſerie probabilius apparet, adhuc tamen, quia gratia ante præſtationem conſenſus non erat perfecta, & interim ſupervenerat legitimus contradictor impediens illius proſecutionem, & inducens in officialibus Datariæ malam fidem per notificationem obitus reſignantis, non videtur allegabile exemplum forſan in aliis caſibus practicatum, quod etiam poſt ejus obitum fuerit præſtitus, & extenſus conſenſus reſignationi, ac poſitus, juxta frequentiorem praxim ſuperius admiſſam ſub die præſentatæ, quia id evenire potuit, ſtante bona fide officialium Datariæ, & 58
non habita per eos ſcientia obitus, quæ ſuperventa poſt jam perfectam gratiam nihil officit, dum non poteſt probari, ea fuiſſe expleta poſt obitum; immo neque ad hunc effectum admittuntur probationes, ut dixit Gratianus *dicta diſceptat.* 191. *nu.* 1. *& ſeqq.* Rota cor. Merlin. *dict. dec.* 281. *n.* 13.

Et ita utraq. &c.

## FERRARIEN. CANONICATUS

PRO

Jacobo Antonio Coſmo.

CUM

Franciſco Maſſario.

## ARGUMENTUM.

Enucleatur articulus, an Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *de Regul.* locum habeat etiam in renunciationibus, ſeu reſignationibus Beneficiorum: & reſolvitur affirmative, etiamſi reſignans non ſuſceperit habitum Noviciatus tempore mandati procuræ ad reſignandum, ſed eſſet in Monaſterio duntaxat raſus caput corona Monaſtica. Item deciditur, quod Concilium locum habeat, etiamſi de tempore mandati ad reſignandum reſignans non eſſet Novitius, ſed talis eſſet de tempore conſenſus præſtiti in Cancellaria per procuratorem.

### *SUMMARIUM.*

1 *Series facti.*
2 *Novitius non recuperat Beneficia reſignata intuitu ingreſſus in Religionem, ſi revertatur ad ſæculum, inſpecto Jure communi.*
3 *Secus de Jure Concilii Tridentini.*
4 *Concilium Tridentinum ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *de regul. non habet locum in reſignationibus Beneficiorum, & num.* 5. 6. *& ſeqq.*
12 *Sed contrarium eſt verius, vide nu.* 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19.
20 *Etiamſi reſignans haberet, unde aliunde*

*vivere poſſet, ſi agatur de nullitate ob non ſervatas ſolemnitates Concilii.*

21 *Quid autem, ſi agatur de ſuſpenſione reſignationis, donec ſequatur poſſeſſio, vide numer.* 22.

23 *Concilium locum non habet, ſi agatur de renunciatione facta in ſeculo ante ingreſſum in Religionem, licet contemplatione illius.*

24 *Diſtingue, ut ibidem, & declara, ut numero* 25.

26 *Ut locum habeant diſpoſita in Concilio, attenditur tempus non quidem mandati ad reſignandum, ſed conſenſus præſtiti in Cancellaria ejus vigore per procuratorem, & num.* 27. *&* 28.

29 *Reſignatio eſt nulla, ſi reſignatarius non habeat, unde aliunde vivere poſſit, ſicut Papa expoſuit.*

30 *Supradictæ diſpoſitioni conciliari nequit renunciari per renunciantem, quid ſi habeat aliunde reſignans, vide num.* 31.

*Regiſtrantur deciſiones Cauſæ.*

## DISCEPTATIO VI.

INgreſſurus Religionem Carthuſianorum Jacobus Antonius Coſmus Canonicus Subdiaconus Eccleſiæ Ferrarienſis habuit in animo gratificandi Franciſcum Maſſarium, mediante reſignatione ſui
1 Canonicatus ad ejus favorem, reſervatis nonnullis penſionibus perſonis de ſe benemeritis. Quia vero ad reſignationem devenire nolebat, niſi cum eſſet certus ſuæ profeſſionis. Et viceverſa ſi mandatum ad reſignandum fiebat, ipſo jam exiſtente in Religione, timebat reſignatarius, ne admitteretur reſignatio per Datariam, ſeu protraheretur, donec, emiſſa profeſſione, Canonicatus vacaret per profeſſionem, & reſignatio meditato fruſtraretur effectu. Conſulto Hieronymo Lotherio in negociis Datariæ verſato, viſum fuit expediens, quod mandatum procuræ ad reſignandum extenderetur ipſo Coſmo, adhuc ad habitum non admiſſo, ſed confidentialiter, & ſub ſigillo retineretur, donec dictus Coſmus eſſet certus ſuæ profeſſionis recipiendæ.

In executionem hujus tractatus ipſo mane 13. Aprilis 1695. ante receptionem habitus vertice jam raſo, ſtipulatum fuit in Bibliotheca Carthuſiæ Inſtrumentum mandati procuræ ad reſignandum in perſonam dicti Lotherii; præſente ipſo Maſſario, & Carolo Quercio Cancellario Epiſcopali, ac teſtibus, & immediate dictus Coſmus ſumpſit habitum Novitiorum; quod mandatum juxta intentionem ſigillatum relictum fuit in manibus dicti Cancellarii, non publicandum, neque tranſmittendum ad Urbem, niſi de voluntate Erculeſſii confidentis dicti Coſmi.

Continuavit Coſmus ſuum Novitiatum laudabiliter, & appropinquante tempore ad profitendum ſub 9. Martii 1696. Capitulum Carthuſiæ eum acceptavit, & decrevit, admittendum eſſe ad profeſſionem pro die 23. Aprilis, quo terminabat annus probationis, qua acceptatione ſecuta, ipſe Coſmus certioravit Erculeſſium, eique mandavit, ut relaxaret mandatum procuræ ad reſignandum, prout illius vigore præſtitus, & extenſus fuit conſenſus ſupplicationi præcedenter porrectæ, ac expeditis literis reſignationis, & illarum vigore tradita fuit poſſeſſio dicto Maſſario ſub 24. Aprilis 1696.

Quia vero Religio renuit, dictum Coſmum jam capitulariter acceptatum ad profeſſionem admittere, immo expleto anno Novitiatus fuit e Monaſterio abire juſſus, prout abiit, ad ſeculum reverſus amicabiliter requiſivit dictum Maſſarium pro reintegratione ad ſuum Canonicatum: ſed ſurdo aure auditus, coactus fuit judicialiter agere coram Ordinario; avocata autem Cauſa per Maſſarium in Rota coram R. P. D. Pio diſputatum fuit dubium — *An ſit danda reintegratio, ſeu regreſſus ad Canonicatum*, & affirmative reſolutum, ut ex deciſionibus ſub *die prima Julii* 1697. 10. *Januarii* 1698. *&* 5. *Martii ejuſdem anni*, quæ reſolutio fuit confirmata in ſecunda inſtantia coram R. P. D. de la Tremoille, *& in tertia* cor. R. P. D. Scotto, ut ex deciſionibus in calce inferendis.

Ego aſſumptus ad defenſam hujus Cauſæ uſque ab initio, licet ex facto ſuperius recenſito agnoſcerem, animum Coſmi reſignantis fuiſſe conditionalem, ſcilicet nolendi renunciare Canonicatui, niſi ſecuta profeſſione; tamen in hac materia Beneficiali inſpecta cenſura ſacrorum Canonum nimis
apette videbam, quod iſte animus reſignantis 2
non poterat ſuffragari ad reſolvendam reſignationem pure factam, jam admiſſam per Papam, & jam effectuatam, & conſummatam, quia Novitio non profeſſo ad Beneficia renunciata non datur regreſſus, juxta Textus *in cap. ex tranſact. miſſa de renunciat. ibique* Gloſs. & ſcribentes communiter, *in verb. aſſenſus & in cap. Beneficium* 4. *de Regularib. late* Gonzal. *in dict. cap. ex tranſmiſſa num.* 1. *&* 6. *& per tot.* Garz. *de beneſ. part.* 11. *cap.* 9. *num.* 9.

Deſperatam igitur rem agnoſcens de jure communi, ego fundavi totam defenſam in novo jure ſacri Concilii Tridentini *ſeſſ.* 25. *capit.* 16. *de regularib.* diſponente, quod nulla renunciatio valeat facta per Novitium, niſi fiat cum certis ſolemnitatibus, nempe *Licentia Epiſcopi, ſeu ejus Vicarii, & intra duos menſes proximos ante profeſſionem*, & ulterius addente, quod etiam ita facta *non alia intelligatur effectum ſuum ſortiri, niſi ſecuta profeſſione; aliter vero facta, etiamſi cum hujus favoris expreſſa renunciatione etiam jurata,*
*ſit irrita, & nullius effectus.* — Ex quo Textu 3
Conciliari deſumpſi duplex fundamentum pro obtinenda reintegratione, & regreſſu ad Canonicatum reſignatum. Prima, quia reſignatio erat nulla tanquam facta abſque ſolemnitatibus prædictis per Concilium requiſitis; & ſecundo, quia, cum illud decernat renunciationes non aliter intelligi effectum ſuum ſortiri, niſi ſecuta profeſſione, propterea, ea non ſecuta, evanuit renunciatio ex defectu conſenſus, quem Concilium ſuſpendit, donec ſequatur profeſſio, & ex his duobus fundamentis, quibus Rota adhæſit, obtinui victoriam.

In diſputationibus Cauſæ habui magnam contentionem cum ſcribentibus in contrarium ſuper duplici objecto, quod acriter inculcabatur. Dicebant enim primo, quod Concilium Tridentinum non procedere in reſignationibus Beneficiorum; & ſecundo, quod ſaltem locum habere non poſſet in reſignatione, de qua agebatur, facta non per Novitium, ſed per eum, qui nondum ingreſſus erat in Religionem, ſeu nondum ſuſceperat habitum Novitii.

Quoad primum objectum ita diſcurrebant per
hæc verba præciſa, nempe Sanctionem Sacroſan- 4
cti Concilii Tridentini dicta *ſeſſion.* 25. *dicto cap.* 16. non comprehendere, niſi renunciationes bonorum, & Jurium temporalium id ſuadente tum litera dictæ diſpoſitionis, nullatenus attingente Jura ſpiritualia; tum ratione diverſitatis, quia pro certo habemus, quod Beneficia, & Jura ſpiritualia non ſunt in dominio Beneficiatorum (queis ſi ſpolientur, privari dicantur bonis propriis) ſed ſummi Pontificis; tum demum praxi incontrovertibiliter declarata & approbata a Summis Pontificibus per organum Datarii, & Dataria Apoſtolicæ in reſignationibus Beneficiorum factis a Novitiis nullatenus requirentes ſolemnitates Sacri Concilii, ut propter primas rationes fortiter diſcuſſo articulo concludunt Garz. *de Beneſic. part.* 11. *cap.* 9. *numer.* 12. *& plur. ſequen.* Caſtropal. *oper. moral. tom.* 1. *tract.* 13. *diſput.* 6. §. 3. *num.* 15. *fol. mihi* 313. Antonell. *de Reg. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 6. Barboſ. *de Epiſc. allegat.* 99. *num.* 19. Murg. *de*

*Beneſ.*

*Beneſic. quæſt.* 3. *num.* 1062. & de praxi & ſtylo Datariæ Apoſtolicæ approbato a Summis Pontificibus late & ſtringenter teſtatur inſignis practicus Conrad. *in prax. diſpenſat. Apoſtolic. lib.* 6. *capit.* 2. *numer.* 23. ubi, quod Datariæ nunquam fuerunt adductæ in forma probante declarationes Sacræ Congregationis Concilii, quæ allegantur a Doctoribus adductis in deciſionibus hujus Cauſæ.

In quorum Doctorum concurſu, imo in concurſu veritatis demonſtratæ in contrarium ex ipſa approbatione ſummi Pontificis; dicebantur, attendendas non eſſe auctoritates Pariſ. *dict. libr.* 3. *quæſt.* 13. *numer.* 5. aliorumque late congeſtorum 5 in deciſionibus prædictis; nam omnes procedere cum auctoritate ejuſdem Pariſii, quem late, & docte potius explicaret, quam refelleret Garzias *dicta part.* 11. *dict. cap.* 9. *num.* 12. *& ſeqq.* Unde cum illo fundate rejecto, ſive conciliato, corruere omnes alios ejus ſectatores, ex Cardin. de Luca *de penſion. diſcurſ.* 81. *ſub numer.* 19. Cumque ſupremum, & ſapientiſſimum Auditorium Sacræ Rotæ ſolitum non ſit attendere auctoritates per numerum, ſed per pondus, & momenta rationum, ſolidioribus fundamentis inniti prætendebant Doctores ſtantes pro negativa ſententia, & quibus aſſiſtit praxis Datariæ Apoſtolicæ, cujus declarationibus, & ſtylis tanquam approbatis, & quotidie ſtantibus ſub oculis Summi Pontificis in conflictu opinionum, eſſe omnimode deferendum, ut in puncto concludit Conrad. *in prax. diſpenſat. Apoſtolic. dicto lib.* 2. *dicto cap.* 2. *dicto numer.* 23. & generaliter de differentia habenda in hac beneficiali materia, ſtylo, & praxi Datariæ, tradunt Pariſ. *de reſignat. lib.* 11. *quæſt.* 14. *num.* 117. Gonzal. *ad Regul.* 8. *Cancell. Gloſſ.* 63. *num.* 56. Rot. *deciſ.* 84. *num.* 3. *&* 4. *par.* 2. *& deciſ.* 68. *n.* 8. *part.* 5. cum aliis coram Dunoz. Junior. *deciſ.* 632. *num. fin.*

Addebant autem fortius iſta procedere, quia intrinſecus ſcrutando rationes, queis nituntur Pariſ., & alii ejus ſequaces, iſtæ reducerentur ad unam, quod nempe, ex quo in utroque caſu 6 renunciationis bonorum, & Beneficii militat eadem ratio, ne renuncians propter ſibi ereptam facultatem ſe alendi ex effectibus renunciatis profiteatur invitus, eadem propterea militare debeat Juris diſpoſitio; & tamen in puncto Juris dicebant hanc rationem non ſtringere, quia quando diſpoſitio eſt reſtrictiva ejus libertatis, quæ competit de Jure communi, verior videtur opinio contraria, ut nec ex identitate rationis unus caſus extendatur ad alium, ut tradunt ſupracitati, & in generalibus Honded. *conſil.* 8. *num.* 16. *lib.* 1. Altograd. *conſil.* 4. *num.* 18. *lib.* 1. cum aliis relatis *in deciſ.* 68. *num.* 11. *part.* 19. *recent.* immo eum adeo circumſpecta interpretatione ſimilium particularium diſpoſitionum procedi, ut nec etiam ex majoritate rationis ſimiles extenſiones admittantur, ut pariter proſequuntur Garz. & alii ſuperius adducti, *& in dict. deciſ.* 68. *num.* 11. *& deciſ.* 165. *num.* 9. *part.* 19. *recent.*

Eo autem minus quando paritas rationis non eſſet omnino identificata, ſed in uno caſu etiam per poſſibile adeſſe poſſet diſpar ratio, qui quam 7 in alio, Roman. *conſil.* 179. *numer.* 12. cum pluribus cumulatis *in dicta deciſ.* 165. *numer.* 7. 9. 12. *&* 19. *part.* 19. *recent. & paſſim*; quam diſparitatem hic non ſolum per poſſibile, ſed per neceſſe, & poſitive eſſe tam claram aſſerebant, quam eſt clara, & indubitabilis diverſitas, quæ intercedit inter Jura ſpiritualia, & temporalia, & inter dimittere unam rem, cujus quis ſit dominus abſolutus, & aliam, cujus abſolutum dominium ſtet penes alium, ut apprime ponderant Garzia, & alii, hujus in puncto juris, & in praxi magis probatæ ſententiæ Juris conſultiſſimi aſſertores ſupra cumulati.

Subjungebant etiam ſcribentes pro reſignatario, quod ubi adhuc procedendum eſſet cum Doctoribus contrariis, & ratione, cui adhærent, illorum ſententia non congrueret caſui noſtro, cum Coſmus, ultra Canonicatum reſignatum, haberet aliunde, unde ſibi neceſſariam vitæ ſuſtentationem pararet, tum ex annuis ſcutis 42. ſibi debitis in recompenſationem fructuum cujuſdam domus ab 8 ipſo venditæ, tum ex aliis ſcutis 44. 60. quæ retrahere poterat ex Capellania S. Joannis Evangeliſtæ ipſi collata, tum ex aliis circiter ſcut. 12. percipiendis a diſtributionibus quotidianis, de quibus participat Capellanus prædictus, tum denique ex aliis ſcutis 7. 27. 3. quæ reddit aliud ſimplex Beneficium ab illo poſſeſſum.

Unde cum ultra reditus controverſi Canonicatus remanerent Coſmo pluſquam annua ſcuta centum, nec fuerit ordinatus ad titulum hujus Canonicatus, ac propterea ceſſet ratio fundamentalis DD. contrariorum, ne propter renunciationes Beneficiorum renunciantes cogantur profiteri inviti, ex quo regreſſuri non haberent, unde viverent; inde ſequi dicebant, quod eorum opinio eſſet inapplicabilis ad caſum, ut optime, & puncto diſtinguunt Cancer. *var. part.* 3. *cap.* 15. *ſub num.* 337. Gonzal. *in cap. ex tranſmiſſa de renunc. num.* 8. *in fine* Caſtropal. *tom.* 2. *tract.* 13. *diſpenſ.* 6. §. 3. *punct.* 2. *num.* 17. *fol. mihi* 313. & conſonat ipſe Pariſ. contrariorum choriphæus *de reſignat. lib.* 3. *q.* 13. *num.* 9.

Ex qua peculiari diſtinctione ad tuendum propoſitum, ab initio aſſumptum, excluſivum hujuſmodi reſignationis a diſpoſitione Conciliari trahebant argumentum, quod in opinionum conflictu adhærendum eſt ſententiæ mediæ diſtinguentis; 9 quia qui diſtinguit, videtur eſſe magis proximus veritati, *leg.* 1. *ff. de iis qui ſunt ſui vel alien. Jur. cum concordan. allegat.* per Manzium *conſult.* 676. *num.* 61. *&* 62. in idem coincidente alia in judicando probatiſſima regula, quod auctoritatibus generalibus præferendæ ſint illæ, quæ magis approximantur in concreto caſui, qui diſputatur, Card. de Luc. *de feud. diſc.* 7. *num.* 8. *de Emphyt. diſc.* 28. *num.* 4. Rot. *deciſ.* 721. *num.* 5. *part.* 2. *recent. deciſ.* 63. *num.* 1. *& deciſ.* 66. *num.* 4. *&* 18. *part.* 15.

Nec relevare, quod dicta Capellania S. Joannis Evangeliſtæ fuiſſet, & ipſa a Coſmo reſignata; nam etiam ſecluſis illius reditibus ei remaneret in Regione affluentiſſima neceſſaria ſuſtentatio, 10 calculando alios reditus ſupra recenſitos, juncta præſertim confeſſione ipſius Coſmi in literis Apoſtolicis, ubi aſſeruit adhuc habere, unde viveret, quæ enunciativa Papæ præſertim adverſus eundem aſſerentem facit plenam probationem Rot. coram Seraph. *dec.* 330. *num.* 2. *cum plurib. alleg. in deciſ.* 225. *num.* 3. *&* 4. *part.* 16. *rec.*

Quanquam ex quo reſignatio dictæ Capellaniæ fuit omnino nulla, & ad illam Coſmo indubitatùs pateret regreſſus, prætendebant non eſſe demendos a calculo ejus aſſignamentorum illius reditus, 11 quia fuit ordinatus, & promotus ad ſacros Ordines ad illius titulum, quæ eſſentialis circumſtantia, cum neutiquam fuerit narrata ſummo Pontifici, exinde naſci dictæ reſignationis, & ſucceſſivæ collationis patentiſſimam nullitatem *ex dec.* S. Conc. Trid. *ſeſſ.* 21. *de refor. cap.* 2. de Luc. *de benef. diſc.* 37. *n.* 14. *diſc.* 41. *num.* 4. *&* 5. *in annot.* ad Sacr. Conc. Trid. *diſc.* 14. *n.* 32.

Reſpondebam ego omnibus his argumentis ex adverſo deductis, dicendo, quod Concilium procedit etiam in reſignationibus Beneficiorum, tum attenta 12 communi opinione ſcribentium, tum ex reſolutionibus S. Cong. Conc. tum demum ex anima rationis.

Et quidem circa auctoritates adducebam numerum abundantiſſimum, ſcilicet, decem DD. cumulatos in prima deciſione hujus cauſæ *prima Jul.* 13 1697. §. *Abſque eo quod* cor. R. P. D. Pio, & alios 25. qui referuntur in 3. Deciſione edita *die* 5. *Mart.* 1698. cor. eod. R. P. D. Pio §. *abſque eo quod obſtare*, & aliam auctoritatem S. Rot. cor. Coec. *dec.* 1044. *n.* 5. *adductam in dec.* 3. *April.* 1699. §. *nec denique*, cor.

R. P. D. de la Tremoille, & ſic in totum auctori-
tates erant in numero 63.

Reſolutiones autem Sacræ Congregationis allega-
bam in genere, & de eis teſtari dicebam Pariſ. *de
reſignat. lib. 3. quaſt. 13. numer. 5.* Ricc. *in prax.
part. 3. reſolut. 365. num. 3.* Sperell. *dec. 16. n. 49.*
Molpheſ. *ad conſuetud. Neapol. tit. de renunc. q. 16.
numer. 34.* ubi ait, ita pluries Sacram Congregatio-
nem declaraſſe, Pellizar. *in Manual. tom. 1. tra-
ctat. 2. cap. 9. num. 20. in fine* Sanchez *ad precept.
decalog. lib. 7. cap. 5. num. 38.* & Fagn. olim Sacr.
Congregationis meritiſſimus Secretarius, & proin-
de fide dignus quoad reſolutiones, de quibus teſta-
tur *in cap. Statuimus num. 18. de Regularib.* ubi li-
cet referat S. M. S. Pium V. dubitaſſe, & feciſſe dif-
ficultatem contra reſolutionem Sacræ Congregatio-
nis; tamen ego adducebam, quod poſtea dicta re-
ſolutio non fuerit revocata, immo ſemper recepta,
ſtante caterva Doctorum recentiorum, qui poſt il-
lam ſcripſerunt, & qui eam allegarunt, & ſecuti
ſunt uti juridicam, & menti Concilii conſenta-
neam; idcirco non erat habenda in conſideratione
dubitatio ejuſdem S. Pii V.

Rationem denique inſinuabam, ex qua colligi
poterat, diſpoſitionem Conciliarem adaptari etiam
reſignationibus Beneficiorum, quia nempe Conci-
14 lium loquitur diſtincte, & generaliter, non diſtin-
guendo inter renunciationem bonorum, vel Be-
neficiorum ibi — *nulla quoque renunciatio*, quæ
verba uti generalia, & indiſtincta, ſunt generali-
ter, & indiſtincte intelligenda, niſi probetur di-
verſitas rationis, quæ reſtringat talem diſpoſitio-
nem illimitatam, & effrænatam, ut tradunt Ven-
trigl. *in prax. part. 1. annotat. 46. §. unico num. 8.*
Donat. *in praxi regul. part. 2. tractat. 7. de bonis
Novit. quaſt. 17. numer. 3.* ubi teſtatur de commu-
ni; quæ rationis diverſitas non ſolum minime
conſiderari poteſt, ſed immo rationis manifeſta
identitas circa renunciationem, tam bonorum,
quam Beneficiorum, quippe renunciatio Beneficii
eſt amiſſio magni Juris, ob quam impeditur liber-
tas egredi volentium de Religione, vel alias egreſ-
ſi cogerentur mendicare; & propterea ſi Conci-
lium in relata diſpoſitione hoc ſolum reſpexit,
ne quis invitus profiteri cogatur, vel ne egreſſus
de Religione mendicet, utique iſta ratio æque ap-
plicabatur, tam ad renunciationem bonorum, quam
Beneficiorum, ut conſiderat Ventrigl. *dicta annota-
tion. 46. num. 8. §. unico*, ubi hanc opinionem vo-
cat humaniorem Donat. ubi ſupra, *num. 3.* Lezan.
*in ſumm. in v. Novitii num. 31.* aliique adducti in
deciſionibus Cauſæ.

Non obſtant modo auctoritates, quæ addu-
15 cuntur in contrarium uſque ad ſimplicem nume-
rum ſeptennarium, licet enim in comparatione no-
ſtrarum 63. doctrinarum cedere debeant ſeptem
miſerabiles: tamen ſingulæ iſtarum ſunt repro-
batæ.

Nam. Garz. *de Benef.* contrariæ opinionis infe-
liciſſimus propugnator communiter reprobatur per
Fagn. *in dicto cap. ſtatuimus num. 18. verſ. quicquid
ſcripſerit* Nicol. Garz. *&c.* Ventrigl. *d. annot. 46.
§. unico num. 8. cum aliis adductis in prima deciſio-
ne §. abſque eo quod.*

Rodriquez *in ſumm. quaſtion. regular.* reprobatur
In ſpecie per Pellizzar. *in Manual. dict. tractat. 2.
cap. 9. num. 20. verſ. nec obſtat, quod objicit* Ro-
driquez, & Sanch. *ad precept. decalog.* ubi ſupra
*num. 38.*

Antonell. *de Regim. Eccleſ. lib. 7. cap. 8. num. 6.*
eſt collector, qui refert utranque opinionem, licet
ultima, quam tenere dicitur omnis Doctor, ſit
pro hac parte, ut in *verſ. contrarium.*

Barboſ. *de poteſtat. Epiſcop. alleg. 99.* reprobatur
per Lezan. *in ſumm. in v. Novitii numer. 31.* & i-
pſemet Barboſ. hoc agnoſcens ſe retractavit *in Tra-
ctat. de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 42. numer. 233.* &
confutato eodem Barboſ. ac Garz. tenet A Spirit.
Sanct. *in director. regul. tractat. 3. diſp. 2. ſect. 4.
num. 186.*

Caſtrop. non inveni loco allegato in meo Co-
dice, ſed tam ipſe, quam Murga ſunt ſequaces
Garz. quo reprobato, etiam ſequaces ruunt.

Conrad. denique de *diſpenſ.* ſatis eſt, quod ſit 16
unus ex ſectatoribus Garziæ attendi non mereatur,
ſed ipſius error convincitur, dum ſupponit, reſolu-
tiones Sacræ Congregationis Concilii non eſſe ve-
ras, quod eſt magnum æquivocum, dum non ſo-
lum teſtantur de illis tot Doctores ſupra relati, ſed
clare eas adducit Fagn. illius Secretarius *in d. c. ſta-
tuimus num. 18. de regul.* de cujus fide non eſt am-
bigendum.

Rationes etiam ex adverſo allegatas nihil con-
cludere dicebam; præcipua enim eſt, quod renun-
ciatio Beneficii, ejuſque collatio non debet ſtare
in pendenti: quæ ratio eſt originalis præcitati Gar-
ziæ *part. 11. cap. 9. num. 12.* eamque ſequitur Con-
rad. ubi ſupra.

Quamvis autem ſufficiat, eſſe communiter re-
probatum Garz. ad effectum, ut nec ejus ratio ſit
attendenda, tamen in ſpecie hanc rationem confu- 17
tat Pellizzar. *in Manual. dicto tractat. 2. capit. 9.
num. 20.* ibi — *Nec obſtat, &c. renunciationem Be-
neficii Eccleſiaſtici ſecundum Canones debere fieri
abſolute, non autem ſub ulla conditione &c. non ob-
ſtat inquam, cum conditiones, quæ ex Juris præſcri-
pto inſunt, recte apponi poſſint in quacumque diſpoſi-
tione, & per conſequens in renunciatione Beneficii;
quin, etſi ea non apponerentur, nihilominus tacite
ſubintelligerentur, quo pacto collatio Beneficii facta
non Sacerdoti eam habet conditionem, ut ſi intra
annum non promoveatur ad Sacerdotium, hoc ipſo
maneat eo privatus.*

Proinde dicebam, corruere rationem Garziæ,
quod collatio non debeat ſtare in pendenti, cum
non ſit novum in Jure, quod aliqua conditio ex
Juris præſcripto ſubintellecta reddat collationem re-
ſolubilem, ut in exemplo collationis Beneficii Cu-
rati factæ non Sacerdoti adducto per Pellizzar. &
punctualiter concordat Sanch. *ad precept. decalog.
lib. 7. c. 5. num. 38.* qui pariter refellit ſupradictam
rationem, & ita etiam Donat. *in prax. tom. 2. tra-
ctat. 7. q. 18. num. 10.*

Unde parum concludit Conrad. qui dicit, in
ſupplicationibus non fieri mentionem, quod No-
vitius reſignaret ante duos menſes, quippe reflecte-
bam, non eſſe neceſſariam talem mentionem, dum
ea etiam omiſſa ſemper ſubintelligitur de Jure Con-
ciliari, quod collatio pendeat ab eventu profeſſionis
emittendæ, ut in terminis Beneficii reſignati dicit
Sanchez, Pellizzar. & Donat. *ubi ſupra* ubi *num. 13.* 18
*& ſeqq.* ſubjungit, quod, licet ex parte reſignantis
collatio eſſet libera & abſoluta, adhuc ipſum Con-
cilium ſuſpendit ejus effectum, ut *num. 14.* ibi —
*Et hoc totum procedit &c. ex diſpoſitione* Sacri
Concilii Tridentini, *ex quo ſuſpendat effectum ipſius
& numer. 16.* ibi — *Quia renuncians libere, & ab-
ſolute renunciavit: ſed* Tridentinum *ſuſpendit, ut
dictum eſt — & concordat* Barboſ. *de poteſtat. Epi-
ſcopi allegat. 99. num. 21. verſ. Tum quia ipſe re-
nuncians*, Campanil. *in diverſ. Jur. Canonic. Rubr.
12. cap. 13. num. 11.*

Hinc nihil juvabat motivum, quod bona ſint
in noſtro dominio, non autem Beneficia, quæ
ſunt in dominio, & diſpoſitione Summi Pontificis,
quia agnoſcebam, me non errare, in dicendo,
quod Beneficia ſunt etiam quædam bona noſtra,
ut ait Lezan. *in ſumm. in verb. Novitii num. 31.
verſ. Beneficia*, nec prohibetur nobis illorum diſ-
poſitio per reſignationem in manibus Papæ, cui
non eſt neceſſarium exprimere conditiones, quæ
ex Juris præſcripto inſunt, hoc eſt ex diſpoſitione
Sac. Conc. Trid. ibi — *& non aliat intelligatur ef-
fectum ſortire, niſi ſecuta profeſſione* — ut dicunt o-
mnes ſupra relati.

Et addebam in hac facti ſpecie, Maſſarium re-
ſignatarium habere, quod ſibi imputare poſſet, dum
ſciebat optime hanc conditionatam mentem reſi-
gnantis, dum in eadem die, & in eodem loco,
tam ipſe, quam reſignans fecerunt mandata procuræ,

alter

Google

ter ad reſignandum, & alter ad conſentiendum penſionibus, expreſſa oretenus voluntate reſignantis ſuper prædicta conditione; & tamen nimis præfeſtinato deſiderio voluit prorumpere ad expeditionem literarum, quando ſufficiebat ſupplicatio ſignata, & datata pro ſuo fine, juxta quam habita notitia de profeſſione reſignantis, poterat quandocunque expedire literas.

Minuſque obſtabat, quod Coſmus reſignans haberet, unde aliunde vivere poſſet; hoc nanque plene remanebat diſſipatum in facto, & circa Capellaniam præcedenter reſignatam, ad cujus titulum ille fuerat ordinatus, nullitas ejus reſignationis non videbatur intrare, ex quo tunc reſignans habebat controverſum Canonicatum, cum quo vivere poterat, & ſic objectum poterat retorqueri, quia ſi de tempore reſignationis Capellaniæ Coſmus habebat ſolum Canonicatum, & reſignatio fuerat valida, ex quo remanebat ſibi Canonicatus, utique hoc Beneficium, quod ſibi remanebat, intelligebatur de Jure ſubrogatum in locum Beneficii patrimonialis reſignati; itaut Canonicatus poſtea reſignari non potuerit, tanquam patrimoniale, dum Coſmus non habebat aliquid aliud, unde vivere poſſet.

Ceterum dicebam, quod habere, vel non habere aliunde, non erat motivum pertinens ad hanc quæſtionem, quia Concilium inducens nullitatem renunciationis non ſervatis ſolemnibus eam, quæ conditionans in caſu profeſſionis, non exprimit hanc circumſtantiam; nam eam non requiri circa nullitatem renunciationis, patet ex eo, quod nullitas ob non ſervatas ſolemnitates, locum
20 habet, licet Novitius poſtea fuerit profeſſus, ut ex reſolutione Sacræ Congregationis tenet Ricc. *in prax. part.* 3. *reſolut.* 358. *num.* 4. Ventrigl. *ubi ſup. num.* 29. *&* Molpheſ. *conſ.* 1. *per tot.* Menoch. *conſ.* 388. *numer.* 7. & ſic neceſſitas ſervandi ſolemnia per Concilium ſtatuta, non pendet ab eo, an habeat necne Novitius aliunde, unde vivere poſſit, quia alias, ſecuta profeſſione, renunciatio dici non poſſet nulla ob non ſervatas ſolemnitates, ſi iſtæ juxta ſenſum contrarium neceſſariæ forent ſolum, quando Novitius non habet aliunde, & per contrarium neceſſariæ non forent, ubi aliunde haberet; dum quando ſecuta eſt profeſſio, ceſſat motivum mendicandi in ſeculo ob carentiam bonorum, quæ aliunde non habet renuncians: ſed veritas eſſe videtur, quod Concilium requirit ſolemnitates pro forma, qua non ſervata, actus corruit. Ricc. *ubi proxime nu.* 2. ad inſtar Statuti requirentis ſolemnitates in contractibus minorum, de quo Jovius *ubi ſup.* Gloſs. 22. §. 2. *num.* 1. itaut ſi reſignatio Beneficii facta eſſet nulliter, non ſervatis ſolemnibus Concilii, poſſet impetrari Beneficium a Dataria contra reſignatarium tanquam vacans per profeſſionem in caſu prædicto, quo reſignans eſſet profeſſus.

Circa vero ſuſpenſionem renunciationis, donec ſequatur profeſſio, licet videatur ſubeſſe ratio, ne
21 quis ſe videns ſpoliatum omnibus bonis, cogatur invitus profiteri, itaut ceſſante hac ratione in eo, qui habet aliunde, ceſſare videatur ſuſpenſio inducta per Concilium; tamen neque ex facto hoc intrare poterat in caſu præſenti, ubi mens renunciantis erat conformis ſuſpenſioni volitæ per Concilium, nolendo renunciare niſi ſecuta profeſſione, ad tradita per Rot. coram Caill. *deciſion.* 29. *numer.* 10. Buratt. *deciſion.* 641. *numer.* 7. *&* *deciſ.* 58. *numer.* 11. ac etiam, quia Coſmus non habebat niſi Canonicatum, unde vivere poſſet, & proinde dicebam, non eſſe præſumendum Coſmum voluiſſe reſignare Canonicatum, quem ſolum in bonis habebat, etiam quando non emitteret profeſſionem, ut notat de Luca ad Ventrigl. *ubi ſupr. par.* 1. *annot.* 45. §. *unico num.* 1. *verſic. paltum*, neque in Jure ſuſtentari poterat motivum, quod ſuſpenſio renunciationis per Conci-
22 lium inducta, locum habere deberet in reſignatione tantum Beneficii Patrimonialis, ſeu ad cujus titulum quis fuit ordinatus; non autem quando Beneficium non eſt tale, eo quia circa renunciationem Beneficii, ad quod quis fuit ordinatus, intrabat quæſtio diverſa, & diverſa aderat diſpoſitio Conciliaris, non quidem deducta ex dicto *capit.* 16. *ſeſſ.* 25. *de Regular.* ſed ex alio capite particulari, & ſeparato, nempe ex *ſeſſ.* 21. *cap.* 2. *de reformat.* ut in terminis annotat Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 99. *num.* 30. ubi prius diſputat noſtram quæſtionem ſuper renunciatione Beneficiorum in genere, & poſtea diſputat aliam diverſam ſuper renunciatione Beneficii, ad cujus titulum renuncians eſt ordinatus; ideoque non erat procedendum cum hac confuſione materiæ, ſaltando de uno caſu ad alium.

Superati contrarii ſcribentes ſuper hoc articulo, & fatentes, quod Concilium locum haberet etiam in reſignationibus Beneficiorum, convolabant ad aliud principale objectum, dicendo, quod illud non intrabat in caſu præſenti, ubi non agebatur de Novitio ingreſſo Religionem, quia Coſmus de tempore, quo mandatum fecit ad reſignandum, & a ſe dimiſit dictum Canonicatum, nondum erat ingreſſus Novitiatum, nec habitum Religionis ſuſceperat, ſed erat indutus ſolitis ejus veſtibus Clericalibus, quo caſu, quia ſacrum Concilium Tridentinum dirigit ejus diſpoſitionem in Novitios, eoſque, qui jam ſunt Religioſi, ſub illo, renunciantes ante formalem ingreſſum in 23
Religionem per dictam effectivam habitus ſuſceptionem, non comprehenduntur, ut de ſententia veriori magis communi, & approbata frequenter a Sacra Congregatione Concilii uno ore teſtantur Gratian. *diſcept.* 568. *numer.* 18. *& plurib. ſeqq.* Sanchez. *ad precept. Decalogi lib.* 7. *capit.* 5. *numer.* 2. Card. de Luc. *de regul. diſcurſ.* 78. *numer.* 7. Torr. *de pact. lib.* 2. *cap.* 25. *ex num.* 147. Garz. *de benefic. par.* 11. *cap.* 9. *numer.* 15. ubi de pluribus declarationibus Sacræ Congregationis Conſilii Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 235. *latiſſime* Manz. *conſult.* 302. *fere per tot. &* *ſignanter ex num.* 42. *& plurib. ſequen.* Ventrigl. *in praxi par.* 1. *annot.* 46. §. *unico numer.* 7. Fagnan. *in cap. Statuimus de regul. numer.* 42. Et ſæpius deciſum eſt ab Auditorio Sacræ Rotæ, prout late *in deciſion.* 91. *numer.* 6. *& plur. ſeqq.* coram Royas, *& deciſ.* 370. *num.* 5. & coram Durand. *deciſ.* 121. *numer.* 33. ubi declarationes Sacræ Congregationis Concilii *& num.* 37. & coram Dunozet. *deciſ.* 676. *num.* 33. *& ſeqq. & deciſ.* 698. *num.* 7. *& in recent. d.* 587. *num.* 9. *par.* 4. *tom.* 2. *& deciſ.* 85. *num.* 9. *par.* 17. & magis recente *in Romana hereditatis de Scharinciis* 20. *Martii* 1674. coram Reverendiſſimo Turonenſi.

In nihilo prorſus obſtante, quod dicta renunciatio Coſmi prodierit intuitu, & contemplatione futuræ, & fere immediatæ ſuſceptionis habitus in Religione Chartuſianorum, quoniam etiam ſi Coſmus expreſſe ſe declaraſſet, quod in tantum reſignare intendebat dictum Canonicatum, in quantum ingredi meditabatur de proximo Religionem, adhuc id non effeciſſet, ut ejus renunciatio ſubjaceret dicto Conciliari Decreto, ejuſque ſolemnitatibus producentibus validitatem, vel invaliditatem actus, ex quo ejuſdem Decreti litera, & intentio ad renunciationes ante effectivam ſuſceptionem habitus ſe non porrigunt, ut in puncto proſequuntur Garz. *de benefic. part.* 11. *cap.* 9. *numer.* 15. Sanchez *ad precept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 5. *numer.* 4. *&* conſonant Paſſerin. *de ſtatu homic. tom.* 3. *queſtion.* 189. *artic.* 10. *inſpect.* 8. *numer.* 129. Fagnan. *in capit. Statuimus de regul. numer.* 42. *&* 46. Torr. *de pact. futur. ſucceſſ. cap.* 25. *num.* 147. Royas *deciſion.* 370. *numer.* 5. Adden. *ad deciſ.* 586. *num.* 22. *part.* 5. *& deciſ.* 85. *numer.* 11. *par.* 17. *recent.* qui omnes tradunt nil referre, quod hujuſmodi renunciationes emittantur paulo ante ſuſceptionem habitus, & intuitu ingreſſus in Religionem,

Reſpon-

Digitized by Google

Reſpondebam ego, quod licet ſit controverſia 24 valde acerrima inter ſcribentes, an Concilium afficiat donationes, quæ fiunt per exiſtentes in ſeculo intuitu ingreſſus in Religionem, ubi pro utraque parte ſunt magni nominis Doctores, ſicut legere eſt apud Rot. cor. Royas *deciſ.* 91. *&* Bottilier. *de Succeſs. Theorem.* 65. Attamen in caſu noſtro evitabatur iſta diſputatio cum diſtinctione fundamentali, quod nempe, aut quæritur, an ante ingreſſum ſint ſervandæ ſolemnitates Concilii conſiſtentes in eo, quod renunciatio fieri debeat per duos menſes ante profeſſionem proximos, & de licentia Ordinarii, & verior ſit opinio negativa, aut vero quæritur, an intret tali caſu diſpoſitio concilians quod nempe renunciatio *non alias intelligatur effectum ſortiri, niſi ſecuta profeſſione.* Et verior ſit opinio affirmativa, quod iſta diſpoſitio habeat locum, ita diſtinguit conciliando omnes Ventrigl. *in prax. part.* 1. *annot.* 46. §. *unico numer.* 13. *ibi — Adverte quod pugnantes ſententia, an diſpoſitio* Concilii Trident. *cit. capit.* 16. *locum habeat in renunciatione, ſeu donatione facta ante ingreſſum intuitu ingreſſus &c. Conciliantur &c, ut non procedat diſpoſitio Conciliaris prædicta quoad ſolemnitates, de quibus in Concilio; itaut donans vel renuncians ante ſuſceptum habitum non teneatur donationem facere vel renunciationem coram Ordinario, & per duos menſes ante profeſſionem; procedit tamen Conciliaris diſpoſitio in hoc caſu, quando quis donavit; vel renunciavit cogitans de ingreſſu quoad revocationem, & recuperationem rei donatæ, vel renunciatæ, ut illam non poſſit &c. Donatarius retinere, ſecuto egreſſu, ſed teneatur omnia reſtituere donanti, vel renuncianti,* quæ diſtinctio, cum non habeat contradictorem, eſt amplectenda, quia habere Doctorem punctualem, eſt habere caſum legis, Rot. coram Coccin. *deciſ.* 2121. *num.* 18. *& in recent. deciſ.* 106. *numer.* 7. *par.* 16. *& deciſ.* 21. *n.* 19. *p.* 19.

Unde tota moles auctoritatum ex adverſo allegatarum, quoad excludendum Concilium in hac conditione, erat inutilis verum, nec applicabatur etiam circa ſervandas ſolemnitates ejuſdem Tridentini. Omnes enim doctrinæ, & deciſiones contrariæ loquuntur de donante, aut renunciante in ſeculo, cogitans de ingreſſu ſimpliciter; ideo conſiderabam, nullo modo videri adaptabiles ad caſum noſtrum, ubi reſignans non erat in ſeculo, etiam attento tempore facti mandati procuræ ad reſignandum, dum ipſe reſignans fuit admiſſus ad ingreſſum Religionis ſub die 3. Aprilis 1695. & fuit acceptatus ad habitum ſub die 22. ejuſdem menſis, & pariter ſub die 23. illius hora 13. fuit indutus habitu Novitiorum, & media hora ante ſuſceptum dictum habitum fecit dictum mandatum procuræ in ſtantiis Monaſterii jam raſus caput corona monaſtica, ex quo inferebam, quod reſignans nullo modo eſſet in ſeculo cogitans de ingreſſu, in quibus terminis loquuntur contrarii, ſed erat jam ingreſſus, dum erat admiſſus ad illum, acceptatus ad habitum, corona monaſtica raſus, & permanens in ipſo Mona-
25 ſterio, licet cum veſte ſeculari; cum non repugnet, quod Novitiatus in Religionibus inchoetur in principio etiam cum habitu laicali cum permanentia in Monaſterio, Pellizzar. *in Manual. tom.* 1. *tract.* 2. *c.* 1. *n.* 2.

Non timebam igitur de ſupradictis filacteriis auctoritatum uti inapplicabili ad caſum noſtrum, ubi aderat ſignum Novitiatus, hoc eſt corona monaſtica, & poſt mediam horam fuit ſuſceptus habitus, qui eſt caſus differentiſſimus, & in quo non intrant doctrinæ contrariæ; quoniam aliud eſt quod quis renunciet in ſeculo per diem ante, & poſtea ingrediatur Monaſterium, aliud eſt, quod quis jam reperiatur ingreſſus, & acceptatus, & raſus, & faciat actum media hora ante habitus ſuſceptionem; hoc enim modicum intervallum non habetur in conſideratione; quæ enim ſunt incontinenti præſumuntur ineſſe, ut tradit Mar. Antonin. *var. reſolution. lib.* 1. *capit.* 112. *caſ.* 62. §. *final. cum aliis allegatis in deciſion.* 1. *Julii* 1697. §. *futuri*, & non incongrue applicantur rationes, & Jura late deducta per Bottilier. *Theor.* 65. *de ſucceſs.* & fecit *Theor.* 64. *numer.* 22. & ſalvantur contrariæ auctoritates non applicabiles ad caſum noſtrum differentem ab illo, in quo loquuntur.

Immo obſervabam, quod ea capitis abraſio pro efformanda corona monaſtica, operabatur, ut ita raſus jam diceretur Novitius, quia raſio capillorum eſt abdicatio omnium temporalium & ſignum Religionis, ut probant doctrinæ adductæ *in deciſion.* 5. *Martii* 1698. §. *& ſane*, coram R. P. D. Pio *&* 3. *Aprilis* 1699. §. *non proinde*, coram R. P. D. de la Tremoille.

Ceterum dicebam, rem fieri clariorem reflectendo, quod attendi debeat ad hunc effectum, non quidem actus mandati procuræ ad conſentiendum, & renunciandum, ſed ipſe conſenſus præſtitus reſignationi, quo ſolum tempore dicitur fie- 26
ri reſignatio, juxta Pariſ. *de Reſignat. lib.* 8. *quæſt.* 8. *numer.* 41. Lother. *de re benef. lib.* 3. *queſtion.* 16. *numer.* 54. Tondut. *queſtion. benef. par.* 3. *cap.* 188. *num.* 4. Rot. coram Celſ. *deciſion.* 191. *numer.* 13. de tempore autem præſtiti conſenſus, jam Coſmus reſignans erat Novitius, & conſequenter ſine dubio intrabat Concilium.

Reſpondebant ſcribentes pro reſignatario, quod attendi deberet ſolum tempus mandati, non autem præſtiti conſenſus, quia iſte retrotrahebatur ad diem mandati, ex Pariſ. *de Reſignat. lib.* 9. *quæſt.* 15. *per totam, & lib.* 13. *quæſt. final. numer.* 38. Antonell. *de temp. legal. lib.* 1. *queſtion.* 47. *numer.* 21. & fuit opinio, ut credo, originalis Lapi *alleg.* 23. *numer.* 1. *verſic. ut quia procurator fuit datus*, quem refert, & ſequitur Panorm. *in capit. ſollicite numer.* 11. *de reſtit. ſpoliat.* Feretr. *conſ.* 93. *numb.* 2.

Non placuit tamen hæc reſponſio Sacræ Rotæ, quæ merito eam rejecit, & reſolvit in hoc puncto, attendendum eſſe tempus conſenſus præſtiti in Cancellaria ex doctrinis ſupra laudatis; idque ego probabam, quia mandatum procuræ ad aliquid faciendum non importat factum, niſi quando actualiter executioni demandatur, & probant regulæ Juris ſatis notæ, quod actus dicitur fieri tempore, quo effectus producitur, & quod paria ſunt aliquid fieri in tempore, vel conferri in tempus, ut plene in iſtis terminis Bottilier. *de ſucceſſ. Theorem.* 65. *n.* 5. *& ſeqq.*

Et patet ratione, quia taliter reſignans ante prædictum conſenſum præſtitum in Cancellaria poteſt 27
revocare procuratorem, ut plane Pariſ. *de reſignat. lib.* 9. *quæſtion.* 25. *numer.* 14. *& ſequent. & queſtion.* 28. *numer.* 3. etiamſi promiſerit cum juramento illum non revocare, ut de communi in conſulendo, & judicando teſtatur Pariſ. *d. lib.* 9. *quæſtion.* 31. *numer.* 18. & docet quotidiana experientia, juxta quam hujuſmodi mandata, vel non exequuntur, vel revocantur, vel non admittuntur ob pacta in eis contenta; ergo non poteſt dici mandatum procuræ inducere reſignationem, neque tunc Beneficium cenſeri renunciatum.

Neque urgere videbantur auctoritates Lap. Panorm. Pariſ. & aliorum, de quibus in objecto, cum aperte corruerent in Jure, & in facto; & quidem in Jure, quia eorum opinionem docte confutavit Berous *in d. cap. ſollicite num.* 35. *de reſtit. ſpoliator.* abſolute firmando, quod in renunciatione Beneficii attendi debeat tempus actus facta per procuratorem, non autem mandati, nec detur retrotractio, quam volebant in hac cauſa contrarii ſcribentes ex duplici ratione; altera, quia procurator gerendo poſtquam eſt revocatus, ſi revocationem fuiſſe factam ſciverit, ejus geſta non valent, Clem. 1. *de renunc.* ergo ad tempus mandati non trahuntur; & altera, quia in his quæ ſolo animo geruntur factum a procuratore trahitur ad tempus facti mandati, quia conſtituendo procura-

cura-

curatorem, & dando mandatum conſtat de animo actum gerere volentis, & ſic in hoc caſu potius mandati tempus quam quod Procurator facit, attenditur; ſed renunciatio Beneficii ſolo animo non fit, ſed requiritur præſentia, & conſenſus ſuperioris; ergo factum procuratoris ad tempus mandati non trahitur, & differentia magna eſt, an actus ſolo animo exerceri poſſit, & tunc procedit id, quod habetur in *l. Paulus ff. de acquir. hered.* ut nempe trahatur ad tempus mandati; An vero ſolo animo exerceri non poſſit, eo quia Superioris præſentia requiratur, & tunc actus a procuratore fieri dicitur, ut per Bartol. *in d. leg. Paulus in 2. & 3. oppoſitione, & eſt bonus* Text. *in leg. 3. §. acquirere*, & ibi Gloſſ. *ff. de bonor. poſſeſ.* ut hæc omnia ſunt verba præciſa Beroi.

Corruebant etiam auctoritates contrariæ in facto, eo quia fundantur in motivo, quod de tempore mandati dicatur, Beneficium haberi pro derelicto ſolo animo, quæ conſideratio ceſſabat hic ex facto, juxta quod Coſmus reſignans voluerat totum oppoſitum, ſcilicet non habere Beneficium pro derelicto tempore mandati, ſed tempore quo profeſſus eſſet in Religione, nec amplius redire poſſet ad ſeculum, juxta circumſtantias in facto relatas; unde animus reſignantis deperdendi beneficium ſtatim tempore mandati in vanum ex doctrinis arguebatur, quando contrarium apparebat ex facto.

Ex quibus omnibus obtinui per tres inſtantias reintegrationem, ſeu regreſſum Coſmi ad Canonicatum, juxta cenſuram Sacri Concilii Tridentini in dicta *ſeſſion. 25. capit. 16. de Regular.* volentis ibi – *quod abeuntibus ante profeſſionem omnia reſtituantur*, & in terminis punctualibus Beneficii reſignantis Jovius *de ſolemnit. in contr. minor. gloſſ. 16. §. 7. numer. 288. verſic. adeout ſi ingreſſus renunciaverit*, & Sacra Rota decrevit etiam Coſmo certam ſummam in Cauſam declarandam in expeditione Cauſæ in prima inſtantia cor. R. P. D. Pio.

Superaddebam quoque in Rota aliud motivum pro nullitate reſignationis Canonicatus, quia ſci-
29 licet expoſitum fuerat Papæ reſignantem habere, unde aliunde vivere poſſet, qua narrativa falſa exiſtente, nullitas oriebatur, Pariſ. *de reſignat. lib. 3. quæſtion. 14. numer. 6.* Garz. *de benefic. part. 2. c. 3. numer. 201.* Cerr. *deciſ. 227. numer. 3.* Adden. ad Pamphil. *dec. 262. numer. 6.* Adden. ad Ubald. *deciſ. 304. numer. 3.* ſed Rota hoc fundamentum non expreſſit.

Scribentes pro reſignatario multum inſudabant ad probandum, quod Coſmus reſignaverat pure, & libere, non autem conditionate, quate-
30 nus ſequeretur profeſſio, ſed hoc non ſuſiſtebat in facto, nec minus ſuffragabatur in Jure: quia cenſura Concilii circa ſolemnitates, & ſuſpenſionem reſignationis uſque ad profeſſionem locum habebat, non obſtante etiam pacto contrario reſignantis, ut ibi – *etiamſi cum hujus favoris expreſſa renunciatione* – Et tradunt allegati *in deciſione 1. Julii 1697. §. futuro in fine, & in alia 5. Martii 1698. §. fine inane*, coram R. P. D. Pio, poſſet tamen dubitari, an hoc proce-
31 dat, quando renuncians habet unde aliunde vivere poſſit, & pactum adjecit contrarium, ſcilicet, quod renunciatio locum habeat, & effectum ſortiatur etiam profeſſione non ſecuta, ego ſupra *numer. 22.* dixi, Concilium intrare, non tamen quando accedit pactum contrarium; Non habui occaſionem diſputandi hunc punctum, ſed dubito, quando accedit pactum contrarium, ut prædixi, ſecluſo autem pacto, videtur tenendum Concilium intrare, quia negari non poteſt, quin Novitius cogatur quodammodo invitus profiteri, videndo ſe non habere omne id, ſeu totam illam commoditatem, quam antea habebat ante ingreſſum in Religionem; ſeu quia videtur Concilium procedere ſecundum veriſimilem intentionem ipſius renunciantis, qui velit renunciare, quatenus profiteatur, & moriatur civiliter, ut de renunciante in ſeculo intuitu Religionis obſervat Ventrigl. *ubi ſupra numer. 13. annotation. 46. §. unico*; fateor tamen, quod punctus meretur majorem diſcuſſionem, non habeo tempus, cum ſcribam per intervalla temporis, quod mihi ſupereſt, poſtquam occupationibus Fori, & Cauſarum ſatisfeci, an autem nulliter profeſſus recuperet beneficia, vide Marant. *reſponſ. 5. part. 4.*

## R. P. D. P I O.

Ferrarien. Canonicatus.

*Luna 1. Julii 1997.*

CEnſuit Rota, dandam eſſe Jacobo Antonio Coſmo reintegrationem, ſeu regreſſum ad Canonicatum favore Franciſci Maſſarii reſignatum; quia cum ipſe ad illius reſignationem devenerit intuitu, & contemplatione ingreſſus in Religionem Carthuſianorum tacitam conditionem de Jure involventem, quatenus nempe ſuſceptum Religionis
propoſitum ſolemni profeſſione confirmaret, jux- 32
ta literalem Sacroſanctæ Tridentinæ Synodus cenſuram *ſeſſion. 25. capit. 16. de Regularib*, ibi – *ac non alias intelligatur effectum ſortiri, niſi profeſſione ſecuta* – Ricc. *in prax. part. 1. reſolut. 550. per tot.* Panimol. *deciſ. 53. annotat. 4. numer. 33.* Rota coram Carill. *deciſ. 29. numer. 2.* & coram Bichio *deciſ. 52. numer. 18.* Ea igitur non emiſſa, evanuit profecto ipſo Jure reſignatio, adeoque ad ſui Canonicatus poſſeſſionem venit reintegrandus per ea, quæ proſequitur Concilium ſub citato *cap. 16.* ibi – *abeuntibus ante profeſſionem omnia reſtituantur, quæ ſua erant* – Joſeph de Roſa *conſult. 8. numer. 4. tom. 2.* optime Rota *in Romana Majoratus, & Primogeniture de Ceſarinis 17. Junii 1686. §. Ideoque*, coram bon. memor. Albergato, *& 13. Januari 1687. §. Tertium & §. Prout nec pariter*, coram bon. mem. Emerix, quæ reperiuntur impreſſæ poſt Turr. *de ſucceſſ. in Majorat. in ordine la 74. & 75.* & coram R. P. D. meo Molines *ſub die 22. Aprilis 1695. §. Ex his itaque*, ac noviſſime articulo plene diſcuſſo in *Romana Dotis 16. Januarii anni præteriti* coram R. P. D. meo Scotto *& 22. Aprilis proxime elapſi* cor. R. P. D. meo Olmo *per totas*.

Abſque eo quod dubitari contigerit, quin ſub præfata Conciliari ſanctione Beneficiorum quoque reſignationes comprehendantur; ſiquidem tametſi Garz. *de benefic. par. 11. capit. 9. numer. 12. & 13.* cum aliis negativam tueatur ſententiam; contrariam tamen opinionem, utpote magis Concilii verbis conſentaneam, indiſtincte omnes bonorum diſpoſitiones in irritum reducentis, profeſſio-
ne non emiſſa, ibi – *nulla quoque renunciatio*, re- 33
cipiendam eſſe, reprobato Garzia, cæteriſque cum ipſo ſentientibus tradunt Fagnanus *in capit. ſtatuimus numer. 18. in fine de regularib.* ubi ita deciſum teſtatur per Sacram Congregationem Concilii, Lezan. *in Summ. verbo Novitii numer. 31.* Ventrigl. *in prax. part. 1. annotat. 46. §. unico numer. 8.* A Spiritu Sancto *in director. Regularib. tract. 3. diſp. 2. ſeſſion. 4. numer. 186.* & firmat Ricc. *in praxi part. 3. reſolut. 365. numer. 3.* Pariſ. *de Reſignat. lib. 3. quæſtion. 13. numer. 5.* referentes pariter reſolutiones Sacræ Congregationis Concilii, Molpheſ. *ad conſuetud. Neapol. part. 4. de renunciat. quæſtion. 16. numer. 34. & 35.* Ceval. *commun. contra commun. quæſtion. 121. numer. 4. & 5.* Sanchez *ad præcept. Decalogi libr. 7. capit. 5. numer. 38.* Jovius *ad ſolemn. in contract. Minor.* Gloſſ. 16. §. 7. *n. 288. verſ. adeout*.

Futuri autem ingreſſus contemplatione, ac animo Religionem profitendi inter Carthuſianos Coſmum Canonicatum reſignaſſe, æque clarum viſum fuit; etenim ultra validiſſimas præſumptiones deſumptas cum ex inveriſimilitudine, quod ipſe ſimpliciter voluerit ſe Canonicatum ſpoliare, quo,

utpote

utpote carens fortunæ bonis; ad ſuſtentandum
vitam indigebat, quam in hiſce terminis ad
rem expendit Roſa *citata conſultat. 8. numer. 2.*
tum etiam ex eo, quod mandatum procuræ ad
reſignandum ſtipulare diſtulerit uſque ad ultimam
horam ſuſceptionis habitus, & poſtquam monaſti-
34 ca corona decoratus, conſtanti voluntate Reli-
gionem ingredi ſtatuerat; nam ad effectum re-
cuperandi bona reſignata, nullum propemodum
conſtituendum eſt diſcrimen inter reſignationem
paulo ante ingreſſum, vel poſt ingreſſum emiſ-
ſam, ut notat Marc. Antonin. *variar. reſolut.
lib. 1. capit. 112. caſu 62. §. final.* Caſtropal. *oper.
moral. part. 3. tract. 16. diſp. 1. punct. 15. numer.*
5. Ventrigl. *in prax. parte 1. annotat. 46. §. uni-
co numer. 10. & ſeqq. ibique* Carol. Anton. de Lu-
ca *in addition. numer. 4.* Roderic. *quæſtion. Regu-
lar. tom. 2. quæſtion. 47. numer. 8.* quamvis forte
nulla ingreſſus mentio habita fuerit, Guttierez *in
capit. quamvis pactum de pactis in ſexto verb.
dum nuptui tradebatur numer. 5. in fin. inter. re-
petit. Canonic. volum. 5. fol. mihi 228. a ter-
go*, Sanchez *ad præcepta Decalogi lib. 7. capit.
7. num. 2.* Roderic. *quæſtion. regular. tom. 2. quæ-
ſtione 47. artic. 8.* Bottiglier. *de ſucceſ. Theorem.
65. per tot.* Leſſ. *de Inſtitut. & Jur. lib. 2. capit.
3. numer. 39.* Molpheſ. *ad conſuetud. Neapol. tit.
de renunciat. quæſtion. 16. numer. 6. in addit* Pa-
riſ. *de reſignat. libr. 3. quæſtion. 13. numer. 9.*
Capiç. Latr. *deciſ. 31. in fin.* Ventrigl. *part. 1.
annot. 46. §. unico numer. 11. & duobus ſeqq.* ubi
in longe fortioribus terminis tradit, renunciatio-
nem reſolvi, quamvis renuncians expreſſe proteſta-
retur, eaodem ſuſtineri velle etiam in caſu, quo
non ſequeretur profeſſio, Rota coram Carillo *de-
ciſ. 29. num. 2.*

Urgere potiſſimum animadvertebatur ipſamet
Coſmi reſignantis voluntas expreſſe præcipientis,
mandatum procuræ tunc ſolum Romam transmit-
ti, quando certo conſtaret ſe ad profeſſionis vo-
ta eſſe admittendum, quod interim clauſum, &
ſigillo obſignatum in manibus Erculeſii, de quo
plurimum confidit, tradi voluit *Summ. numer. 5.*
35 quæ quidem omnia adamuſſim ſervata fuerunt,
eo quia conſenſus ad reſignandum, vigore cu-
jus, non autem ex ipſa ſtipulatione mandati,
perfecta dicitur reſignatio, Pariſ. *de reſignation.
lib. 8. quæſt. 8. num. 41.* Lother. *de re beneficiar. lib.
3. quæſt. 16. num. 54. & ſeqq.* Tondut. *quæſt. benefi-
ciar. part. 3. capit. 188. num. 4.* tempore Novitiatus
longe poſt ſuſceptum habitum regularem a pro-
curatore fuit præſtitus.

Et ex his ſequi etiam videbatur nullitas reſi-
gnationis; quoniam cum attento tempore con-
ſenſus præſtiti per procuratorem ad reſignandum,
qui ſolus ex prædictis perficit reſignationem,
iſta emiſſa fuerit intra annum Novitiatus,
36 minime adhibitis ſolemnitatibus a Sacro Con-
cilio Tridentino præſcriptis in memorato *capit.
16. ſeſſion. 25. de Regularibus*, ſub Decreto ir-
ritanti ibi — *aliter vero facta &c. ſit irrita*, &
*nullius roboris* — utique patenti nullitatis vitio
infecta remanſit, ut obſervant Ricc. *in pra-
xi part. 3. reſolut. 358. numer. 1. & ſeqq. &
numer. 4.* & melius *reſolut. 365. per tot.* Mol-
pheſ. *conſil. primo per tot.* & dixit Rota coram
Carillo *dict. deciſ. 29. num. 18.*

Et ita, Coſmo tantum informante, reſolutum
fuit:

R. P. D. P I O.

Ferrarien. Canonicatus.

*Veneris 10. Januarii 1698.*

FUndamenta deciſionis editæ ſub die prima
Julii proximi præteriti, hodie novo exami-
ni ſubjecta, adeo firmis innixa rationibus a D.
D. inventa fuere; ut non hæſitaverint eſſe perſi-
ſtendum in reſolutis. Denuo ſiquidem ſubſiſtere
viſum eſt, quod reſignatio Canonicatus a Coſmo
facta fuit intuitu futuri ingreſſus in Religionem
Carthuſianorum; id enim liquido deprehenditur,
tum ex quo mandatum procuræ ad reſignandum
confectum legitur ſtatim, ac idem reſignans mona-
ſtica corona inſignitus extitit; tum etiam, ex quo
ab eodem clauſum, & ſigillatum traditum fuit Er-
culeſio ſub expreſſa lege, quod Romam non tranſ-
mitteretur, niſi quando certo conſtaret, ipſum
eſſe in Religione votum ſolemnis profeſſionis e-
miſſurum, ut late pronatur *in dicta deciſione Cau-
ſa §. futuri autem, cum §. ſequen.* quo ſtante, ſe-
quitur, quod Coſmo ad ſeculum regreſſo, pro-
feſſione non emiſſa, reſoluta fuerit reſignatio ipſo 37
Jure; ideoque ad ſuum Canonicatum debeat rein-
tegrari ex literali cenſura Concilii Tridentini *ſeſſ.
25. capit. 16. de regular.* & notat Roſa *conſult. 8.
numer. 4. tom. 2.* cum aliis adductis per Rotam *in
Romana reſtitutionis Dotis 16. Januarii 1696.* cor.
R. P. D. meo Scotto, & 22. *Aprilis proximi præ-
teriti* coram R. P. D. Olmo, & *in deciſione Cau-
ſæ, quæ confirmatur §. principali*, quam Concilia-
rem ſanctionem locum quoque obtinere in benefi-
ciorum reſignationibus; reprobato Garzia, ejuſ-
que ſequacibus, plene ex Jovio *de ſolemnitat. in
contract. minor. gloſſ. 16. §. 4. num. 288. verſ. adeo-
ut*, aliiſque pluribus probatum fuit *in dicta mea de-
ciſione §. Abſque eo quod.*

Potiſſimum vero attenta evidenti nullitate ejuſ-
dem reſignationis; nam cum procurator Coſmi
præſtiterit conſenſum reſignationi de tempore,
quo jam inceptus erat Novitiatus, nempe pridie
Kalend. Decembris 1695. ut liquet ex data litera-
rum reſignationis, ſub qua juxta ſtylum idem con- 38
ſenſus extendi ſolet, ut teſtatur Rota coram Celſo
*deciſ. 172. numer. 5.* Exinde patenter emergit nulli-
tas, quia ut pariter diſponit idem Sacroſanctum
Concilium *dicto capit. 16. ſeſſ. 25.* niſi præſcriptæ
ſolemnitates adhibeantur, quælibet renunciatio ir-
ritatur, & habetur, ac ſi facta non fuiſſet, Rot.
coram Caril. *deciſ. 29. numer. 18.* cum aliis rela-
tis *in alia deciſione §. fin.* parum relevante, quod
attendi debeat ad hunc effectum ſtipulatio mandati
ad reſignandum; quia certum eſt quod reſignatio
ex conſenſu, non autem ex ſtipulatione mandati
procuræ perficitur, ut docet Tondut. *quæſt. benefi-
cial. part. 3. capit. 188. numer. 4.* aliique, quos
ſequitur Rota *in ſæpe memorata mea deciſione,
§. Urgere*, quam in omnibus DD. approba-
runt.

Et ita, Coſmo tantum audito, Franciſco ve-
ro informare adhuc recuſante, reſponſum fuit,

R. P. D. P I O.

Ferrarien. Canonicatus.

*Mercurii 5. Martii 1698.*

DOmini tertio animadvertentes, quod renun-
ciatio controverſi Canonicatus nulliter facta
fuit ob non ſervatas ſolemnitates a Sact. Concilio
Tridentino præſcriptas, vel ſaltem irrita, & reſo-
luta remanſit ob non emiſſam ab ipſo Jacobo An-
tonio profeſſionem, ut *ſeſſion. 25. capit. 16. de re- 39
gular.* ubi aperte ſtatuitur, quod *nulla quoque re-
nunciatio, aut obligatio &c. valeat, niſi cum licen-
tia Epiſcopi ſive Vicarii fiat intra duos menſes pro-
ximos ante profeſſionem, & non alias intelligatur ef-
fectum ſortiri, niſi ſecuta profeſſione &c.* quemad-
modum exiſtimarunt die 1. Julii anni præteriti, &
rurſus 10. Januarii, ipſo ſolum Jacobo Antonio a-
ctore informante, eidem reintegrationem eſſe de-
cernendam; ita quoque audito hodie Franciſco reo
convento, non dubitarunt prædictas reſolutiones
approbare.

Si quidem reſpectu nullitatis renunciationis,
quamvis non exilis in jure ſit controverſia, num
qui

qui habitu nondum ſuſcepto renunciat intuitu ta-
men Religionis ingrediendæ, ſolemnitates Con-
40 ciliares ſervare teneatur, in qua affirmativam o-
pinionem tuentur Emmanuel Sà, *in Sum. verb. Re-
ligio*, Leſſ. *de juſt. & jur. lib. 2. cap. 41. numer.* 39.
Navarr. *conſ.* 81. & 82. *de regul. libr.* 2. Pariſ. *de
reſignat. lib. 3. quæſtion.* 13. *num.* 9. qui refert, juxta
hanc opinionem fuiſſe reſolutum per S. Congre-
gationem, Zecch. *de rep. eccleſ. titul. de regul. ca-
pit.* 3. *numer.* 10. Royas *in Epitom. ſucceſſ. capit.* 7.
*numer.* 30. Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 13. *capit.*
9. *quæſt.* 2. Rodriquez *quæſt. regular. quæſt.* 45. *art.*
8. Lopez *de contract. lib. 2. capit. 39. notab.* 5. Spin.
*in ſpecul. teſtam.* Gloſſ. 12. *numer.* 50. Paul. Fuſch.
*de viſit. Eccleſ. lib. 2. cap. 18. numer.* 37. Marc. An-
tonin. *varr. reſol. lib. 1. reſol. ult. caſ.* 42. Sanch. *in
ſumm. tom. 2. lib. 7. cap. 5. num.* 3. Layman. *Theol.
moral. lib. 3. tract. 5. cap. 7. numer.* 7. Cancer. *var.
reſol. lib. 2. cap. 8. num.* 81.

Negativam vero tanquam magis communem
propugnant Mandoſ. *conſ. 22. numer.* 8. Vegg. *in
ſumm. par. 1. cap. 91. caſ.* 4. Coſt. *de remed. ſubſid.
rem. 85. in fin.* Valaſc. *de partit. cap. 16. numer.* 22.
Fauſt. *in Theſaur. relig. quæſt. 83. numer.* 2. Vecch.
*in prax. novit. diſput. 8. dub. 8. numer.* 4. Gratian.
*deciſ.* 37. ubi refert, reſolut. S. Congreg. Paſſarell. *in
compend. minim. cap.* 37. Zenard. *par. 2. direct. cap.
17. verſ. ſi ſit.* Paſqual. *quæſt. moral. canon. quæſt.*
273. *numer.* 3. Portell. *in dub. regul. verb. Novitius
numer.* 41. Quarant. *in ſumm. Bull. verb. Monaſte-
rium*, Ugolin. *de poteſt. Epiſc. capit. 20. §. 8. num.*
3. Villalob. *in ſumm. tom. 1. tract. 35. differ. 17. n.*
4. Marz. *de ſucceſſ. legal. par. 3. quæſtion. 13. artic. 1.
ſub numer.* 13. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib. 2. quæſtion.*
56. *num.* 8. Garz. *de benef. par. 11. cap. 9. num. 15.
Epiſc.* Marant. *reſol. 3. & 29. tom.* 4. de Marin.
*reſol. quotid. capit. 166. in fin.* Altograd. *conſ.* 35.
*num. 9. lib.* 1. & ſequitur Rot. *in Bonon. renuncia-
tionis* 20. *Martii* 1692. §. *Neque plus*, *coram me
confirmata 3. Aprilis* 1693.

Cujus negativæ ſententiæ ea videtur eſſe potiſ-
ſima ratio, quia nimirum S. Concilium dirigit
ejus diſpoſitionem in Novitios, illoſque, qui jam
41 per formalem ingreſſum ab effectiva ſuſceptione
habitus regularis ſunt vere Religioſi, & proinde
non comprehendit adhuc exiſtentes in ſeculo,
licet ad renunciationem emittendam occaſione
proximi ingreſſus in Religionem impellantur, ut
præter adductos firmant Gratian. *diſcep.* 368.
*numer. 18. & ſeqq.* Card. de Luc. *de regul. diſc.*
78. *numer.* 7. Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib. 1. capit.*
42. *numer.* 235. Manſ. *conſult.* 302. *ex numer.* 42.
*& ſequen.* Ventrigl. *in prax. par. 1. annot. 46. §.
unico numer.* 7. Pagnan. *in capit. Statuimus numer.*
42. *de regul.* & reſpondit Rota *deciſion. 91. numer.*
6. *& ſeq.* cor. Royas, *& deciſion. 370. numer.* 5.
& cor. Duran. *deciſion. 121. numer. 35. & 37.* &
coram Dunoz. *dec. 676. numer. 33. & ſeq. & deciſ.
968. num. 7. in rec. dec. 587. num. 9. par. 4. tom. 2. &
dec. 85. num. 9. par. 17.*

Nihilominus admiſſa etiam hujuſmodi negativa
ſententia tanquam frequentiori Doctorum calcu-
lo roborata; & auctoritate noſtri Tribunalis ſuf-
fulta, adhuc tamen eadem inapplicabilis viſa eſt
in concreto præſentis caſus, ſive tempus conce-
pti mandati ad reſignandum attendatur, ſive
vero inſpiciatur actus ipſe præſtiti conſenſus in
Dataria.

Et ſane, ſi attendatur tempus mandati, liqui-
do conſtat, illud ſtipulatum fuiſſe non in ſeculo,
42 & Coſmo, in laicali capillitio exiſtente, ut erant
caſus authorum in objecto allegatorum, & præ-
ſertim Altograd. *in d. conſ. 35. numer.* 9. ſed eodem
inter ſepta Cœnobii degente, prævio decreto ad-
miſſionis ad ingreſſum ſecuto 3. Aprilis 1695. &
poſtquam prævio altero decreto acceptationis ad
habitum ſub die 22. ejuſdem menſis, capitis etiam
raſione in formam coronæ monaſticæ tenaci pro-
poſito Regularibus Inſtitutis nomen dare ſtabili-
verat, adeout exinde dijudicandus profecto non
veniat uti ſecularis, ſed potius tanquam vere No-
vitius, qui ereptus de procelloſo ſeculi pelago,
comam velut in ſacrificium depoſuerit, ut hoc
ritu tranſiret in familiam Domini, quod capil-
lorum abraſione voluit profiteri, juxta erudite
notata per Benedictum Haeſtenſem *diſquiſitione
Monaſticæ libr. quinto tractatu nono diſquiſ.* 4.
*numer. 8. cum ſeqq.* nam, ut loquit Text. *in cap.
dum ſunt 3. quæſtion.* 1. quem ad propoſitum re-
fert Kebrid. a Mandelheim. *antiquar. Monaſt. epiſt.*
60. §. *Habes ergo*, raſio capitis eſt temporalium
omnium depoſitio, & per illam ſignificatur, ut
omnes fucus, fictumq. ornamentum a vita reli-
qua amputari debeat, ut etiam perpendit Bivar.
*de veter. Monac. lib. 2. cap. 10. numer.* 6. & ele-
ganter Thomaſſin. *de benef. tom. 1. lib. 2. capit.* 38.
*numer.* 7. non obſiſtente, quod Coſmus adhuc ve-
ſtes clericales non exuerit, quia non repugnat,
ut Novitii probentur etiam in veſte ſeculari, an-
tequam habitu, & tonſura Monaſtica donen-
tur, ut advertunt Pellizar. *in manual. tom. 1. tract.
2. capit. 1. numer.* 2. Emmanuel Gonzal. *in capit.
ſuper eo 9. numer. 5. de regul.* ubi addit, quod o-
lim Novitii ſolum expleto tyrocinii tempore ha-
bitum Monaſticum induebant, quod idem an-
notat Thomaſſin. *ubi ſupra tom. 1. lib. 3. capit.
36. num.* 9.

Potiſſimum vero, quia qualitas veri Novitii in
Coſmo aderat de tempore præſtiti conſenſus in
Dataria; ipſe enim expreſſe præcepit, dictum man-
datum procuræ tunc ſolum Romam tranſmitti, 43
quando certe conſtaret ſe ad profeſſionis vota eſ-
ſe admittendum, quod interim clauſum, & ſi-
gillatum in manibus Herculeſii, de quo pluri-
mum confidebat, voluit conſignari, prout ſer-
vatum fuit; ſi enim reſignatio, ſeu renunciatio
dimetiri debet non a ſtipulatione mandati, ſed
ab ipſo actu præſtiti formalis conſenſus, ut pro-
bant Pariſ. *de reſignat. libr. 8. quæſtion. 8. numer.*
41. Lother. *de re benef. libr. 3. quæſtion. 16. numer.*
54. Tondut. *quæſtion. benef. par. 3. cap. 188. num.*
4. & dixit Rot. coram Celſ. *deciſ. 191. numer.* 13.
& per id temporis Coſmus jam ſuſceperat habitum
Religionis, inde efficitur, quod erat obſtrictus ſo-
lemnitatibus Conciliaris ſanctionis; itaut, iis non
ſervatis, renunciatio minus valida debeat reputa-
ri, juxta literam ejuſdem Concilii, quam late ex-
pendunt Cavall. *commun. contra commun. quæſtion.*
806. *numer. 14. part.* 3. Lezzan. *in ſumm. quæſtion.
regular. par. 1. in Aphoriſmo Epiſc. verb. Profeſ-
ſio num.* 3. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. part.
3. allegat.* 99. Cutell. *de donat. diſc. 2. in 3. part.
num.* 153. Grat. *diſcept. 973. numer.* 31. Marant. *reſp.
3. num. 13. par.* 4.

Ex his igitur firmato, debitam eſſe reintegratio-
nem Coſmo ob renunciationem in origine nullam,
& inefficacem pro abdicatione Canonicatus, eo
certius Domini cenſuerunt, eandem etiam ex alio
capite eſſe concedendam, nimirum non ſecutæ
profeſſionis; in ſeſſione enim S. Concilii ſupe-
rius recenſita literaliter præſcribitur, quod renun-
ciatio, *non aliter intelligatur effectum ſortiri, niſi
profeſſione ſecuta*; cumque eadem emiſſa a Coſmo
non fuerit, utique renunciatio ipſa jure evanuit 44
tanquam non impleto fine a ſacroſancta Synodo
expreſſe volito, & ipſe renuncians reintegrandus
venit omnibus bonis, quibus intuitu emittendæ
Profeſſionis ſeſe ſpoliaverat, ut plene firmatur *in
Romana reſtitutionis Dotis 16. Januarii* 1696. cor.
R. P. D. meo Scotto, & 22. *Aprilis anni præ-
teriti* coram R. P. D. meo Ulmo, cum aliis a-
bunde cumulatis in præcedentibus hujus Cauſæ de-
ciſionibus a me editis; quod locum obtinet,
tametſi in renunciatione nulla prorſus habita fuerit
mentio de ingreſſu in Religionem; ſat enim quip-
pe eſt, quod futuri ingreſſus contemplatio deſumi
valeat ex circumſtantiis ſupra ponderatis, junctis
aliis diligentiis per Coſmum adhibitis, ne ejus ani-
mus ingrediendi in Religionem innoteſceret Data-
riæ, & ſic rejiceretur acceptatio ſuæ renunciationis,
prout

Digitized by Google

prout ex Botiliet. *de ſucceſſ.* ac aliis pluribus probat prior mea deciſio §. *Futuri autem*.

Quæ ingreſſus contemplatio adeo efficax reputatur ad reſolvendam reſignationem ob profeſſionem, non ſecutam, ut etiam ſi reſignans fuiſſet in ſeculo, dum reſignationis actum explevit, ad-
45 huc intraret cenſura Conciliaris in ea parte, qua decernit, renunciationes non intelligi effectum ſortiri, niſi ſecuta profeſſione; Quoniam, licet in illa quæſtione, an renunciationes factæ in ſeculo contemplatione ingreſſus ſubjaceant diſpoſitioni Conciliari, verior ſit opinio negativa, ut ſuperius prædictum eſt; attamen id procedit in ordine ad evitandas ſolemnitates ab eodem Concilio præſcriptas, nempe ut non requiratur licentia Epiſcopi, ſeu Vicarii, nec quod renunciatio fieri debeat intra duos menſes proximos ante profeſſionem; non autem procedit in ordine ad evitandam ſuſpenſionem renunciationis donec, & quouſque ſequatur profeſſio, qua non ſecuta, certum eſt evaneſcere renunciationem, & bona eſſe reſtituenda renuncianti, ut diſtinguendo probat Ventrigl. *in prax. part.* 1. *annot.* 46. §. *unico num.* 13.

Abſque eo quod obſtare valuerit, quod cenſura Conc. Tridentini, cum qua reſpectu utriuſque ejus partis proceditur in bonis temporibus, non extendatur ad caſum præſentem, ex quo agitur de Beneficio Eccleſiaſtico, prout probare
46 conabantur ſcribentes pro Maſſario; Quoniam quidquid autumaverint Garz. *de benef. part.* 11. *capit.* 9. *numer.* 12. *& ſeqq.* cum quo tranſeunt Caſtropal. *Oper. moral. tom.* 3. *tractat.* 13. *diſput.* 6. §. 3. *numer.* 15. Rodriq. *in ſum. quæſt. regul. part.* 2. *capit.* 8. *num.* 2. Antonell. *de regim. Eccleſ. libr.* 7. *capit.* 8. *num.* 6. Barboſ. *de Epiſc. alleg.* 99. *num.* 19. Murg. *de benef. quæſt.* 3. *numer.* 1062. Conrad. *in prax. diſpenſat. Apoſtolic. libr.* 6. *cap.* 2. *numer.* 23. Caruſ. *ſylv. terminor. arbor.* 11. *numer.* 22. *& ſeqq.* ea, ipſis reprobatis tam in conſulendo, quam in judicando, communior inolevit opinio, ut ſub indefinita illa oratione *nulla quoque renunciatio, atque obligatio*, comprehendatur etiam renunciationes beneficiorum, ut præter adductos in prima deciſ. ex profeſſo docent Majol. *de irregular. libr.* 3. *capit.* 6. *poſt numer.* 1. Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 7. *capit.* 20. *quæſt.* 6. Miran. *in manual. tom.* 1. *quæſt.* 23. *art.* 3. Man Antonin. *vari reſolut. capit.* 112. *numer.* 62. Novar. *in Lucerna regul. verb. renunciatio num.* 8. Suarez *de relig. tom.* 3. *lib.* 9. *cap.* 16. *num.* 12. Vener. *in exam. Epiſc. lib.* 6. *capit.* 19. *num.* 23. Zerok *in prax. Epiſc. part.* 1. *verb. Monac.* §. *ultimo*, Antonell. *de Regim. Eccleſ. libr.* 9. *cap.* 8. *num.* 8. *verſ. contrariam*, Pellizzar. *in manual, tom.* 1. *tract.* 2. *cap.* 9. *num.* 19. *& ſeqq.* Donat. *in prax. regular. tom.* 2. *tractat.* 7. *de bonis novit. quæſtion.* 17. *per tot.* Layman. *Theol. moral. libr.* 3. *tract.* 6. *capit.* 7. *quæſt.* 3. *num.* 6. Tamburin. *de Jur. Abb. tom.* 3. *diſp.* 6. *quæſt.* 10. *numer.* 3. Barboſ. parum ſibi conſtans in prima opinione *de Jure Eccleſ. libr.* 1. *capit.* 42. *numer.* 233. Campanil. *diverſ. Jur. Canonic. rubric.* 12. *capit.* 3. *numer.* 10. Jo: Bapt. Coſta *de retrotract. cap.* 9. *caſ.* 3. *num.* 27. Bartholom. a S. Fauſto *de ſtat. relig. lib.* 5. *quæſtion.* 181. Alex. Pereg. *in comment. ad conſt. Cler. Regul. part.* 2. *cap.* 1. *lit. G.* §. 1. Alphonſ. *de Leon. de offic. Capell. quæſt.* 4. *prax.* 1. *num.* 82. Bartholom. de Vecch. *obſerv. in admitt. ad relig. ſtat. novit. diſp.* 8. *dub.* 7. *numer.* 4. Tondut. *quæſt. & reſol. benefic. part.* 2. *cap.* 5. §. 5. *num.* 21. *& ſeqq.* Torr. *de pact. futur. ſucceſſ. lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 156. *& ſeqq.* Marant. *part.* 4. *reſp.* 5. *numer.* 14. *& ſeqq.* Dom. Manfred. *ad dec.* Capic. Latr. *obſer.* 31. *num.* 10. *& ſeq.* Sperell. *deciſ.* 16. *num.* 49. Et ita plures definivit Sacra Congreg. Concilii, de cujus reſolutionibus ſemper a noſtro Tribunali reverenter amplectendis teſtantur Pariſ. *de reſignat. lib.* 3. *quæſtion.* 13. *numer.* 5. Molphæſ. *ad Conſuetud. Neapol. tit. de renunc. quæſtion.* 16. *num.* 34. Pellizzar. *in manual. tom.* 1. *tract.* 1. *capit.* 9. *numer.* 20. *in fine*, Ric. *in praxi par.* 3. *reſolut.* 366. *num.* 3. Sanchez *ad præcept. Decalog. lib.* 7. *capit.* 5. *numer.* 38. Fagnan. ejuſdem Congreg. olim meritiſſimus Secretar. *in cap. ſtatuimus num.* 16. *de Regul.* Sperell. *in d. dec.* 16. *num.* 49.

Quæ quidem opinio efficaciſſimo nititur fundamento; nam in Beneficiis non minus, quam in aliis bonis renunciatio eſt amiſſio magni juris, & ob id aliqua perſiſtendi, & profitendi ne- 47
ceſſitas incumberet ei, qui religionem ingreditur ſi videret, ſe per renunciationem beneficio ſpoliatum, cum libertati egreſſus voluit providere Sacroſanctum Concilium Tridentinum, ut obſervant omnes præcitati Doctores, præſertim Sanch. *ubi ſup. d. numer.* 38. Pellizzar. *d. capit.* 9. *numer.* 19. *&* 20. Layman. *d. capit.* 7. *numer.* 6. Donat. *d. qu.* 17. *numer.* 3. Ricc. *d. part.* 3. *reſolut.* 365. *numer.* 3. qui etiam obſervant, quod, admittendo contrariam opinionem, ſequeretur abſurdum, quod ingreſſuro religionem tolleretur omnimoda facultas reſignandi, & diſponendi de beneficio, qui ſciens, reſignationem eſſe irretractabilem, etiam profeſſione non ſecuta, cogeretur permittere, quod Beneficium vacaret ex ſe ipſo per profeſſionem, quod eſſet nimis durum, idque propterea evitatur concedendo, Novitium poſſe reſignare, ſervata forma, & conditione Sacri Concilii Tridentini, ut ponderat Pellizzar. *ubi ſup. numer.* 19. *verſ. ex alia parte valde durum eſt, & verſ. Quæ tamen abſurda*, cæterique proxime laudati, quibus accedit Caſtropal. *tract.* 13. *de benef. diſp.* 6. *punct.* 2. §. 3. *n.* 28. *verſ. Durum namque eſſet*.

Nec difficultatem ingerere valet abſurdum conſideratum a Garz. & Rodriq. in locis allegatis, videlicet, quod collatio Beneficii ſtaret in pen- 48
denti, & ſub conditione ſecuturæ profeſſionis contra naturam, tum Beneficii, quod debet eſſe perpetuum, tum renunciationis, quæ ſecundum Canonici Juris decreta debet eſſe abſoluta; Etenim ut appoſite expendit Layman. *d. capit.* 7. *numer.* 6. §. *Neque obſtat*, cum prædicta conditio inſit ſecundum Juris præſcriptum, recte igitur apponi potuit, vel ſi non adjiciatur, adhuc tacite eſt intelligenda, ut etiam præciſe pro remotione objecti animadvertunt Epiſcopus Campanil. *cit. capit.* 3. *numer.* 11. Pellizzar. *d. capit.* 9. *numer.* 20. Sanchez *d. cap.* 5. *numer.* 38. Donat. *eod. quæſtion.* 18. *numer.* 10. ubi exemplificantur alii caſus, in quibus collatio Beneficiorum eſt reſolubilis.

Hinc inane viſum fuit objectum deductum ex verbis mandati procuræ ad reſignandum, quod Coſmus *ſponte & libere reſignare intendebat*, jun- 49
ctis aliis, ex quibus ſcribentes pro Maſſario conabantur inferre, reſignationem non fuiſſe conditionatam in caſu profeſſionis; Omiſſis enim aliis reſponſionibus, illa præ cæteris placuit, quod Concilium loco citato dans formam renunciationibus faciendis per Novitios, & diſponens illas non aliter intelligi effectum ſortiri, niſi ſecuta profeſſione, irritat omne pactum in contrarium, & ſuam cenſuram extendit etiam ad caſum, quo reſignans voluiſſet pure, & libere reſignare, etiam profeſſione non ſecuta, ut in illis verbis: *Aliter vero facta, etiamſi cum hujus favoris expreſſa renunciatione, etiam jurata, ſit irrita, & nullius effectus*. Et in ſpecie firmat Peguer. *dec.* 252. Campanil. *in diverſ. jur. can. rub.* 13. *capit.* 13. *numer.* 19. Ventrigl. *in praxi par.* 1. *annot.* 46. §. *unico numer.* 11. & dictum fuit in priori *deciſion.* §. *futuri in fine*.

Ex his omnibus igitur emergit bonum Jus Coſmi pro conſequenda reintegratione; ſed, ut res clarior efficiatur, expedit quoque ponderare probatam ejuſdem Coſmi Actoris paupertatem, qui ex duabus Capellaniis, quas poſſidebat, alteram 50
libere dimiſit anno 1680. alteram vero anno 1695. prout ſcuta mille extrahenda ex pretio cujuſdam domus de tempore ingreſſus aſſignavit in livellum ejus amitæ, quibus profecto ita ſe habentibus, ſi contrarius intellectus eſſet admittendus, fruſtrata remaneret ratio conſiderata a Concilio non impedien-

Digitized by Google

pediendi liberum egreſſum; nam vel poſt egreſſum a Religione Coſmus, unde vitam viveret, non haberet, vel timore paupertatis, invitus licet, coactus fuiſſet profiteri, quod juſtitiæ, æquitati, & Concilii menti nimis repugnat, Cancer. *var. reſol. par. 3. capit. 15. ſub num.* 337. Pariſ. *de reſignat. lib. 3. quæſt. 13. num. 9.*

Et ita, utraque Parte acriter informante, reſolutum fuit &c.

R. P. D.

## DE LA TREMOILLE,

Ferrarien. Canonicatus.

*Ven. 3. Aprilis 1699.*

SEntentiam Rotalem R. P. D. mei Pii concedentem Jacobo Antonio Coſmo regreſſum, & reintegrationem ad Canonicatum favore Franciſci Maſſarii reſignatum, agnoſcentes DD. validam eſſe ex revolutione actorum, ac juſtam ex fundamentis trium præcedentium deciſionum, non dubitarunt hodie in hac ulteriori inſtantia confirmare; Clara eſt enim Oecumenicæ Synodus Tridentinæ cenſura *ſeſſ. 25. de regul. cap. 16.* in hac verba diſponentis – *Nulla quoque renunciatio, aut obligatio &c. valeat, niſi cum licentia Epiſcopi, ſive ejus Vicarii fiat intra duos menſes proximos ante profeſſionem, ac non aliter intelligatur effectum ſuum ſortiri, niſi ſecuta profeſſione*: Proindeque patet ſuſtineri nequaquam poſſe renunciationem Jacobi Antonii, nedum quia Conciliaribus ſolemnitatibus fuit deſtituta, ſed etiam quia nequibat effectum ſortiri ſuum ob non ſecutam ſubinde in Carthuſianorum Religione profeſſionem, licet enim reſpectu ſolemnitatum, quas conſtat non fuiſſe adhibitas, quæſtio ſit inter Doctores acriter agitata, num qui renunciam intuitu Religionis amplectendæ, & antequam habitum monaſticum ſuſcipiat, illas ſub pœna nullitatis actus ſervare teneatur, adeout non deſint multi, & quidem gra-
51 ves longo ordine relati Doctores in poſtrema hujus Cauſæ deciſione edita 5. Martii 1698. §. *Siquidem*, qui affirmativam opinionem defendant, & tueantur, nihilominus admiſſa potius ſententia aliorum negativa pariter *in §. Subſequenti deciſionis* deſcriptorum; tum quia iſti magis convincenti ratione ibidem expenſa, & auctoritate noſtri Tribunalis longe præcellunt; tum quia ſunt numero plures, cum addi etiam poſſunt Fermoſin. *in capit. in præſentia 8. de probat. quæſtion. 8. numer. 9.* Ludovic. Bell. *conſ. 134. numer. 4. & ſeqq.* Neguſ. *in Silv. reſp. quæſt. 10. num. 49.* Dian. *de dat. Regular. reſp. 55. per tot.* Caſtill. *de uſufruct. lib. 1. capit. 65. num. 6.* Jo: Bapt. Confect. *in ſumma privil. mend. verb. Novitius verſ. Sed hic ſine aliqua*, Donat. *de renunc. cap. 18. num. 87.* Gamm. *deciſion. 375. numer. 5.* Rub. *in annotat. ad deciſion. 523. numer. 91. tom. 3. part. 4. recent.* & Rota coram Duran. *dec. 521. num. 23.*

Non proinde tamen in hypotheſi hæc eſt applicabilis, ſed videtur contraria prorſus præſentis facti ſpeciei, dum non verſamur in caſu renunciationis emiſſæ in ſeculo intuitu Religionis ſuſcipiendæ, nec in terminis perſonæ degentis ſimpliciter intra ſepta Monaſterii, ut olim mos erat ex cauſa educationis, in quibus loquuntur, & intelligendæ ſunt mox laudatæ auctoritates; ſed agitur de renunciatione expleta in eo ſtatu, & tempore, quod ad validitatem actus exigebat, utique præſcriptas a Concilio ſolemnitates; nam ſi attendatur tempus ſtipulati mandati ad renunciandum, negari nequit, tunc Coſmum obtinuiſſe prius ſub die 3.
52 Aprilis 1699. decretum admiſſionis ad ingreſſum, & alterum ſub die 22. ejuſdem menſis pro receptione ad habitum, ideoque jam fuiſſe introductum intra clauſtra Monaſterii, ubi comam in formam monaſticæ coronæ totonderat in ſignum depoſitionis pompæ ſecularis, & integræ abdicationis a fugacibus Mundi illecebris, itaut reputari omnino debuit tanquam vere, & actu Novitius, cum idem ſit tonderi, & monachum fieri, ut ex ſententia Joannis Niconis Abbatis tradit. Bivar. *de veter. Monach. lib. 2. cap. 10. num. 2. in fine.* Introductio autem in Monaſterium potiſſime fit ad experientiam ex parte Religioſi, & Religionis, ex qua propric conſiſtit annus probationis, ut firmat Bordon. *var. reſol. 55. numer. 2. tom. 2.* ſpreta proinde momentanea formalitate dejectionis habitus ſecularis, quæ pariter ſtatim ſubſecuta fuit; minime enim repugnat, quod quis etiam inter Novitios adſcitus in propriis veſtibus aliquandiu probetur, ut, ultra adductos in ultima deciſione R. P. D. Pii §. *Et ſane* docet Hug. Menard. *in concord. Regul. S. Benedicti capit. 65. §. Mox ergo in Oratorio fol. 943.* & in terminis Inſtituti S. Brunonis Bart. de Vecchis *in prax. Novit. diſp. 10. dub. 1.* Suar. *de Relig. tract. 3. lib. 5. cap. 14. num. 10.* Enric. Pliſing. *lib. 3. tit. 31. ſect. 2. §. 1. numer. 19. de reg. & tranſ. ad Relig.*

Si vero tempus dimetiendum ſit a die præſtiti conſenſus in Dataria, res omni prorſus vacabit difficultate; longe enim poſt ſuſceptionem habitus id 53
contigit: exinde autem ſolum, & non a die mandati ad futurum actum præordinati renunciatio perficitur, & adimpletur, ut docet Lother. *de re benef. lib. 3. quæſtion. 16. numer. 54.* Rota *in Aſtorien. Theſaurariæ 10. Februarii 1694.* cor. bo. me. Emerix, ea quidem urgente potiſſimum ratione, quia, antequam conſenſus præſtetur, ſemper res eſt integra, daturque locus pœnitentiæ, & revocationis commiſſæ facultatis, ad Text. *in Clem. unica de renunc.* Pariſ. *reſignat. lib. 9. quæſt. 25. numer. 5. & ſeqq.* Lother. *ubi ſupra numer. 33. & ſeqq.* Gratian. *diſc. 191. numer. 18.* Arguell. *deciſ. 33. in princ.* & coram Celſ. *dec. 172. numer. 12.*

His ita perpenſis certior tamen evaſit Cauſæ reſolutio, habito alio reſpectu ad profeſſionem minime ſubſecutam; hujuſmodi enim renunciationes ad terminos prænotatæ Conciliaris cenſuræ non aliter intelligi poſſunt, effectum ſortiri ſuum, niſi ſecuta profeſſione, a qua unice pendent, tanquam 54
a fine adimplendo, & a conditione præciſa, & expreſſa, adeout vel ex hoc ſolum Coſmus ſit omnino reintegrandus, Rota *in Romana Primogenituræ, & Majoratus de Ceſarinis impreſſ. poſt.* Torr. *de ſucceſſ. deciſ. 74. & dec. 75. & in Romana reſtitutionis dotis 16. Januarii 1696.* coram R. P. D. meo Scotto, *& 22. Aprilis anni ſubſequentis*, coram R. P. D. meo dell' Olmo. Ac propterea ſuperabundans etiam hic remaneret inſtituta quæſtio renunciationis, vel minus ſolemnis, utpote poſt ingreſſum emiſſæ, vel validæ, & ſufficientis, ſi ſine ſolemnitatibus in ſtatu ſeculari perficiatur; nam cum illa, de qua agitur, fuerit ſtipulata intuitu Religionis, profeſſione non ſecuta, datur renuncianti ſemper, & indiſtincte regreſſus ad omnia renunciata, Ventrigl. *in prax. part. 1. annot. 46. §. unico num. 12. & 13.* quem ſequitur ultima hujus Cauſæ deciſio §. *Quo ingreſſus*; idemque firmat Coccin. *annot. 71. num. 6.*

Quin etiam hodie revocari poſſit in dubium habita contemplatio, & intuitus Religionis. Etenim ex tota ipſius facti ſerie, & ex actibus, & circumſtantiis examinatis in præteritis deciſionibus, ſicut aperte colligitur, eam fuiſſe cauſam primariam, & 55
finalem; ita etiam nunc præ cæteris ex eo enituit explicita Coſmi reſignantis voluntas, dum Herculeſio (cujus ſibi erat dudum perſpecta fides) præcepit expreſſe, ut mandatum procuræ clauſum, ſigilloq. obſignatum non prius ad urbem tranſmitteret, quam certo conſtiterit, ſe ad profeſſionis vota fore promovendum; quod cum clare demonſtret, & patefaciat ejus mentem, utique etiam adigere debet & determinare Judicis animum, in cujus arbitrio eſt repoſitum ex circumſtantiis, & conjecturis ſufficientibus, decernere, an renuncians vere ingredi Religionem excogitaverit, Graſſ. *ſolell. ſenten.* §.

Teſta-

Teſtamentum *qu.* 34. *n.* 4. Cancer. *var. reſolut. par.* 2. *num.* 86. *cap.* 8.

Minime præterea relevante, quod renunciatio libere, & ſponte ſolum fuerit facta, quia contemplatio ingreſſus in Religionem ſatis, ſuperque huc uſque demonſtrata ſufficit, ut aliunde depromatur, etiamſi nulla mentio de illa ſpecialis fuerit habita,
56 ne ideo forſan ſupplicationem porrigendam Dataria rejicere, Bottilier. *de ſucceſſ. theor.* 65. *per tot.* Leſs. *de juſt. & jur. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 39. Molf. *ad conſuetud. Neapolit. tit. renunc. q.* 26. *n.* 6. *in addit.* & comprobat *dec.* 1. *Julii* 1697. §. *Futuri*.

Nec denique allegari iterum valuit diſpoſitionem Concilii locum ſibi non vindicare in renunciatione Beneficii, ad quod non ita dari debeat regreſſus, ſicuti ad cætera bona renunciata; Concilium enim generaliter, & indefinite diſponit, unde rejecto Garz. *de Benef. ejuſque affectis*, com-
57 munior hodie ſententia invaluit in contrarium melioribus fulta rationibus, & frequentiori Doctorum calculo roborata, quam late expendit referendo ſingulos ultima deciſio R. P. D. mei Pii §. *Abſque eo*, quibus addenda eſt Rota coram Coccin. *deciſ.* 1055. *num.* 5.

Atque hoc quidem maxime, ne fruſtretur ratio præcipua a Concilio conſiderata, nullum nempe impedimentum præſtandi ad liberum egreſſum, quod proculdubio contingeret, ſi renuncians, qui profeſſionem emittere nollet, aut non poſſet cum tanta jactura monachatu ſimul, & beneficio privare-
58 tur, ut bene advertunt Franc. Monald. *conſ.* 143. *per tot.* Majol. *de irregular. lib.* 3. *cap.* 6. *numer.* 1. *verſ. Sunt autem*, Jo: Bapt. Coſt. *de retrotract. cap.* 9. *caſ.* 3. *num.* 13.

Et ita in reliquis, approbando laudatas deciſiones in Cauſa extenſas, reſolutum fuit utrique &c.

R. P. D.

S C O T T O.

Ferrarien. Canonicatus.

*Ven.* 11. *Decembris* 1699.

CONſului per me Patres in hodierna audientia ſuper viribus judicati Rotalis coram R. P. D. meo de la Tremoille in antecedenti inſtantia emanati, concedentis Jacobo Antonio regreſſum, & reintegrationem ad Canonicatum per ipſum favore Franciſci reſignatum, attenta illius validitate, & juſtitia confirmationis robur eidem ſuperaddere non dubitarunt.

Validitas namque prædictæ ſententiæ reſultare viſa fuit ex proceſſu, & revolutione actorum, ex quibus illa colligitur ad vulgatam deciſionem 260. *p.* 2. coram Verall. Juſtitia vero comprobatur ex deciſionibus antecedenter in Cauſa emanatis, quarum fundamenta, cum adhoc ſubſiſtere comperta fuerint, utique ſufficiunt pro hujuſmodi ſententiæ juſtificatione ex traditis per Rotam *d.* 223. *num.* 2. *par.* 3. & *d.* 151. *num.* 3. *p.* 7. *recent.*

Duplex enim titulus, nullitatis videlicet, & reſolutionis reſignationis, de qua agitur, ob quos conceſſa fuit reintegratio Jacobo Antonio Coſino ad Canonicatum renunciatum, adhuc in præſenti eundem effectum operari viſum fuit; etenim quoad nullitatem illa iterum ſatis clara apparuit dominis, ex quo cum Jacobus Antonius devenerit ad
59 ſtipulationem mandati procuræ ad reſignandum de tempore, quo prævio decreto acceptationis ad ingreſſum jam per multos dies intra ſepta monaſterii licet in habitu ſeculari degebat, & poſtquam per aliud decretum admiſſionis ad habitum, etiam monaſtica corona fuerat inſignitus, ut probant teſtes relati *ſumm. ejuſdem n.* 4. & 5. quodque magis eſt, licet poſt expletum dictum mandatum procuræ, tamen ſub eadem die habitum Regularem ſuſcepiſſet, & hunc actum reſignationis fecerit abſque ſolemnitatibus per ſanctionem Conciliarem *in ſeſſ.* 25. *de regul. capit.* 16. omnino requiſitis, hinc reſignatio prædicta a vitio patentis nullitatis non potuit ſalvari, ut luculenter firmatum fuit in antecedentibus hujus Cauſæ deciſionibus *dict.* 5. *Martii* 1698. §. *nihil*, cor. R. P. D. meo Pio & 3. *Aprilis* 1699. §. *non pro inde*, cor. R. P. D. meo de la Tremoille.

Quæ quidem nullitas clarius apparere viſa fuit inſpecto tempore, in quo collatus fuit effectus mandati procuræ ad reſignandum illo, videlicet, in quo renuncians eſſet omnino certus de profeſſione in eadem Religione Carthuſianorum emittenda, cum antecedenter ad illud expreſſe prohibuerit non ſolum ejuſdem mandati tranſmiſſionem ad urbem, ſed etiam illius publicationem eodem *ſumm. num.* 60
5. quo quidem tempore inſpecto, cum formalem Novitiatum quaſi explevisſet, certe ſuccedit, quod ad renunciationem devenire non poterat, non ſervatis ſolemnitatibus in dicta ſanctione Conciliari præſcriptis, Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. p.* 3. *allegat.* 99. *n.* 17. Rot. coram Duran. *d.* 121. *n.* 37. & poſt Tamburin. *de Jur. Abb. dec. n.* 15.

Viſus fuit inſuper etiam ſubſiſtere alter titulus reſolutionis dictæ reſignationis ob ſecutam profeſſionem, cujus intuitu Jacobus Antonius ad reſignationem devenerat, per quem illi concedendus eſſet regreſſus ad Canonicatum renunciatum, cum enim eadem Conciliaris diſpoſitio præcipiat *in d. cap.* 16. *de regul. ſeſſ.* 25. quod non aliter intelligantur, tales renunciationes ſuum effectum ſortiri niſi profeſſione ſecuta; hinc cum illam Jacobus Antonius non emiſerit, ſuccedit, quod reintegrandus veniat ad omnia bona intuitu hujuſmodi profeſſionis emittendæ renunciata ex firmatis *in Romana reſtitutione dotis* 16. *Januarii* 1696. coram me, *confirmata die* 22. *Aprilis* 1697. coram R. P. D. meo dell' Olmo.

Neque obſtat, quod in mandato procuræ ad reſignandum nulla fuerit facta mentio, quod ad hujuſmodi reſignationem Jacobus Antonius deveniebat ex cauſa ingreſſus in Religionem, adeoque dici non poſſit, renunciationem prædictam reſolvi ob
non ſecutam profeſſionem, quoniam præterquam 61
quod ex ſuperius dictis ſatis apparet, illam fuiſſe hac de cauſa peractam, dum ex antecedentibus, concomitantibus, & ſubſequentibus bene deſumi poteſt cauſa contractus, licet in eo per contrahentes expreſſa non fuerit, *leg. unica §. iq. Gloſſ. verb. ſi ad primordium C. de imponend.* Lucrat. *de ſcript. lib.* 10. Manoch. *de Tacit. & ambig. lib.* 14. *titul.* 31. *num.* 26. Rot. cor. Pamphil. *dec.* 480. *num.* 19. & *dec.* 19. *n.* 19. & *ſeqq. par.* 10. *recent.*

Accedit inſuper, quod in eodem mandato procuræ ſpecialis mentio ingreſſus in Religionem ha-
bita non fuit per renunciantem, ne Dataria Apo- 62
ſtolica ſupplicationem rejiceret, ſeu ad liberam ejuſdem Canonicatus collationem procederet, ut bene colligitur ex Epiſtolis traditis in ſummario ejuſdem Jacobi Antonii *num.* 1. & 2. Adeoque cum ex iiſdem Epiſtolis comprobetur, renunciationem Canonicatus factam fuiſſe ex cauſa hujuſmodi ingreſſus in Religionem, de plano ſequitur, ad illum eſſe concedendum regreſſum Jacobo Antonio, ex literali ejuſdem Concilii diſpoſitione, quam habere locum etiam in reſignatione Beneficiorum Eccleſiaſticorum non ſolum ex reſolutionibus S. Congregationis Concilii, ſed etiam ex magis communi Doctorum opinione per noſtrum Tribunal recepta firmatum fuit in deciſionibus hujus Cauſæ, videlicet 5. *Martii* 1698. §. *abſque eo quod*, cor. R. P. D. meo Pio, & 3. *Aprilis* 1699. §. *nec denique*, coram R. P. D. meo de la Tremoille.

Et ita, Jacobo Antonio tantum informante, reſolutum fuit &c.

VA-

# VALENTINA BENEFICII PRO THOMA GARZIA, CUM MAURO SORIANO

## ARGUMENTUM.

Fundator mandavit erigi nonnulla Beneficia pro illis *de genere ſuo, & matris ſuæ*, utrum illa debeatur conjuncto ex utroque latere, licet remotiori in gradu hic exiſtat in concurſu conjuncti ex uno tantum latere, ſed proximioris; Et utrum debeatur prælatio conſanguineis ex latere fundatoris in concurſu conſanguineorum ex illius latere materno; & ex quibus parentela ex latere materno dicatur probata, diligenter hoc examinatur.

## *SUMMARIUM.*

1 *Series facti.*
2 *Prælatio deducta ex ordine ſcripturæ procedit in alternativa ordinis inducta per verbum* Vel.
3 *Secus, quando fundator locutus eſt per copulam* Et *vocando conſanguineos ex latere patris, & matris, tunc enim nulla datur prælatio inter ſic vocatos, niſi illa gradus proximioris.*
4 *In hac re expenditur doctrina Caſtilli libr. 5. cap. 67.*
5 *Ad hunc effectum maxime attenditur obſervantia.*
8 *Sententia trunca, & ſine actis non attenditur.*
7 *Sententiæ poſteriores derogant prioribus.*
8 *Conjunctus ex utroque latere præfertur conjuncto ex uno in pari gradu; ſecus ſi conjunctus ex uno in pari gradu proximior.*
9 *Conjunctus utroque latere paterno, & materno, ſi exiſtat in pari gradu quoad latus maternum cum conjuncto ex eodem latere materno tantum, iſti præfertur ob qualitatem conjunctionis ex latere paterno, quoad hoc exiſtat in gradu remotiori.*
10 *Quando fundator vocavit conjunctum ex utroque latere, tunc iſte, licet remotior, admittitur ad Beneficium in concurſu proximioris conjuncti ex uno latere tantum.*
11 *Voluntas fundatoris vocandi conjunctum ex utroque latere non deducitur ex eo tantum, quod vocaverit illos de genere ſuo, & matris ſuæ.*
12 *Maxime, quando iſtos vocavit pro obtinendis pluribus, & numeroſis beneficiis, propter quod inveriſimile eſt, reperiri poſſe tot conjunctos ex utroque latere.*
13 *Explicatur in hoc puncto Joſeph Roſa conſult.* 60.
14 *Interpretatio facienda venit in hac re pro eo, qui habet præſentationem patroni in concurſu oppoſitoris, eam non habentis & numer.* 31.
15 *Parentela probatur ex ſententia tranſacta in Judicatum.*
16 *Confeſſio reſtricta ad unum finem non extenditur ad alium.*
17 *Non extenditur ultra intentionem confitentis.*
18 *In materia ſanguinis, & nobilitatis confeſſio fratris non præjudicat alteri fratri.*
19 *Conjugium enunciatum inter patrem, & matrem oſtendit filium eſſe legitimum.*
20 *Enunciativa in antiquis probat matrimonium, quando de eo agitur incidenter.*
21 *Spurius non naſcitur ex matrimonio.*
22 *Sententia lata ad favorem fratris ſuper parentela probat etiam ad favorem alterius fratris & n.* 30.
23 *Habens pro ſe rem probatam, reſpondere non tenetur poſitioni.*
24 *Ex conſuetudine Hiſpaniæ illegitimi gaudent nobilitate parentum, & veniunt appellatione illorum de genere & parentela.*
25 *Illegitimus, cæteris paribus, excluditur per legitimum, ſecus ſi fuerit in gradu proximiori.*
26 *Præſertim, ſtante obſervantia.*
27 *Nulla datur prælatio inter legitimum & illegitimum, quando ex conſuetudine Hiſpaniæ illegitimi veniunt appellatione illorum de genere & parentela.*
28 *In dubio pronunciandum eſt pro habilitate deſcendentium ex illegitimo ad quæcunque Beneficia.*
29 *Reſolutio S. Rotæ in hac Cauſa, ejuſque impugnatio n.* 30. *&* 31.
32 *Deciſiones S. Rotæ in eadem Cauſa.*

## DISCEPTATIO VII.

IN teſtamento, cum quo deceſſit Joan. Baptiſta Verdejo, mandavit erigi ex ſuis bonis tot Beneficia pauca, vel plura, vel quotquot potuerint, 1
injungendo executoribus teſtamentariis, quod illa fundarent ibi – *pro illis de meo genere, & parentela, & matris meæ.*

Anno 1621. erecta fuerunt duodecim Beneficia in diverſis Parochialibus Valentiæ ab Urſula Domingo matre, & executrice teſtamentaria fundatoris, quæ tanquam informata de illius voluntate, prima vice præſentavit ad illa conjunctos ex latere matris tantum, & in futuris vacationibus adjecit legem ab eodem fundatore præſcriptam, nempe quod patroni ibi – *teneantur in perpetuum &c. præſentare perſonam idoneam, etiam de parentela d. Jo. Baptiſtæ Verdejo filii mei, & mea.* –

Anno 1665. ad unum ex hujuſmodi Beneficiis præſentatus fuit Petrus Gil conjunctus ex latere matris tantum, & orta controverſia inter ipſum, & Joſephum Soriano conjunctum ex latere patris, qui prætendebat præferri dicto Petro conjuncto ex latere matris, emanavit ſententia Ordinarii, declarans, fundatorem non dediſſe aliquam prælationem conjuncto ex ſuo latere, ſed pariſicaſſe utranque lineam paternam, & maternam, itaut potuerint patroni præſentare dictum Petrum conjunctum ex latere matris tantum, quem proinde eſſe inſtituendum.

Eodem anno 1665. præſentatus fuit ad aliud ex prædictis Beneficiis Gabriel Serda pariter conjunctus ex latere matris tantum, cui ſe oppoſuit Emmanuel Frayle prætendens præferri, ut ſupra, tanquam conjunctus ex latere patris, & prodiit ſententia uniformis ſupradictæ, in qua fuit declaratum, dictum Gabrielem eſſe inſtituendum, licet conjunctum ex latere matris tantum.

Anno 1666. præſentatus fuit ad aliud ex eiſdem Beneficiis Vincentius Pardo conjunctus ex latere matris, contra quem inſurrexit Maurus Soriano inſtando præferri tanquam conjunctus fundatori ex latere patris, ſed ſuccubuit per ſententiam, quæ declaravit, non eſſe conceſſam aliquam prælationem lineæ paternæ adverſus maternam; & ideo Beneficium conferendum eſſe dicto Vincentio Pardo.

Pariter de eodem anno 1666. præſentatus fuit ad aliud ex dictis Beneficiis Petrus Garzia conjunctus ex latere matris, & prætendente Chriſtophoro Frayle prælationem, ut ſupra, tanquam conjuncto ex latere patris, & ſimul negante conjunctionem dicti Petri ex latere matris, cum ſuppoſito, quod iſte eſſet ſpurius, idem Petrus plene probavit in judicio parentelam reſpondendo objectis

partis, unde prodiit ſententia, declarans dictum Petrum de genere matris fundatoris, & eſſe in facultate patroni præſentare unum, quem voluerit, ſive ex linea paterna, ſive ex materna; & ideo Beneficium eſſe conferendum dicto Petro.

Anno 1671. ad Beneficium obtentum; ut ſupra per Vincentium Pardo, & per illius obitum vacatum, præſentatus fuit Agapitus Teixidor conjunctus ex latere matris, cui pariter ſe oppoſuit de novo idem Maurus Soriano, uti conjunctus ex latere patris; ſed pariter ſuccubuit per aliam ſententiam, in qua doctiſſimis rationibus deciſum fuit, teſtatorem non conceſſiſſe aliquam prælationem conjuncto ex latere patris, nec illam poſſe deſumi ex ordine ſcripturæ primo nominantis illos de parentela fundatoris, & proinde Beneficium eſſe conferendum prout fuit collatum Agapito.

Noviſſime de anno 1690. vacante uno ex ſupradictis Beneficiis fuit ad illud præſentatus Thomas Garzia frater prædicti Petri Garziæ conjunctus ex latere matris, cui pariter ſe oppoſuit idem Maurus Soriano, uti conjunctus ex latere patris, & pariter ſuccubuit tertia vice per ſententiam Ordinarii uniformem in rationibus, in qua declaratum fuit, dictum Beneficium eſſe conferendum dicto Thomæ, uti conjoncto ex latere matris, & in gradu proximiori reſpectu dicti Mauri Soriano.

Devoluta Cauſa ad Rotam per appellationem ex parte ejuſdem Soriani interpoſitam, & diſputato dubio coram R. P. D. Molines — *An Soriano ſit adjudicandum Beneficium* — emanarant duæ deciſiones ipſi favorabiles, eodem tantum informante, ad quarum tenorem prodiit ſententia contumacialis; & commiſſa denuo Cauſa bon. mem. Benincaſæ ſub ſolito dubio — *An ſententia Rotalis ſit confirmanda, vel infirmanda* — prodiit pariter in contumaciam unica deciſio, fundata in unico motivo expreſſo in antecedentibus reſolutionibus, quod nempe ex lege fundationis requireretur, ut præſentandus eſſet conjunctus fundatori ex utroque latere; & ſic Sorianus ex utroque latere conjunctus præferri deberet Thomæ conjuncto ex latere matris tantum.

In hoc Cauſæ ſtatu, aſſumptus ego ad defenſam Thomæ adverſus prædictam deciſionem, obtinui novam audientiam, & diſputato ſolito dubio ſuper receſſu a deciſis ſub die 27. Januarii 1594. dilata fuit reſolutio, eo autem repropoſito ſub die 7. Junii ſubſequentis coram R. P. D. Priolo in locum Benincaſæ defuncti ſuffecto, ſcribentes pro Soriano ex tribus fundamentis conabantur, ſuſtinere reſolutiones contumaciales. Primo, quod Sorianus, uti conjunctus ex latere patris præferri deberet Thomæ conjuncto ex latere matris propter ordinem ſcripturæ ſeu teſtamenti primo nominantis illos de genere fundatoris. Secundo, quod ſaltem præferri deberet Sorianus, uti conjunctus, ex utroque latere adverſus Thomam conjunctum ex uno tantum. Et tertio demum, quod ubi etiam non eſſet conſideranda hæc prælatio; ſed liceret patrono præſentare, quem voluerit, ſive ex linea paterna, ſive materna, adhuc Thomas non probaret conjunctionem ex latere materno.

Horum ego fundamentorum inſubſiſtentiam oſtenſurus diſcurrendo diſtincte, dicebam quoad pri-
2 mum, prælationem deductam ex ordine ſcripturæ procedere duntaxat in alternativa ordinis; quando videlicet teſtator locutus fuiſſet per alternativam, *vel*, dicendo *pro illis de parentela mea, vel matris meæ* — in quibus terminis loquitur Text. quia ex adverſo allegabatur in *l. cum Pater §. a te peto ff. de legat.* 2. ibi — *Tuis, ſive meis propinquis* — prout ita declarat Garz. *de benefic. part.* 7. *cap.* 15. *nu.* 21. *verſic. nec ille Textus, & verſic. quando vero*:

Secus autem, ubi locutus fuit, prout in caſu præſenti, mediante copula *Et*, quo caſu dicitur per illam parificata utraque linea paterna, & ma-
3 terna, & in unam duæ lineæ redactæ, itaut inter ipſas nulla poſſit prælatio conſiderari, ut notat idem Garz. *d. cap.* 15. *ſub n.* 21. *verſic. at in Capellania & verſic. & idem*, ubi loquitur de caſu, quo maritus fundaſſet Capellaniam pro ſuis conſanguineis, & conjugis, & dicit, inter ipſos non conſiderari aliquam prælationem, niſi illam proximitatis, ex quo per hæc verba fuerunt parificati, itaut liberum ſit patrono unum ex illis, quem voluerit, præſentare, ſive ex latere materno, ſive paterno; & doctrinam Garz. refert, & ſequitur Amoſtaz. *de cauſ. piis lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 23. & 24. *juncto num.* 25. & 26.

Neque Garzias reprobatur a Caſtillo *lib.* 5. *con-* 4
*troverſ. cap.* 67. *num.* 28. Iſte enim ſolum firmat, quod data paritate gradus, etiamſi teſtamentum non loqueretur per alternativam ſed per copulam, adhuc debeatur prælatio conſanguineis mariti, quando conſtat, fuiſſe conſideratum ordinem tacitum, & ſubintellectum, quod inquis conſiderari in marito, ut ſupra fundante pro ſuis conſanguineis, & conjugis ratione majoris affectionis erga ſuos, ut legere eſt *ſub num.* 28. *§. ſed an ejus & §. nam rationi verſic, non tamen*. Quæ doctrina retorquetur in caſu noſtro; tum quia non ſumus in paritate gradus, quo caſu negat prælationem idem Caſtill. ubi ſupra; tum quia ordo tacitus, aut ſubintellectus deduci non poteſt ex majori affectione, quæ militat quidem in marito, non autem in filio, qui præſumitur habere parem affectionem erga utranque lineam, ex qua ipſe proceſſit, Caldaſ. *de poteſt. elect. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 39. *verſic. quocirca*, præſertim in hac materia inſtitutionis Beneficiorum, quidquid ſecus in materia fideicommiſſi, aut majoratus, in quibus, cum agatur de conſervanda agnatione, militat ratio diverſa, ut in puncto obſervat Garz. *d. cap.* 15. *nu.* 21. *verſ. & breviter & verſic. Nec obſtat*, ultra quod Caſtill. in hoc articulo expreſſe reprobatur per Amoſtaz. *de Cauſis piis d. cap.* 8. & 61. *ſupra n.* 25. & 26.

Iſte intellectus, quatenus etiam dubius, plene 5
declaratus fuit ex obſervantia; tum quia mater fundatoris præſentavit ad Beneficia conjunctos ex latere matris tantum, ex cujus facto tanquam executricis voluntatem teſtatoris potuiſſe declarari in actu erectionis Beneficiorum, dicunt Merlin. *dec.* 456. *n.* 6. Rot. *dec.* 365. *n.* 2. *p.* 5. & *dec.* 327. *n.* 6. & 7. *p.* 15. *Recent.* tum etiam, quia ita practicatum fuit in vacationibus pro tempore ſecutis, ut patet ex quinque ſententiis ſupra enarratis, quæ ſunt omnino attendendæ, vel ut faciant ſtatum in præſenti Judicio, vel ſaltem, ut faciant obſervantiam, ad quem effectum dictæ ſententiæ ſine dubio attenduntur, cum nulla melior obſervantia; quam obtenta in contradictorio Judicio, ad Text. *in l. cum de conſuetudine, & l. nam Imperator ff. de legibus* ibi — *in ambiguitatibus &c. rerum perpetuo ſimiliter judicatarum autoritatem vim legum obtinere debere* — ubi ſcribentes, & in ſpecie Valenzuol. *conſ.* 104. *nu.* 30. Silvan. *conſ.* 88. *nu.* 27. *lib.* 2. Gutier. *conſ.* 2. *n.* 10.

Immo huic intelligentiæ datæ per obſervantiam omnino ſtandum eſt, licet ex erroneo ſuppoſito contrarius intellectus eſſe de Jure verior, Menoch. *conſ.* 398. *numer.* 20. Rot. *deciſ.* 574. *num.* 3. *par.* 1. *diverſ. & dec.* 608. *n.* 6. *par.* 2. *recent.* Addit. ad Gregor. *deciſ.* 184. *num.* 8. Dunoz. Jun. *deciſ.* 869. *num.* 11.

Neque prædictis ſententiis opponi poteſt quædam aſſerta contraria ſententia anni 1664. tum quia eſt trunca, & ſine actis, & ideo non attendenda,
Seraphin. *deciſ.* 1261. *numer.* 5. Rot. poſt Vivian. 6
*de Jurepatronat. dec.* 111. *n.* 2. tum quia tanquam fundata erronee in ordine ſcripturæ; tum demum, quia fuit revocata per quinque ſententias poſteriores latas de annis 1665. 1666. & 1671. quæ ſo- 7
lum veniunt attendendæ, juxta Text. *in l. ſed & poſteriores ff. de legibus*.

Firmato ex prædictis, quod nullam prælationem fundator conceſſerit conſanguineis ex parte patris in concurſu conſanguineorum ex latere matris,

tris, ſed utroſque pariſicare voluerit; extinde dedu-
cebam, non ſubſiſtere ſecundum contrarium fun-
damentum, conſiſtens in prælatione Soriani ob
duplicitatem vinculi tanquam conjuncti ex utro-
8 que latere paterno & materno; quoniam receptiſ-
ſimi Juris eſt, quod tunc duplicitas vinculi ad hunc
effectum attenditur, quando agitur inter perſonas
in pari gradu exiſtentes; hoc enim caſu verum
eſt, præferri conjunctum ex utroque conjuncto ex
uno latere tantum, & in hoc ſenſu dicebam, ac-
cipiendas eſſe doctrinas, quæ in contrarium affe-
rebantur; ſecus autem dicendum foret, quando con-
junctus ex utroque latere eſt diſparis, & remotio-
ris gradus, tunc enim proximior, licet conjunctus
ex uno tantum latere, præfertur conjuncto ex utro-
que, ut, declarando materiam, annotarunt Garz.
*de Beneſic. par. 7. cap. 15. num. 21. verſic. Conſan-*
*guineis exiſtentibus in eodem gradu*, Velaſquez. *con-*
*troverſ. 40. numer. 34. & 36. & egregie* Amoſtaz.
*de cauſis piis lib. 3. cap. 7. num. 45.* ubi ita intelli-
git Royas *de incompatibilitate*, & alios in con-
trariis deciſionibus adductos; *& lib. 3. cap. 8. nu-*
*mer. 24. in fine*, Cevall. *commun. contr. comm. q.*
*779. num. 26. & 27.* Rot. coram Priolo *deciſ. 3.*
*num. 12.*
9 Ultra quod aliqui ex Doctoribus pro parte con-
traria allegatis procedunt in caſu, quo conjunctus
ex utroque latere ſit quidem in gradu remotiori
quoad latus paternum, ſed quoad maternum exi-
ſtat in pari gradu cum conjuncto ex eodem late-
re materno tantum; tunc enim dicunt, præferri
conjunctum ex utroque latere, licet diſparis gra-
dus, quoad latus paternum, ut in caſu, quo lo-
quitur Caſtill. *d. cap. 67. num. 28. verſic. Tertio,*
*& principaliter.*
Verum inſiſtebant ſcribentes per Soriano, dicen-
tes, hanc concluſionem procedere in abſtracto, &
in terminis generalibus Juris communis; ſecus in
concreto hujus caſus, ubi conſtat de voluntate
fundatoris requirentis in præſentandis utranque
conjunctionem ſub illis verbis — *pro illis de meo*
10 *genere, & parentela & matris meæ* — In his enim
terminis prævalere debet voluntas fundatoris, qui
ſi requiſivit duas qualitates in præſentandis, nem-
pe conjunctionem ex utroque latere; tunc con-
junctus ex utroque latere, & ſic habens omnes
qualitates requiſitas in fundatione, præferri debeat
conjuncto ex uno latere tantum, & ſic non ha-
benti eaſdem qualitates, licet proximiores in gra-
du, cum tali caſu proximioritas gradus nihil ope-
retur, & allegabant punctualem *conſult.* Roſæ 60.
*per tot.* & in hoc, licet ipſi non allegarent, ap-
plicari poteſt *conſil.* Bald. 37. *num. 1. in fine lib. 2.*
relatum a Rocc. *diſput. Jur. tom. 1. cap. 3. nu. 27.*
dicentis, quod ubi potioritas eſt in linea vel ſexu,
remotior lineæ vel ſexus præfertur proximiori; ſic
ergo in præſenti, cum potioritas ſit in qualitate con-
junctionis ex utroque latere, remotior vincit pro-
ximiorem ex uno tantum latere conjunctum; &
firmat deciſio hujus cauſæ *9. Jan. 1693. §. finali*
coram R. P. D. Moliner.
Reſpondebam ego, quod in hoc argumento ſup-
ponebatur, quod erat in quæſtione, nempe funda-
torem voluiſſe præſentatos habere utranque con-
junctionem, quod ego abſolute negabam, juxta
rationes in diſcuſſione primi fundamenti adductas,
& ſignanter, quod ea copula *Et* adjecta in il-
11 lis verbis fundationis — *pro illis de meo genere,*
*& matris meæ* — non ſtabat unitive, & copulati-
ve, ita & taliter, quod præſentandi eſſe deberent
neceſſario utrinque conjuncti, nec minus dabant
disjunctive cum prælatione ſecundum ordinem ſcri-
pturæ, primo ſcilicet conſanguineorum ex latere
paterno, & poſtea illorum ex latere materno, ut
jam dictum eſt: ſed ſtabat pariſicative, quia nem-
pe voluit fundator pariſicare utranque lineam de-
ſignando patronis, eiſque reliquendo liberum ar-
bitrium præſentandi, quem voluiſſent, ſive de u-
na, ſive de alia linea, indiſtincte, ſolo habito
reſpectu ad proximioritatem, juxta ordinem Ju-
ris in ſucceſſionibus expreſſum, ubi ſublata dif-
ferentia agnatorum, & cognatorum attenditur pro-
ximior in gradu; & iſte, licet ex uno latere con-
junctus, vincit remotiorem ex utroque latere con-
junctum, ex allegatis ſupra, & præcipue Amoſtaz
*de cauſis piis lib. 3. cap. 7. num. 45. verſic. ſi vero*
*remotior*, & ultimo loco reſolvit Rot. *in Majori-*
*cen. Beneficii 16. Febr. 1699. §. finali*, coram R.
P. D. Tremoille.
Replicabatur tamen in contrarium, allegando
quod quicquid ſit, an illa particula *Et* eſſet dis-
junctiva, vel ampliativa, hoc unum, quod id
eſſet forſan examinandum, ubi eſſemus in con-
curſu habentium unam tantum ex dictis qualitati-
bus, ſeu conjunctionibus, ſed ceſſare deberet quæ-
ſtio, ubi ageretur cum oppoſitore habente utriuſ-
que conjunctionis qualitatem, ut in *deciſ. Cauſæ*
*7. Junii 1694. §. prætendebatur*, coram R. P. D.
Priolo; ſed replicatio erat inſubſiſtens, quia ſuppo-
ſito per antecedens, quod fundator non requiſive-
rit copulative utranque qualitatem, tunc nunquam
remotior ex utroque latere poteſt præferri proxi-
miori ex uno tantum conjuncto, ex jam allega-
tis: & ſic reſolutio ſemper pendebat ab hac inſpe-
ctione, an copula *Et* conjungeret vel pariſicaret,
in quo pro ſola pariſicatione habebam doctrinam
punctualem Garz. ſuperius laudati ibi — *abſque præ-*
*latione, niſi propinquiorum; ex quo illos pariſica-*
*vit.*
Addebam quoque ad excludendam interpretatio-
nem, quod fundator requiſiverit copulative utran-
que qualitatem, circumſtantiam conſiderabilem,
quia nempe fundaverat duodecim Beneficia pro il-
lis de ſuo, & matris genere, & ſic penitus inve-
riſimile erat, quod voluiſſet præſentare conjunctos
ex utroque latere ad tot Beneficia, quæ propter eo- 12
rum numerum, nunquam invenire poterat tot per-
ſonas ita dupliciter conjunctas, & tanto magis,
quia de eo tempore fundator non habebat aliquos
conjunctos ex latere patris, ut in limine erectionis
Beneficiorum expreſſerat mater, & executrix teſta-
mentaria fundatoris, & hoc motivum exprimitur
*in d. deciſ. 7. Junii 1694. §. E contra*, coram
R. P. D. Priolo.
Et his non obſtabat Joſeph Roſa *conſult.* 60. ex 13
duplici capite. Primo, quia in ejus caſu teſtatrix
vocaverat ſuam familiam in numero ſingulari,
quam declarative explicaverat pro duplici caſata
Borgia, & Caraſa, de qua erat ipſa; ideoque non
applicabatur ad rem noſtram, ubi vocata fuit du-
plex linea, & duplex caſata patris, & matris,
non quidem per modum unius, & explicative,
ſed per modum duplicis caſatæ ſubſtantive, ut in
ſpecie ſe limitat, & declarat Roſa *d. conſult. 60.*
*num. 9.* & ſecundo, quia iſte auctor non fundatur
in ſola copula *Et* ad probandam neceſſitatem con-
junctionis ex utroque latere, ſed in quatuor ſo-
lidiſſimis conjecturis, ex quibus arguit, teſtatri-
cem requiſiviſſe, quod conſanguinei eſſent de du-
plici caſata, ut videre eſt apud ipſum *numer.* 10.
*& ſeqq.* unde ad caſum noſtrum non adaptatur,
ubi nullæ ad hunc effectum vigent conjecturæ, ſed
potius in contrarium ſtringit inveriſimilitudo ſupe-
rius ponderata *n. 12.*
Hiſque omnibus ſubjungebam, quod ſola du-
bietas in materia ſufficere debebat pro Thoma; 14
iſte enim habebat præſentationem patroni, Soria-
nus autem eam non habebat; unde interpretatio
facienda erat pro Thoma habente præſentationem
patroni, ne alias iſte veniret ſuo Jure præſentan-
di privatus, ut addit *deciſ. prædicta 7. Junii*
*1694. §. addebatur in fine*, coram Rever. P. D.
Priolo.
Aggrediendo nunc tertium objectum circa con- 15
junctionem Thomæ ex latere matris, dicebam, il-
lam plene juſtificari ex facto. Probatur enim, quod
Thomas eſt filius Michaelis Garziæ, qui fuit fi-
lius Petri Garziæ conſobrini germani Urſulæ Ver-
dejo matris fundatoris, ut ex ſententia Tribuna-
lis Valentiæ, per quam declarata fuit hujuſmodi 16

parentela; eſt enim certa concluſio, parentelam remanere probatam ex ſententia maxime in judicatum tranſacta, juxta doctrinam Bartholi *in l. 1. §. plane ff. de liber. agnoſcen.* Pacian. *de probat. to. 2. cap. 6. num.* 15. *&* 16. Petra *de fideicomm. quæſt.* 11. *numer.* 456. Maſcard. *concluſ.* 794. *nu.* 1. *&* 2. Menoch. *lib. 6. præſumpt.* 53. *n.* 48. *&* 49. Caſtill. *lib. 5. controverſ. cap.* 104. *n.* 21.

Non obſtat, quod Michael author Thomæ non ſit ille, de quo loquitur ſupradicta ſententia, eo quia frater ejuſdem Thomæ confeſſus fuerit Michaelem ejus patrem ſpurium, & ſic alium, quam illum expreſſum in ſententia, ubi dicitur, fuiſſe legitimum, & naturalem.

Quia confeſſio fratris non præjudicat ultra intentionem confitentis, Intentio autem dicti fratris fuit ab eodem declarata judicialiter dicendo, quod ita faſſus fuerit circa ſpurietatem, non autem circa diverſitatem alterius Michaelis, hoc eſt, quod faſſus quidem fuerit, Michaelem fuiſſe ſpurium, ſed tamen non negaverit, iſtum ſpurium fuiſſe filium Petri Garziæ, ut ex reſponſione ejuſdem fratris, & ex depoſitionibus teſtium ab ipſo productis ad majorem corroborationem, ac ex reſponſione partis adverſæ, ubi enunciatur teſtis, qui dicit, quod Petrus Garzia habuit in filium dictum Michaelem ex alio matrimonio, ideo ſuccedit re-
16 cepta concluſio, quod confeſſio reſtricta ad unum finem, hoc eſt ſpurietatis, non debet extendi ad alium, hoc eſt diverſitatis perſonæ, ut præciſe dicit ſententia de partibus, & firmat Surd. *dec.* 250. *numer.* 5. *&* 6. Bellamer. *deciſ.* 690. *num.* 6. Rot. apud Cenc. *ad Cenſibus deciſ.* 148. *numer.* 14. *& in recent. deciſ.* 394. *nu.* 16. *par.* 9. & Pamphil. *dec.* 290. *n.* 5.

Rurſus, quia idem frater inſuper declaravit, quod faſſus fuit, dictum Michaelem ejus patrem fuiſſe ſpurium, non quidem, quia ita eſſet, ſed ad effectum abbreviandi Cauſam, ex quo ſciebat ſpurietatem ſui patris ſibi non obſtare pro obtinendo hoc Beneficio, propter quod intrat nota concluſio, quod confeſſio non debet extendi ultra intentio-
17 nem ipſius confitentis, ut pariter dicit ſententia ſuperius nominata, & firmant Merlin. *deciſ.* 401. *numer.* 7. Celſ. *deciſ.* 183. *numer.* 14. Bich. *deciſ.* 240. *n.* 17. *& deciſ.* 378. *num.* 6. *& in recent. deciſ.* 245. *n.* 7. *par.* 17.

Facilius autem in caſu noſtro hujuſmodi confeſ-
18 ſio præjudicare non poſſet, eo quia in hoc materia ſanguinis, & nobilitatis confeſſio præjudicat quidem ipſi fratri confitenti, non autem alteri fratri, ut in ſpecie Text. *in l. cum qui 3. ff. de interdict. & releg. verſic. quæ vero*, *quem ponderat.* Tiraq. *de nobilit. cap.* 37. *numer.* 40. & in fortioribus de confeſſione patris, quod non præjudicet filio, Rot. *omnino viden. deciſ.* 1200. *num.* 11. coram Penia.

Potiſſime, quando detegitur erronea, & quidem ex eo, quod probatur, Michaelem eſſe filium *Petri Garziæ & Magdalena Cervera conjugum*; quod conjugium inter Petrum, & Magdalenam ſic enunciatum demonſtrat, dictum Michaelem fuiſſe legi-
19 timum, & conſequenter eſſe illum comprehenſum in ſententia anni 1633. ad tradita per Bald. *in l. Filium ff. de his*, *qui ſunt ſui*, *vel alieni Juris*, Maſcard. *de probat. libr. 2. concluſ.* 798. *numer.* 4. *& concluſ.* 798. *num.* 14. *& concluſ.* 800. *num.* 1.
20 Nec dubitari poteſt, quin dicta enunciativa *tanquam* in antiquis probet matrimonium, cum de eo non agatur principaliter, ſed incidenter, ut in caſu noſtro Maſcar. *de probat. dict. concluſ.* 799. *numer.* 15. *& concluſ.* 800. *num.* 4. *& in puncto viden.* Rot. *d. deciſ.* 1200. *nu.* 10. *verſic. ſimilis*, coram Penia.

Quodque revera Michael fuerit legitimus, probant teſtes exhibiti in Judicio pro parte Thomæ fratris, & reſultat ex confeſſione patris, ubi adducitur teſtis, qui dixit, Petrum Garzia habuiſſe in filium dictum Michaelem ex alio matrimonio,
21 quod excludit ſpurietatem, cum ſpurius non naſcatur ex matrimonio, Maſcard. *dict. concluſ.* 798. *n.* 4. *& concluſ.* 800. *n.* 1.

Et quamvis pars adverſa oppoſuerit ex hoc non probari matrimonio, eo quia prædictus teſtis non ſpecificat perſonam matris Michaelis, attamen hæc reſponſio eſt inepta; cum non ſit neceſſarium ad effectum probandi legitimitatem ſpecificare nomen matris, ſed ſufficit probare matrimonium, ex allegatis *ſupra n.* 19.

Et ſine alio diſcurſu ſufficeret reflectere, quod Judex de partibus, non obſtante exceptione ſpurietatis, & non probatæ identitatis perſonæ Michaelis (in qua hodie conſiſtit unicum objectum partis) adhuc dedit ſententiam favorabilem fratri fundatus in depoſitionibus dictorum teſtium, & reſponſionibus hinc inde factis; Et proinde ſtat præſumptio pro Juſtitia ſententiæ, niſi contrarium oſtendatur, & Thomas relevatur ab onere proban- 22
di ſuam parentelam ex recepta concluſione, quod ſententia lata ad favorem fratris ſuper parentela, probat etiam ad favorem alterius fratris, juxta Doctrinam Angeli in *auth. ut liceat Matr. & Au. §. t. ſub numer.* 10. Buratt. *deciſ.* 755. *num.* 9. Rot. *deciſ.* 284. *num.* 3. *par.* 1. *Recent.* Cerr. *dec.* 400. *n.* 5.

Hinc ſuperfluum eſt reſpondere objecto, quod in Civitate Valentinæ baptizati fuerint quatuor ſub nomine Petri Garziæ, & Thomas requiſitus, ut reſponderet, quinam ex Petris Garziæ eſſet ſuus avus, noluerit reſpondere; Quia difficultas non ſtat in probanda identitate Petri Garziæ, ſed Michaelis, quod nempe iſte ſit filius dicti Petri enunciati in ſententia de partibus, cumque hoc probatum fuerit ad evidentiam ex dictis teſtibus productis per fratrem Thomæ, quod non negavit ipſemet Sorianus, qui ſolum excepit de ſpurietate, non negando filiationem, & probatur etiam ex quo Michael Garzia enunciatur filius *Petri*, *& Mag-* 23
*dalena Cervero conjugum*, prout revera dictus Petrus contraxit matrimonium cum hac Magdalena Cervero, utique ceſſat objectum incertitudinis perſonæ Petri, & ſuccedit concluſio, quod habens pro ſe rem probatam, reſpondere non tenebatur quiſnam eſſet ſuus avus, Michalor. *de depoſit. cap.* 11. *n.* 20. Olaſch. *deciſ.* 10. *n.* 8.

Et quod hæc fuerit cauſa, quare ipſe noluerit reſpondere, expreſſum legitur in ſua declaratione, ultra aliam rationem ibidem expreſſam, quod ipſe neſciebat, in qua Parochia fuiſſet baptizatus ejus avus; & ideo reſpondere non tenebatur, Michalot. *de poſition. cap.* 16. *n.* 36.

Verum admiſſa per erroneum ſuppoſitum ſpurietate, & procedendo cum certo ſuppoſito, quod Michael ſpurius vere ſit de ſanguine Petri in dicta ſententia nominati, adhuc probatur, Thomam eſſe capacem hujus Beneficii etiam in concurſu Soriani; Eſt enim advertendum ipſum eſſe legitimum, & naturalem ſpurii, quo caſu admitti debet ab Beneficium, etiamſi verba fundationis ſint civilia, & non naturalia, quando ex conſuetudine totius Hiſpaniæ conſtat, illegitimos gaudere nobilitate parentum, & non minus, ac legitimos venire appellatione eorum, qui ſunt de genere, &
parentela, ut limitando contrariam concluſionem, 24
dicunt Gonzal. *ad regul. Cancell. Gloſſ.* 5. *numer.* 123. Garz. *de benefic. par.* 7. *cap.* 15. *num.* 53. *verſic. inde apparet* Caſtill. *d. c.* 67. *ſub num.* 31. *§. Tertio*, *& principaliter*, *& §. Nicolaus verſic. niſi aliud.*

Quodque in Hiſpania illegitimi veniant appellatione illorum de genere, & parentela, teſtatur ſententia de partibus in judicatum tranſacta, cui ſtandum eſt in materia, cum Judices de partibus præſumantur plene de eorum conſuetudinibus informati.

Non relevante, quod hoc non procedat, ſtante Soriano legitimo, quia ex pluribus tollitur objectum; tum quia procedit, ceteris paribus, ſecus quando Thomas eſt in gradu proximiori, & So-
rianus in remotiori, Gonzal. *dict. Gloſſ.* 5. *ſub.* 25
*num.* 124.

*num.* 124. *verſic. necnon* Caſtill. *d. cap.* 67. *ſub n.* 31. §. *Tertio, & principaliter verſic. item inquit,*
26 præſertim ſtante obſervantia, dum concurrit ſententia lata ad favorem fratris Thomæ habentis eadem Jura, qui fuit admiſſus ad Beneficium, non obſtante legitimo, & tradunt in terminis Garz. *ubi ſupra num.* 53. *verſic. item conſiderandum*, Caſtill. *d. cap.* 67. *numer.* 31. *verſic. Item inquit*, Gonzal. *d. Gloſſ.* 5. *numer.* 124. *verſic. item conſiderandum.* Tum quia; ſtante ſupradicta conſuetudine Hiſpaniarum, juxta quam appellatione illorum de genere, & parentela veniunt promiſcue, tam ſpurii,
27 quam legitimi, non debet conſiderari aliqua prælatio inter legitimum, vel illegitimum; cum affectio præſumitur eadem erga utroſque, ut ratiocinatur dicta ſententia de partibus, & probant in Jure ſupra allegati *n.* 24.

Et denique, quia in dubio pronunciandum eſt
28 pro habilitate deſcendentium ex ſpurio ad quæcunque Beneficia, & dignitates, ut præter eandem ſententiam, firmant Garz. *d. cap.* 15. *num.* 53. *in fine verſic. & quod in dubio*, Gonzal. *d. Gloſſ.* 5. *num.* 124. *& ſeqq.* Caſtill. *d. cap.* 67. *num.* 1. *verſ. tum quia in dubio.*

Rota in hac Cauſa, ob diſcrepantium votorum, reliquit in ſuſpenſo primum & ſecundum ex fun-
29 damentis ſupra examinatis; quorum unum eſt illud, cui inhærent deciſiones antecedentes, & ſtetit in deciſis ſolum ex tertio fundamento, quod nempe Thomas defecit in probanda ſua parentela ex linea materna, ut ex *dec.* 7. *Junii* 1693. §. *verum*, coram R. P. D. meo Priolo, dicendo, eam non probari ex aſſertione, quod ipſe proveniat ex quodam Petro Garzia, dum in Civitate Valentiæ vivebant quatuor ejuſdem nominis, & cognominis, & idem Thomas interpellatus ad declarandum quiſnam ex illis fuiſſet ſuus avus, noluit reſpondere. Ex quibus deducit, juſtificationem parentelæ remanere æquivocam, & inſufficientem.

Verum reflectendo ad veritatem, reſolutio mihi viſa eſt parum ſubſiſtens, quia agebatur de Thoma præſentato per patronum in concurſu Soriani non habentis præſentationem; ideoque quantum poſſibile eſt, Judex debet interpretari ad ſuſtinendum actum præſentationis, ad quem effectum ſufficere videbatur, quod patronus præſentaſſet Thomam fratrem Petri Garziæ, qui alias in vacatione unius ex controverſis Beneficiis fuit præſentatus, & obtinuit per ſententiam Beneficium, non obſtante iſta exceptione, quod non probaret parentelam ex linea materna, ut in ſententia anni 1666. ubi Judex declaravit, dictum Petrum eſſe de
30 genere fundatoris ibi — *liquet enim, dictum Petrum Garzia ab eis præſentatum eſſe de genere, & parentela Jo. Baptiſtæ Verdejo, quæ qualitas unice in inſtitutione deſideratur in præſentato* — Cum igitur adſit iſta ſententia lata ad favorem fratris germani Thomæ etiam ſuper parentela, certe vel non eſt ulterius quærendum, dum certa eſt concluſio, ſententiam latam ad favorem fratris in hac materia probare parentelam etiam ad favorem alterius fratris, juxta doctrinam Angel. *in auth. ut lic. Matr. & Av.* §. *primo ſub num.* 10. Buratt. *deciſ.* 755. *n.* 9. Rot. *deciſ.* 284. *n.* 3. *par.* 1. *recent.* Cert. *deciſ.* 400. *n.* 3.

Vel ſaltem, & ad omne pejus iſta ſententia inſervire debet ad ſuſtinendam præſentationem patroni, pro qua, ut prædictum eſt, in dubio facienda eſt omnis interpretatio; Non enim æquum videtur, quod patronus privari debeat ſuo Jure præſentandi, quando nihil deliquit, dum aliud non
31 fecit, præſentando Thomam, quam continuare præſentationem in perſona habente eaſdem qualitates, quas habuit alter præſentatus, & ſic ſe conformare cum ultimo ſtatu; ſicut enim dicta præſentatio facta ad favorem fratris Thomæ fuit effectuata, & canonizata per ſententiam Judicis, ita ex hoc nata fuit bona fides in patrono, qui habuit juſtam cauſam præſentandi etiam fratrem alterius præſentati, cujus parentela fuit, ut ſupra in Judicio approbata; ergo cum Thomas ſit reus, & poſſeſſor, & habeat pro ſe ſententiam Judicis, & præſentationem patroni, non videtur, qua ratione debuerit privari Beneficio ad oppoſitionem Soriani, qui non habet præſentationem; nec redarguere poteſt patronum de præſentatione erronea, tanquam fundata in ſupradicta ſententia, quæ ſine dubio cauſavit in illo bonam fidem præſentandi, & ultimum ſtatum ad ejus favorem, Vivian. *de Jurepatron. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 20. *& libr.* 11. *cap.* 6. *n.* 13. *&* 14. Rot. *poſt ipſum deciſ.* 84. *num.* 14. *&* 15.

At quia Sacra Rota habuit hunc ſenſum, qui poterat ex facto tolli, proinde petita fuit remiſſoria, & compulſoria ad probandam melius parentelam Thomæ ex latere materno, & fuit obtenta *ſub die* 22. *Junii* 1695. *ut ex deciſione inferius regiſtrata.*

## R. P. D. MOLINES.

### Valentina Beneficii.

*Ven. 9. Jan.* 1593.

IN fundatione duodecim ſimplicium Beneficiorum expleta a quondam Jo: Batiſta Verdejo, ad quam iſte devenit obtemperans patris præcepto, ea legitur appoſita lex, ut præſentandi eſſent conjuncti *ex parentela ſua, & matris.* Vacante anno 1688. uno ex his duodecim Beneficiis, patroni præſentarunt Thomam Garziam, quem ſuppoſuerunt conjunctum fundatori ex parte matris, & in gradu proximiorem, cui præſentationi ſeſe oppoſuit Maurus Sorianus, liteque deſuper agitata coram Ordinario, hic protulit ſententiam, qua inſtitutio conceſſa fuit præfato Garziæ; unde appellationis Cauſa mihi commiſſa, dedi de more dubium, An Mauro eſſet adjudicandum Beneficium, & DD. affirmative reſponderunt.

Moti, quia de vacatione Beneficii controverſi, quodque iſtud ſit de Jurepatronatus laicorum, conſtat ex ſententia Ordinarii, & eſt in confeſſo apud partes; qualitates autem requiſitæ a fundatore concurrunt in Mauro, ideoque illi adjudicandum venit Beneficium *cap. Monaſt.* 16. *quæſt.* 7. *cap. cum* Bertol. *de re judicat.* Rot. *d.* 100. *num.* 1. coram Royas, quamvis non fuerit a patronis præſentatus, cum per oppoſitionem ab eo factam tempore habili acquiſiverit Jus ad Beneficium, & proinde habetur (concurrentibus in illo qualitatibus a fundatore requiſitis) ac ſi fuiſſet a Patronis præſentatus, Garz. *de benef. par.* 4. *cap.* 3. *a num.* 60. *cum ſeq.* Roſ. *de execut. par.* 1. *capit.* 4. *num.* 11. Rot. *deciſ.* 252. *lib.* 3. coram Put. *d.* 55. *num.* 9. *&* 10. *& dec.* 559. *n.* 1. *& dec.* 737. *num.* 4. *&* 5. coram Burrat. *d.* 189. *a n.* 9. *ad* 12. *& dec.* 661. *num.* 1. coram Bich. *dec.* 122. *n.* 1. *cum pluribus ſeqq. par.* 11. *d.* 335. *n.* 1. 2. *&* 3. *par.* 19.

In Mauro autem concurrere qualitates a fundatore requiſitas, patet, quia iſte eſt fundatori conjunctus, nedum ex parte patris, verum etiam matris fundatoris, ut tribus conformibus ſententiis pronunciatum fuit, & reſultat ex teſtium depoſitionibus, juncta arbore deſcendentiæ, quæ omnia habentur in ejus *ſummo n.* 3. *&* 4.

Econtra Thomas Garzias præſentatus a patronis, dato, quod probaret, ſe conjunctum fundatori, quod tamen non ita de facili procedere DD. viſum fuit, cum per gradus diſtinctos coram Ordinario non probaverit ſuam deſcendentiam, & per legitima documenta, nec in præſenti inſtantia quicquam deduxit recuſans comparere, quantumvis legitime citatus, ut late defectus dictarum probationum demonſtrant ſcribentes pro Mauro, adhuc conjunctio cum fundatore non relevaret; quia hæc probaretur tantum ex parte matris ipſius fundatoris inepta, ut Beneficium controverſum adjudicetur prædicto Garzia cum concurrentibus conſanguineis conjunctis eidem fundatori, nedum

ex latere patris, verum etiam matris (qualis eſt Maurus) huic Beneficium debetur, non autem Garziæ conjuncto tantum ex parte matris fundatoris ex iſtius veriſimili mente, qui copulative circa parentelam diſpoſuit ibi – *de parentela mea, & matris mea*, ex deductis per Lar. *de Capellan. libr.* 2. *cap.* 3. *n.* 33. & 34. Caſtyll. *controv. lib.* 5. *cap.* 67. *n.* 29. Roſ. *conſult.* 60. *a nu.* 1. *ad* 17. Royas *de incompat. p.* 4. *cap.* 2. *n.* 100. & 102.

Abſque eo quod opituletur Garziæ prætendenti conjunctionem ex parte matris, quod hæc ſit in gradu proximior conjunctioni deductæ pro parte Mauri ex utroque latere; quoniam hæc conjunctio Garziæ dato, quod probaretur in gradu proximiori, non eſſet attendenda, cum proximioritas unius tantum gradus nihil operetur in concurſu conjuncti ex utroque latere, quia iſte, ut dictum eſt, ex veriſimili mente teſtatoris præferri debet, Royas *d. cap.* 2. *num.* 102. Caſtyll. *d. numer.* 29. Lar. *d. n.* 34.

Et ita altera &c.

## R. P. D. MOLINES.

Romana Beneficii.

*Ven.* 3. *Aprilis* 1593.

IN ſequelam deciſionis coram me editæ ſub die 9. Januarii currentis anni, qua Mauro Soriano adjudicatum fuit controverſum Beneficium; hodie DD. reſponderunt, perſiſtendum eſſe in reſolutis. Ex quo ipſe probat parentelam a fundatore requiſitam, nedum ex parte patris verum matris ejuſdem fundatoris. Econtra Thomas Garzias, quatenus concludenter probaret ſuam deſcedentiam a fundatore, & parentelam, hæc eſſet probata tantum ex parte matris; quo fit, ut in concurſu præferendus veniat præfatus Maurus, eique adjudicandum ſit Beneficium controverſum, tam ex Juris cenſura, quam ex voluntate fundatoris, cum duo viocula magis ligent, quam unum, juxta late deducta in deciſione, quæ revidetur.

In nihilo relevante, quod Garzias fuerit a Patronis præſentatus, quia cum Maurus ſolus habeat qualitates a fundatore requiſitas, iſte ſolus debet Beneficium obtinere, & habetur, ac ſi ſolus præſentatus fuiſſet, Lother. *de re benef. libr.* 1. *q.* 36. *n.* 16. & *ſeqq.* Rota *d.* 661. *n.* 1. coram Bich. cum aliis pleno calamo cumulatis in deciſione, quæ revidetur, cum qua DD. in reliquis tranſierunt, informante tantum etiam in hac inſtantia ſolo Mauro.

## R. P. D. BENINCASA.

Valentina Beneficii.

*Merc. prima Julii* 1693.

JUxta legem a fundatore præſcriptam Beneficium, de quo diſceptatur, adjudicandum erat Mauro, qui cum illo parentelam ex utroque latere juſtificavit; unde ſententiam Rev. P. D. mei Molines, quæ ſuper adjudicatione pronunciavit, confirmandam eſſe dictum fuit, non obſtante, quod Thomas alter ex collitigantibus propinquior ſit teſtatori ex parte matris. Quia ultra quod concludenter hoc non probatur, adhuc tamen præferri non poſſe viſum eſt ei, qui ex utroque latere proximitatem juſtificavit, attenta lege fundationis, & veriſimili mente teſtatoris, juxta late deducta in deciſioonibus præcedentibus 9. *Januar.* & 3. *Aprilis proximi præteriti* coram eodem R. P. D. meo Molines.

Et ita altera tantum &c.

## R. P. D. PRIOLO.

Valentina Beneficii.

*Lunæ* 7. *Junii* 1694.

POſt duas deciſiones conformes coram R. P. D. meo Molines prodiit ſententia favorabilis Mauro, cum adjudicatione controverſi Beneficii, quæ fuit etiam confirmata, prævia alia deciſione coram bon. mem. Benincaſa, ſed ſemper unica tantum parte, repropoſita deinde a me Cauſa in illius locum ſuffecto, & tandem excitato Thoma Garzia a patronis præſentato propoſui dubium, utraque parte informante, an eſſet ſtandum, vel recedendum a deciſis, & DD. ex tribus fundamentis, quæ pro confirmatione præcedentium reſolutionum adducebant, duobus relictis in ſuſpenſo, ex unico tantum ſteterunt in deciſis.

Prætendebatur pro Mauro, quod cum tale Beneficium eſſet de Jurepatronatus ſub hac lege inſtitutum, ut præſentandi eſſent de genere, & parentela fundatoris, & matris ſuæ, foret illi adjudicandum; non ſolum quia in concurſu cum altero ex parte matris tantum conjuncto veniret præferendus tanquam deſcendens ex parte fundatoris; ideoque ab eo magis prædilectus, per Text. *in l. cum Pater* 79. §. *penult. ff. de legat.* 2. Caſtyll. *controv. lib.* 5. *cap.* 7. *numer.* 28. §. *rurſus* Lara. *de Capell. cap.* 3. *num.* 32. & *ſeq.* Royas *de incomp. par.* 4. *cap.* 1. *num.* 102. Rot. coram Mantic. *deciſ.* 127. *num.* 2. *verſ. accedit etiam cum ſeqq.* ſed multo magis quia ſuam originem habebat ex utraque linea, & ita concurrere videbatur non ſolum veriſimilis mens teſtatoris, ſed etiam quia plenius adimpleta remanebat illius voluntas, conjungendo in præſentato utranque qualitatem, Lar. *de Capell. dict. cap.* 3. *numer.* 32. *cum ſeqq.* Peregr. *de fidei articul.* 32. *numer.* 18. *verſic. & ad rationem*, Fuſar. *de ſubſt. quæſt.* 340. *num.* 58. *verſic. & ad ſecundam*, Gratian. *cap.* 973. *num.* 120. *cum ſeqq.* Royas *de incomp. d. cap.* 1. *num.* 102. *juncto num.* 100. *in fin.* & Rot. *conſult.* 60. *numer.* 4. *lib.* 1. & *in rec. deciſ.* 289. *numer.* 5. *verſic. aliæ quoque rationes par.* 16. Quidquid ſit, an illa particula *Et* ſit disjunctiva, vel ampliativa, hoc enim eſſet forſan examinandum in concurſu habentium unam tantum ex dictis qualitatibus, ſed omnino ceſſare debet adverſus oppoſitorem non minus unam, quam alteram præſeferentem, ut firmant authoritates mox allegatæ, & obſervant deciſiones in hac Cauſa emanatæ.

Et contra deducebatur, quod, etſi ſupradicta de Jure procedere poſſent, attamen cum in his materiis reſolutio pendeat a voluntate fundatoris, qualitates volitæ erant æqualiter conſiderandæ, attenta illa particula *Et*, quæ diverſa eſt a dictione alternativa; iſta enim habet vim conjungendi, & conficiendi quaſi unum ex duobus, itaut purificata cenſeatur utraque parentela, & tributa facultas præſentandi patronis, quem de utraque maluerit; ideoque æque bene in unaquaque videbatur impleta voluntas teſtatoris cum credendum ſit, ipſum æqualiter prædilexiſſe, tam deſcendentiam paternam, quam maternam, a quibus ipſe ortum habebat, & præcipue in fundatione duodecim beneficiorum, quibus ſatis conſultum omnibus de utraque parentela non immerito opinari poterat, ut in puncto declarat Garz. *de benefic. par.* 7. *cap.* 15. *num.* 21. *verſic. & in Capellania.*

Addebatur his omnibus pro Thoma, quod ipſe erat in gradu proximior, quodque iſta qualitas foret ceteris aliis præferenda, & ulterius allegabatur Judicium matris, quæ in primis nominationibus præſentaverat ſibi tantum ſanguine conjunctos, in facto tamen a Mauro impugnatum, & obſervantia fere in omnibus aliis præſentationibus etiam in contradictorio Judicio comprobata ad Text. *in l. cum de conſuetudine*, & *l. nam*

Im-

Digitized by Google

*Imperator. ff. de legibus* Valenſ. *conſ.* 104. *numer.* 30. *&* Rot. coram Dunoz. Jun. *deciſ.* 769. *n.* 11. *& in rec. dec.* 600. *n.* 6. *par.* 12. quæ non continens compoſitores ex utraque parte conjunctos, non erat applicabilis caſui præſenti, & demum conſiderabatur ſola turbiditas interpretanda favore Thomæ ex Jure patroni præſentantis, ne veniat ſuo Jure præſentandi privatus.

Verum ſicuti in his DD. non fuerunt concordes, quod omnem tamen vim adminiſtrationibus pro Thoma allegatis fuit, quod ipſe defecit in probanda ſua qualitate ex linea materna, quod utique clare non reſultabat ex aſſertione, quod ipſe proveniat ex quodam Petro Garzia, quia illi ſemper oppoſitum fuit, quod de eo tempore, & in eodem loco vivebant quatuor ejuſdem nominis; ideoque tenebatur reſpondere interpellationibus eidem factis ad declarandum, qui ex illis fuiſſet ſuus avus, quando turbiditas omnino reſultabat ex confeſſionibus per eundem Thomam productis; Exhibita namque fuit quædam declaratio unius Petri, in qua aſſerit, habere plures filios legitimos, & naturales, inter quos enumerat Michaelem; producta quoque reperitur in actis confeſſio alterius Petri fratris Thomæ, in qua habetur, Michaelem fuiſſe filium ſpurium Petri, quæ declarationes, cum inter ſe pugnent, fidem ſibi ad invicem adimunt, & propoſita ex his reſultare non videtur identitas Petri, & Michaelis, & conſequenter deſcendentiæ juſtificatio remanet æquivoca, & inſufficiens, Rot. apud Vivian. *de Jurepatron. dec.* 74. *num.* 4. Carill. *deciſ.* 190. *n.* 15. Mantic. *dec.* 88. *num.* 3. *& latius* coram Coccin. 2342. *n.* 20. *cum ſeqq.*

Et tanto minus probata videtur eſſe allegatis ſententiis, quia in illis firmatur ſolum, non obſtare defectum natalium pro conſequendo Beneficio, non autem canonizatur deſcendentia, & ita pariter excluſa remanet proximitas gradus, quæ ſolum maximam vim habere poſſet ad effectum reſolvendi duplex vinculum conjunctionis, ſcilicet paternæ, & maternæ in Mauro probatum.

Et ita utraque &c.

## R. P. D. MOLINES.

### Valentina Beneficii.

*Merc. 22. Jun. 1695.*

Doctores dixerunt, dandam eſſe remiſſoriam, & compulſoriam ſpecialem a Thoma Garzia petitas. Apparuit quippe relevantia articulorum & jurium compulſandorum, qua ſtante remiſſoria, & compulſatoria denegari non ſolent in qualibet inſtantia, quamvis agatur in gradu reſtitutionis in integrum, Rot. *dec.* 170. *num.* 2. cor. Cavaler. *dec.* 425. *num.* 31. *& dec.* 469. cor. Celſ. *dec.* 32. *num.* 20. *& dec.* 262. *num.* 10. cor. Gregor. & alibi paſſim.

Relevantia autem reſultat, ex quo in ultima deciſione hujus Cauſæ coram R. P. D. Priolo emanata in §. *verum ſicuti*, conſtituitur totum fundamentum pro excluſione Thomæ a controverſo Beneficio (prætermiſſis aliis fundamentis deductis in præcedentibus hujus Cauſæ deciſionibus) in eo, quod idem Thomas nullo modo probaverit ſuam qualitatem cognatitiam, nempe deſcendere a Joanne Baptiſta fundatore ex latere materno; cumque articuli contineant hanc ſpecificam probationem, inde inſurgit illorum relevantia, ut dixit Rot. *dec.* 68. *p.* 3. coram Verall. *& d.* 170. *n.* 3. coram Cavaler. *& d.* 979. *n.* 1. coram Dunoz.

Tanto magis, quia prædictus Thomas pro veritate, & fundamento talis cognationis, & deſcendentiæ a fundatore ex latere materno, habet pro ſe, quod Petrus Garzia ejus frater fuit alias præſentatus ad unum ex Beneficiis controverſis, reportando contradicto Judicio ſententiam ſuper hac parentela, quæ probatio reſpectu ſui fratris, non parum deſervit, ut ſuadeatur veritas materiæ articulatæ, & excludatur ſuſpicio calumniæ.

Non relevantibus teſtibus alias inductis in partibus, quia non fuerunt inducti pro parte ejuſdem Thomæ, ſed tertii, qui eos examinari fecit in Judicio diverſo de anno 1633. coram Judice Civili; Tum etiam, quia ex teſtibus, qui hodie examinari petuntur, articulis de novo exhibitis habentur, ſeu reſultare poterunt plures particulares circumſtantiæ, ſuper quibus non fuerunt inducti teſtes in partibus, qua ſtante majori ſpecificatione, & claritate rei aſſequendæ ſolet remiſſoria concedi, etiamſi alii teſtes fuerint in alia inſtantia inducti, Rot. *d.* 469. *numer.* 3. coram Cavaler. & coram Coccino *deciſ.* 2040. *n.* 5.

Ex quibus inſurgit relevantia compulſoriæ ſpecialis, per quam extrahi prætenditur proceſſus fabricatus ſuper admiſſione Petri fratris dicti Thomæ, qui Petrus, niſi probaſſet hanc qualitatem cognatitiam, admitti non potuiſſet. Sicque conſtito de exiſtentia horum Jurium compulſandorum ſpecialis compulſatoria concedi debet, Rota *d.* 376. *n.* 1. coram Duran. *& d.* 475. *n.* 1. coram Bich.

Et ita, utraque parte informante, reſolutum fuit, dandam eſſe remiſſoriam, & compulſoriam ſpecialem cum clauſula, *tamen cum retardatione, vel ſine arbitrio Rotæ.*

## CREMONEN. COLLEGIALITATIS.

### PRO

### Epiſcopo Cremonæ.

### ARGUMENTUM.

**Epiſcopus non poteſt erigere Canonicatus in Eccleſia non Collegiata, ſed Parochialis; poteſt tamen Eccleſiam Parochialem, in habitu Collegiatam, licet non in actu, prius per ſententiam, ſervatis ſervandis, declarare Collegiatam, & poſtea ibi erigere Canonicatus; & late hic recenſentur argumenta, & conjecturæ inferentes Collegialitatem.**

### SUMMARIUM.

1 *Exponitur ſeries facti.*
2 *Epiſcopus non poteſt erigere Canonicatus in Eccleſia Parochiali non Collegiata.*
3 *Etiamſi ſit Collegiata in habitu.*
4 *Jura loquentia de Collegiatis habent locum etiam in Collegiatis habitu tantum, contrarium n. 6.*
6 *Regula ſecunda Cancell. reſervatoria principalium dignitatum in Collegiatis habet locum in Collegiatis habitu tantum.*
7 *Erigere Parochialem in Collegiatam, ſoli Papæ eſt reſervatum.*
8 *Epiſcopus poteſt erigere Canonicatus in Eccleſia Collegiata habitu tantum, poſtquam per ſententiam preambulam eam delaravit Collegiatam. Et n. 26.*
9 *Collegialitas Eccleſiæ poteſt probari duobus modis, vel per Bullam erectionis, vel per ſigna, argumenta, & conjecturas eam inferentes.*
10 *Bulla erectionis probari poteſt in antiquis ex teſtimonia Hiſtoricorum, juncto n. 12.*
11 *Præſertim, ubi Hiſtorici probantur fide digni ex circumſtantiis, quas narrant.*
13 *Argumentum Collegialitatis eſt, quando probatur in Eccleſia Matutina Officia recitari.*
14 *Item quando probatur, ibi fuiſſe Præpoſitum cum Canonicis.*
15 *Et quando Præpoſitus adhuc reperitur in Eccleſia, qui regulariter indicat, ſe fuiſſe caput Collegii, declara ut n. 16.*
17 *Collegialitas, quando non fuit extincta au-*

*ctoritate Superioris, ſemper durat in Eccleſia habitualiter, licet per accidens actu reperiatur Parochialis, & de ratione n. 18.* ex Baldo.

19 *Jus Collegii remanet etiam in uno.*

20 *Status Parochialitatis non eſt contrarius, neque incompatibilis cum ſtatu Collegialitatis.*

21 *Quando conſtat ab initio de ſtatu Collegialitatis, iſte præſumitur continuatus, niſi probetur contrarium.*

22 *Ad hunc effectum deſtruendi Collegialitatem exhiberi debet Bulla ſuppreſſionis Collegii.*

23 *Nec ſufficit, Eccleſiam fuiſſe collatam per Papam tanquam ſimplicem Parochialem.*

24 *Declaratio Collegialitatis fieri poteſt a quocunque Judice ordinario Curiæ Eccleſiaſticæ.*

25 *Forma Judicialis ſervanda in declaratione Collegialitatis per Judicem Eccleſiaſticum.*

27 *Ut Eccleſia dicatur Collegiata, debent ad minus ibi adeſſe tres Canonici.*

28 *Poterit Ordinarius conſtituere ibi duos Canonicos, declarando pro tertio Canonico ipſum Præpoſitum, quia ad eſſe Collegii non requiritur, quod adſit ibi Præpoſitus, ſeu caput.*

29 *Deciſio S. Rotæ in Moguntina Canonicatus* coram R. P. D. Olmo, & *num.* 30. *cum ſeqq.*

## DISCEPTATIO VIII.

ECcleſia SS. Ægidii, & Homoboni Civitatis Cremonenſis fuit uſque de anno 949. erecta
1 ſub titulo Sancti Ægidii tantum expenſis Berengarii II. Regis Italiæ, in qua ſucceſſive de anno 958. Ægidius de Guiſcardis, tunc Cremonæ Epiſcopus, ſacellum, & aram cultui Deiparæ M. V. ædificavit, & dotavit, ut teſtatur Joſeph de Breſcianis *in Hiſtor. Eccleſ. Cremonæ par. 2. de Orig. Eccleſ. fol. 196. & de vit. Epiſcoporum Cremon. fol. 149. & de vita morte, & miraculis S. Homoboni fol.* 31.

Anno 1097. Ardengherius Iſolanus, & Atilla ejus uxor zelo devotionis erga S. Ægidium donarunt univerſa ipſorum bona prædictæ Eccleſiæ, ſupplicando S. M. Leoni IX. pro illius erectione in Collegiatam, prout Summus Pontifex conceſſit, ordinando, quod ibi adeſſet Præpoſitus una cum octo Canonicis, ſeu Præbendatis, ut apparet ex Bulla ſub Datum Romæ 17. Auguſti 1049. & immediate die 9. Octobris ſubſequentis in Eccleſia inſtituti fuerunt octo Canonici, electo in Præpoſitum Manfricardo Dovara, ut hæc omnia enarrat Joſeph de Breſcianis *in d. Hiſtoria locis ſupracitatis.*

Continuavit Collegialitas Eccleſiæ uſque ad tempus Sancti Homoboni, qui aſſidue inſerviebat Matutinis Officiis per Canonicos recitari ſolitis, & qui de anno 1197. animam prodigioſe exhalavit in eadem Eccleſia, dum genuflexus ibi ante Imaginem Sanctiſſimi Crucifixi in oratione permanebat, ut colligitur ex officio proprio ejuſdem Sancti approbato per Sac. Congregationem Rituum *fol. 7. column. 1. & fol. 9. column. 2. & ex Bulla 2. Innocentii III. Bullar. nov. tom. p. fol. 82. §. 2.* & narrat Ludovic. Cavitel. *in annal. Patriæ ſuæ fol. 68. a tergo*, Hieronym. Trombon. *in vita S. Homoboni fol. 16. cap.* 16. Hieronym. Ballador. *in libro inſcripto il Traficante celeſte fol.* 195. *c.* 21. Joſeph de Breſcianis *in lib. inſcripto Corona* D. Hieronym. *fol. 10. & 31. & in vita S. Homoboni capit. 14. fol.* 31.

Continuavit etiam Collegialitas uſque ad annum 1522. quo, debaccante invaſione Gallorum Civitas Cremonæ erat ſub hoſtibus; & deducitur ex eo, quod quidam Lotrech Officialis Gallici exercitus expulit de Civitate ultra populum, & cives ſeculares, etiam Clerum Eccleſiaſticum Civitatis, nempe Canonicos Eccleſiæ Cathedralis S. Agathæ, & SS. Ægidii, & Homoboni, & aliarum Eccleſiarum, ut regiſtrando etiam nomina dictorum Canonicorum SS. Ægidii, & Homoboni tunc temporis exiſtentium, refert Joſeph de Breſcian. *in Hiſtor. Civit. Cremonæ tom. 2. fol.* 66.

Ab anno autem 1522. uſque in præſens non conſtat, Eccleſiam habuiſſe amplius actualem Collegialitatem, ſed, ceſſato hoſtium incurſu, illa remanſit ſub Titulo Parochialis, cujus figuram etiam hodie gerit ſine Canonicis, qui antea fuerunt in illa per ſpatium fere quinque ſeculorum, ab anno ſcilicet 1049. uſque ad 1522. ut reſultat ex prædictis.

Hodie Reverendiſſimus Septala modernus Epiſcopus Cremonæ volens in prædicta Eccleſia, tanquam Collegiata, erigere Canonicatus, & dubitans, quominus poſſit erectionem facere, me proinde requiſivit, quid in hac re pro veritate ſentirem; unde ego, materia diligenter examinata, cenſeo, ut infra, reſpondendum.

Et quidem rebus ſic ſtantibus, non credo, quod Reverendiſſimus Epiſcopus poſſit devenire ad erectionem Canonicatus in ſupradicta Eccleſia, licet enim in Collegiata habeat Epiſcopus facultatem 2
conſtituendi novos Canonicatus, juxta doctrinam Innocentii *in cap. cum acceſſiſſent numer. 1. de Conſtit.* Veral. *dec.* 221. *par.* 1. Conrad. *in prax. Benefic. lib. 2. cap. 3. num.* 61. tamen in caſu iſto Eccleſia SS. Ægidii, & Homoboni dici non poteſt Collegiata, niſi habitu tantum, quod adhunc effe- 3
ctum ſufficiens non videtur, cum hodie in hominum opinione illa habeatur pro ſimplici Parochiali, & qualitas Collegialitatis, tanquam latens, cenſetur, non extare in rerum natura ex regula, quod paria ſunt in Jure noſtro, non eſſe, & non apparere ad Text. *in l. duo ſunt Titii ff. de Teſtam. tutel.* Rot. *in Leodien. Canonicatus 3. Junii* 1680. *§. final.* coram bon. mem. Rondinino, & *Caſeraguſtana Juriſdictionis 8. Febr. 1692. §. Minus relevat*, coram Reverendiſſimo Emerix Decano, & in puncto Fuſch. *de viſit. lib. 2. cap. 1. n. 5. verſic. Sed ſatis durum &c.*

Neque in contrarium urgere videtur illa con- 4
cluſio, quod Jura loquentia de Collegiatis habeant etiam locum in Collegiatis habitu tantum, & non actu, juxta Gloſſam *notabilem in cap. Statutum, verbo Collegiata de elect. in 6.* & late defendit Alex. *conſ. 74. numer. 1. & ſeqq. & conſil. 75. numer. 5. libr.* 4. Maſcard. *de probat. concluſ.* 584. *num.* 5. Pax Jordan. *elucubrat. tom. 2. lib. 7. tit. 5. num.* 7. qui omnes affirmant, idem eſſe Judicium de Collegiata habitu, ac de Collegiata actu. Fuſc. *de viſit. l. 2. cap. 1. num. 2. verſic. unde* idem Barboſ. *de Canon. cap. 2. num.* 13. Merlin. *deciſ.* 87. *num.* 14.

Et proinde ſi Ordinarius habet facultatem eri- 5
gendi Canonicatus in Collegiatis, eandem habere debeat etiam in Collegiatis habitu, ſicut videmus, quod regula Cancellariæ reſervatoria principalium Dignitatum in Collegiatis, locum habet etiam in Collegiatis habitu tantum, ut firmat Coccin. *dec.* 1524. *numer.* 6. Rembold. *deciſ.* 375. *numer.* 43. Mandoſ. *in reg. 3. Cancell. q.* 9. Merlin. *dicta deciſ. 87. num.* 14.

Quoniam de doctrina Alex. *d. conſ.* 74. dubitavit Felin. *in cap. Accedentes n. 2. verſ. ponit etiam* 6
*de Reſcript.* & ad gloſſam *in dict. cap. Statutum*, reſpondet Fuſcus, ejus traditionem eſſe in practica ſatis duram, & aliud propterea faciendum eſſe Judicium *in d. l. 2. cap. 1. num.* 5. ultra quod, cum agatur de intereſſe Papæ, non eſt tuta poteſtas ordinaria in conflictu opinionum, & dubietate, recurrente præſertim regula ſuperius adducta, quod hodie Eccleſia per ſpatium unius ſeculi, & ultra 7
reputatur ſimplex Parochialis, & talis habetur in hominum opinione, itaut erigere in illa Canonicatus eſſet facere novitatem, & Parochialem erigere in Collegiatam, quod ſoli Papæ eſt reſervatum, Fuſc. *de viſit. lib. 1. cap. 2. numer.* 6. Lother. *de re benef. lib. 1. quæſt. 14. num.* 49. Barboſ. *de Canon. cap. 2. num.* 8. Add. ad Buratt. *deciſ.* 102. *nu.* 24. Garz. *de benefic. par. 12. cap. 5. n.* 4. Rot. *dec.*

49. *num.*

49. *num.* 5. *&* 5. *part.* 17. *Recent.* quicquid dixerit
Bald. *in cap. quoniam* 9. *num.* 2. *de vit. ex honeſt.
clericor.*

Exiſtimo igitur, quod, ut Reverendiſſimus Epi-
ſcopus habeat tutam facultatem erigendi Canoni-
catus in Eccleſia, debeat primo loco reducere ad
8 actum Collegialitatem latentem in habitu per viam
declarationis Juridicæ, & ſic, reſtituta actuali Col-
legialitate, poſſit erigere quot voluerit Canonica-
tus. Verum in hoc puncto quatuor occurrunt in-
ſpectiones examinandæ. Prima, an in caſu noſtrô
antiqua Eccleſiæ Collegialitas probetur ex legitimis
probationibus. Secunda, quatenus probetur, an
cenſeatur amiſſa per non uſum ſpatio unius ſecu-
li. Tertia, an declaratio Collegialitatis poſſit fieri
ab Ordinario. Et quarta demum, quæ forma ju-
dicialis ſit ſervandæ ad effectum procedendi ad de-
clarationem prædictam.

Quantum ad primam, præmiſſo concluſionem
infallibilem, quod duobus modis Collegialitas pot-
9 eſt legitime probari, vel per Bullam erectionis,
vel per ſigna, argumenta, & conjecturas dictam
Collegialitatem concludenter inferentes, ut de pri-
mo modo Innoc. *in cap. poſtulaſti num.* 1. *de Jure-
patr.* Fuſc. *de Viſit. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 4. Lambert.
*de Jurepatr. par.* 1. *lib.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 3. Maſcard.
*de probat. concl.* 583. *num.* 1. *& ſeq. & de ſecundo
ultra* Innoc. & Maſcard. *ubi ſupra n.* 4. pleniſſime
ſcribit Alex. *d. conſ.* 74. *num.* 4. *& conſ.* 75. *nu.* 1.
*&* 2. *lib.* 4. Decian. *conſ.* 6. *num.* 2. *& ſeqq. lib.* 2.
*ubi ſub num.* 9. ſubdit, non eſſe neceſſarium, quod
concurrant omnes conjecturæ, ſed ſufficere aliquas
adeſſe, ex quibus Collegialitas argui poſſit & ve-
riſimilis reddatur, & fuit originale dictum Zaba-
rel. *in Clementina* 2. *numer.* 10. *verſic. non tamen
putes de ætat. & qualit.* Pax. Jordan. *Elucubrat. tom.*
2. *lib.* 7. *tit.* 5. *n.* 11. Barboſ. *de Canonic. cap.* 2.
*n.* 9. *&* 16. Rot. *deciſ.* 584. *n.* 2. *par.* 4. *diverſ. &
deciſ.* 56. *n.* 5. *par.* 5. *recent.* & coram Mantic. *de-
ciſ.* 215. *num.* 1. & coram Merlin. *deciſ.* 87. *la* 2.
*num.* 7.

In caſu noſtro concurrit uterque modus proba-
tionis; & primo Bulla erectionis S. M. Leonis IX.
ubi ordinata fuit erectio Eccleſiæ in Collegiatam
cum Præpoſito, & octo Canonicis ad inſtantiam
Iſolani, & Atillæ ejus uxoris, qui ad iſtum effe-
ctum donarunt omnia eorum bona prædictæ Ec-
10 cleſiæ; & licet tam de Bulla erectionis, quam de
donatione hujuſmodi conjugum, non habeamus
publicum documentum, quod poſſit videri per ex-
tenſum; tamen habemus atteſtationem Joſephi de
Breſcianis publici Hiſtorici Civitatis Cremonæ, cui
tanquam in facto antiquiſſimo, & in quo impoſ-
ſibile eſt, vel ſaltem difficile, reperiri poſſe Bul-
lam, & Inſtrumentum, pleniſſima fides adhibenda
eſt, ut in puncto, quod erectio Eccleſiæ probetur
in antiquis ex teſtimonio Hiſtoricorum, firmarunt
Purpurat. *in l.* 1. *ff. ſi certum petatur numer.* 156.
Gratian. *diſceptat.* 893. *num.* 6. *& ſequen.* Verall.
*deciſ.* 190. *par.* 2. Rot. coram Coccino *in Cæſar-
auguſtana Cathedralitatis deciſ.* 1867. *num.* 19.

Tanto magis, quia prædictus Hiſtoricus enun-
ciat Bullam Leonis cum die, menſe, & anno,
& narrat illius effectuationem pariter cum die,
menſe, & anno, mediante creatione, ſeu Con-
ſtitutione Præpoſiti, & octo Canonicorum, refe-
rendo in ſpecie ſingula eorum nomina, & co-
gnomina; & pariter narrat Inſtrumentum dona-
tionis dictorum conjugum, regiſtrando illius ver-
ba præciſa cum die, menſe, & anno cum præ-
ſentia teſtium, & Epiſcopi Ubaldi tunc viventis,
& cum nomine, & cognomine Notarii de do-
natione rogati, quæ omnia ſine dubio dicto ſcri-
11 ptori fidem augent, & veridicum eſſe teſtantur Fe-
lin. *in cap. ex parte numer.* 49. *verſ. & dum ſupra
de Reſcriptis*, Gutierez. *pract. lib.* 3. *cap.* 3. *nu.* 13.
Rot. *deciſ.* 290. *num.* 7. *poſt* 2. *volumen conſ.* Fari-
nac. & coram Cocino *d. deciſ.* 1867. *numer.* 19.
*&* 20.

Secundo concurrunt judicia, argumenta, & con-
jecturæ probantes concludenter ſtatum Collegiali-
tatis Eccleſiæ, tum ex teſtimonio ejuſdem Joſephi
de Breſcianis, qui in aliis libris per plures vices
inconcuſſe fecit mentionem de Collegialitate; tum
etiam ex pluribus traditionibus aliorum Hiſtorico- 12
rum communiter aſſeverantium, dictam Eccleſiam
fuiſſe Collegiatam, quibus ſane ſtandum eſt, cum
in hac materia ſufficiant etiam enunciativæ, mul-
to magis autem, quando habemus Hiſtoricos ex
profeſſo atteſtantes dictam Collegiatam, ad Text.
*in l.* 1. ibi — *a quibuſdam ſcriptoribus traditum eſt
ff. de offic. Præfecti Prætoris*, Bartol. *in §. nu.* 22.
*ubi* Alex. *num.* 34. *ff. ſi certum petatur.* Alex. *dict.
conſ.* 74. *num.* 4. *& conſ.* 75. *n.* 3. *lib.* 4. Merlin.
*d. dec.* 87. *n.* 15.

Rurſus, quia S. Homobonus tempore, quo vi-
vebat, aſſidue frequentabat hanc Eccleſiam, aſſi-
ſtendo Matutinis precibus, ut legitur in *Officio S.
Homoboni lect.* 4. *nocturn.* 2. *fol.* 7. *& in Bulla In-
nocentii III. ſupra relata*; unde aperte demonſtra-
tur, dictam Eccleſiam fuiſſe tunc temporis Colle-
giatam, dum ibi matutina officia recitabantur,
Decian. *conſ.* 6. *n.* 3. *& ſeqq. lib.* 2. Fuſc. *de viſit.* 13
*lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 4. Barboſ. *de Canon. cap.* 2. *nu.* 11.
*&* 18. Rot. *deciſ.* 584. *num.* 2. *par.* 4. *diverſ.* Mer-
lin. *d. deciſ.* 87. *num.* 10.

Quibus accedit, quod de anno 1522. ab hoſte
Gallico fuerunt expulſi de Civitate Cremonæ Ca-
nonici dictæ Eccleſiæ, ut narrat Joſeph de Breſcia-
nis *in Hiſtor. Civitatis Cremonæ fol.* 66. ubi de- 14
ſcribit nomina Canonicorum, qui fuerunt expulſi;
ſignum evidens, quod Eccleſia erat Collegiata,
dum ibi aderat Præpoſitus cum Canonicis, Gloſſ.
*in d. cap. ſtatutum in verb. Collegialitas de elect.
in* 6. Alex. *conſ.* 75. *num.* 2. *lib.* 4. Conrad. *in praxi
Benefic. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 55. Barboſ. *de Canonic.
cap.* 20. *num.* 14. Mantic. *deciſ.* 215. *ſub numer.* 1.
Rembold. *deciſ.* 376. *numer.* 10. Merlin. *deciſione
num.* 8.

Et denique, quia ipſe etiam ſtatus præſens de- 15
monſtrat, Eccleſiam fuiſſe Collegiatam, dum ho-
die adhuc in ea exiſtit Præpoſitus, qui regulari-
ter indicat, ſe fuiſſe caput Collegii, Gloſſ. *in dict.
cap. Statutum in verb. Collegialitas de elect. in* 6.
Conrad. *in prax. Benefic. libr.* 2. *cap.* 2. *num.* 41.
Rot. *deciſ.* 37. *num.* 10. *part.* 9. *recent.* concur-
rente tamen circumſtantia, quod antiquitus ſub eo 16
aderant Canonici tanquam membra, ut declarat
Conrad. jun. *de Benef. dict. lib.* 2. *cap.* 2. *ſub nu-
mer.* 57.

Hoc enim nomen Præpoſiti per ſe non impor-
tat ſignificatum Parochi, vel Plebani, licet, quan-
do eſt Parochus, adhuc retineat nomen Præpoſi-
ti; hoc enim ſuccedit ex quo cura animarum eſt
penes Collegium, & ſic exercetur per Præpoſi-
tum ejus caput, ut dicit Conrad. *in prax. Bene-
fic. libr.* 2. *numer.* 41. *&* 51. *& ſeqq.* Rot. *dict.
deciſ.* 37. *numer.* 10. *par.* 9. *recent.* & conſequen-
ter Præpoſitus proprie dicitur, ubi adeſt Colle-
giata.

Quantum ad ſecundam præmittenda eſt diſtin-
ctio communiter recepta per ſcribentes, quod vel
Collegialitas defecit in Eccleſia, & extincta re-
manſit, auctoritate Superioris cauſa cognita, & 17
tunc amplius non durat; quia ſicut Collegium e-
rectum fuit authoritate Superioris, ita & eadem
auctoritate potuit extingui & removeri; aut vero
defecit, & ceſſavit per aliquem caſum accidenta-
lem, veluti morte Canonicorum, vel oppreſſione
hoſtium, & ſimilibus: & tali caſu Collegialitas
ſemper durare cenſetur in habitu, etiam ſi non
fuerit in actu, vel uſu per quodcunque longiſſi-
mum temporis ſpatium, ut diſtinguit poſt Gloſſ.
*in capit. ſtatutum in verb. Collegialitas de elect. in*
6. *& in can. hoc diximus* 16. *quæſt.* 7. Alex. *conſ.*
75. *num.* 3. *& conſ.* 75. *num.* 5. *libr.* 4. Barboſ. *de
offic. poteſt. Parochi par.* 1. *cap.* 2. *ante nu.* 2. Rot.
coram Rembold. *deciſ.* 376. *n.* 10.

In præſenti Collegialitas Eccleſiæ non ceſſavit
auctoritate Superioris, ſed ex oppreſſione ho-
ſtium,

Digitized by Google

ſtium, qui de civitate Cremonæ fugam dederunt Canonicis actualiter exiſtentibus in dicta Eccleſia, ut teſtatur Joſeph de Breſcian. *in Hiſtor. ſuperius relata*; ideoque extincta non remanſit per ſpatium unius ſeculi, & ultra, ſed adhuc duravit, & perſeveravit in habitu, juxta elegantem doctrinam Baldi *in Margar. ad Innocen. loco repertor. in verbo*
18 *Civitas* ibi — *Civitas, Collegia, Eccleſia, omnia iſta poſſunt deſtrui auctoritate Superioris cauſa cognita, & tunc perdunt omnia privilegia Civitatis, & Collegii &c. Si autem de facto opprimatur a prædonibus, latronibus, vel tyrannis, &c. capiatur, & deſtruatur Monaſterium, Eccleſia, vel Civitas, tamen ſine ullo corpore materiali vivit quodam intellectu, & extat anima, ut ita dicam, ſine corpore, & retinet omnia Privilegia* &c. *& cetera Jura, quæ durabant habitu, reducuntur ad actum ipſo Jure &c. & eſt ratio differentiæ, quia, quando de Jure deſtruitur, titulus caſſatur, ſed facti calamitas titulum non aufert, nec nomen* — & fuit etiam doctrina Canoniſtarum in *cap. cum ex injuncto de nov. oper. nunciat. ſignanter* Innocent. *numer.* 2. *verſic. ſi autem ab hoſtibus*, Hoſtien. *numer.* 2. Panormit. *numer.* 4. Zabarell. *num.* 5. Fagnan. *numer.* 12. Cochier. *de Juriſdict. in exempt. par.* 3. *quæſt.* 20. *n.* 6. Gail. *obſervat.* 71. *per tot. lib.* 2. Suarez *de legib. lib.* 8. *cap.* 5. *num.* 7. *& ſeqq.* Antonell. *de loco legal. lib.* 1. *cap.* 3. *quæſt.* 7. *numer. & ſeqq.* Lother. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 198. *& libr.* 3. *quæſt.* 4. *n.* 60.

Quæ Doctrinæ loquuntur in fortioribus terminis, quando ſcilicet non ſolum eſſet deſtructum totum Collegium, itaut nullus ex Collegialibus ſupereſſet; ſed etiam quando ipſa Eccleſia materialis funditus deſtructa fuiſſet, quo caſu adhuc vivit quodam intellectu, & quaſi anima ſine corpore, *ut ait* Bald. *in Margarita, ubi ſupra*; quanto magis igitur in caſu noſtro dicendum erit, antiquam Collegialitatem ſemper duraſſe, & vixiſſe, quando hodie ſupereſt Eccleſia, ac Præpoſitus caput antiqui Collegii, in quo certum eſt, fuiſſe conſervatum totum Jus illius, ex recepta concluſione quod Jura Collegii remanent etiam in uno, & apud ipſum ſtat nomen totius Univerſitatis, ut firmat Text. *in l. Sicut §. in Decurionibus ff. quod cujuſque Univerſ. nomine*, ibi, *ſed ſi Univerſitas ad unum recidit, magis admittitur poſſe convenire, & conveniri, cum Jus omnium in unum reciderit, & ſtet nomen Univerſalitatis* — ſequuntur ibi Bartol. *numer.* 1. Bald. *numer. ceterique repetentes gloſſ. in capit.* 1. *in verb. duo de Elect. & in cap. nobis verb. in Conventuali de Jurepatronatus & in cap. Statutum in verb. Collegialitas de elect. in* 6. Innocen. *in cap. Poſtulaſti num.* 1. *de Jurepatron.* Lother. *de re benef. d. lib.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 169. Pax Jordan. *elucubrat. tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 5. *numer.* 8. Maſcard. *de probat. concluſ.* 583. *num.* 9. Rot. coram Rembold. *deciſ.* 376. *nu.* 10. *&* 11. & reſolvit S. Congregat. Concilii *ſub die* 20. *Aprilis* 1621. Teſte Aldan. *in compendio Canonic. reſolut. lib.* 1. *tit.* 7. *num.* 12. Barboſ. *in ſumm. Apoſtol. deciſ. in verb. Collegiata num.* 3. *& de offic. & poteſt. Parochi par.* 1. *cap.* 2. *numer.* 28. *& de Canon. & dignit. cap.* 41. *n.* 15. & in puncto Pignatell. *conſult.* 150. *n.* 4. *tom.* 9.

Quibus non contradicit auctoritas Bald. *in l. non ambigitur ff. de legib. ſub num.* 3. cujus verba ſunt, hæc — *Quæro numquid in uno Senatore, qui eſt hodie, reſideat hæc auctoritas, & videtur, quod ſic, quia Jura Collegii in uno reſident &c. in contrarium videtur, nam paria ſunt aliquid eſſe deſtructum de Jure, vel per rerum naturam; ſed Collegium Senatorum eſt deſtructum per rerum naturam, quia non eſt ſpes reparationis numeri; nam in deſuetudinem abiit, & ideo reintegratio, & formæ reſtitutio reputatur impoſſibilis &c. igitur eſt deſtructum Collegium; ergo Jura Collegii ſunt facta caduca &c. quia Collegium non eſt actu, ideſt exercitio, nec habitu, ideſt virtute, & eſſentia tacita, ſicut Eccleſia, quæ deſiit eſſe Collegiata per deſuetudinem, & non eſt Collegiata, nec actu, nec habitu, quia forma eſt omnino mutata, & nova conſuetudo, non antiqua inſpicitur* — ſequitur Fagnan. *in cap. de multa de præbend. nu.* 44. *verſic. conferre etiam*,

Procedit enim præallegata Baldi doctrina, ubi Collegium eſt deſtructum per deſuetudinem, & rerum naturam, ita, & taliter, quod non ſit amplius ſpes reparationis numeri, loquendo de antiquo Senatu Romano, qui hodie abiit in deſuetudinem, dum adeſt unus tantum Senator Urbis; & in quo, dicit, non reſidere actoritatem, quam præbet Text. *in dicta l. ambigitur*, circa Jus faciendum, & conſequenter nullo modo applicatur ad caſum præſentem, ubi agitur de Collegio deſtructo, non quidem per deſuetudinem, & rerum naturam, ſublata ſpe reparationis numeri, ſed per oppreſſionem hoſtium, quæ non potuit deſtruere Collegialitatem in habitu; & ratio differentiæ inter utrunque caſum eſt apertiſſima; Quippe deſtructio Collegii per deſuetudinem, ſeu rerum naturam, æquiparatur deſtructioni factæ de Jure, & auctoritate Superioris, ut ait Baldus; & propterea bene ſentit, Eccleſiam per deſuetudinem non eſſe Collegiatam, nec actu, nec habitu, ex quo deſuetudo ſeu rerum natura poteſt deſtruere etiam habitum, ſicut ipſa auctoritas Superioris; diverſum eſt autem in deſtructione Collegii, quæ ſuccedit ex hoſtium oppreſſione, quæ non poteſt deſtruere Collegium in habitu; idque procedit etiamſi, deſtructo Collegio ex hoſtium invaſione, Eccleſia poſtea longo tempore remaneat ſimplex, ſeu abſque ſtatu Collegialitatis, quia talis deſuetudo Collegii proceſſit ex illa radice oppreſſionis hoſtium, & ſic ex titulo inhabili ad deſtruendum Collegium etiam in habitu, qui proinde, attento hoc principio vitioſo, deperdi non potuit per quencunque longiſſimum temporis decurſum, cum talis deſuetudo uti introducta in ſequelam tituli inhabilis, & vitioſi, ſcilicet oppreſſionis hoſtium, ad ejus limites ſit regulanda, nec plus importare valeat, quam ipſe titulus vitioſus; unde ſicut hoſtium violentia non potuit deſtruere Collegium, niſi in actu, ubi valet factum de facto, non autem in habitu, ubi valet factum de Jure; ita nec obſervantia poſt dictam oppreſſionem hoſtium ſubſecuta, Rot. *dec.* 29. *num.* 58. *verſic. quando poſſeſſio eſt uniformis titulo par.* 7. *Recent.* Bald. *conſ.* 439. *num.* 11. *&* 13. *lib.* 3.

Et in hoc caſu dicitur ſemper adeſſe ſpes reparationis ipſius Eccleſiæ deſtructæ ab hoſtibus, ejuſque numeri Collegialis, & reductionis Collegii ad actum, quæ ſemper de Jure fieri poteſt, ut infra exponam *ſub n.* 24. Ita, & taliter, quod ſiquis obtineat Canonicatum Eccleſiæ Collegiatæ, quæ fuerit per bellicas irruptiones deſtructa, propter hanc ſpem probabilis ejus reparationis reſidentia requiſita per Canonicatum non ſit judicanda habitualis, ſed actualis, & propterea ille cenſeatur incompatibilis cum alio Beneficio reſidentiali, ut firmavit Roy. *in Maguntina Canonicatus* 1. *Julii* 1697. coram R. P. D. Olmo, *de qua infra num.* 30. *&* 33. quod tamen videtur intelligendum, ubi adeſt ſpes probabilis, ſed proxima reparationis; tunc enim verum eſt, quod cenſetur uti Collegiata actu, ſeu perinde ac ſi foret jam conſtructa, & in eſſe ſuo exiſtens; ſecus ubi ſpes non eſſet proxima, ſed remota, ut probat Fagnan. *in cap. de multa de Præben.* in eadem deciſione *Maguntina* allegatus, qui ibidem *num.* 47. *verſic. ad hanc* ſe remittit ad ejus commentarium *in cap. extirpanda §. qui vero de Præben.* ubi *numer.* 48. facit iſtam diſtinctionem, allegando Collectarium *in d. cap. de multa numer.* 6. *alios antiquioris*.

Neque in contrarium conſiderari poteſt, quod Eccleſia poſt amiſſam actualem Collegialitatem ex oppreſſione hoſtium remanſerit in ſimplici ſtatu Parochialis, itaut exinde inferatur, hanc novam, diverſam, & minorem qualitatem deſtruxiſſe ipſo Jure illam Collegialitatis etiam in habitu, appli-

cando

cando Bald. *in d. l. non ambigitur ubi ſupra* in ultimis verbis.

Sive quia Parochialitas non fuit qualitas ſuperveniens poſt Collegialitatem, ſed vel anterior, vel contemporanea cum iſta, ut teſtatur Hieronym. Ballador. *in libro infraſcripto il Traficante celeſte cap. 21. fol. 195.* ibi — *Era in quei tempi la Chieſa di S. Egidio Parochiale di S. Homobono Collegiata* — itaut dici non poſſit, quod Parochia extinxerit Collegium, dum aderat ſimul cum ipſo
20 Collegio, ſive etiam quia ſtatus Parochialitatis anterior, ſive poſterior, non eſt contrarius, neque incompatibilis cum ſtatu Collegialitatis, cum una eademque Eccleſia poſſit ſimul eſſe Collegiata, & Parochialis, neque una qualitas aliam deſtruat, ſed ſeſe invicem compatiatur, & infinitæ Collegiatæ hodie in orbe Chriſtiano ſunt etiam Parochiales, ut dicunt Felin. *in cap. in noſtra nu. 4. de reſcript.* Vivian. *in praxi Juriſpatron. lib. 3. cap. 1. n. 17.* Conrad. *in praxi beneſ. lib. 2. cap. 2. n. 50.* Geminian. *conſ. 132. verſic. ex hoc ergo*, Rota coram Rembold. *deciſ. 376. n. 5.* & coram Merlin. *deciſ. 87. n. 16.* & coram Bich. *d. 665. n. 44. & 45.*

Regula eſt enim in hac materia, ut quando conſtat ab initio de ſtatu Collegialitatis, de Jure præſumatur continuatio, niſi contrarium plene,
21 & concludenter oſtendatur; cumque propterea in caſu iſto probetur antiquus ſtatus Collegialitatis Eccleſiæ ab anno 1049. uſque ad 1522. & ſic per ſpatium fere quinque ſeculorum, inde ſequitur, ut in poſterum eadem Collegialitas continuata præſumatur, Natt. *conſ. 572. n. 10. lib. 3.* Rot. *dec. 419. n. 1. par. 1. recent.* & in terminis coram Bich. *dec. 664. n. 7.* & coram Rembold. *dec. 376. num. 1.*

Maxime, quia nullum exhibetur Pontificium Diploma deſtructivum Collegialitatis ad hunc effectum
22 omnino neceſſarium, ut dicunt allegati *nu. 17. & 18.* & firmat Bich. *d. deciſ. 665. n. 8.*

Neque enim ſufficit, Eccleſiam fuiſſe collatam per Papam tanquam Parochialem, ſi forte hæc cir-
23 cumſtantia corruit, quia non præſumitur, Papam voluiſſe vertere ſtatum Collegialitatis, non habita ſcientia ejuſdem Collegialitatis, cum proviſiones Apoſtolicæ regulariter non mutent ſtatum, ut in præciſis terminis noſtris firmat Rembold. *dec. 376. n. 2. & 5.* Merlin. *dec. 87. n. 15.*

Quantum ad tertiam dico, declarationem Col-
24 legialitatis poſſe fieri a quocunque Judice ordinario Curiæ Eccleſiaſticæ; quia declaratio non eſt nova erectio Collegiatæ, ſed mera, ac ſimplex detectio ejus, quod ineſt in Eccleſia, ſicut videmus in eo, qui excutit grana a ſpicis, ut inquit Cardinalis de Luc. *de dot. diſcurſ. 134. n. 7.* per Text. *in l. adeo ff. de acquiren. rer. dominio l. ſicut §. ſed ſi quæritur ff. ſi ſervitus vindicetur l. qui ſe dicit ff. de Judiciis*, Royas *dec. 94. n. 29.* Rot. *in Monaſterien. Canonicatus 29. Novembris 1688. §. cumque*, coram R. P. D. Molines.

Et dicit Bald. *in Margarit.* ad Innoc. *verb. Civitas ubi ſupra*, quod Jura, quæ durant habitu, reducuntur ad actum ipſo Jure, & Fuſcus *de viſitat. d. lib. 2. cap. 1. n. 2.* hæc ait — *Et dicimus, habitum quotidie poſſe ad actum reduci*, & in ſpecie Alex. *d. conſ. 74. num. 2.* dicit, quod reductio ad actum ſive nova auctoritate poteſt contingere; ex quibus dictis manifeſte apparet, & aſſequimur, dictam declarationem poſſe fieri per Judicem; quia ſi illa fit *ipſo Jure*, ut ait Bald. ergo fieri poteſt per Judicem executorem *Juris*: ſi *quotidie* fieri poteſt reductio ad actum, ut ait Fuſc. ergo per Judicem fieri poteſt, qui communiter, & *quotidie* juſtitiam facit, nec requiritur auctoritas Papæ, quæ quotidie haberi non poteſt: ſi denique reductio ad actum contingere valet *ſine nova auctoritate*, ut ait Alex. ergo non requiritur nova authoritas Papæ, ut de ſe patet.

Et faciunt *Deciſiones* Rotæ *in Cæſaraugustana Cathedralitatis* coram Coccin. *deciſ. 1867.* & coram Bich. *deciſ. 665.* in quibus Sac. Rota tanquam Judex declaravit antiquam Cathedralitatem Eccleſiæ S. Mariæ del Pilar, non obſtante, quod iſta permanſiſſet in ſtatu Collegiatæ per plura ſecula, immo non obſtante, quod Eccleſia S. Salvatoris in eadem Civitate eſſet Cathedralis, & in puncto, quod Ordinarius valeat reducere ad actum Collegiatam habitualem tenere videtur, licet ſuboſcure, Fuſ. *de viſit. d. lib. 2. cap. 1. n. 3. in fine.*

Quantum denique ad quartam, & ultimam inſpectionem Reverendiſſimus Epiſcopus faciet inſtructionem Judicii, mediante ejus Promotore Fiſcali, qui comparere debebit coram Vicario generali, citato moderno Præpoſito Eccleſiæ, & mediante libello, faciet inſtantiam pro declaratione, & reſti- 25
tutione Collegialitatis, enarrando in eo, quod fuit erecta Eccleſia S. Ægidii in Collegiatam per S. M. Leonem IX. de anno 1049. ex redditibus, & bonis donatis Eccleſiæ per Iſolanum, & Atillam conjuges; quodque Collegialitas duravit uſque ad annum 1522. & quod in poſterum ceſſavit in actu per expulſionem Canonicorum factam ab hoſte Gallico, & faciet probationes, mediantibus traditionibus, & fidibus Hiſtoricorum ſupra relatis in narrativa facti una cum Bulla Innocentii III. & officio proprio Sancti Homoboni, & ſervatis ſervandis, Vicarius pronunciabit per ſententiam, in qua ita in ſubſtantialibus dicere poterit — *Dicimus, pronunciamus, declaramus, ac definitive ſententiamus, Eccleſiam SS. Ægidii, & Homoboni fuiſſe antiquitus Collegiatam, & propterea reſtituimus, & reintegramus ad antiquum ſtatum Collegiatæ, & pro tali impoſterum habendam, & tenendam eſſe declaramus &c.* cum aliis verbis in formula ſententiarum apponi ſolitis.

Quæ ſententia tranſire debebit in rem judica- 26
tam per lapſum decennii, vel expreſſam acceptationem Præpoſiti, & facto tranſitu ſententiæ in rem judicatam, in illius executionem pro reductione Collegialitatis ad actum poterit Reverendiſſimus Epiſcopus in Eccleſia conſtituere, & erigere quot voluerit Canonicatus, advertendo ta- 27
men, quod de neceſſitate tenebitur conſtituere ad minus tres Canonicos, alias Eccleſia dici non poſſet Collegiata habitu, & actu, ad Text. *in l. Hæreticus ff. de verbor. ſignificat.* Gloſſ. *in capit. 1. in verb: duo de elect. & in cap. nobis in verb. in Conventuali de Jurepatron.* Pax Jordan. *elucubrat. to. 2. lib. 7. tit. 5. n. 8.* Maſcard. *de probat. concluſ. 584. n. 9.* Fuſc. *de viſitat. d. lib. 2. cap. 1. n. 2.* Barboſ. *de Canonic. & dignit. cap. 2. n. 12.* Merlin. *dec. 87. n. 8.* Rot. *d. 225. n. 13. par. 19. recent.*

Addendo, quod ſi forte Reverendiſſimus Epiſcopus non potuerit conſtituere, & erigere tres Canonicatus in Eccleſia, eſſet remedium conſtituendi duos tantum, & declarandi Præpoſitum in Cano- 28
nicum, retento tamen officio Parochi; quia certa eſt concluſio, quod ad eſſe Collegii non requiritur, quod ibi adſit Prælatus, ſeu Præpoſitus, ut originaliter tradidit Innoc. *in cap. cum non ignores n. 1. de Præben.* ibi — *Licet non habeant Prælatum, tamen ſunt Collegium, quia ad eſſe Collegii non exigitur, quod ibi ſit Prælatus.* Sequuntur hoc dictum *Panorm. ibidem n. 6.* Felin. *in cap. ex literis n. 5. de conſtit.* Lambertin. *de Jurepatron. par. 1. lib. 2. quæſt. 6. ſub n. 11. circa finem verſic. nam Eccleſia poteſt eſſe Collegiata*, Lother. *de re benefic. libr. 1. q. 14. n. 81.* Conrad. *in prax. Benefic. lib. 2. cap. 2. nu. 57. ubi concordantes, & bene* Rot. *deciſ. 225. n. 12. par. 19. recent.*

Bene verum eſt, quod in hoc adeſſe poterit maxima contradictio Præpoſiti, qui nollet eſſe æqualis cum aliis, quando in præſenti reperitur ſolus, & caput, maxime quia erectio in Collegiatam facta fuit cum capite; unde circa hoc nihil certum affirmari poteſt, ſed relinquendum prudentiæ, & judicio Rev. Epiſcopi, qui poterit conſulere huic negotio, prout magis opportunum exiſtimabit, & magis expeditum.

R. P. D.

Digitized by Google

## R. P. D. DELL' OLMO.

### Moguntina Canonicatus,

*Luna prima Julii 1697.*

REſponſum fuit, procedendum eſſe ad legitimam executionem literarum Apoſtolicarum Nicolai, quia iterum juſtificatus videbatur modus va-
29 cationis in eis expreſſus, ſuper quo unice reſidet articulus controverſiæ, quod nimirum Joannes Petrus, nulla intercedente Apoſtolica diſpenſatione, retineret duo incompatibilia, Canonicatum nempe cum Decanatu in Collegiata Eccleſia S. Andreæ Vvormatienſis, & alterum Canonicatum Collegiatæ Eccleſiæ S. Bartholomæi Françofurti ad Mænum, quorum uterque cum perſonalem, & præciſam requireret reſidentiam, juxta apertam ſanctionem Sac. Concilii Trident. *in cap. 12. ſeſſ. 24. de Reformat.* & ibidem relatis concordantibus obſervat Barboſ. *in annotatione numer.* 53. *& ſeqq.* per non dimiſſionem primi intra bimeſtre a die adeptæ poſſeſſionis ſecundi inducta fuit ipſo Jure utriuſque vacatio, tam ex antiquioris Juris determinatione *in cap. de multa de Præbendis, & in extravaganti Execrabilis §. Si vero deinceps eodem Titulo,* quam ex noviſſima S. Concilii Tridentini *in cap. 5. ſeſſ. 7. & cap. 17. ſeſſ. 24. de reformat.* plene Fagnan. *in cap. referente ſub num.* 8. *& in dicto cap. de Multa num.* 8. *&* 25. *de Præbendis,* Rota *in Colonien. Paſtoratus* 13. *Januarii* 1687. §. *Aut allegatur, &* 26. *Junii* 1688. §. *De non Jure,* coram R. P. D. meo Molines; & ceteris adductis, probat *deciſio cauſa edita in ſuperiori Inſtantia 6. Aprilis anni præteriti §. Qualitates autem,* coram Reverendiſſimo Decano.

Neque incompatibilitas prædictorum Canonicatuum a Jure Conciliari inducta excludi iterum viſa eſt, vel in univerſum ex generali contraria conſuetudine Germaniæ retinendi plures Canonicatus, & Præbendas reſidentiales in diverſis Cathedrali-
30 bus, & Collegiatis, de qua Amayden. *de ſtylo Dataria lib.* 1. *cap.* 17. *ſub num.* 26. *&* 29. Layman. *oper. moral. lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 6. *num.* 2. *& c.* 8. *ſub n.* 6. *in fin.* Enric. Peyrin. *in compend. jur. Canon. lib.* 3. *tit.* 4. §. 3. *& lib.* 3. *tit.* 5. §. 5. *ſeſſ.* 5. *in fin.* Claud. Puritan. *de redit. Eccleſ. quæſt.* 3. *verſ. quare, & q.* 6. *per tot.* vel ex particulari Statuto Eccleſiæ S. Andreæ Vvormatiæ, per quod dicebatur requiſita ſolummodo reſidentia cauſativa, non autem præciſa, & perſonalis incompatibilitatis inductiva, Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 15. *numer.* 20. *& ſeqq.* Pax Jordan. *elucubrat. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 28. *num.* 16. *& ſeqq.* Rot. *deciſ.* 483. *numer. primo, & ſeqq. par.* 1. *diverſ. & dec.* 13. *num.* 4. *& ſeqq.* coram Bichio; vel demum, quia destructa per bellicas irruptiones hæc Collegiata Eccleſia, reſidentia perſonalis redacta fuerit ad ſtatum impoſſibilis implementi, ita ut illius Canonicatus, habitu duntaxat, non actu reſidentiales, deſierint eſſe incompatibiles cum altero vere reſidentiali, Barboſ. *de offic. Parochi par.* 1. *cap. primo numer.* 50. *&* 51. Rot. coram Bichio *deciſ.* 198. *numer.* 50. *& in recent. deciſ.* 341. *num.* 3. *&* 4. *par.* 15.

Quandoquidem contra prædictam generalem conſuetudinem Germaniæ duplex occurrit reſponſio; Altera, quod illa minime probatur cum ſuis requiſitis legitime præſcripta ex auctoritatibus in contrarium laudatis; tum quia excepto Amayden. qui etiam fatetur loqui contra ſenſum Rotæ in *deciſ.* 600. coram Manzanedo, quam refert per extenſum, ceteri non excludunt, quin requiratur Apoſtolica diſpenſatio, quam paſſim concedi in Ger-
31 mania obſervat Cochier. *ad regul. Cancell.* 51. *de diſpenſat. num.* 5. *&* 6. ex rationibus, quas affert Card. Palavicinus *in Hiſtoria ad Concil. Trident. lib.* 24. *cap.* 12. *num.* 17. *circa fin.* Fagnan. *in cap. dudum numer.* 29. *de elect.* Tum quia contrarium aperte convincunt tot reſolutiones noſtri Tribunalis, quod nunquam retentionem plurium Canonicatuùm in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis Germaniæ; tam ſub eodem, quam ſub diverſo tecto admiſit, niſi Apoſtolica præceſſerit diſpenſatio, & utranque, tam Juris communis, quam Sac. Concilii Tridentini, diſpenſationem ſervari in illis partibus præſuppoſuit, ut præter deciſiones allegatas in *præterita deciſione §. Et quidem;* patet ex noviſſime firmatis *in dicta Colonien. Paſtoratus* 13. *Junii* 1987. *&* 28. *Junii* 1688. coram R. P. D. meo Molines, *& in Colonien. Canonicatus* 19. *Junii* 1693. §. *Nec,* Bernardus coram eodem. Et ex his promanat altera reſponſio, quod videlicet conſuetudo prædicta etiam probata non relevaret, & ſumma quidem ratione, cum illam prorſus inficiat Concilium *in dicto cap.* 12. *ſeſſ.* 4. itaut nec attendi immemorabilem ex mente Sac. Congregationis Concilii præter allegatos in *præcitata deciſione §. Nec ad evitandam,* firmat Fagnan. *in capit. cum omnes nu.* 31. *& ſeqq. de Conſtit.* quem refert, & ſequitùr modernus Pignatell. *Conſult. Canon.* 144. *n.* 9. *&* 10. *& Conſult.* 115. *n.* 11. *tom.* 9.

Non item officit particulare Statutum Eccleſiæ 32
S. Andreæ; Tum quia ex eo, quod prohibeat Canonicis non reſidentibus medietatis fructuum perceptionem, cum non loquatur per verba taxativa, non exinde ſublata videtur Juris diſpoſito pœnam privationis ſuper inducens; Quicquid ſecus eſſet, ſi verſaremur in ſimplicibus Capellaniis ſub Conciliari ſanctione non venientibus, quæ, ſecluſa peculiari lege fundationis ex univerſali conſuetudine, reſidentiam non requirunt, & de his loquuntur *Authoritates in objecto allegata,* & dictum fuit *in Valentina Beneficii ſuper gratia ſubrogationis* 17. *Februarii anni præteriti §. Nec obſtat,* coram Me; Tum etiam, quia cum diſpoſitio Conciliaris inducens præciſam, & perſonalem reſidentiam in Canonicatus Collegiatatum deroget, ut præfertur, cuicunque Statuto, vel conſuetudini in contrarium, conſequens fit, ut, præciſa lege in limitatione fundationis adjecta quam unice eſſe attendendam advertit Card. de Luc. *in annotat. ad Concil. diſc.* 4. *ſub n.* 12. illud minime attendi debeat, niſi oſtendatur, fuiſſe Apoſtolica auctoritate in ſpecifica forma, & ex certa ſcientia confirmatum, Fagnan. *in cap. licet n.* 62. *de Præben.*

Potiſſimum vero, quia contra aſſertam diſpoſitionem ſtatutariam ſtat propria ejuſdem Joannis Petri confeſſio, qui monitus a Capitularibus Eccleſiæ Collegiatæ S. Bartholomæi, ut vel dimitteret primo dictum Canonicatum, vel deſuper Apoſtolicam impetraret diſpenſationem, hanc ſe impetra- 33
turum ſpopondit; Factum enim hoc, nedum adverſatur utrique, & generali, & particulari conſuetudini in contrarium, verum præterea excludit eam bonam fidem, per quam pœnalem privationem a Jure inductam declinare potuiſſet, ut bene proſequitur *præterita deciſio* Reverendiſſimi Decani §. *Demum.*

Devaſtatio denique prædictæ Collegiatæ, ex qua 34
inferebatur, reſidentiam evaſiſſe habitualem, non relevat, dum adhuc effulget ſpes illius probabilis reparationis ad late deducta per Fagnan. *in d. cap. de mulcta n.* 44.

Præterea fruſtra repetebat Joannes Petrus pro evitanda vacatione in literis Nicolai expreſſa, quod non probetur ipſum poſſediſſe utrunque Canonicatum cum actuali fructuum perceptione, quinimo id aperte excludatur, ex quo paucos, quos ex priori percepit, in Eccleſiæ Beneficium erogaverit; Poſſeſſio vero ſecundi interverſa fuerit per litem cum Capitulo habitam; quoniam perceptio fructuum primi probata remanet ex hoc ipſo, quod illos in pios uſus impendit, & ex eorum modicitate, quemadmodum Canonicatus ab annexo onere reſiden- 35
tiæ non evaſit exemptus, ut relatis reſolutionibus *S. Congregationis Concilii* obſervat Pignatell. *Conſult. Canon.* 215. *n.* 8. *& ſeqq. to.* 9. ita nec tollitur illius incompatibilitas cum altero, Fagn. *in c. ſuper inordinata*

dinata

*nata n.* 8. *de Praben.* Lis autem ſuper ſecundo non probatur ex informibus documentis, & probata non relevaret, uti percutiens ſuſpenſionem fructuum, poſtquam jam præcedenter fuerat inducta vacatio, ut jam obſervat *prædicta deciſio* Reverendiſſimi Decani §. *Minuſque relevabat.*

Et ita abſque eo quod opus fuerit deſumere vacationem reſultantem, ex quo Joannes Petrus in nova proviſione controverſi Canonicatus S. Bartholomæi mentionem non fecerit, tam prædicti
36 Canonicatus S. Andreæ, quam alterius ab ipſo pariter obtenti in Collegiata S. Leonardi, per Text. *in cap. ſi motu proprio & cap. non poteſt de Præben. in* 6. Rota *in Valentina Vicariæ* 7. *Junii* 1694. coram Reverendiſſimo D. meo Decano, reſolutum fuit, utraque parte audita.

## PENNEN. ET HADRIEN.

## *PRÆNOMINATIONIS,*

PRO

Capitulo, & Civitate Pennen.

CUM

Capitulo, & Civitate Hadrien.

## ARGUMENTUM.

Unitis duabus Eccleſiis Cathedralibus, quoad Prælatum duntaxat, in Bullis proviſionis Apoſtolicæ de Epiſcopo prænominandam eſſe Eccleſia digniorem, & antiquiorem, plene hic ſuſtinetur.

## *SUMMARIUM.*

1 *Quæſtio prænominationis reputatur gravis.*
2 *Series facti.*
3 *Triplex eſt ſpecies unionum in Jure, vide num.* 39. 41. *& ſeqq. &* 46.
4 *Ex quibus deſignetur unio æque principalis.*
5 *Hæc unio conſervat Eccleſias in ſuo primævo ſtatu.*
6 *Unitis duabus Cathedralibus, æque principaliter prænominatio debetur digniori, & antiquiori & n.* 43. *&* 45. *vide n.* 47.
7 *Et Epiſcopus reſidere debet in Eccleſia digniori.*
8 *Prænominatio debetur Eccleſiæ habenti Dignitatem antiquiorem.*
9 *Nec non Eccleſiæ Matrici ſupra filialem, & ſubditam.*
10 *Explicatur Rot. in VADEN. ET URBANIEN. prænominationis.*
11. *Alternativa ſervanda eſt circa functiones, & actus Epiſcopales, non in prænominatione quoad ſe ipſas in duabus Eccleſiis æque principaliter unitis, vide num.* 14. *&* 15. *& nu.* 20. *&* 40.
12 *Epiſcopus duarum Eccleſiarum æque principaliter unitarum ſi reſcribit, in reſcripto prænominare debet Eccleſiam Civitatis, ubi commoratur: ſed id procedit, ubi una Cathedralis non erat ante dignior altera.*
13. *Conceſſio ex gratia non extenditur.*
16 *Ex prænominatione alternativa unius & alterius Eccleſiæ in actibus Epiſcopalibus non valet argumentum ad alternativam in Proviſionibus, & Bullis Apoſtolicis.*
17 *Non poteſt argui ex caſu accidentali ad regulam certam.*
18 *Alternativa conceſſa ex certa cauſa non habet locum, ubi hæc deficit, vide n.* 48. *&* 49.
19 *Subrogatio non datur in qualitatibus, quæ ceſſant in actu ſubrogato.*
21 *Nulla melior interpretatio, quam quæ reſultat ex facto ipſiuſmet Pontificis, qui fecit actum interpretandum.*
22 *Obſervantia eſt illuminatrix omnium ambiguitatum.*
23 *Alternativa præſcribitur per* 40. *annos.*
24 *Centenaria fungitur vice Principis valentis tollere, & dare.*
25 *Eccleſia Pennen. in proviſionibus Apoſtolicis ſemper prænominata.*
26 *Dicitur centenaria, licet deficiant quatuor anni.*
27 *In ea non eſt neceſſe probare ſcientiam, & patientiam.*
28 *Dans executionem Bullis, in quibus adeſt ſuum præjudicium, dicitur illud approbare, & Juri ſuo renunciare.*
29 *Centenaria completa, actus contrarii ſubſequentes eam evertere nequeunt.*
30 *Attendi debet cedula conſiſtorialis, & non decretum.*
31 *Correctio poteſt fieri per ſolum miniſtrum, quando adeſt error clarus.*
32 *Miniſtro agere non valente aliquid abſque licentia Superioris poſt actum præſumitur licentia ad evitandum delictum.*
33 *In Secretaria Brevium dantur expeditiones juxta narrativam petentium.*
34 *Aſſertivæ in literis Apoſtolicis ad ſupplicationem partis non præjudicant tertio.*
35 *Novitas non eſt permittenda.*
36 *Reſolutio Sac. Congregationis Conciſtorialis in hac cauſa.*
37 *Eccleſia inferior erecta in Cathedralem mutat antiquum ſtatum, & num.* 38. *declara numer.* 44.
50 *Quod fit ex gratia, & urbanitate una vice non debet trahi in conſequentiam.*
51 *Alternativa conceſſa quoad actus Epiſcopales utrum extendatur ad prænominationem unius vel alterius Eccleſiæ in proviſionis Apoſtolicis, vide n.* 52. *uſque ad* 60.
61 *Bulla proviſionum expediuntur ad formam cedulæ Conciſtorialis.*
62 *Votum D. Secretarii Sac. Congregationis Conciſtorialis in hac cauſa, & numer.* 63. *uſque ad* 75.
65 *Prænominatio debetur Eccleſiæ antiquiori, & num.* 66.
67 *Quatuor locis regiſtrantur decreta proviſionum Eccleſiarum.*
68 *Deciſio Sac. Rotæ in Vaden. ſeu Urbanien. prænominationis uſque ad n.* 82.
83 *Breve Gregorii XIII. ſuper præcedentia Capituli Pennen.*
84 *Decreta, & cedulæ proviſionum Eccleſiarum Viterbien, & Tuſcanen.*
85 *Decreta Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, necnon Concilii Tridentini ſuper alternativa functionum Epiſcopalium in utraque Eccleſia Pennen. & Adrien. & nu.* 86. *uſque ad* 90.

## DISCEPTATIO IX.

QUæſtio iſta prænominationis non levis eſt momenti, cum per eam dignoſcatur majoritas unius Eccleſiæ ſupra alteram, & injurioſum
exiſtimetur, quod inferior præcedat in ſubſcriptio- 1
ne Superiori, unde notavit Tacit. *lib.* 3. *Annal.* apud Davanz. *num.* 59. quod Tiberius ipſam quoque matrem occultis odiis proſecutus eſt, ex quo ipſa filii nomen ſuo poſtſcripſerat *ibi: Inter matrem filiumque &c. occultis odiis, neque enim multo ante, cum haud procul Theatro Marcelli, effigiem Divo Auguſto Julia dicaret, Tiberii nomen ſuo poſtſcripſerat, idque ille credebatur ut inferius majeſtate Principis gravi, & diſſimulata offenſione abdidiſſe.*

Factum igitur hujus cauſæ eſt, quod fan. me. Innocentius IV. anno 1252. Eccleſiam Collegiatam S.

Mariæ

Mariæ Hadriæ, quæ tunc erat de Diœceſi Pennenſi in Epiſcopalem erexit, eamque ſimul ac ipſam Eccleſiam Pennenſem antiquiſſimam Cathedralem univit æque principaliter, ut nempe ambæ mane-
2 rent ſub unico Prælato, qui utriuſque Eccleſiæ Epiſcopus nominari deberet, præſervando eiſdem Eccleſiis ſic unitis illibata omnia earum Jura, quibus noluit in aliquo præjudicare, ſolumque ordinavit per viam gratiæ ſpecialis, quod ad effectum reddendi locum Hadriæ inſignem, Eccleſia Hadrienſis eſſet præferenda in ſcripturis, quando ibi Epiſcopum reſidere contingeret; per contrarium vero præferenda eſſet Eccleſia Pennenſis, ubi ille iſtic reſideret, ut ex Bulla prædicti Innocentii relata per Ughellium *in Italia Sacra tom. 1. lit. P. fol.* 41. repetita in Brevi ſan. mem. Gregorii XIII. de quo *infra n.* 83.

Ab inde citra in proviſionibus Apoſtolicis dictarum Eccleſiarum, & expeditionibus Bullarum deſuper factis uſque ad annum 1684. fuit ſemper primo loco nominata Eccleſia Pennenſis mediante intitulatione ibi *Pennen. & Hadrien.* ut in Bullis Urbani IV. & Benedicti XII. regiſtratis apud Ughell. *ubi ſupra*; qui etiam refert alias proviſiones earundem Eccleſiarum de anno 1370. 1382. 1551. 1561. 1568. & 1572. cum ſimili prænominatione *Pennen. & Hadrien.* prout etiam in Concilio Lateranen. ſub Leone X. ac in Concilio Tridentino deſcribitur Eccleſia Pennenſis cum ſola ipſius denominatione *Pennen.* & ſic pariter recognitis regeſtis decretorum Conſiſtorialium, & cedularum exiſtentium apud Eminentiſſimum Summatorem ab anno 1551. uſque ad 1648. in omnibus præponitur Eccleſia Pennenſis.

Cum autem de his Eccleſiis proviſus fuerit R. P. D. Fabricius Maffeus, & in Brevi expedito pro capienda poſſeſſione compertum fuerit, prænominatam eſſe Eccleſiam Hadrienſem, Capitulum, & Civitas Pennenſis pro conſervatione ſuæ antiquæ præeminentiæ recurſum habuerunt ad Sanctiſſimum ſupplicantes, ne in expeditione Bullarum prænominaretur Eccleſia Hadrienſis, ſed ſervaretur ſolitum; & remiſſo ab R. P. D. Auditore Sanctiſſimi negotio ad Sacr. Congregationem Conſiſtorialem diſputatum fuit infraſcriptum dubium, nempe, *An, & quæ Eccleſia Cathedralis in præſenti caſu expeditionis Bullarum Epiſcopatus ſit prænominanda, & an impoſterum ſit ſervanda alternativa.*

Quod dubium ſcribens ego pro Civitate, & Capitulo Pennenſi non aliter, quam favore Eccleſiæ Pennenſis, tam in præſenti expeditione, quam in futuris excluſa prætenſa alternativa reſolvendum omnino dicebam, ſive attendatur diſpoſitio Juris communis, & Sacrorum Canonum, ſive Bulla unionis ſan. mem. Innocentii IV. & literæ aliorum Summorum Pontificum, ſive demum obſervantia, ſeu conſuetudo centenaria ſubſecuta.

Et quidem ex diſpoſitione Sacrorum Canonum Eccleſiæ Pennenſis perpetuo & ſine ulla alternativa debitam eſſe dicebam controverſam prænominationem ſupra Hadrienſem, non obſtante unione utriuſque Eccleſiæ æque principaliter facta; ad quod aſſequendum, & pro tollendis æquivocis præmittebam, quod in Jure noſtro uniones Eccleſiarum in triplici differentia contingunt, quarum prima eſt *acceſſoria*, & ſubjectiva, ubi videlicet Eccleſia inferior alteri majori ſubjicitur, & incorporatur; & hoc caſu hujuſmodi Eccleſia ſic unita perdit ſuas prærogativas, eaſque acquirit, quæ
3 reperiuntur in Eccleſia principali, cui unita eſt. Secunda dicitur unio promiſcua, ſeu *incorporativa*, ubi ſcilicet una Eccleſia non unitur alteri acceſſorie; ſed ambæ ſimul, & æque principaliter incorporantur, ita ut de duabus Eccleſia una duntaxat efformetur, & in unum corpus coaleſcat, & in hac unione commiſcentur, & communicantur ad invicem jura, prærogativæ, & privilegia utriuſque. Tertia demum unio eſt illa, quæ nuncupatur ſimpliciter *æque principalis*, quando ſcilicet duæ Eccleſiæ uniuntur quoad Prælatum duntaxat, ut ille ſit utriuſque Eccleſiæ caput, & gubernator; & in iſto caſu nulla fit confuſio, & incorporatio inter Eccleſias ſic unitas circa jura, privilegia, & præeminentias; ſed quælibet in primævo honore, & ſtatu conſervatur, ita declarando materiam, & omnes relatos tres caſus diſtinguendo, docuit Gloſ. celeberrima *in cap. novit. in verb. uniendo ne ſede vacante, & in Can. & temporis qualitas* 16. *q.* 1. & late ſcribunt Gonzal. *in cap. ſicut unire num.* 3. *de exceſſ. Prælat.* Azor. *inſtit. moral. par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *quæſt.* 2. Pax Jordan. *lucubrat. Canon. tom.* 2. *libr.* 10. *tit.* 32. *numer.* 7. *& ſeqq.* Sanchez *ad præcept. Decal. libr.* 7. *cap.* 29. *numer.* 146. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 5. §. 7. *num.* 27. *& ſeqq.* Caſtropal. *oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13. *de Benefic. diſput.* 6. *punct.* 12. §. 1. *numer.* 3. *& ſeqq.* Filiuc. *oper. moral. tom.* 3. *tract.* 41. *cap.* 3. *numer.* 121. Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 16. *numer.* 5. *& ſeqq.* Turricell. *de union. cap.* 1. *num.* 1. *& cap.* 3. *numer.* 1. *& ſeqq.* Card. de Luc. *in Miſcel. Eccleſ. diſc.* 1. *n.* 38.

Hoc præmiſſo, planum eſſe inferebam ex diſpoſitione Juris prænominationem competere perpetuo, & privative ſoli Eccleſiæ Pennenſi, quippe unio Eccleſiarum, de quibus agitur, non eſt neque acceſſoria, nec incorporativa, itaut ad invicem confuſæ fuerint præeminentiæ, & antiqua jura; ſed eſt ſimpliciter æque principalis, dum Papa eas univit quoad Prælatum duntaxat, volendo quod jura utriuſque Eccleſiæ intacta ſerventur, ut ibi: *Ju- 4
ra ſua volumus illibata ſervari, quia per hanc unionem nolumus, eas in ſuis juribus pati aliquod præjudicium, vel jacturam*; per quod deſignari unionem ſimpliciter æque principalem tradunt prælegati, ſignanter Card. de Luc. *in Miſcellan. Eccleſ. diſt.* 1. *n.* 37. *&* 38. & concordat Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 27. *n.* 53. *&* 57. *cum ſeqq.* Caſtropal. *tract.* 13. *de Beneſ. ubi ſupra n.* 9. Rot. *in Provinciarum Ordinis B. M. de Mercede* 23. *Jan.* 1692. §. *tertio demum*, coram bon. mem. Emerix, ac etiam, quia Summus Pontifex voluit Epiſcopum ab utraque Eccleſia denominari, quod pariter indicat unionem æque principalem, ut dicunt Turricell. *de union. cap.* 3. *num.* 17. Rot. *dec.* 330. *in fin.* coram Cavaler. proindeque cum de natura hujus unionis æque principalis ſit conſervare Eccleſias unitas in eo ſtatu, in quo erant ante unionem, non per- 5
dendo, ſed retinendo privilegia, & prærogativas, ut prius, competentes, ut notat Card. de Luc. *d. diſc.* 1. *ſub num.* 38. ubi addit rationem, quod iſtæ Eccleſiæ cenſentur diſtinctæ inter ſe, & licet unus ſit earum Epiſcopus, tamen repræſentat duplicem perſonam, Bald. *in l.* 2. *n.* 5. *&* 2. *C. commun. de legat.* ubi, quod talis unio non eſt transfuſio unius corporis in aliud, ſed ſolum quædam alteratio quoad obedientiam, & regimen unius Præſulis, & ſequitur Pacian. *de probat. d. cap.* 27. *n.* 53. *&* 61. Pignatell. *conſult.* 135. *n.* 3. 4. *&* 6. *tom.* 9. Rot. *in Ampucien. ſeu Civitatem unionis* 29. *Junii* 1682. §. *indeque* coram bon. me. Urſino, *& in Provinciarum Ordinis B. M. de Mercede* 23. *Jan.* 1692. §. *unionum* §. *ſecundo & §. nec illa*, coram bo. me. Emerix, & in individuo hujuſmet unionis Eccleſiæ Pennenſis, & Hadrienſis tradit Luc. de Penna *in l. unica num.* 12. *verſic. item quia C. de Metropolit. Beryt. lib.* 11.

Inevitabiliter ſequitur, ut Eccleſia Pennenſis tan- 6
quam ante unionem habens prærogativam majoritatis, & ſuperioritatis in ordine ad Eccleſiam Hadrienſem, eandem retinuerit poſt unionem, & conſequenter ratione hujus prærogativæ, & majoris dignitatis, merito debet eidem Eccleſiæ Hadrienſi in denominatione præferri uti longe inferiori, & minori, ut generaliter Text. *in Can. Epiſcopus d.* 17. *& in cap.* 1. *de majorit. & obedient.* Franceſ. *de Eccleſ. Cathed. cap.* 33. *num.* 109. Cecopet. *lucub. Canonical. lib.* 1. *num.* 191. Caſſan. *in Catalog. glor. Mundi par.* 1. *conſider.* 17. Rot. *deciſ.* 229. *nu.* 7. apud Poſth. *de manuten.* Barboſ. *axiom.* 69. *num.* 1. Suff. *de inhibit. cap.* 1. §. 3. *n.* 13.

Et in

Ex impræcisis terminis noſtris, quod facta unione duarum Eccleſiarum æque principaliter, denominatio fieri debeat ab ipſa Eccleſia digniori, firmat Rebuff. *in prax. benef. titul. de union. n. 15. & 16.* ibi: *Tertio fit unio duarum Eccleſiarum, ut utraque remaneat Epiſcopalis &c. & tunc dicitur æque principalis utraque Eccleſia, ſed unus erit Epiſcopus &c. & tunc quælibet ſua habebit privilegia, & ſtatuta &c. & tunc nominatio a digniori fieri debet*; & quod iſta denominatio fieri debeat prælative ad nominationem alterius Eccleſiæ minus dignæ poſtſcribendo nomen Eccleſiæ inferioris, & præponendo nomen ſuperioris, tradit Gonzal. *ad regul. 8. gloſſ. 5. §. 7. num. 31.* ibi: *Sumitur denominatio prima a digniori*, & Franceſ. *de Eccleſ. Cathed. cap. 8. num. 368. & 369.* ubi teſtatur ita ſervari Epiſcopatu Calaguritano, & Calciatenſi, & Fagnan. *in cap. cum certum ſub num. 30. verſic. deinde de majorit. & obedient.* qui loquitur de ſimili controverſia orta inter Eccleſiam Valvenſem, & Sulmonenſem æque principaliter unitas: & propter eandem rationem majoritatis, Epiſcopus reſidere debet in Eccleſia digniori, ut tenent Gratian. *diſcep. 655. numer. 3.* loquens de Eccleſia Viterbienſi, & Tuſcanenſi, Vivian. *de Jurepatron. libr. 14. cap. 5. num. 28.* Rebuff. *de union. ubi ſupra numer. 11.* Sac. Congregatio Concilii apud Garziam *de beneficiis par. 3. cap. 2. num. 179. in reſpon. ad 14. & numer. 185.* Pignatell. *conſult. 135. num. 1. tom. 9.*

Majoritas autem, & dignioritas Eccl. Pennenſis ſupra Hadrienſem videtur incontrovertibilis, non ſolum quia Eccl. Pennenſis ante unionem erat Cathedralis, & quidem antiquiſſima uſque a temporibus Apoſtolorum, ut refert Gonzal. *in cap. qualiter 17. de elect. in verbo Pennenſi lit. A.* Ughell. *in Italia Sacra tom. 1. lit. P. fol. 41. & 48.* quando per contrarium Eccleſia Hadrienſis nunquam fuit Cathedralis ante unionem, ſed ſolum in actu unio-
8 nis erecta eſt in Epiſcopalem ab Innocentio IV. quo caſu ratione dignitatis antiquioris Eccleſiam Pennenſem eſſe in denominationem præponendam, ſcribit in puncto Fagnan. *in allegato cap. cum certum ſub n. 30.* ibi: *Præcederet Eccleſia Valven. quippe quæ prius erat Cathedralis, & caput totius Epiſcopatus*, & generaliter, quod præcedentia debeatur Eccleſiæ habenti dignitatem antiquiorem, docet Gloſſ. *in can. Epiſcopos diſtinct. 17.* & Text. *in dicto cap. 1. de majorit. & obedient.* Card. de Luc. *de præeminent. diſc. 47. n. 4.* Franciſc. *de Eccleſ. Cathed. cap. 33. n. 109.*

Sed etiam, quia Eccleſia Hadrienſis erat olim de Diœceſi Pennenſi, a qua fuit poſtmodum diſmembrata, ut legitur in Bulla unionis Innocentii IV. ibi: *Eccleſia Sanctæ Mariæ Hadrienſis, quæ*
9 *olim de Diœceſi Pennenſi eſſe ſolebat*; ideoque dubitari non poteſt, quin præcedentia in denominatione omnino debeatur Eccleſiæ Pennenſi tanquam matrici reſpectu Hadrienſis, ut in puncto Fagn. *in dicto c. cum certum n. 24. & 25.* ibi: *Conſtat, fuiſſe adjudicatam præcedentiam Capitulo Valvenſi his præcipue fundamentis videlicet, quia Eccleſia Sancti Pelini de Valva &c. ſemper fuit Cathedralis &c. at vero Eccleſia Sancti Panfili de Sulmona erat Plebania Diœceſis Valvenſis.*

Neque huic Juris diſpoſitioni tribuenti prærogativam prænominationis Eccleſiæ Pennenſi uti digniori obſtare valet Rota *in Vaden. ſeu Urbanien. Prænominationis 20. Junii 1687.* coram bon. mem. Emerix; ubi reſolutum fuit pro alternativa prænominationis inter duas Eccleſias Vadenſem & Ur-
10 banien. ſimul unitas, quoniam ibi non controvertitur hujuſmodi diſpoſitio Juris tribuens prænominationi digniori, dum potius in objecto admittitur ex auctoritate, Gonzal. *gloſſ. 5. §. 7. n. 31. & 32.* ſed ſolum evitatur ex duplici circumſtantia facti; primo nempe, quia non conſtabat, quod una Eccleſia eſſet dignior, & major altera; & ſecundo, quia Papa in unione extinxerat, & ſuppreſſerat antiquas præeminentias, privilegia, & Jura utriuſque Eccleſiæ, volendo, quod æquo Jure, & pari dignitate Epiſcopus præeſſe deberet; ex quibus circumſtantiis mota eſt Rota ad reſolvendum pro alternativa, cujus proinde reſolutio nullo modo applicatur ad caſum præſentem, ubi præallegatæ duæ circumſtantiæ ſunt in contrarium; tum quia conſtat de majoritate Eccleſiæ Pennenſi ſupra Hadrienſem; tum quia Papa in unione expreſſe præſervavit illæſa omnia jura, & prærogativas Eccleſiarum unitarum, quibus ſtantibus, retorquetur eadem deciſio *Vaden. ſeu Urbanien. in §. Minus & §. Sed illas*, ubi in ſpecie firmat, diſpoſitionem Juris aſſiſtere prænominationi Eccleſiæ dignioris, quando unio eſt æque principalis, & fuit ſimpliciter abſque ſuppreſſione, & extinctione antiquorum jurium, & præeminentiarum, ita ſequendo, & explicando Gonzalez *gloſſ. 5. §. 7.* ſuperius allegatum.

Minuſque adverſatur, quod de natura unionis æque principalis ſit concedere alternativam præeminentiarum; hoc enim in propoſito continet æ- 11
quivocum manifeſtum; quia talis alternativa intelligitur circa actus, & functiones Epiſcopales reſpicientes ſtatum Cathedralitatis, quando adeſt diſcordia inter Eccleſias, juxta inferius dicenda in §. *Nec aliquid*, & notant Anchar. *in capit. novit. ne Sede vacante num. 4. verſic. tertio modo*; Joannes de Anan. *numer. 4.* Pacian. *de probat. libr. 1. cap. 17. num. 62.* Gratian. *diſcep. 655. num. 41. & ſeqq.* ſecus vero eſt in ordine ad denominationem priorem unius, vel alterius Eccleſiæ faciendam in Bullis proviſionis, quæ ſemper fieri debet ab Eccleſia digniori, & ſuperiori perpetuo, & ſine ulla alternativa, juxta *auctoritates punctuales ſuperius allegatas*; & notoria habemus exempla de Epiſcopo Sutrino, & Nepeſino, Viterbienſi, & Tuſcanenſi, de quibus apud Gonzal. *gloſſ. 5. §. 7. numer. 31. & ſeqq.* Hojeda *de incompatibil. beneficior. par. 2. cap. 3. numer. 2. verſic. tertio modo*, & optime Franceſc. *de Eccleſ. Cathedr. d. cap. 8. num. 367. & ſeq.*

Aſſiſtere etiam dicebam prænominationi Pennenſis Eccleſiæ ipſam Bullam unionis ſan. mem. Innocentii IV. quæ potius confirmat, quam corrigat allegatam diſpoſitionem Juris communis; etenim Summus Pontifex agnoſcendo, quod Eccleſia Hadrienſis erat longe inferior Eccleſia Pennenſi & conſequenter perpetuo poſtponenda in denominatione; nihilominus ad effectum, quod ea inciperet habere aliquod nomen inſigne, ex gratia ſpeciali ſolum conceſſit illi prænominationem in ſcripturis in uno caſu, videlicet quod actus Epiſcopales, quando Epiſcopus eos expediret reſidendo, ſeu commorando in ipſa Eccleſia Hadrienſi, ibi — *ita videlicet, ut cum eundem Epiſcopum Hadriæ, vel in Hadrienſi Eccleſia adeſſe contigerit, ut addatur gratia gratiæ, & per hoc locus ipſe Hadrienſis habeatur inſignis, Hadrienſi præferatur Pennenſis Eccleſia in ſcriptura.* Quæ verba manifeſte oſtendunt, quod talis prænominatio de Jure Eccleſiæ Hadrienſis non competebat, dum eam conceſſit ex gratia ſpeciali ibi — *ut addatur gratia gratiæ*, & oſtendunt pariter, quod Eccleſia Hadrienſis erat inferior & minus digna reſpectu Eccleſiæ Pennenſi, propter quod neceſſarium fuit concedere prænominationem ex gratia, etiam quando Epiſcopus adeſſet, & actus expediret in Eccleſia Hadrienſi; nam alias, ſi iſta fuiſſet æqualis circa prærogativas Eccleſiæ Pennenſi, prænominatio in ſcripturis propter Epiſcopum in ea 12
commorantem ſibi Jure competiiſſet, juxta reſolutionem Sac. Congregationis Concilii editam pro Epiſcopo Civitatis Caſtellanæ, & Ortanæ ſub die 8. Junii 1624. tranſcriptam apud Barboſ. *de Jur. Eccleſiaſtic. lib. 3. cap. 16. num. 23. & 24. utrobique in fin. in reſponſ. ad 6.* Martam *de Cauſ. conſiſtor. ſect. 9. num. 13. verſic. ad ſextum*, Rot. coram Coccin. *d. 2138. num. 5.* & apud Franceſ. *de Eccleſ. Cathedr. d. cap. 8. n. 361. & 366.* ubi egregie diſtinguit, quod ubi Eccleſiæ ſunt pares inter ſe, nec una eſt dignior altera; tunc denominatio ſumitur a loco ubi reperitur, & reſcribit Epi-

ſcopus,

Digitized by Google

ſcopus, juxta allegatam *reſolutionem S. Congregationis*; ſi vero una Eccleſia eſt dignior altera, tunc ea ſemper prænominatur, teſtando ita ſervari in Eccleſia Calaguritana, & Calciatenſi, ubi Epiſcopus ſemper anteponit titulum Calaguritanum uti Eccleſiæ dignioris.

Unde cum gratiæ, & privilegia non extendantur, ſequitur, ut ſi Papa conceſſit prænominationem Eccleſiæ Hadrienſi in uno tantum caſu, ſcilicet, quando ibi Epiſcopus adeſſet, & reſpectu actuum, ſeu reſcriptorum Epiſcopalium, utique in aliis caſibus non expreſſis, dicitur, eandem denominationem priorem denegaſſe, & ſub Juris diſpoſitione reliquiſſe, & ſic non poteſt prætendere alternativam prænominationis in Bullis proviſionum Apoſtolicarum, cum caſus ſit diverſus, nec comprehenſus in Bulla unionis, & prænominatio conceſſa ratione reſidentiæ Epiſcopi in loco Hadrienſi, & reſpectu actuum Epiſcopalium, nihil commune habeat, aut applicari valeat reſpectu proviſionum Apoſtolicarum, qui nec ſunt actus Epiſcopales, nec habent circumſtantiam localem, nempe reſidentiæ Epiſcopi in loco, ut in ſpecie, quod ubi aliquid conceditur ex gratia, & contra diſpoſitionem Juris, tunc conceſſio facta in uno caſu non extendatur ad alium, non ſolum,
13 ut in caſu noſtro diverſum, ſed nec etiam ad ſimilem, & connexum, aut dependentem, firmat Innocent. *in cap. final. num. 9. de offic. Archidiacon.* ibi – *quia, quando conceſſit de aliquibus ſpecialiter, de aliis prohibuiſſe videtur*, Rot. *in Barchinonen. Juriſdictionis 12. Junii 1682. §. Penitus*, coram Card. Matthejo, *& in Baren. Juriſdictionis 26. Aprilis 1694. §. Neque & §. Fundamentalis*, coram bon. mem. Urſino, *& in Dertuſen. Juriſdictionis ſuper gravibus 4. Martii 1697. §. final*, coram R. P. D. Pio.

Prout neque adverſatur, quod in eadem Bulla unionis Papa voluerit, electionem Epiſcopi eſſe faciendam alternative, modo in Eccleſia Hadrienſi, & modo Pennenſi, ubi Canonici de loco convenire non potuerint; unde ſicut, ubi electio fit in una Eccleſia, prior nominatio fieri debet ejus Eccleſiæ, in qua illa celebrata eſt, juxta ſuperius allegatam prærogativam prænominationis circa actus gerendos ab Epiſcopo in loco Hadrienſi commorante; ita alternative ſit prænominanda Eccleſia Hadrienſis in proviſionibus Apoſtolicis, quæ ſucceſſerunt in locum electionum.

Etenim objectum eſt totaliter inſubſiſtens, dum Papa non dixit in literis unionis, quod, ubi electio fit in Eccleſia Hadrienſi, denominatio prima eſſet facienda ab illa in inſtrumento electionis, tranſmittendo ad urbem pro confirmatione: ſed ſolum expreſſit id, quod de Jure inerat circa locum electionis; dum quando Canonici duarum Eccleſiarum æque principaliter unitarum non concordant de loco electionis, tunc, inſpecta diſpoſitione juris communis, & Sacrorum Canonum,
14 electio fieri debet alternative, modo in una, modo in altera Eccleſia, itaut circa hanc expreſſionem Summus Pontifex nihil conceſſerit ex gratia, ſed ſolum declaraverit id, quod de Jure etiam omiſſum ſubintelligebatur, ut in puncto hujus unionis dicit Joannes de Anania *in dicto cap. novit. ne Sede vacante n. 4.* ibique Anchar. *num. eodem*, Pacian. *de probation. dicto cap. 27. n. 62.* Gratian. *diſcept. 655. n. 42.*

Et propterea hæc alternativa electionis nihil commune habet cum alternativa prænominationis, cum id Papa non expreſſerit; nec poteſt fieri repetitio, & illatio ab una parte Bullæ ad aliam diverſam, nempe ab alternativa prænominationis, quando Epiſcopus commoratur in Civitate Hadrienſi, ſeu Pennenſi, ad alternativam electionis, dum in iſto caſu nec agitur de actibus, ſeu reſcriptis Epiſcopalibus, nec de circumſtantia locali, nempe reſidentia Epiſcopi in loco, ut in puncto,
15 quod actus, qui ſpectant ad Canonicos, ut eſt actus electionis, nihil commune habeat cum actibus pertinentibus ad Epiſcopum, ita, & taliter, quod alternativa competens in certis actibus non extendatur ad alios, firmat Grat. *diſc. 655. n. 40. & ſeqq.*

Maxime, quando Summus Pontifex poſt ordinatam alternativam circa actus faciendos ab Epiſcopo in Civitate Hadrienſi, ſtatim adjecit declarationem, quod intendebant præſervare Eccleſiis unitis omnia jura prius competentia; unde ſufficienter expreſſit, quod extra caſum reſidentiæ Epiſcopi in loco Hadriæ, & extra caſum actuum Epiſcopalium, nolebat concedere alternativam prænominationis Eccleſiæ Hadrienſi, ſed præſervare in ceteris intacta jura ante unionem Eccleſiæ Pennenſi competentia, ut denotant ea verba: *Eccleſiæ vero Archidiacono, & Canonicis Pennenſis jura ſua volumus illibata ſervari*, quæ dictio *vero* ſtat adverſative præambulæ gratiæ prænominationis conceſſæ Eccleſiæ Hadrienſi *l. hoc amplius §. De his autem ff. de damn. infect. l. ſi vero ff. qui ſatis dar. cognat.* Menoch. *conſ. 201. n. 34.* Surd. *conſ. 315. numer.* & alii apud Barboſ. *diction. 420. num. 1.* quam præſervativam Jurium utriuſque Eccleſiæ repetiit infra ibi – *ex hac ſiquidem unione &c. Civitati veſtræ, & Cathedrali Eccleſiæ Hadrienſi, nec non Civitati & Eccleſiæ Pennenſi in Juribus, & rationibus ſuis nullum præjudicium generetur.*

Certius autem, quia non valet argumentum ab actibus Epiſcopalibus ad electionem, ſeu proviſionem Apoſtolicam circa alternativam prænominationis; habemus enim exemplum de Eccleſia Viterbienſi, & Tuſcanenſi æque principaliter unita, ubi, licet ſervetur alternativa prænominationis Eccleſiæ Viterbienſis, ubi agitur de actibus locali- 16
bus, ſeu ad hanc Eccleſiam pertinentibus, & per contrarium prænominationis Eccleſiæ Tuſcanenſis, quando de hujus negotiis agitur, ut apud Gonzal. *gloſſ. 5. §. 7. n. 29. & ſeqq.* Mandoſ. *ad regul. Cancellar. regul. 12. de union. quaſt. 1. num. 4. & conſ. 27. num. 3.* Hojed. *de incompatibilit. beneficiorum par. 2. c. 2. n. 2. verſic. tertio modo*, Franceſc. *dicto cap. 8. num. 366. & 367.* Sac. Congregatio Concilii apud Barboſ. *de Jur. Eccleſ. libr. 3. capit. 16. num. 23. & 24.* Rot. coram Coccin. *d. 2138. n. 5.* attamen in proviſionibus Apoſtolicis nunquam ſervatur talis alternativa, ſed vel nominatur ſola Eccleſia Viterbienſis, vel, ſi utraque nominatur, ſemper præponitur Viterbienſis, ut ex atteſtatione R. P. D. Proſummatoris *infra num. 48*, idemque practicatur reſpectu aliarum Eccleſiarum hoc modo unitarum, nempe *Sutrin. & Nepeſin. Calaguritan. & Calciaten. Tuſcanen. & Viterbien.* & aliarum hujuſmodi; ultra quod eſſet nimis leve, & ſcrupuloſum, quod Papa in ſuis literis Apoſtolicis directis ad hujuſmodi Epiſcopos habere deberet in mente hanc alternativam prænominationis, quæ ex prædictis militare quidem poteſt circa actus Epiſcopales, ſed nunquam circa Papales, in quibus ſolum attenditur Eccleſia principalis, & dignior, & hæc ſemper in denominatione antefertur.

Plus addebam, quod, ubi etiam loquendo per malum ſuppoſitum conſtaret, quod Papa literaliter ordinaſſet, prænominandam eſſe Eccleſiam Hadrienſem, ſi electio ibi celebraretur, & econtra Eccleſiam Pennenſem in caſu electionis ibi factæ, adhuc talis prænominatio ſervari non deberet in proviſionibus Apoſtolicis, eo quia non fuit expreſſum in Bulla unionis, quod electio neceſſario fieri deberet, modo in una, & modo in alia Eccleſia, ſed ſolum conditionaliter, & per accidens, ubi nimirum Canonici concordare non potuiſſent de loco electionis; & ſic cum electio potuiſſent celebrari extra Eccleſiam Hadrienſem, dum Canonici concordare voluiſſent de certo loco, ſemper, & perpetuo ex. gr. in Eccleſia Pennenſi, nunquam vero in Hadrienſi per conſequens intrare non poteſt alternativa prænominationis certa, & fixa, quando alternativa loci electionis ſtatuta non fuit per viam regulæ

certæ,

certæ, & fixæ; & invariabilis, ſed ſolum caſualiter, & per accidens, quod deſervire nequit pro ſtatuendo Jure certo, & fixo alternativæ prænominationis in proviſionibus Apoſtolicis loco electio-
17 num ſubrogatis, ut probat Rot. deciſion. 489. ſub numer. 2. part. 2. recent. ubi, quod ea, quæ poſſunt pendere ab eventu (ſeu, prout hic ab incerto arbitrio Canonicorum circa concordandum aut diſcordandum de loco electionis) deſervire nequeunt pro facienda illationem certam, & generaliter, Berous conſ. 71. numer. 42. & ſeqq. lib. 1. Barboſ. Axiom. 13. n. 2.

Immo exinde urgebat reſponſio inevitabilis, quia ſicut, ubi Canonici concordaſſent de loco, non eſſet ſervanda alternativa; ita dum hodie proviſiones Apoſtolicæ in locum electionum ſuffectæ, perpetuo expediuntur Romæ, ceſſat obligatio alternativæ, dum Roma ſucceſſit loco loci electionis, ubi fingitur, Capitula pro futuris electionibus perpetuo concordaſſe; itaut in caſu concordiæ, alternativa non intret tanquam in hoc caſu non ſtatuta per Bullam unionis, ſed ſolum in ca-
18 ſu diſcordiæ, prout etiam dicebam, & melius, quod ſive fingatur, locum Romæ eſſe concordatum, ſive non concordatum, ſemper in iſto ceſſabile diſpoſitio alternativæ ſtatutæ in præallegata Bulla unionis; quia cum fuerit ſtatuta in locis ipſarum Eccleſiarum nempe Pennenſis, & Hadrienſis pro temperamento diſcordiæ Capitulorum inter ſe ſuper loco altercantium, utique quando, ut in præſenti, electio, ſeu proviſio Apoſtolica fieri perpetuo debet Romæ, & ſic in loco tertio, & indifferenti, ubi ceſſat motivum æmulationis, & diſcordiæ Capitulorum unice cadentis inter loca ipſarum Eccleſiarum, propter quod Papa alternativam loci decrevit, ceſſare conſequenter omnino debet eadem diſpoſitio alternativæ, uti in hoc caſu nullatenus applicabilis, imo totaliter ceſſans ex defectu cauſæ finalis, propter quam emanavit; ita, & taliter, quod, ceſſante particulari diſpoſitione Bullæ unionis, prænominationis quæſtio decidenda venit, prout de Jure; cumque de Jure prænominationis honor debeatur Eccleſiæ digniori, & antiquiori, ſtante præſertim diſpoſitione ejuſdem Bullæ, quæ per replicatam vicem declaravit præſervare Eccleſiis unitis omnia earum Jura illæſa, ambigi proinde nequit, quin Eccleſia Pennenſis dignior, & antiquior Hadrienſi debeat in nominatione præponi.

Addebam quoque, quod ubi alternativa prænominationis fieri debuiſſet, quando locus electionum propter diſcordiam eſſe debuiſſet alternativus, juxta ſenſum contrariorum ſcribentium, adhuc eatenus hujuſmodi prænominatio apponi debuiſſet quatenus actus electionis erat localis, & per conſequens in denominatione locus, ubi ille fit alteri loco, ubi ille non fit, præferendus, juxta declarationem S. Congregationis Concilii apud Barboſ. de jur. Eccl. lib. 3. cap. 26. num. 23. & 24. quæ ratio & qualitas localitatis actus cum ceſſet in proviſionibus Apoſtolicis, propterea ceſſare debet in eis alternativa prænominationis, cum ſubrogatio non detur in qualitatibus, quæ ceſſant in actu ſubro-
19 gato habente diverſam naturam, & conditionem, Surd. conſ. 311. num. 41. & conſ. 138. n. 21. & conſ. 269. n. 30. Barboſ. axiom. 213. n. 2. 3. & 5. Giurb. conſ. criminal. 99. n. 13. Robleſ. de repræſent. lib. 1. cap. 12. n. 68. Riminald. Jun. conſ. 213. num. 121. Card. Tuſc. ubi ſupra concl. 757. n. 51.

Ceterum, quod per unionem Summus Pontifex noluerit concedere alternativam præeminentiarum inter Eccleſias; comprobatur etiam ex Breve Greg. XIII. de quo infra numer. 83. ubi expreſſe diſponitur, quod Capitulum, & Canonici Eccleſiæ Pennenſis ſimul cum Canonicis Eccleſiæ Hadrienſis convenientibus, primus, & dignior locus Archidiacono, & Canonicis Pennenſibus abſque aliqua contradictione tribuatur, prout etiam in Synodo primum locum Capitulo Pennenſi Papa aſſignavit, etiam ſi illa celebraretur in Eccleſia Hadrienſi; unde evidenter aſſequitur, Summos Pontifices præſervare voluiſſe prærogativam, & dignitatem Eccleſiæ Pennenſi, nec conſequenter utramque Eccleſiam pariſicare voluiſſe in prærogativa prænominationis, cum una Bulla aliam explicet, & declaret l. non eſt novum. 26. & l. ſed & poſteriores 28. ff. de legib. Rot. dec. 415. part. 4. Diverſor. cum aliis apud Rot. dec. 499. num. 24. & 25. part. 18. tom. 2. recent.

Nec aliquid in contrarium diſponit Breve Gregorii XV. cum decreto Sacræ Congregationis in dicto Brevi confirmato ſuper controverſia exorta inter Capitula dictarum Eccleſiarum occaſione Synodi, primi ingreſſus, & functionum ſolemnium, quas alternative faciendas eſſe decrevit; quoniam diſpoſitio hujuſmodi Brevis reſtricta legitur ad functiones ſolemnium, & primum ingreſſum; quando enim agitur de functionibus, quæ ſpectant ad utranque Eccleſiam, ſi adeſt diſcordia, tunc ad tollendas diſſenſiones practicatur alternativa, ut advertit Pacian. de probat. lib. 1. cap. 27. num. 62. diſcept. 655. numer. 42. ex hoc autem inferri non
poteſt ad alternativam reſpectu prænominationis 20
in ſcriptura proviſionis, de qua Breve non loquitur; idque manifeſte comprobatur ex facto ejuſdem Gregor. XIII. qui poſt ſupradictum Breve in Conſiſtorio occaſione proviſionis dictarum Eccleſiarum denominavit primo loco Eccleſiam Pennenſem. Si enim intellexiſſet decernere alternativam etiam reſpectu prænominationis, utique prænominaſſet Eccleſiam Hadrienſem, dum in præcedenti proviſione prænominata fuerat Eccleſia Pen-
nenſis; nulla enim melior interpretatio dari pot- 21
eſt, quam quæ reſultat ex facto ipſius Pontificis ſtatuentis l. non ambigitur ff. de leg. l. ſi imperialis, & l. leges Sacratiſſimæ C. eodem cap. cum veniſſent, de Jud. cap. inter ea de ſentent. excommun.

Et eodem modo reſpondetur ad Vermigl. conſ. 151. quod nempe non loquitur de prænominatione in literis proviſionis harum Eccleſiarum, ſed de functionibus ſolemnibus, & ingreſſu, ſuper quibus tunc agitabatur lis in Sacr. Congregatione, & ſuper quibus emanavit Breve Gregorii XV. præter quam quod Vermigl. d. conſ. 151. ſub n. 4. ſupponit Eccleſiam Hadrienſem ante unionem fuiſſe Cathedralem, quod eſt æquivocum manifeſtum.

Ex tertio denique fundamento, ſcilicet ex conſuetudine pluſquam centenaria, omnia ſuperius relata objecta totaliter deſtruuntur; Urget enim dilemma inſuperabile, quod nempe, aut ex prædictis articulus eſt dubius, & diſputabilis, & tali caſu ſupradicta conſuetudo centenaria intrabit tanquam interpretativa, & declarativa cujuſcunque dubietatis, quæ reſultare poteſt, vel diſpoſitione Juris, vel ex Bulla unionis, dum obſervantia, tum in omni materia, tum præſertim in hac præeminentiæ, primum ſibi locum obtinet, & dicitur illuminatrix omnium ambiguitatum, & quaſi cla-
riſſima dies omnium dubiorum, omniumque quæ- 23
ſtionum, quæ in facto, vel in jure contingere poſſunt, juxta theoricam Bald. in cap. cum olim num. 1. & ſeqq. de conſuetud. Purpurat. conſ. 549. num. 11. Ruin. conſ. 10. num. 6. lib. 3. Rot. deciſ. 33. num. 6. dec. 73. num. 1. & deciſ. 229. n. 1. & 6. apud Poſth. de manutent.

Aut vero articulus eſt clarus contra Eccleſiam Pennenſem, & adhuc, attenta conſuetudine centenaria, juxta quam ſemper prænominata fuit in proviſionibus, & literis Apoſtolicis Eccleſia Pennenſis, ſine dubio præſcripta remanſit alternativa prænominationis ex quibuſcunque titulis illa ab Eccleſia Hadrienſi prætendatur, cum ad hunc effectum præſcribendi hujuſmodi prærogativam ſufficiat ſimplex decurſus 40. annorum, ut in puncto Franceſ. de Eccleſ. Cathedr. dicto c. 8. numer. 384.
verſ. diximus ſupra. Fortius autem, quando ha- 23
bemus quadruplicem centenariam, quæ fungitur vice Principis valentis tollere, & dare, & præſumendo meliorem titulum de Mundo, præſumit per conſequens novum privilegium, ſeu novam Bullam

cum perpetua prænominatione Eccleſiæ Pennenſis, omnemque aliam titulum magis proficuum, &
24 neceſſarium, Theſaur. Junior. *quæſt.* 17. *numer.* 15, & 17. *lib.* 2. Roſa *conſult.* 12. *num.* 21. & *ſeqq.* Roccha *diſput. juris cap.* 59. *numer.* 5. Fontanell. *dec.* 217. *num.* 19. & *ſeqq. lib.* 1.

Quod autem in præſenti caſu concurrat nedum una, ſed quadruplicata centenaria evidenter probatur; etenim incipit conſuetudo prænominationis Eccleſiæ Pennenſis ſtatim, & immediate poſt unionem, dum adducitur Bulla Urbani IV. edita
25 de anno 1264. ubi providit, has Eccleſias unitas de Epiſcopo, qui fuit quidam Gualterius, & in eadem Bulla prænominatur Eccleſia Pennenſis, ut ex lectura illius regiſtratæ apud Ughell. *in Ital. Sac. tom.* 1. *lit. P. fol. mihi* 61. & 62. & pariter de anno 1324. creatus eſt Epiſcopus Guilielmus de Sancto Victore cum denominatione, ibi - *Pennen. & Hadrien.* ut apud Ughell. *ubi ſupra fol. mihi* 62. *num.* 27. & cum eadem prænominatione deſcribitur novus Epiſcopus de anno 1341. per Benedictum XII. in ſua Bulla in principio relata apud eundem Ughellium, *ubi proxime fol.* 62. *ſub num.* 28. & *lit. D.* & anno 1587. 8. Novembris in libris Proviſionum Prælat. denominatur Epiſcopus Pennenſis, & Hadrienſis, Ughell. *ubi proxime fol.* 64. *num.* 82, ſic etiam in Conciliis generalibus eadem prærogativa prænominationis tributa legitur Eccleſiæ Pennenſi, dum in Concilio Conſtantienſi interfuit Jacobus de Turcis de Camplo, ibique vocatur *Pennenſis electus*, Ughell. *ubi ſupra num.* 36. in Concilio Lateranen. ſub Leone X. *ſeſſ.* 9. Epiſcopus vocatur *Baptiſta Pennenſis*, & *ſeſſ.* 10. appellatur alius Epiſcopus *Valentinus Pennenſis*, ut habetur *tom.* 4. *Concilior. fol. mihi* 601. & 616. & demum in Concilio Tridentino Volateranus nuncupatur Epiſcopus *Pennenſis*, & *Hadrienſis* ut apud Binii. *d. tom.* 4. *Concilior. fol. mihi* 872.

Sequitur conſuetudo prænominationis in decretis, & cedulis Conſiſtorialibus ab anno 1551. uſq. ad annum 1684. in quibus ſemper præponitur Eccleſia Pennenſis, quæ conſuetudo nunquam interrupta per actum contrarium rem ponit extra omnem controverſiam, dum ab anno 1274. uſque ad 1648. concurrunt fere quatuor ſecula, in quibus ſeries proviſionum harum Eccleſiarum canat cum ſola prænominatione Eccleſiæ Pennenſis, quando tamen ſufficeret allegare eas tantum prænominationes probatas ex decretis Conſiſtorialibus, & cedulis incipientibus anno 1551. uſque ad 1648. cum centenaria reſultet ſufficienter ex his
26 proviſionibus continuatis ſpatio 97. annorum, nec modicus trium annorum defectus attenditur, quia in fortioribus dicitur completa centenaria, etiam ſi deficiant quatuor anni, Rot. *deciſ.* 509. *num.* 1. *par.* 5. *tom.* 2. *recent.* & coram Merlin. *dec.* 164. *num.* 11.

Tanto magis autem, quando licet in centenaria neceſſarium non ſit probare ſcientiam, & patientiam Civitatis, & Eccleſiæ Hadrienſis, Gabriel. *de præſcript. concluſ.* 1. *num.* 59. Maſcard. *de probat. concl.* 1220. *numer.* 42. Caſtill. *de tertiis decim. lib.* 7. *cap.* 28. *num.* 7. *circa medium*, ubi red-
27 dit rationem, quia illa præſumitur; in quo talis ſcientia, & patientia non eſt neceſſaria, Troban *de effect. immemorab. qu.* 11. *numer.* 23. & probat Text. *in cap. ſuper quibuſdam* §. *Præterea de verbor. ſignif.* ibi: *Abſque dicto requiſito ſcientia, & patientia*; Nihilominus in caſu præſenti oſtendebam etiam talem ſcientiam, & patientiam Eccleſiæ, & Civitatis Hadrienſis, ex quo dedit executionem Bullis Proviſionum habentibus in fronte,
28 & in corpore prænominationem Eccleſiæ Pennenſis, Spada *conſil.* 72. *verſic. præſertim lib.* 3. Gratian. *diſcept.* 197. *numer.* 12. & 13. Rot. *in Conſentina Abbatiæ* 3. *Novembris* 1687. §. *Præſentationes*, coram Card. Taya & 23. *Junii* 1581. §. *Nam Præſentationes*, cor. Card. Matthejo.

Huic quadruplici centenariæ ad evidentiam probatæ adverſari non valent duæ proviſiones Eccleſiarum factæ de anno 1648. & 1668. in quibus tam in præconiis, & cedulis, quam in Bullis deſuper expediendis prænominata fuit Eccleſia Hadrienſis, quia ſufficeret unica reſponſio generalis, quod poſt completam centenariam favore Eccleſiæ Pennen. actus ſubſequentes non poterant illam interrumpere, aut in aliquo præjudicare juri ex illa 29
quæſito, ut dicunt Buratt. *deciſ.* 739. *numer.* 3. & 4. & *deciſ.* 136. *n.* 22. *part.* 19. & *deciſ.* 279. *num.* 36. *par.* 12. & *deciſ.* 168. *num.* 40. & *ſeqq. part.* 10. & *in Conſentina Abbatiæ* 4. *Maii* 1693. §. *Excluſo*, cor. bon. me. Benincaſa.

Verum reſpondendo particulariter dicebam, quod in ordine ad præconia, & cedulas iſta nullo modo nocere poterunt Eccleſiæ Pennenſi, quæ ignoravit ea fuiſſe concepta cum tali prænominatione Eccleſiæ Hadrienſis, & ſine ſcientia, & patientia in iſtis juribus in corporalibus amiſſio Juris quæſiti dari non poteſt, Poſth. *de Manut. obſerv.* 36. *num.* 15. & 16. Rot. *apud ipſum deciſ.* 646. *num.* 7. & coram Seraphin. *deciſ.* 1463. *n.* 8.

Reſpectu autem literarum proviſionis eadem Eccleſia Pennenſis habita notitia, quod illæ anni 1638. expediebantur cum prænominatione Eccleſiæ Hadrienſis, curavit ante relaxationem illas corrigi per Cancellariam, prout correctæ fuerunt de mandato R. P. D. Regentis Cancellariæ præponendo in illis Eccleſiam Pennenſem.

Sic etiam in proviſione anni 1668. ad favorem bo. me. Joſephi Spinucci tunc Auditoris clar. mem. Cardinalis de Aquaviva, licet in decretis Conſiſtorialibus, ut diximus, præpoſita fuerit Eccleſia Hadrienſis, nihilominus fuit præjudicium ſublatum per correctionem Bullæ, de qua correctione apparet in regeſto Bullarum, in quo præpoſita legitur Eccleſia Pennenſis.

Minus obſtare valet, quod in decreto Conſiſtoriali anni 1661. legatur *Hadrien. & Pennen.* quia cum cedula Conſiſtorialis canat in contrarium, cum præpoſitione ſcilicet Eccleſiæ Pennenſis, iſta debet attendi, cum ejus vigore, & ad tenorem cedulæ expediantur Bullæ, & quod cedula Conſiſtorialis loco Bullæ reputetur, firmant Garz. *de benef. par.* 1. *cap.* 5. *numer.* 16. Conrad. *in prax. benefic. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 17. & *ſeqq.* non autem atten- 30
di debet decretum Conſiſtoriale, quod per inadvertentiam tali forma concipi potuit, Rot. *deciſ.* 229. *n.* 12. apud Poſth. *de manuten.* & eo ipſo præſumitur fuiſſe conceptum per inadvertentiam, & errorem, quoties apparet de antecedenti ſtatu contrario prænominationis Eccleſiæ Pennenſis juſtificato per ſpatium quatuor ſeculorum, ad Text. *in l. cum falſa* & *l. non id circo Cod. de Juris*, & *Facti ignorantia*, Rot. *dec.* 330. *num.* 90. & *ſeqq. par.* 9. *recent.*

Hinc ſine ullo fundamento allegatur atteſtatio ſubſtituti R. P. D. Auditoris Sanctiſſimi, in qua teſtatur, cedulas & contracedulas non poſſe diverſificari a decretis Conſiſtorialibus ab eo retentis, abſque licentia præfati Auditoris Sanctiſſimi, quia ex duplici capite non adverſatur, tum quia procedit, & intelligi debet, quando agitur de aliqua diverſificatione in circumſtantia eſſentiali, & præjudiciali, non autem quando agitur, prout in caſu noſtro, de diverſificatione, mutatione, & correctione juridica, & neceſſaria, dum per quatuor ſecula antecedentia proviſiones, & cedulæ, & decreta, ſemper fuerunt concepta cum prænominatione Eccleſiæ Pennenſis; hoc enim caſu poteſt
miniſter proprio motu corrigere errorem inadver- 31
tenter emiſſum in decretis Conſiſtorialibus ea ratione, quia ſi non feciſſet tunc correctionem, adhuc facere debuiſſet, quidquid ſecus, ubi ſtatus antecedens proviſionum, & cedularum, vel fuiſſet contrarius, vel aliquo modo varius, & turbidus, Rot. coram Cavalerio deciſ. 255. *num.* 8. & *in Rom. ſeu Emphyteuſis* 6. *Martii* 1694. §. *probatur tertio*, & *in Monaſterien. Commendatus* 28. *Martii* 1689. §. *Nec contraria*, cor. R. P. D. Molinæ Decano.

Tum

Digitized by Google

Tum etiam, quia quoties probatur, factam
fuiſſe correctionem per miniſtrum, de Jure ad e-
vitandum delictum præſumitur factam fuiſſe rite,
& recte, prævia licentia, & mandato R.P.D. Au-
32 ditoris; cum ſic præſumendum pro validitate actos,
& pro legalitate perſonæ, & officialis, maxime
quando concurrit illa circumſtantia eſſentialiſſima
non habens reſponſionem, quod nempe correctio
eſt conformis obſervantiæ, & ſtatibus antecedenti-
bus, itaut niſi facta fuiſſet in cedula, adhuc fa-
cienda eſſet in Bulla, juxta exempla annorum
1648. & 1668. ſuperius relata *l. quoties ff. de re-
bus dubii, & in l. quoties ff. de verbor. obligat. l. ſi
quando ff. de legatis* 1. Barb. *axiom.* 68. *n.* 4.

Præterquam quod atteſtatio prædicti ſubſtituti
detegitur inſubſiſtens; ſupponit enim in præſenti
proviſione præpoſuiſſe Eccleſiam Hadrienſem ad
ſervandam alternativam, cum tamen juxta adno-
titiones quatuor ſtatuum præcedentium, de quibus
in dicta ejus atteſtatione, de quibus ſemper eſt
præpoſita Eccleſia Hadrienſis; excluderetur prætenſa
alternativa: qui tamen ſtatus ſunt difformes ab ejus
notulis, ut ſupra demonſtratum eſt.

Hujuſmodi autem antiquiſſima, & inveterata
quaſi poſſeſſio, & obſervantia quatuor ſeculorum
prænominationis favore Eccleſiæ Pennenſis, non
debilitatur ex quadam Bulla Gregorii XII. ſcripta
Civitati, & populo Hadrienſi occaſione proviſio-
nis iſtarum Eccleſiarum in perſona Petri de Ca-
ſtro vetere, in qua præponitur Eccleſia Hadrien-
ſis; hæc enim non eſt Bulla proviſionis, ſed lite-
ræ conſuetæ, quæ ad partem expediuntur ad Ci-
vitatem Clerum, & Capitulum, & ideo nimirum
ſi in literis ſcriptis Civitatis Hadrienſi præpoſita
fuerit Eccleſiæ Hadrienſi. In eadem enim proviſio-
ne Eccleſiarum ipſe Gregorius ſcripſit etiam Capi-
tulo, & Clero Pennenſi, & in iſtis literis præpo-
ſuit, & prænominavit Eccleſiam Pennenſem, &
ideo ex literis prædictis non licet arguere, quod in
Bulla proviſionis propoſita fuerit Eccleſia Hadrien-
ſis, ut probat reſolutio Sac. Congregationis Conci-
lii apud Francoſ. *d. cap.* 8. *num.* 351. *in fin.* & Bar-
boſ. *de Jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 24. *in fin.*

Immo perquiſitis ab officiali regeſtis Bullarum
dicti Gregorii XII. ad effectum reperiendi proviſio-
nem dicti Petri de Caſtro vetere, in qua emana-
runt literæ prædictæ, teſtatur ob temporum inju-
riam aliquos libros dicti Pontificatus fuiſſe deper-
ditos; verum tamen in rubricellis dictorum libro-
rum ad partes inveniſſe annotatam proviſionem
Petri de Caſtro vetere, cum prænominatione Ec-
cleſiæ Pennenſis.

Demum Breve Indulgentiæ anni 1648. in quo
prænominatur Eccleſia Hadrienſis, non poteſt ob-
eſſe: ſive quia emanavit ad inſtantiam Epiſcopi
Maſſuccii, qui expediebat literas proviſionis ſub
eadem prænominatione, ſed fuerunt correctæ, ut
ſupra dictum eſt; præſertim, quia in Secretaria
33 Brevium dantur expeditiones juxta narrativam pe-
tentium: ſive quia Eccleſia Pennenſis non ha-
buit notitiam dicti Brevis, & prænominationis in
eo poſitæ; etenim reclamaſſet, prout reclamavit a
prænominatione poſita in Bullis proviſionis, eaſ-
que corrigi obtinuit: ſive tandem, quia hujuſmo-
34 di aſſertivæ in literis ad ſupplicationem non præ-
judicant juribus tertii, juxta *regul. Cancell. de ju-
re quæſito non tollen.* Rot. coram Coccin. *deciſ.*
645. *num.* 4.

Ex quibus omnibus dicebam dilucide patere,
quod prætenſio Eccleſiæ Hadrienſis tendit in me-
35 ram novitatem nunquam hactenus practicatam,
veniendo contra inveteratam conſuetudinem, &
ſtatum tot ſeculorum, quod non eſſe permitten-
dum, monet Text. *cap. cum conſuetud. de conſuetud.*
ibique Gonzal. *num.* 2. & 3. & plene Eminentiſſi-
mus D. Card. Sacripantes *in defenſ. Juriſdict. Eccleſ.
cap.* 14. *num.* 20. *& ſeqq.*

Propoſita Cauſa in S. Congregatione Conſiſto-
riali, in qua intervenerunt quindecim votantes ſub
die 22. Septembris 1699. fuit reſolutum ex con-
ſenſu decem Votantium favore Eccleſiæ Pennenſis,
ut in infraſcripto decreto.

Sacra Congregatio rebus Conſiſtorialibus præpo- 36
ſita, diſcuſſo mature dubio, *An, & quæ ex Ec-
cleſiis Pennen. & Hadrien. in vitem unitis in præ-
ſenti caſu expeditionis Bullarum Epiſcopatus ſit præ-
nominanda, & an in poſterum ſervanda veniat al-
ternativa*, cenſuit, ſi Sanctiſſimo D. N. placue-
rit, *prænominandam eſſe Eccleſiam Pennenſem, &
non eſſe locum alternativæ* & facta relatione San-
ctitas ſua Sacr. Congregationis ſententiam benigne
probavit.

*Alderan. Card. Cibo.*

Loco † Sigilli G. Paſſioneus Secret.

Juſtiſſima fuit reſolutio, & miratus ſum, quo-
modo prætenſio Eccleſiæ Hadrienſis habuerit quin-
que votantium aſſenſum, cum mihi caſus iſte eſ-
ſet adeo clarus, ut poſſem dicere cum Tullio in
oratione pro Sexto Roſcio - *quid eſt in Cauſa,
quod defenſionis indigeat? qui locus ingenium Patroni
requirit? aut Oratores loquentiam magnopere deſide-
rat?* & hinc nihil timerem de tot inutibilibus al-
legationibus, quæ per ſcribentes in Jure pro Eccle-
ſia Hadrienſi magno animo, ſed infelici ſtudio in-
culcabantur, quia in ſumma erat prætendere id,
quod per quatuor ſecula nunquam practicatum
fuerat niſi in contrarium, cum nulla prænomina-
tio Eccleſiæ Hadrienſis reperta fuerit in Bullis pro-
viſionum 400. annor. decurſu expeditis, & ita
mihi ineptum, & leve nimis viſum eſt contra qua-
tuor ſeculorum auctoritatem, & religionem oppo-
nere pectus, quaſi contra torrentem, confiſum in
quatuor concluſionibus Juris, non bene applica-
tis, utque hæc materia magis dilucidetur, ſuper-
fluum non duxi, objecta contraria recenſere, &
confutare.

Ex tribus igitur fundamentis, quibus innixa erat
Eccleſiæ Pennenſi juridica prætenſio, nempe aſſi-
ſtentia ſeu diſpoſitione Juris, Bulla unionis, & ob-
ſervantia ſcribentes pro Eccleſia Hadrienſi valde
controvertebant primum, ſeu diſpoſitionem Juris;
unus enim ex illis dicebat ſecundum Hoſtienſ. *in
cap. novit. ne ſede vac.* quinque eſſe ſpecies unio-
num, unionem vero æque principalem dividebat
in tres ſpecies ſubalternas.

Prima ſpecies erat, quando duæ Eccleſiæ antea
Cathedrales uniuntur ſimul quoad unum duntaxat
Prælatum, in nihilo immutato ſtatu, & prærogati-
vis earum; & in hac ſpecie admittebat, quod
prænominatio competeret Eccleſiæ antiquiori, &
digniori, ſed dicebat, iſtum non eſſe caſum præ-
ſentem.

Secunda ſpecies figurabatur, ubi duæ Eccleſiæ
inferiores, & antea non Cathedrales eriguntur in
Cathedrales, & eodem contextu ſimul uniuntur, &
uni tantum Epiſcopo ſubjiciuntur, ut ille æquo Ju-
re, & pari dignitate eiſdem præſit; & in hoc caſu
dicebat eſſe locum prænominationi alternativæ in
ordine ad utranque Eccleſiam, eo quia inter eas
conſiderari non poteſt aliqua majoritas dignitatis,
& prærogativæ, juxta deciſa *in Vaden. ſeu Urba-
nien. prænominationis*, coram bo. me. Emerix ut in-
fra *n.* 78. *& ſeqq.* par enim in parem non habet
imperium, aut majoritatem, ut poſt Card. de Luc.
*præeminen. diſc.* 7. *n.* 6. & 24. Francoſ. *de Eccleſ.
Cathed. c.* 8. *n.* 134. & 139. dixit Rot. *in Ampurien.*
3. *Julii* 1674. §. *atque hinc*, cor. bo. me. Urſino.

Tertia denique ſpecies erat ſecundum ipſum, ubi
Eccleſia inferior antea non Cathedralis, elevatur
ad ſtatum Cathedralis, & ſimul unitur alteri Ec-
cleſiæ Cathedrali, quam tertiam ſpeciem dicebat
eſſe diſtinctam ab Hoſtienſ. *in cap.* 1. *ne ſede vac.
num.* 6. Anchar. *num.* 4. Butr. *num.* 10. & Pyring.
*in Decretal. lib.* 3. *tit.* 9. §. 1. *n.* 3.

Et in hoc caſu, quem dicebat eſſe illum præci-
ſum, de quo agebatur, prætendebat non intrare
theoricas loquentes de prima ſpecie unionis con-
ſervativa, ſeu præſervativa privilegiorum; & præ- 37
rogativarum Eccleſiarum unitarum, ea ratione,
quia in hac ſpecie, ubi una ex Eccleſiis unitis

ſtatum ſtatum, & de inferiori efficitur æqualis Eccleſiæ Cathedrali, cum qua unitur, dici non poteſt, quod utraque Eccleſia remaneat in ſua antiqua qualitate, itaut retineat eandem naturam, privilegia, & prærogativas quas habebat ante unionem, cum per elevationem inferioris Eccleſiæ ad ſtatum Cathedralitatis, ceſſet antiquus ſtatus ejuſdem Eccleſiæ in gradu ſubjectionis, & inferioritatis, per efformationem novi in gradu æqualitatis, & pariformitatis, ex traditis per Garz. *de beneſic. part.* 11. *cap.* 2. *num.* 18. Tambur. *de Jur. Abb. lib.* 3. *diſp.* 15. *quæſt.* 4. *numer.* 4. *& ſeqq.* Franceſ. *de Eccleſ. Cathedr. cap.* 8. *num.* 168. Gratian. *diſcept.* 291. *num.* 6. *& ſeqq.*

Et proinde (ſubjungebat) ſicut repugnat prænominatio inter æquales, ſive ſint æquales de jure nativo, ſive de jure parificativo, & æquiparativo, annotata per Gloſſ. *in d. cap.* 1. *ne ſede vacante & ibi* Hoſtienſ. *numer.* 4. *verſ.* 3. *& in cap. ſicut unire de exceſſ. Prælator. ibique* Gonzal. *num.* 3. Mandoſ. *ad reg.* 12. *quæſt.* 1. *ante n.* 4. *& conſ.* 27. *n.* 1. Rot. *dec.* 316. *num.* 9. *part.* 9. ita in his terminis recurrendum eſt ad alternativam, per quam ſervatur æqualitas, & ſubmovetur omnis umbra præeminentiæ, ut advertit Gratian. *diſcept.* 655. *a num.* 41. *ad* 45. *& num.* 74. Franc. *de Eccleſ. Cathedr. cap.* 8. *num.* 379. *& ſub numer.* 384. *verſ. diximus*,

Haud relevante ſecundum ipſum, quod ante unionem Eccleſia Pennenſis eſſet ſuperior, & dignior, Hadrienſis vero inferior, & ſubdita, quia hujuſmodi ſtatus antiquus, jam ſuppreſſus per erectionem ad ſtatum Cathedralis non eſt amplius conſiderabilis, Rot. coram Seraphin. *deciſ.* 1445. *n.* 3. per ſuppreſſionem nanque primi ſtatus tollitur penitus omnis reliquia prætenſæ ſubjectionis, perin-
38 de ac ſi nunquam Eccleſia ſubdita fuiſſet, juxta authoritates Garziæ, Tamburini, & aliorum *ſupra relator.* cum de jure repugnat, quod id, quod de novo creatur, quicquam commune habeat cum eo, quod extinguitur, & annihilatur, Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſſ.* 5. §. 7. *num.* 53. *& ſeq.* Gratian. *diſcept.* 291. *num.* 6. *& ſeq.* & in puncto prænominationis Rot. *in allegata Vaden. & Urbanient. prænominationis* §. *Penultime*, coram Emerix; & ideo, quod in hoc caſu Eccleſia de novo erecta ſit æqualiter tractanda, firmare dicebat in terminis individualibus Hadrienſis Eccleſiæ Vermigl. *in conſ.* 151. *n.* 7. *verſ. non obſtat* ibi - *Non obſtat, quod cum alias Eccleſia Hadrienſis fuerit Eccleſia Pennenſis ſubjecta, propterea non ſit ex æquo tractanda; quia ſatis eſt, quod in unione facta æque principaliter fuerit erecta in Cathedralem, quia proinde eſt æque tractanda* Lap. *alleg.* 68. *num.* 3. *in fin.* & allegat notata *in cap.* 1. *Ne Sede vacante*.

Hunc diſcurſum faciebat unus ex in Jure ſcribentibus pro Eccleſia Hadrienſi; alter vero ex eiſdem pariter in jure ſcribentibus dicebat, duas eſſe unionis æque principalis ſpecies ad propoſitum; alteram, quando duæ Eccleſiæ Cathedrales uniuntur, quoad caput ſeu Prælatum duntaxat, & concordabat in iſta, unamquanque Eccleſiam retinere ſuas antiquas prærogativas; alteram vero ſpeciem unionis æque principalis ſupponebat eſſe illam expletam per viam æquiparationis, & proprie dici, quando Papa efformata nova dignitate illam unit alteri antiquiori, ſed cum lege paritatis, & omnimodæ æqualitatis; tunc etenim dicebat ex mente Papæ unientis hæc duo corpora inſimul æquata remanere materialiter quidem diſtincta, ſed quoad præeminentias, & cætera Jura unicum corpus Collegiale, & ſociativum conſtituerentur, in quo res omnes commiſcentur, & per hujuſmodi commixtionem licet rei, ad quam ſit adæquatio, nihil adjiciatur, rei tamen adæquatæ attribuitur, quicquid plus eſt in re, ad quam ſit adæquatio prout ex Gloſſ. *in d. cap. novit. ne Sede vacante, & Can. & temporis, qualitas* 16. *q.* 1. dicebat magiſtraliter diſtinguere Canoniſtas, & præ cæteris extollebat, uti mirabilem ad caſum præſentem, doctrinam Ancharan. *in d. cap. novit. ſub nu.* 4. *verſ. quinto modo*, ubi prius enumeratis aliis quatuor modis unionis ſignanter æque principalis ſimplicis, & ſubjectivæ, & poſtea deveniendo ad unionem æque principalem æqualitatis, illam explicat his verbis ibi - *Quinto modo ſit unio cum Conventualis in Cathedralem erigitur, & idem eſt Prælatus utriuſque hanc facit ſolus Papa & circa iſtam unionem* Bart. *dicit, quod quandoque plura adæquantur, ſeu exæquantur, & tunc hoc importans, ut illud, quod una res habet plus, quam alia, attribuatur alteri, & econverſo. Quandoque una res adæquatur ad aliam, & tunc illi rei, ad quam ſit adæquatio, nihil adjicitur, ſed rei adæquatæ attribuitur quidquid eſt plus in re, ad quam ſit adæquatio. Exemplum, Imperator exæquat ſibi Auguſtam &c.*

Et ſub eodem aſſumpto mira profunditate diſtin- 39
guere dicebat Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. Gloſſ.* 5. §. 7. *num.* 28. *&* 55. ibi - *In ſecundo autem caſu, quando Beneficium eſt unitum alteri Beneficio æque principaliter, & Jura utriuſque Beneficii ſalva permanent, licet ad invicem communicentur*, & poſtea *ſub numer.* 56. ibi: *Idemque eſſe, ſi non ſolum duo, ſed plura Beneficia unirentur in unum, prout æque principaliter uniri poſſunt*; eundemque ſenſum ſequi Turricel. *de union. Beneſ. cap.* 3. *numer.* 5. *&* Mattam *de cauſ. Conſiſtor. ſect.* 9. *ſub num.* 7. *verſ. quarto* & cæteris præclarius Cappon. *diſcept. forenſ.* 272. *la* 3. *ſub num.* 8. *tom.* 4. ubi diſtinguere apprime inter unionem æque principalem ſimplicem, & communicativam,

Et ita ſemper conſtantiſſime tenuiſſe Rot. ſignanter *in cauſa Aretina Unionis* coram Ghisler. *deciſ.* 37. *pars* 10. *rec. ſub num.* 2. *& ſeq. & in illius confirmatoria* coram Conrad. *dec.* 157. *ſub n.* 6. *part.* 11. in quibus agebatur de unione Eccleſiæ Collegiatæ S. Mariæ Plebis Eccleſiæ Cathedrali Civitatis Aretinæ, & illam Rot. firmat, unionem æque principalem primæ, non tertiæ ſpeciei, ideoque communicantem Collegiatæ omnes honores, & privilegia Cathedralis Eccleſiæ, ut ex duobus Capitulis materialiter diſtinctis fiat unum in linea præeminentiali, & honorifica.

Et magis in puncto quæſtionem dirimere *in Romana Præcedentiæ* coram Bevilaqua, *quæ eſt in recent. dec.* 148. *par.* 14. nam ibi Ciſtercienſes antiquiores Silveſtrinis petebant præcedere illis, etiam poſtquam æque principaliter uniti fuerant Congregationi Vallis Umbroſæ Ciſtercienſibus antiquiori, & allegabant motivum unionis æque principalis, quæ præſervat Jura corporum unitorum in ſtatu primævo, ſicque in gradu inferioritatis Ciſtercienſibus jam prærogativa antiquioritatis pollentibus; Illis tamen S. Rot. reſpondet, *numer.* 4. *&* 5. cum diſtinctione, quod unio non erat æque principalis ſimpliciter, & ad effectum, ut ab uno tantum capite regerentur, ſed ut unicum corpus efformaretur eodem jure cenſendum, & regulandum.

Atque eadem perpenſa ratione corporis Collegialis, & ſociativi, ſub cujus unitate honores, & conſuetudines promiſcue conſerventur, & retineantur, in aliquo non immunitæ, aut diminutæ, ſed reſidentes tanquam transfuſæ in corpus illud genericum, magiſtraliter proceſſiſſe dicebat Rot. *in Præſidenciarum Ordinis B. Mariæ Virginis de Mercede. Juris præcedendi* 23. *Jan.* 1692. §. *Firmato igitur* §. *Sequenti &* §. *Nec ullam dicit implicantiam*, confirmata 26. *Jan.* 1693. §. *Minus refragatur*, cor. bo. me. Emerix Decano.

Hinc ſupponendo, unionem controverſam fuiſſe per modum æquiparativum, & adæquativum, faciebat eundem diſcurſum, ac alter ex ſcribentibus ſupra enarratum *num.* 37. & in ſumma utrumque concludebat, quod, poſita adæquatione, & parificatione Eccleſiarum, intraret alternativa etiam circa prænominationem, Bald. *in proœm. ff.* §. *ſi itaque verſ. ſed ſuppoſito*, Tiraquell. *de primog. quæſt.* 19. *num.* 5. Cruſ. *de præeminen. cap.* 7. *per tot. lib.* 1. addi poteſt Gonzal. *gloſſ.* 51. *num.* 57. a me repertus.

Mira-

Digitized by Google

Mirabar, ego tamen de hactenus relato utriuſque 40 ſcribentis diſcurſu propter æquivoca, in quibus uterque verſabatur. Quo enim ad primo ſcribentis ſuppoſitum, nempe, quinque eſſe ſpecies unionis, juxta Hoſtienſem, advertebam, illius opinionem non fuiſſe receptam, ſed potius approbatam fuiſſe opinionem Gloſſ. *in d. cap. novit.* tres tantum unionis ſpecies diſtinguentis, ut apud Marcam *de conſ. conſtit. ſect. 9. num.* 8. eſt omnium Doctorum communis theorica, ut ex doctrinis allegatis *num.* 3. Quo vero ad aliud ſuppoſitum, quod unionis æque principalis tres eſſent ſpecies, ego reſpondebam, planè eſſe opinionem in Jure novam, & inventam de capite; Hactenus enim in Jure noſtro non fuit audita niſi unica ſpecies unionis æque principalis, quando ſcilicet fit unio quoad Prælatum duntaxat, non quoad ipſas Eccleſias earumque Jura, & prærogativas, ut non ſolum docet gloſſ. *in d. capit. novit.* ſed & omnes communiter Canoniſtæ. Aliæ enim duæ ſpecies ſunt ideales, & prorſus ineptæ, quia caſus duarum Eccleſiarum inferiorum, quæ eodem contextu eriguntur Cathedrales, & uniuntur ſimul quoad Prælatum duntaxat, nihil omnino differt ab alio caſu, quando duæ jam antea Cathedrales ſimul uniuntur; quia utrobique viget eadem ratio, quod unio ſit facta quoad Prælatum, & Rectorem, non quoad ipſas Eccleſias inter ſe; Et exinde magis inſulſus eſt alter caſus duarum Eccleſiarum unitarum, quarum altera fuit erecta in Cathedralem, & eodem tempore unita alteri Eccleſiæ jam Cathedrali, quia eſt idem caſus, ac præcedens figuratus in duabus inferioribus Eccleſiis, ſimul erectis in Cathedrales, & ſimul unitis, ita, & taliter, quod mihi videbatur extra juris regulas excogitare tot ſpecies unionum in Jure pro regula, & baſi, quot ſunt caſus 41 materiales contingibiles in facto; quando tamen Canoniſtæ, qui habent ſanum judicium, ſolum poſuerunt in Jure tres unionum ſpecies, alios vero caſus omiſerunt, dicendo generaliter reliquorum judicium pendere ex tenore privilegii, quod eſſe attendendum dicit ipſe Hoſtien. qui, poſt figuratas quinque unionum ſpecies, ſic declarat in fine concludendo in *d. cap. novit. num. 4. in fine* ibi – *quæ tamen non ſunt perpetuo vera, quia privilegii tenor diligenter eſt attendendus.*

Neque ſecundam ſpeciem unionis æque principalis efformare poteſt caſus Rotæ *in Vaden. ſeu Urbanien. prænominationis*, coram Emerix, quia ille caſus eſt indifferens ab eo communiter figurato de duabus Cathedralibus unitis æque principaliter quoad Prælatum duntaxat, ſed eſt ſolum differens vigore privilegii Papalis, quod aliquam alterationem legali theoricæ dedit, diſponendo, quod æquo Jure Epiſcopus utrique Eccleſiæ præeſſet, & ſic pariſicando ambas Eccleſias, unde non diverſificat communem theoricam Juris, quæ ſolum limitatur ex circumſtantia particulari adjecta in privilegio. Rurſus, neque diverſificat ex alio capite, quia nempe ibi non conſtabat, quænam ex Eccleſiis inferioribus eſſet antiquior altera ante Cathedralitatem, & unionem; nam ſi conſtitiſſet, utique antiquiori prænominationem Rota conceſſiſſet.

Sublata ſecunda ſpecie, tollitur & tertia, quæ eſt eadem, excepta materialitate, quod una tantum Eccleſia eſt Cathedralis, & altera non, ante unionem, ſed fit eodem tempore Cathedralis, & unitur, neque ulla auctoritas adeſt, quæ talem ſpeciem unionis diſtinxerit uti differentem ab æque principali, quæ unica in Jure eſt, & ſemper fuit, contingente ſolum variatione aliqua propter diverſitatem privilegii, aut materialitatem fa- 42 cti. Nec aliquid contrarium deduci poteſt ex Panorm. *in d. cap. novit n. 6.* dum ſolum dicit – *Ultima Eccleſia unitur alteri, cum erigitur in Cathedralem &c. & tunc erit idem Epiſcopus utriuſque, ſi unitur Eccleſia Cathedrali; ſi autem unitur Eccleſia inferior Eccleſiæ Cathedrali, nec expreſſe erigitur in Cathedralem, tunc iſta inferior remanet in ſuo ſtatu, & ſedes eſt apud primam duntaxat* – quod applicare ad caſum nihil eſſe aliud videbatur, quam multiplicare æquivoca, & ſaltare de uno caſu ad alium, cum Panorm. loquatur, an, & quando per unionem Eccleſia inferior evadat Cathedralis; ubi bene firmat, quod ſit talis, ubi prævia erectione in Cathedralem unitur alteri Cathedrali, non autem ſi unitur ſimpliciter Cathedrali, quia per ſolam unionem non mutat ſtatum de inferiori in Cathedralem, quod ſane nihil commune habet cum caſu præſenti.

Minuſque ſecunda & tertia ſpecies unionis æque principalis creari poteſt ex diverſitate rationis, in qua primus ſcribens pro Eccleſia Hadrienſi credebat diſtinguere caſum a caſu. Quippe tota ratio juxta ipſum conſiſtebat in eo, quod, quando Eccleſia inferior, prævia erectione, in Cathedralem unitur alteri Cathedrali, ſit ipſo jure ſuppreſſio antiqui ſtatus inferioris, ut proinde non poſſint intrare termini unionis præſervantis Eccleſias in ſuo primævo ſtatu.

Hæc ratio erat infeliciſſima, quia non prætendebatur dignioritas, & majoritas Eccleſiæ Pennenſis ſupra Hadrienſem, habita ratione ſtatus inferioris, in quo iſta erat ante erectionem in Cathedralem, & ante unionem, veluti quia eſſet Collegiata, vel Parochialis, vel Eccleſia ſimplex; ſed, habita 43 ratione ejuſdem ſtatus, novit, quia Eccleſia Pennenſis erat Cathedralis antiquiſſima, Hadrienſis vero valde moderna, uti erecta in Cathedralem contemporaneo cum actu unionis; & ſic ratione dignitatis antiquioris præeminentia debebatur Eccleſiæ Pennenſi, juxta doctrinam Fagnan. *in d. cap. cum certum de major. & obed.* & decreta Sacri Conſiſtorii, de quibus infra *n.* 65. & 66.

Et ulterius majoritas, & dignioritas competebat Eccleſiæ Pennenſi ex alio capite, quia nimirum ea fuerat matrix reſpectu Hadrienſis, olim exiſtentis in Diœceſi ipſius Epiſcopatus Pennenſis, quæ ſubjectio Eccleſiæ Hadrienſis, licet derelicta fuerit per apicem Cathedralitatis, ad quem fuit elevata, itaut videatur præjudicatum matricitati Eccleſiæ Pennenſis, *ex dec.* 1445. Seraphini, id tamen procedit, quando Eccleſia ſubjecta fit ſuperior ipſa Eccleſia matrice; tunc enim priſtinus ſtatus ſubjectionis amplius non conſideratur, ut in Eccleſia erecta in Collegiatam, cujus reſpectu perdit matricitatem Eccleſia antea ſuperior, & matrix, juxta terminos, in quibus loquitur Seraphin. ſecus vero eſt, quando Eccleſia ſubjecta non fit ſuperior; ſed æqualis ipſi Eccleſiæ, cujus erat ſubdita, ut eſt caſus præſens; Tunc enim licet verum ſit amitti ſubjectionem antiquam, quia par in parem non habet imperium; attamen non amittitur ille honor reverentialis, ac illa neſcio quæ ſubmiſſio obſequioſa ob memoriam priſtinæ ſubjectionis, & reſpectivæ ſuperioritatis debita Eccleſiæ matrici; ſicuti vidimus in ſervo, qui licet manumittatur, & 44 liber fiat, tamen ſemper debet Patrono honorem reverentialem in memoriam antiquæ ſervitutis *l. ſi unus §. ſervus ff. de quæſt.* Tiraq. *in tract. ceſſant. cauſ. part.* 1. *num.* 106. quæ reverentia licet in actibus ipſum ſtatum Cathedralitatis reſpicientibus nihil operetur, nec ſit conſiderabilis, cum ambæ Eccleſiæ ſint Cathedrales, & conſequenter ambæ eadem Cathedralitatis prærogativa tractandæ; tribuit tamen prælationem in competentiis earum privatis, ſeu particularibus diſtinctis, & extraneis ab ipſa Cathedralitate, ut eſt quæſtio prænominationis, & præcedentiæ unius, vel alterius Capituli in proceſſionibus, ſeſſionibus in Synodo, & ſimilibus, & in hoc punctualis eſt Fagnan. *in d. cap. cum certum de Majorit. & obed. ubi ſupra &* facit Card. de Luca *de præb. min. diſcurſ.* 42. *n.* 12.

Accedebat etiam tertium caput Majoritatis Eccleſiæ Pennenſis ſupra Hadrienſem, quia erat Eccle- 45 ſia antiquior, hoc eſt fundata longe prius, quam Hadrienſis, & ſic debebat antiquioritatem nedum dignitatis Cathedralis, ſed etiam originis, & ſenioritatis fundationis Eccleſiæ, cum præcedentia debeatur

ſenioribus; unde Tacit. *lib.* 3. *annal.* narrat, quod Domitius Corbulo habuit litem in Senatu cum Silla juvene, ut qui ei, uti ſeniori, inter ſpectacula gladiatorum loco non deceſſiſſet. Hæc autem minoritas in ætate fundationis non fuit immutata, aut perdita per erectionem Eccleſiæ Hadrienſis in Cathedralem, quia Cathedralitas eſt novus ſtatus dignitatis, non originis, quæ deſtruet quidem antiquum Collegiatæ, & inferioris dignitatis Eccleſiæ, non vero immutat qualitatem inſitam Eccleſiæ, uti Eccleſiæ, pro ut eſt qualitas, ſed tempus fundationis antiquioris, ſeu recentioris.

Superato diſcurſu primi ex ſcribentibus contrariis, de facili tollebatur ſecundi amœnum ratiocinium, quia ſupponebat, unionem æque principalem eſſe in duplici ſpecie, quarum altera eſſet æqualitatis paritatis, & ſocietatis, ſed non poterat excuſare æquivocum conſiderabile, dum accipiebat unionem incorporativam pro æque principali, & confundebat unam ſpeciem cum alia, licet excuſabilis eſſet lapſus propter aliqualem obſcuritatem, & confuſionem Doctorum, & deciſionum male exponentium materiam, quam confuſionem ego clare explicabam in gratiam tyronis, advertendo, quod unionem incorporativam (quæ
46 poteſt fieri tam acceſſorie, quam æque principaliter) nonnulli confuſe intelligendo, hoc eſt, non diſtinguendo unionem incorporativam factam æque principaliter ab unione ipſa ſimpliciter æque principali, firmarunt, in unione æque principali dari communicationem privilegiorum, & prærogativarum per viam adæquationis, & attributionis alteri Eccleſiæ ejus, quod plus reperitur in altera, quod tamen venit explicandum, ut procedit in unione incorporativa æque principaliter facta, in quo ſenſu loquitur Gloſſ. *in d. cap. novit. ibiq.* omnes Canoniſtæ, *& optime* Pacian. *de prob. cap.* 26. *num.* 53. *lib.* 1. non autem ſimpliciter æque principali; cumque propterea præſens unio eſſet ſimpliciter æque principalis, cum præſervativa privilegiorum, & jurium utriuſque Eccleſiæ, non videbam fundamentum applicationis terminorum unionis incorporativæ ad caſum.

Agnoſcentes hanc veritatem defenſores Eccleſiæ Hadrienſis, volebant impugnare, quod antiquioritas Cathedralitatis daret præcedentiam; dicebat enim ille ſecundus ex contrariis ſcribentibus herboſo ſtylo, non eſſe veram propoſitionem, quod in Eccleſiis æque principaliter unitis prænominatio deſumatur ex antiquioritate Cathedralis, quia nonnunquam, & forſan ſæpius etiam in iſtis militat cenſura alternatæ denominationis, vel duplicatæ expeditionis Bullarum, ut, loquens de
47 Epiſcopatibus Brunduſino, & Oritano mutuo invicem principaliter unitis, conſuluit Mandoſ. *conſ.* 27. *numer.* 6. *&* 7. ubi ait, ſatis rationabilem eſſe duplicatam Bullarum expeditionem, niſi forte difficultatem faceret gravamen, quod illatum diceretur Epiſcopo, cum obligando ad iteratas ſolutiones Officialibus, & in terminis Eccleſiæ Valvenſi, & Sulmonenſi eadem unionis ſpecie connexis, firmavit Rota *in deciſ.* 346. *numer.* 7. *part.* 13. *rec.* ubi Rota inclinavit in alternatam denominationem.

Dicebat ulterius, antiquioritatem Cathedralitatis non dare Jus præcedentiæ Epiſcopo, ſed illam ſolum ſpectari ex antiquioritate ordinationis, tam de Jure, quam ex praxi, juxta quam obſervatur, Epiſcopum ſeniorem in ordinatione perſonali antecellere Epiſcopum antiquioris Cathedralis, tam ad cenſuram *Can. Epiſcopor. diſtinct.* 74. magiſtraliter reaſſumpti a Decian. *reſp.* 19. *numer.* 209. *vol.* 3. a Card. Jacobat. *de Concil. capit.* 23. *per tot.* a Maſtril. *de Magiſtrat. lib.* 4. *capit.* 14. *num.* 22. *& ſeqq.* qui omnes caſum exemplificant in Civitate Hieroſolymæ, quæ licet ceteris Eccleſiis dignior, & excellentior ſit, ob excelſiſſimam prærogativam paſſionis, & mortis Salvatoris noſtri; adhuc tamen Patriarcha Hieroſolymitanus inferiorem locum tenebat, quando alii priorem in tempore ordinationem conſecuti fuerant; Quam ex præſcripto S. Congregat. Rituum, & Sacr. Congregat. Concilii in Decretis regiſtrat. apud Sellitum *in ſelect. Can. cap.* 3. *n.* 77. Barboſ. *in ſum. Apoſt. deciſ. collectan.* 290. *num.* 1. Pannimol. *dec.* 1. *annot.* 4. *n.* 5. *& ſeqq.*

Eſſe poſſe illam, & rationem, quam ex Tiraq. *in tract. de nobil. cap.* 8. *ſub num.* 4. *&* 10. *& cap.* 20. *num.* 191. ad propoſitum explanat Rot. *in Cauſa Valven.* coram Taya *dec.* 346. *par.* 62. *rec. num.* 3. quod nempe antiquioritas Cathedralitatis efficere forſan apta eſt Eccleſiam nobiliorem, ſed non digniorem ad effectum adjudicandi ex illa effectus præeminentiales Epiſcopo.

Sed in hoc etiam ego notabam aliud æquivocum; quid enim commune habebat præcedentia debita Epiſcopo cum prærogativa debita Eccleſiæ? Verum eſt enim, quod præcedentia Epiſcopo debetur, non ratione antiquioris Cathedralis, in qua reperitur, ſed ratione prioris ordinationis; ſed hoc non erat applicabile ad quæſtionem, ubi non erat in lite competentia hujus Epiſcopi cum alio, ſed prænominationis honor debitus uni Eccleſiæ ſupra aliam Concathedralem ratione Cathedralitatis, ſeu dignitatis antiquioris, & ſic non erat confundenda præcedentia, & competentia Eccleſiarum cum illa Epiſcoporum; antiquiorem vero, dici digniorem, ſicut & nobiliorem, eſt clarum; nam ſeniori deberi præcedentiam dicitur tanquam digniori in ordine ad juniorem, Tiraquell. *de primogen. in præfat. n.* 111.

Vindicato ab objectis primo fundamento diſpoſitionis Juris militantis pro Eccleſia Pennenſis, minus obſtare mihi videbantur ea, quæ in contrarium deducebantur ſuper altero fundamento, nempe ſuper Bulla unionis; Etenim allegebatur primo, quod Papa voluiſſet Epiſcopum nominari ibi -- *tam Hadrien. quam Pennen.* -- ſed hoc nihil concludebat, niſi quod Papa voluiſſet, ambas Eccleſias eſſe Epiſcopales, eaſque parificare circa Titulum Epiſcopalem, non autem ad hoc, ut inter ſe ipſas prænominatio eſſet alternativa modo unius, & modo alterius.

Allegabatur ſecundo, quod juxta tenorem unionis Epiſcopus commorando & reſcribendo Hadriæ in ſcripturis denominari deberet *Hadrienſis, & Pennenſis*; contra vero, ſi commoraretur Pennæ; ſed hoc etiam nihil concludebat ad caſum ex pluribus; ſive quia id locum habebat in actibus Epiſcopalibus, & circa denominationem faciendam in ſcriptura Epiſcopi tantum, ut declaravit Gregorius XIII. in ſua Bulla, de qua infra ibi -- *in Scriptura tantum, ſi quam* ibi -- *per eum fieri contigerit* -- un- 48
de alternativa circa prænominationem in ſcriptura tantum Epiſcopi, non poterat trahi ad prænominationem in ſcriptura Papæ, quia illa dictio *Tantum* excludit omnem alium caſum, & maxime diverſum, & totaliter diſparatum, non obſtante, quod hæc verba taxativa non legantur in Bulla unionis Innocentii IV. ſed in illa Gregorii; quia cum Bulla unionis non ſit contraria, ſed generalis, potuit declarari per aliam ſubſequentem Pontificis ſucceſſoris ex allegatis *ſub n.* 9.

Sive quia alternativa prænominationis in ordine ad ſcripturam Epiſcopi ſtatuta fuit, quan- 49
do Epiſcopus Hadriæ degeret, ibique reſcriberet, quod fuit ex gratia, quia de Jure etiam in hoc caſu digniori Eccleſiæ competit prænominatio ex dictis ſupra *n.* 12. quoties vero degeret Pennæ vel alibi, ſeu in loco tertio, fuit diſpoſitum, ut prænominandus foret Epiſcopus ab Eccleſia Pennenſi, ut pariter declarando Bullam unionis explicavit Gregorius XIII. in ſuo Diplomate ibi -- *Et e contra, cum in Civitate Pennen. vel alibi conſiſtat Pennen. & Hadrien. Epiſcopum ſe debeat nominare*, licet exiſtendo in loco tertio, data paritate Eccleſiarum, inſpecto Jure communi ab Eccleſia, cujus negocium explet, & ſuper quo reſcribit titulum inchoare debeat Epiſcopus, apud Mandoſ. *in regul.* 12. *Cancell. quæſt.* 1. *num.* 4. *& conſ.* 27. *num.* 3.

*num.* 3. Gonzal. *Gloſſ.* 5. §. 7. *num.* 30. Cavaler. *dec.* 330. *ſub num. finali*.

Unde, cum hodie quæſtio ſit ſuper prænominatione in loco tertio, ſeu Romæ, ubi expeditur proviſio Apoſtolica, Bulla unionis manifeſte concedit prænominationem Eccleſiæ Pennenſis, ſicut enim ſi Epiſcopus Romæ degeret, ſe in ſcriptura denominare deberet *Pennen. & Hadrien.* ita & multo fortius ubi Papa in hoc loco tertio providet, & ſuam ſcripturam facit.

Denique ad tertium fundamentum obſervantiæ, ſeu quadruplicis centenariæ, quæ pro Eccleſia Pennenſi concurrebat, defenſores Eccleſiæ Hadrienſis acerrime eam nedum impugnabant, ſed prætendebant habere obſervantiam totaliter contrariam Eccleſiæ Pennenſi, & primo loco adducebant factum, & declarationem ipſiuſmet Innocent. IV. Auctoris hujus unionis, qui poſt eam, ut ſupra factam, direxit literas Apoſtolicas Epiſcopo (dum de tempore unionis Epiſcopatus erat plenus) eum nominando *Hadrienſem & Pennenſem*.

Non negabam ego relevantiam hujus actus prima fronte apparentem, ſed penetrando mentem ipſius Innocentii IV. doctiſſimi viri, ac Principis Canoniſtarum, de facili ille corruebat, & nihil concludebat; Quippe in Bulla unionis iſte doctiſſimus Pontifex plene declaraverat, velle dare Eccleſiæ, & loco Hadrienſi nomen inſigne in illo principio dignitatis noviter impreſſæ, & propter hanc cauſam decrevit, & Epiſcopus in ſcriptura præferret titulum Hadrienſem, quando ibi commorari, & reſcribere contigiſſet ut ex illis verbis *ſic addatur gratia gratiæ, & per hoc locus ipſe Hadrienſis habetur inſignis*; unde, retento hoc fine, non mirum, ſi ipſe ad magis reddendum inſignem locum Hadriæ, ut exoptabat in illo principio, direxit literas Apoſtolicas Epiſcopo prænominando Hadrienſe, quæ utique prænominatio tanquam fa-
50 cta ex gratia, & ſemel, & ex mera urbanitate,
non poterat trahi ad conſequentiam univerſalem,
ſeu perpetuam, ut nempe exinde data eſſet lex al-
ternativa prænominandi modo unam, modo alte-
ram Eccleſiam, Auch. *conſ.* 118. *n.* 4. *& conſ.* 328.
*n.* 2. Rot. coram Seraph. *dec.* 911. *n.* 2. *& in Der-
thuſen. Juriſdictionis* 4. *Martii* 1697. §. *abſque eo*
51 *quod*, coram R. P. D. Pio, & ceſſabat etiam diffi-
cultas ex facto, dum prima proviſio Eccleſiarum
unitarum fuit facta ab Urbano IV. de quodam
Gualterio, in qua prænominata fuit Eccleſia Pen-
nenſis, & cum hac prænominatione continuarunt
omnes ſequentes proviſiones in æternum.

Major ſtrepitus fuit circa aliud fundamentum,
quod in hoc puncto obſervantiæ deducebant de-
fenſores Eccleſiæ Hadrienſis; etenim quaſi ridebant
de obſervantia allegata pro Eccleſia Pennenſi, di-
cendo, quod Eccleſia Hadrienſis habebat pro ſe
obſervantiam firmatam per res judicatas Sac. Con-
gregationis Concilii, ex quo inferebant, non eſ-
ſe habendos in conſideratione, ſi quos actus in
contrarium pro Eccleſia Pennenſi ego allegarem;
Moles autem rerum judicatarum erat iſta, nem-
pe reſolutio Sacræ Congregationis Epiſcoporum,
52 & Regularium 3. *febr.* 1604. circa ſervandam
alternativam ordinationum, modo in una, &
modo in altera ex Eccleſiis unitis, nec non Bre-
ve S. M. Gregorii XV. ſuper alternativa primi
ingreſſus, Synodi, ac ceterarum functionum Epi-
ſcopalium ad formam reſolutionis Sacræ Congre-
gationis Concilii 16. Aprilis 1622. ut infra *num.*
85. *uſque ad* 90. quæ judicata uti emanata contra
Eccleſiam Pennenſem dicebantur facere ſtatum,
ac interrumpere quamcunque contrariam conſue-
tudinem, & ſuper hoc multum inſiſtebant defen-
ſores Eccleſiæ Hadrienſis, dicendo, hujuſmodi ju-
dicata apertiſſime declaraſſe Bullam unionis parifi-
cativæ, non autem præſervativæ, ex Vermigl. *conſ.*
151. *nu.* 7. Luc. Penna *in l. unica num.* 12. *C. de
Metropol.* Berit. *lib.* 12.

Neque enim ſubjungebant dari poſſe diverſitatem rationis, quare primus ingreſſus, Synodus,
& ceteræ functiones Epiſcopales eſſent alternandæ 53
in una, & altera Eccleſia, & per contrarium non
eſſet alternanda prænominatio; nam ſicut alterna-
tiva dictorum functionum provenit ex natura unio-
nis parificativæ, ita eadem ſervari debet etiam in
prænominatione, cum unio parificativa omnia ad-
quet, nec aliquid inæquale inter Eccleſias adeſſe
permittat Gloſſ. *in d. cap. novit. ne Sede vacante*
ad Text. *in l. nam & Magiſtratus ff. de arbitr.*
Bald. *conſ.* 97. *numer.* 1. *lib.* 3. *& conſ.* 123. *lib.* 5.
alias enim, data ulterius Eccleſiæ perpetua præno-
minatione, paritas dignitatis deſtrueretur, & præ-
nominata principalior dijudicaretur, ex Gloſſ. *in
Clem. per literas in verb. Eccleſiis de præben.* Felin.
olim harum Eccleſiarum Antiſtes *in cap. tranſlato
num.* 7. *verſ. & iſtis adde de conſtit.*

Quo ſuppoſito, dicebant nihil concludere præ-
ſervativam Jurium Eccleſiarum unitarum factam in
Bulla unionis, quia, data coæqualitate principali- 54
ter volita, intelligenda venit de Juribus compati-
bilibus cum qualitate, & natura ipſius unionis,
non de illis, quæ ipſam unionem deſtruerent;
ideoque explicari ſolet de privilegiis competenti-
bus, quoad alios, non vero comparative quoad
ipſa corpora unita, quia per unionem commixta
ſunt, & communicata, ut in terminis dixit Rota
*deciſ.* 148. *num.* 7. *part.* 14. *rec*, ubi concordantes,
& notant ad caſum Barboſ. *de offic. Parochi capit.*
25. *numer.* 10. Puteus *deciſ.* 83. *lib.* 1. *& Rota in
Barchinonen. Parochialis del Prat.* 10. *Junii* 1695.
§. *ea nanque regularis eſt*, coram recol. mem. Ur-
ſino Decano.

Vel in omnem caſum, quatenus hæc præſerva-
tiva trahi valeret ad ipſas Eccleſias unitas inter
ſe, verificari dicebant ſe conſervatione operativa
in caſum unionis diſſolutæ, non vero ea durante;
atque hujuſmodi explicatio eſſet pinguior expreſſio
quidditatis, & naturæ unionis æquiparativæ, &
expletæ per viam communicationis; nam per eam
privilegia commiſcentur, diſſoluto vero ſtatu uni-
tivo, veluti ſocietate quadam diſtracta, præſerva-
tiva operatur, quia unaquæque illico reaſſumit 55
antiqua Jura, quæ prius communiter retinebat in
corpore ſociativo, ut magiſtraliter explanat Petrus
de Peruſio *de unionibus cap.* 7. *fere per tot.* Garz.
*de Benef. part.* 12. *cap.* 2. §. 3. *numer.* 309. & pun-
ctualiſſime Rota *in Provinciarum Ordinis B. Ma-
riæ Virg. de Mercede Juris præcedendi* 23. *Janua-
rii* 1692. §. *Firmato*, cor. bo. me. Emerix Decano.

Ego, quamvis contra hujuſmodi objecta ſuffi-
cienter reſpondiſſem, quod ea reſtricta erant ad
probandam alternativam functionum, & actuum
Epiſcopalium, ex quibus non valebat argumen-
tum ad prænominationem in proviſionibus Apo-
ſtolicis, tamen, quia videre ſtabilitam hanc alter-
nativam in functionibus Epiſcopalibus faciebat ne-
ſcio quam impreſſionem, & perſuaſivam; ita et-
iam regulandi prænominationem, maxime, quia
verba Bullæ unionis pabulum dabant arguendi hinc
inde, Ego pro tollenda confuſione efformavi
hanc diſtinctionem, videlicet inter actus, qui 56
reſpiciunt Epiſcopum, & inter eos actus, qui re-
ſpiciunt ipſas Eccleſias quoad ſe, firmando, quod
alternativa intraret quidem quoad actus Epiſcopa-
les, non autem quoad eos, qui privatas, ſeu par-
ticulares earundem Eccleſiarum competentias con-
cernunt.

Rationem diſtinctionis eam eſſe advertebam,
quod nempe unio æque principalis Eccleſiarum
erat quoad ſolum Epiſcopum, & quoad ſolum
earum caput, ut utrique præeſſet, ita uniendo re-
gimen in uno, nullatenus vero unio erat quoad
ipſas Eccleſias inter ſe; nam talis eſt natura unio-
nis æque principalis, ut reſtringatur ad unionem
Rectoris, & Gubernatoris, non Eccleſiarum regen-
darum, & gubernandarum, quæ etiam poſt unio-
nem remanent diſtinctæ, & ſeparatæ, ut prius, 57
retinendo eaſdem prærogativas, & privilegia, quæ
ante unionem habebant, ut bene explicant *Do-
ctrina allegata numer.* 4. & clara ſunt exempla

in duobus Caſtris, Civitatibus, aut Regnis unitis tantum, ut maneant ſub unico Principe, qui plures Principatus regat,

Suppoſita igitur unione ſolum quoad Epiſcopum, non quoad ipſas Eccleſias inter ſe, demonſtrabam aperte rationem differentiæ, quare non valeret argumentum ab alternativa functionum Epiſcopalium ad alternativam competentiarum inter Eccleſias cadentium, quia ſcilicet, cum unio eſſet quoad Epiſcopum, proinde actus Epiſcopales, ſeu quoad Epiſcopum, neceſſario eſſe
58 debebant alternativi; cum enim ille ſit ſponſus æqualis, debet utrique Eccleſiæ ſe parem oſtendere, nec unam Eccleſiam alteri poſtponere; hæc enim eſt propria regula Præſidentis, juxta illud Virgilianum,

*Rex Juppiter omnibus idem, &*

*Taſſ. che Goffredo con tutti è Duce equale.*

Hinc merito Tiberius noluit per ſe ipſum adire legiones Germaniæ, & Pannoniæ pro componendis earum ſeditionibus, dubitando offendere vel has, vel illas, ſi primum ingreſſum faceret in has, vel illas; & proinde ſtatuit pro temperamento mittere Druſum, & Germanicum ejus filios, a quibus tam iſtæ, quam illæ legiones æqualiter, & eodem tempore adiri poſſent ibi - *quos igitur anteferret, ac ne poſtpoſiti contumelia accenderentur? At per filios pariter adiri* - *Tacit. lib. 1. annal.* Palear. *ad ipſum obſerv.* 105. ubi notat, quod Sereniſſimus Dux Farneſius hac de cauſa conſuevit ſe inſcribere - *P. & P. Dux* - ne magis Parmæ, quam Placentiæ favere videatur, quod obſervat etiam Matt. *de Cauſ. Conſiſt. ſect. 9. numer. 13. in fine*; & hac etiam de cauſa contendentibus Quadrato, & Corbulone Ducibus Neronis ſuper gloria pacis Parthorum ab altero ipſorum prætenſa, ut eſſet utrique indifferens, ordinavit - *ob res a Quadrato, & Corbulone geſtas laurum faſcibus Imperatoris addi* - temperamentum egregium, ex quo neuter offendi poterat.

Ex diverſo autem, cum unio nulla fuerit inter ipſas Eccleſias quoad ſe, propterea competentia prænominationis inter ipſas non poterat eſſe alternativa, ſicut nec erat competentia earum Ca-
59 pitulorum in Proceſſionibus, & in Synodo; alias enim eſſet prætendere alternativam in caſu, ubi non adeſt unio, & ſic retento etiam ſuppoſito unionis parificativæ (ſicut eam vocabant Defenſores Eccleſiæ Hadrienſis) adhuc parificatio non poterat intrare, ubi non reperiebatur talis unio, prout non reperiebatur inter ipſas Eccleſias quoad ad ſe, & quoad actus reſpicientes earum particulares præeminentias, & competentias, & conſequenter prænominatio concedenda erat majori, & digniori ex Eccleſiis, quoad Epiſcopum unitis.

Cum hac diſtinctione conciliabam aperte tantam confuſionem, cum qua procedebatur, quippe res judicatæ Sacr. Congregationis cadebant ſolum quoad actus, & functiones Epiſcopales nempe ordinationum, primi ingreſſus, Synodi, & aliorum, & ſic videbantur juſtæ, eo quia unio erat quoad Epiſcopum, itaut actus Epiſcopales deberent eſſe pares, & alternati in Eccleſiis unitis ad ſervandam æqualitatem unionis parificativæ, intelligendo de parificatione circa actus Epiſcopales, & reſpicientes ſtatum Cathedralitatis, & in his terminis, bene conſuluit adeſſe parificationem *Vermigl. conſ.* 161. & in terminis Pontificalium alternative exercendorum, tradit etiam Pignat. *d. conſult. 135. numer. 6. tom. 9.* & in his terminis quoque intelligenda erat alternativa prænominationis in ſcriptura Epiſcopi reſultans, ex lege unionis.

Extra caſum vero actuum Epiſcopalium, hoc eſt
60 in ordine ad prænominationem, & præcedentiam in Synodo, & proceſſionibus; dicebam eſſe totaliter abſurdam prætenſionem alternativæ, quia ſi iſti erant actus præeminentiales inter ipſas Eccleſias quoad ſe, neque unio cadebat ſuper Eccleſias quoad ſe, conſequenter non poterat ad hos actus decidendos allegari ratio unionis parificativæ, quæ tali caſu non aderat, nec ulla concurrebat, & ad excludendam alternativam ab his actibus allegabam nedum verba ipſius unionis præſervantia Eccleſiis unitis Jura prius competentia, quæ præſervativa manifeſte arguebat, unionem non adeſſe quoad ipſas Eccleſias inter ſe, nempe, ut de duabus materialibus facta foret una formalis, ut eſt unio incorporativa, ſed etiam rem judicatam ex oraculo Summi Pontificis Gregorii XIII. qui præcedentiam decrevit Capitulo Pennenſi ordinando, quod circa ſeſſionem in Synodo, & ubicunque ſimul convenerint ambo Capitula, eidem Pennenſi præcedentia debeatur.

Et hæc diſtinctio habuit plauſum, & placuit R. P. D. Anſaldo Sacræ Rotæ Auditori doctiſſimo viro, ac fori noſtri celeberrimo ingenio; & hanc eandem diſtinctionem probari dicebam etiam ex actibus, qui in contrarium deducebantur ad probandam alternativam functionum Epiſcopalium: quia Gregorius XV. in ſuo Brevi confirmatorio Decreti Sacr. Congregationis Concilii ſuper alternativa functionum Epiſcopalium nominavit prius Civitatem Pennenſem, quam Hadrienſem, ibi - *multumque litigatum eſſet inter Civitates Pennenſem & Hadrienſem* - prout etiam Sacra Congregatio Concilii in alio ſimili Decreto anni 1625. approbato per Urbanum VIII. nominavit prius Pennenſem, quam Hadrienſem ibi - *Conſuit Epiſcopum Pennen. & Hadrien.* - unde, dum ipſi Summi Pontifices eodem tempore, quo ſtatuerunt alternativam functionum Epiſcopalium, adhuc prænominarunt *Pennen.* exinde inferebam, diſtinctionem inter actus Epiſcopales, & prænominationem Eccleſiarum eſſe veriſſimam uti comprobatam ex ipſomet fonte, ex quo deſumebatur alternativa functionum Epiſcopalium, & jungebam quoque conſiderationem, quod, non obſtante lite, & re judicata, ſemper practicata & continuata fuerat prænominatio favore Eccleſiæ Pennenſis, ſignum evidens, quod lis, & judicata reſpiciebant quid diverſum ab ea.

Defenſores Eccleſiæ Hadrienſis allegabant contra obſervantiam duo decreta Conſiſtorialia annorum 1551. & 1568. in quibus legebatur *Hadrien. & Pennen.* ſed reſponſum fuit, cedulas proviſionum eſſe diverſas nempe *Pennen. & Hadrien.* & quamvis in contrarium diceretur eſſe attendenda decreta, & non cedulas; tamen in hoc male ſentiebant, quia Bullæ proviſionum cenſentur expedite ad formam cedularum, & non decretorum, advertendo, quod expeditiones Eccleſiarum, & proviſionum, juxta ſtylum fiunt ad formam contracedulæ, quæ traditur a Præſummatore, & iſta contracedula in omnibus, & per omnia deſumitur ex tenore ſolius cedulæ Conſiſtorialis, non autem De- 61
creti, ut probatum fuit ex atteſtatione ejuſdem Proſummatoris & expeditorum, ac officialium Cancellariæ; & ſic attendendæ erant cedulæ ut pote formantes Bullam, non decreta; hæc enim quæſtio erat ſuper prænominatione in Bulla, non in Decretis.

Et ita reſoluta fuit juſtiſſime Cauſa pro Eccleſia Pennenſi, & petente Hadrienſi novam audientiam, non aliter fuit hæc conceſſa, quam cum clauſula - *abſque retardatione*. Alia ſuper hoc puncto legi poſſunt in voto optime, ac docte extenſo per R. P. D. Paſſioneum Secretarium S. Congregationis Conſiſtorialis, quod eſt tenoris infraſcripti.



Digitized by Google

## VOTO

*Dell' Illuſtriſſimo Monſignore*

## PASSIONEI

Segretario della Cifra

*DELLA SANTITA' DI N. SIG.*

# PAPA CLEMENTE XI.

E della Congregatione Conciſtoriale nella Cauſa Pannen. & Hadrien.

*Pannen. & Hadrien. Prænominationis.*

LAſciando all'avvedutezza di queſti Eminentiſſimi Signori l'eſſaminare ſtrettamente in Ju-
62 te, ſe ſi debba in avvenire nel provedere queſte Chieſe oſſervare l'alternativa, mi reſtringerò principalmente a riferire ciò, che hò oſſervato dà gl' atti Conciſtoriali da cento cinquant' anni in quà.

Premetto dunque, che per quello che ſi ſcorge da medemi queſt'alternativa in tutto queſto tempo non è mai ſtata praticata nelle Chieſe unite; Gl'eſſempi ſono nelle ſeguenti Chieſe, nelle
63 quali non ſi trova alcuna variatione, eſſendo ſempre una prenominata, cioè,

*Ampurien. & Civitaten.*
*Anglonen. & Turſien.*
*Avellin. & Frequenen.*
*Britonien. & Foropopilien.*
*Calagurritan. & Calciaten.*
*Caſtellan. & Hortan.*
*Materaten. & Tolentinen.*
*Marianen. & Avien.*
*Melphien. & Repellen.*
*Montisflaſconen. & Cornetan.*
*Surtin. & Nepeſin.*
*Viterbien. & Tuſcanen.*
*Vulturanien. & Montis Corbini.*
*Zacynthien. & Cephalonien.*

Nelle ſeguenti Chieſe ſi trova qualche variatione, ma non mai l'alternativa, come nelle Chieſe,

*S. Angeli & Biſaccien.* che eſſendo ſtata ſpedita dall'anno 1574. fin'all'anno 1662. ſi trova ſolamente il Decreto del 1585. dove è premeſſa la Chieſa Biſaccien. à quella di S. Angelo.

Nella Chieſa *Campanien. & Satrianen.* ſolamente del 1571. trovo premeſſa la Chieſa *Satrianen.* alla *Campan.* negl'altri ſei Decreti ſempre è premeſſa la *Campanien.*

Nella Chieſa *Geruntin. & Cariaten.* in trè Decreti dei 1576. 1578. e 1585. è prenominata *Geruntin.* del 1601. 1609. è premeſſa *Cariaten.* del 1617. 1659. e 1664. è premeſſa *Geruntin.*

Nella Chieſa *Archerotin. & Materan.* dell'anno 1586. fù premeſſa *Materaten.* in nove Decreti ſuſſeguenti è premeſſa *Acheruntin.*

Si che conchiudo, che in neſſuna delle Chieſe hò potuto ritrovare da Decreti Conciſtoriali, che ſi ſia praticata l'alternativa.

So, che la Sacra Rota nella Deciſione coram Emerix 20. *Junii* 1687. hà ſtabilita l'alternativa
64 frà le Chieſe d'Urbania, & S. Angelo, ma queſto forſe è proceduto, perche ambedue quelle Chieſe furono nell'iſteſſo tempo erette, ed unite inſieme, il che non ſi verifica in alcuna delle ſopradette unioni da me riferite, nelle quali pare che la più antica ſia ſempre preferita.

E ciò anco ricavo da un Decreto fatto da S.
65 Pio V. nel Conciſtoro delli 20. Giugno 1571. è ſcritto di proprio carattere del Signor Cardinale Silvio Antoniano, in cui ſi vede, che ſi deve prenominare la Chieſa più antica. Il Decreto è il ſeguente.

*Sanctitas ſua propter fructuum tenuitatem perpetuo univit Eccleſias Hierapetren. & Sitien. in Creta Inſula ſitas, ita ut denominatio fiat ab Hierapetren. quæ eſt antiquior.*

E che la Chieſa più antica, debba prenominarſi lo ricavo ancora da un Decreto fatto da Paolo III. nel Conciſtoro degli 8. Agoſto 1544. in 66
occaſione d'haver eretto in Cathedrale la Chieſa Parochiale nella Terra di Turſi Diocesi d'Anglona, havendo quivi transferita la ſteſſa Catedrale d'Anglona, e nondimeno volle che la Chieſa d'Anglona, benche eſtinta, ſi prenominaſſe alla Chieſa Turſien. Il Decreto è il ſeguente.

*Extinxit in Eccleſia Anglonen. titulum Cathedralis Eccleſiæ, & Oppidum Turſien. Anglonen. Diœceſis titulo Civitatis inſignivit &c. nec non P. E. S. Michaelis in Cathedralem erexit &c. Et ſedem Epiſcopalem Anglonen. ad dict. Eccleſiam tranſtulit, ac voluit, quod electus, & ſui ſucceſſores Anglonen. & Turſien. Epiſcopi denominari poſſint, Eccleſiaque Anglonen. præd. nomen tantum Cathedralis Eccleſiæ reſervavit.*

Devo anche premettere, che in quattro diverſi luoghi ſi regiſtrano i Decreti delle proviſioni
delle Chieſe; In primo luogo nel libretto di No- 67
ſtro Sig. quando S. Santità fà in Conciſtoro il Decreto della Proviſione: ſecondo nel regiſtro, che ſe ne forma il Sig. Cardinale V. Cancelliere, con cui ſi conforma in ſimile regiſtro, che fà il Camerlengo del Sacro Collegio; terzo nella Cedola del Sig. Cardinale proponente, il tenore della quale ſi fà la controcedola dal S. Cardinale V. Cancelliere, in vigore della quale ſi ſpediſcono le Bolle *ſub Plumbo*; quarto nell'iſteſſe Bolle, in vigore delle quali il Veſcovo piglia il poſſeſſo della Chieſa proviſta.

Nel caſo preſente delle Chieſe di Penna, & Atri non è mai ſtata oſſervata l'alternativa, perche ne'libretti di Noſtro Signor è ſtata prenominata Atri quattro volte ſeguitamente, cioè del 1648. 1657. 1661. e 1668. dopo del 1696. fù prenominata Penna, & in queſto ultimo ſtato, che ſi controverte, è ſtata di nuovo prenominata Atri.

Negl'atti Conſiſtoriali del V. Canceliere è an- 68
cora quattro volte prenominata Atri cioè nel Secolo paſſato del 1568. e nel preſente 1648. 1661. 1668.

Nelle Cedole del Cardinale proponente ſolamente negl'anni 1648. e 1668. viene prenominata Atri à Penna.

Nelle Bolle poi non ſi trova alcuna di queſte prenominationi de'Atri à Penna, ma in tutte viene Prenominata Penna.

Premeſſo queſto fatto crederei, che l'alternativa non ſi doveſſe concedere.

Perche dall'altre diligenze da me fatte dall'anno 1410. in ſino all'anno 1551. eſſendo che da quel tempo in quà ſi ſono portati da quei che ſcrivono per parte di Penna tutti i Decreti, ritrovo ſempre prenominata Penna, ò nominata Penna ſolamente.

Nel 1391. 1420. 1433. 1455. ſi portano nel Sommario additionale, che da me ſono ſtati confrontati, e rinconrrano i Nomi de'Proviſti alla Serie ſtampata dal P. Ughelli.

1456. 23. *Auguſt. libr. proviſ. Nicolai V. Calliſti III. SS. D. N. Calliſtus PP. III. in Conſiſtorio Secreto providit Eccleſiæ Penn. de perſona Ven. Viri D. Amicii de Civitate S. Angeli præficiendo ipſum in Epiſcopum.*

*Ex libro ſolut. del 1481. 20. Octob. D. Troilus Epiſcopus Pennen. & Hadrien. Eccleſiarum invicem unitarum ſolvit, &c.*

1483. *die 16. Jan. Matthæus Epiſcopus Pennen. & Hadrien. ſolvit.*

*Ex actis Proviſionum* 1495. 4. *Maii SS. D. N. motu proprio providit de perſona R. P. D. Felini C. P. A. Auditoris Pennen. Eccleſiam vacan. per obitum &c.*

1501. 14. *Jan. ad relationem Rev. D. Cardinalis Senen. admiſit ceſſionem adminiſtrationis Pennen. & Hadrien. Eccleſiarum invicem unitarum in manu SS. per R. P. D. Felinum, & illis de perſona D. Nicolai providit.*

1503. 11. *Decembris ad relationem Rev. D. Cardinalis Arboren. providit de perſona D. Baptiſtæ Cantalicis Eccleſiis Pennen. & Hadrien. unitis vacan. per mortem D. Nicolai de Picolominibus.*

1514. 3. *Julii ad Relationem R. D. Cardinalis S. Georgii proviſa fuit Eccleſia Pennen. vacan. per reſignationem R. P. D. Baptiſta Cantalicis Epiſcopi Pennen. de perſona R. P. D. Valentini Clerici Civitatis Ducalis.*

1554. *SS. D. N. proponente providit Pennen. & Hadrien. Eccleſiis invicem unitis vacan. per obitum Valentini de perſona D. Leonelli Cybo Canonici Fulginaten. J. U. D. Sanctitatis ſuæ familiaris.*

E notiſi, che ne gl'atti del Card. Camerlengo dopo per obitum Valentini vi mancano le parole *Epiſcopi Adrien. & Pennen.*

Seguono poi gl'altri ſtati, come diſſi, riferiti ne Sommarii ſtampati.

E tanto meno, perche come diſſi non eſſendo l'alternativa in uſo in niuna delle Chieſe unite,
69 ſi riempirebbe di liti tutto il mondo per introdurla in tutte l'altre Chieſe unite.

Rimane hora riſpondere à gl'Obietti d'Atri, e quanto al fatto non ſi prova per conto alcuno l'alternativa in niuno delli quattro regiſtri delle Proviſioni da me già dette.

Non da Libretti di Noſtro Signore, quali non cominciano ſe non dal 1648. poiche ſe ſi poteſſero vedere gl'antecedenti può eſſere, che ſempre ſia ſtata prenominata Penna, anzi ſecondo quelli non ſi doverebbe ad'Atri l'alternativa, ma la prenominatione, perche di ſei Decreti, cinque pronominano Atri à Penna.

Aggiungo poi, che il Pontefice non pregiudica mai al Jus delle Parti con nominare prima una Chieſa, che un'altra nel modo, che nel fare le Promotioni de SS. Cardinali benche nomini pri-
70 ma una dell'altra, nondimeno ſi deſcrivono, e ſi conſtituiſce loro il luogo, che ſecondo l'ordine antecedente è loro dovuto.

E queſto è tanto vero, che per far precedere un Cardinale all'altro i Pontefici non hanno mai praticato il nominarli prima, mà è ſtato neceſſario di fare due Promotioni nell'iſteſſo Conciſtoro conforme praticò la S. Mem. d'Aleſſandro VIII. che prima delle propoſitioni delle Chieſe creò la b. m. del S. Card. Ghigi, dopoi furono propoſte le Chieſe, e nel fine fece poi la Promotione d'altri ſei Cardinali.

Oltre, che eſſendo deſtinato il Cardinale V. Cancelliere à rogarſi de gl'atti Conciſtoriali, più ſi deve credere à gl'atti ſuoi, che ſono autentici, che al libretto del Papa, che non hà authentica.

E quando anche l'haveſſe, non eſſendo queſt'atti publici in concorſo de i Decreti Conciſtoriali fatti dal V. Cancelliere, ſempre ſi preſterebbe più fede à queſti, che à quelli.

Molto meno ſi prova l'alternativa da Decreti del V. Cancelliere, perche ſe bene del 1648. fù preferito Atri à Penna, fù anche preferita Atri due volte ſeguitamente del 1662. e 1668. onde non può dirſi alternativa, mà più toſto proverebbe, che ſi doveſſe preferire Atri à Penna.

Mà quello che mi pare levi la difficoltà, è, che tutte le Bolle ſono ſtate ſpedite con la prenominatione di Penna ed Atri.

Nel che deve rifletterſi, che non potevano ſapere quelli di Penna ciò che haveſſe detto il Pontefice ne ſuoi Decreti, perche queſti ſi tengono ſe-
greti, ne ſi publicano, ne ſempre erano tenuti 71
quei di Penna à vedere i Decreti Conciſtoriali, baſtando loro di vedere le Bolle, in vigore delle quali ſi prende il Poſſeſſo, che foſſero con la prenominatione di Penna, e quando ſi ſono accorti in contrario, hanno fatto corregere le Bolle, come ſeguì negl'anni 1648. e 1668.

Non oſtante le Lettere di Gregorio XII. ſcritte à quelli d'Atri con la prenominatione, perche l'iſteſſa lettera ſcriſſe anche à Penna con l'iſteſſa prenominatione di Penna.

Queſte lettere ſi chiamono communemente Concluſioni, e ſi ſpediſcono aſſieme con la Bolla prin-
cipale in ogni ſpeditione di Chieſa, & hò fatta 72
diligenza dalla pratica, che ſi tiene nelle Chieſe unite, & hò trovato, che benche ſiano due Chieſe, le Concluſioni non ſi ſpediſcono duplicate, e ſi deriggono à gl'uni, & à gl'altri, come per eſſempio *Capitulis Eccleſiarum Pennenſis, & Hadrienſis*, è ciò credo, che ci faccia più toſto per reſparmio di ſpeſa, che per ragione; è quando quei d'Atri inſiſteſſero per la duplicatione di queſte Concluſioni, non haverei difficoltà, che ſi poteſſero loro concedere.

Potrebbe però dirſi, che le lettere di Gregorio XII. non ſiano di un Papa legitimo, perche ſe s'hanno da numerare trà i Pontefici, conforme ſi numerano Aleſſandro V. è Giovanni XXIII. del 1411. già queſti erano ſtati eletti, è Gregor. XII. già era ſtato dichiarato privo del Pontificato dal Concilio di Piſa.

Non oſta in fine il libro delle Taſſe, perche conforme ſtà *Adrien. e Pennen.* così ſtà parimenti *Pennen. Adrien.* nel medemo libro, il che ſuccede in quaſi tutte le Chieſe, che ſono unite, è ciò ſi fà per ritrovare più facilmente le Chieſe ſotto diverſe lettere.

Rimarebbe à riſponderſi alla Bolla dell'Unione d'Innocentio IV. il che appartenendo più toſto al buon Jus, laſcierò che s'eſamini da quelli SS. di-
co bene, che il Papa, in quella gl'hà conceduta 73
per gratia, ciò che competeva ad'Atri, come Chieſa principalmente unita, perche havendo detto dalla Bolla, *ut addatur gratia gratiæ*, che poſſa denominarſi Veſcovo d'Atri, e Penna nelle funtioni, che fà in Atri cioè ſecondo il Jus commune, così havendo dichiarato la Sacra Congregatione competere alla Città d'Horte unita à Civita Caſtellana, conforme riferiſce il Matta *de Cauſ. Conſiſt. ſect. 9. num. 3. verſ. ad 6.* e pure e chiaro, che in niuna Bolla, ne in alcun Decreto ſi trova l'alternativa à favore d'Horte, ma ſempre viene preferita Civita Caſtellana.

Così parimente è de Jure, che non concernendo i due Capitoli per l'elettione del nuovo Veſcovo ſi debba alternativamente fare l'elettione hora in una, e l'altra volta nell'altra Chieſa.

L'alternativa poi decretata a favore della Chieſa 74
ſa d'Atri nelle funtioni Epiſcopali, non ha punto che fare con la Prenominatione delle Bolle.

Il motivo, che ſi prende per l'alternativa dal dovere i Veſcovi prender il poſſeſſo alternativamente una volta in Penna, è l'altra in Atri, non ha che con l'alternativa da porſi nelle Bolle, perche eſſendo il poſſeſſo un'atto da farſi da Veſcovi è dovere, che ogn'una delle Chieſe goda queſt'honore, mà la prenominatione delle Bolle dovendoſi fare dal Pontefice, pare dovere, che dovendole nominare ambedue, debba nominare la più antica prima dell'altra, conforme decretò S. Pio V. nelle Chieſe di Girapetro, e conforme ne ſecoli paſſati hanno ſempre praticato.

Onde per ogni conto crederei, che non ſi doveſſe introdurre una nuova pratica contraria à tutte l'altre Chieſe unite, in niuna delle quali; eccettuata Urbania, e S. Angelo, ſi preſti l'alternativa.

Exem-

### Exempla Eccleſiarum unitarum, in quibus nunquam practicata fuit alternativa prænominationis, ſed ſemper fuit una ex eis prænominata.

*S. Angeli, & Biſacien.*

75 1574. 17. *Novemb.*
1580. 12. *Decemb.*

*Biſacien. & S. Angeli.*

1589. 27. *Novemb.*
1601. 9. *Aprilis.*

*Aveilin. & Frequentin.*

1580. 4. *Novemb.*
1599. 21. *Maii.*
1616. 9. *Feb.*
1653. 10. *Novemb.*
1656. 16. *Octob.*
1614. 21. *Julii.*
1612. 2. *Maii.*
1645. 12. *Junii.*
1646. 12. *Martii.*
1647. 7. *Januar.*
1662. 16. *Januar.*

*Anglonen. & Turſien.*

1575. 16. *Septemb.*
1579. 13. *Junii.*
1608. 2. *Junii.*
1613. 12. *Auguſti.*
1652. 29. *Aprilis.*
1656. 24. *Julii.*

*Geruntin. & Cariaten.*

1576. 24. *Octobr.*
1578. 15. *Novemb.*
1585. 9. *Septemb.*

*Griaten. & Geruntinen.*

1601. 15. *Aprilis.*
1619. 8. *Aprilis.*
1627. 29. *Novemb.*
1659. 13. *Januar.*
1664. 22. *Julii.*

*Maceraten. & Tolentinien.*

1613. 23. *Septemb.*
1641. 14. *Julii.*
1660. 15. *Novemb.*

*Marſiaren. & Avien.*

1570. 4. *Septemb.*
1584. 9. *Aprilis.*
1599. 19. *Novemb.*
1626. 19. *Januar.*
1644. 2. *Maii.*
1645. 16. *Januarii.*
1666. 1. *Martii.*

*Montisflaſconen. & Cornetan.*

1571. 27. *Auguſti.*
1573. 30. *Martii.*
1580. 7. *Octob.*
1601. 14. *Maii.*
1605. 18. *Auguſti.*
1630. 13. *Maii.*

*Sutrin. & Nepeſin.*

1568. 14. *Maii.*
1569. 14. *Decemb.*

*Briſterien. & Foropopilien.*

1613. 20. *Maii.*
1624. 29. *Julii.*
1659. 21. *Aprilis.*
1660. 16. *Febr.*

*Campanen. & Satrianen.*

1584. 28. *Maii.*
1607. 14. *Maii.*
1618. 24. *Januarii.*
1637. 14. *Decembris.*
1644. 12. *Decemb.*
1657. 9. *Junii.*
1622. 11. *Julii.*
1645. 10. *Maii.*
1666. 19. *Januarii.*

*Matteraten. & Acheruntinen.*

1586. 28. *Julii.*

*Acheyentin. & Mativen.*

1591. 30. *Januarii.*
1593. 20. *Decemb.*
1596. 11. *Martii.*
1611. 19. *Januarii.*
1612. 10. *Januarii.*
1638. 30. *Auguſti.*
1648. 18. *Maii.*
1665. 7. *Decemb.*

*Malphiten. & Rapollen.*

1574. 8. *Januarii.*
1590. 16. *Julii.*
1595. 6. *Martii.*

*Vulturanien. & Montis Corbini.*

1597. 10. *Novemb.*
1606. 27. *Februarii.*
1606. 18. *Decemb.*
1609. 31. *Aprilis.*
1613. 15. *Julii.*
1615. 12. *Januarii.*
1623. 10. *Maii.*
1623. 23. *Octobris.*
1637. 17. *Auguſti.*
1639. 2. *Maii.*
1643. 23. *Februarii.*
1654. 21. *Junii.*

*Zacynthien. & Cephalonien.*

1574. 14. *Julii.*
1589. 26. *Junii.*

*Sutrin. & Nepeſin.*

1575. 20. *Julii.*
1580. 5. *Septembris.*
1604. 13. *Maii.*
1616. 18. *Maii.*
1654. 8. *Junii.*

*Zacyn-*

*Zacynthien. & Cephalonien.*

| | |
|---|---|
| 1589. | 26. *Junii.* |
| 1597. | 14. *Januar.* |
| 1611. | 10. *Octobr.* |
| 1619. | 27. *Januarii.* |
| 1634. | 27. *Julii.* |
| 1649. | 3. *Decemb.* |
| 1654. | 2. *Martii.* |

R. P. D.

## EMERIX DECANO.

Vaden. ſeu Urbanien. Prænominationis.

*Ven.* 20. *Junii* 1687.

FEL. rec. Urban. Papa VIII. ad ſupplicationem Univerſitatis, & populi oppidorum Sancti Angeli in Vado, & caſtri Durantis ( quod impoſterum a nomine in Pontificatu aſſumpto Urbaniam appellari voluit ) eadem oppida, & matri-
76 ces Eccleſias in illis exiſtentes erexit in civitates, & Cathedrales, eaſque ſic erectas ſimul æqualiter, & æque principaliter viciſſim ad invicem univit, hac expreſſa adjecta declaratione ( *quod nedum idem Epiſcopus utrique Cathedrali æquo Jure, & pari dignitate præeſſe deberet, verum etiam, quod reſpective nuncupari deberet Epiſcopus San. Angeli & Urbaniæ ſeu Urbaniæ & S. Angeli* ) prout latius continetur in Bullis erectionis & ſucceſſive promiſcue ſervatam fuit, non ſolum per eundem Pontificem, ejuſque ſucceſſores in omnibus Bullis, & literis Apoſtolicis directis eiſdem civitatibus, & Epiſcopo, ſed etiam ab ipſomet ſic electo in Decretis, aliiſque actibus tam judicialibus, quam extrajudicialibus.

Cum autem in nupera vacatione Epiſcopatus per obitum primi Epiſcopi, civitas Urbaniæ, quæ in actis præconii, ac ſubſecuta expeditione primarum Bullarum prænominata fuerat, prætenderet ſibi debitam fore prænominationem, etiam in ſecunda & in aliis ſubſecuturis vacationibus. Econtra vero civitas S. Angeli ſuſtineret, ſervandam eſſe alternativam in omnibus, & Sanctiſſimus Dominus controverſiam hujuſmodi remiſerit ad Rotam prout de Jure decidendam, conſului hodie deſuper DD. qui, re mature diſcuſſa, reſponderunt, ſervandam eſſe alternativam, fundati in clara, & literali diſpoſitione Bullæ, quæ iſtas duas Cathedrales ſimul æqualiter, & æque principaliter univit, adeo ut unus Epiſcopus deberet utrique æquo Jure, & pari dignitate præeſſe, quod
77 alternativam prænominationem importat ſemper inter partes ſervandam, ne oriantur diſcordiæ, juxta doctrinam Joann. Andr. *in cap.* 1. *numer.* 11. *verſ. dicebat Goffred. ne ſede vacante, & tradita per* Pavin. *de offic. & poteſt. judic. deleg. cap. ſede vacante quæſt.* 9. *part.* 2. *in princ. num.* 10. *verſic.* 3. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 62. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 655. *numer.* 42. Franceſ. *de Eccleſ. Cathedral. cap.* 8. *num.* 379. bon. memor. de Luc. *de præemin. diſc.* 5. *num.* 12. Maxime quia idem Pontifex in erectione duas juſſit expediri Bullas, in quarum una prænominatur Urbania, in alia vero civitas S. Angeli, ad hoc ut alternativa verbis ſancita, remaneret etiam facto confirmata, ad Text. *in cap. dilecti filii ibique gloſſ. verb. facto de appellat.* Rot. *deciſ.* 169. *num.* 45. *part.* 17. *rec.* & coram Eminentiſſimo D. Cardinali Cerro *dec.* 69. *num.* 4.

Hinc non obſtat, quod Eccleſia Urbanienſis fuerit prænominata in actibus Conſiſtorialibus, tam primæ, quam ſecundæ proviſionis Epiſcopatus. Quia actus primi præconii dedit principium
77 alternativæ, & ſolum infert, Pontificem voluiſſe pro prima vice Urbaniæ gratificari, ad notata per Curſium *de præeminen. cap.* 7. *num.* 3. *libr.* 4. non tamen ſic, quod Iudertur prænominatio in ſecunda vacatione debita Eccleſiæ S. Angeli juxta ſtatutam alternative, quam in terminis Juris patronatus bene perpendit Ludovic. Bolognin. ad Joann. de Anan. *conſ.* 43. *numer.* 5. Lambertin. *de Jurepatron. lib.* 2. *part.* 3. *quæſt.* 9. *numer.* 3. *verſic. cui altera*, Rot. *deciſ.* 898. *num.* 10. coram Bich. & coram Eminentiſſimo Cerro *deciſ.* 106. *numer.* 9. *& in recent. deciſ.* 952. *num.* 2. *part.* 16. *& de-* 78
*ciſ.* 904. *num.* 10. *part.* 18. & ſecundus dedit cauſam controverſiæ, & ab illo Vadenſes reclamaverunt, eumque impugnaverunt per litis conſtitutionem, & propterea non venit attendendus, ex firmatis per Rot. *deciſion.* 214. *numer.* 10. *deciſion.* 370. *numer.* 5. *& deciſ.* 386. *numer.* 19. *part.* 11. *recen.*

Minus relevat, quod Abbatia S. Chriſtophori Urbaniæ ante erectionem in Cathedralem, & unionem exercerit Juriſdictionem in Eccleſia San.
Angeli, ideoque uti dignior videatur prænomi- 79
nanda, non obſtante unione, ad tradita per Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. §. 7. *numer.* 31. & 32. Quia ultra quod tam ex traditione Plinium hiſtoriarum, & geographorum, nimirum Plinii *lib.* 3. *Hiſtoriar. cap.* 14. Carol. Sigon. *de antiquitat. Jul. Ital.* Abram. Hortel. *in Theſaur. Geograph. verb. Tiphernum Leandri Alberti in deſcriptione Italiæ de Umbris Senonibus fol.* 288. Albert. Mira *in notit. Epiſcopat. Orbis verb. Tiphernum*, quam etiam ex aſſertiva ſan. mem. Urban. VIII. in Bulla erectionis conſtat, Terram San. Angeli fuiſſe olim antiquiſſimam civitatem Tiphernum Metaurenſem nuncupatam, DD. ponderarunt, quod Summus Pontifex in erectione, & reſpective unione Eccleſiarum, non ſolum antiqua Jura illarum extinxit, ſpiritualiter eximendo Eccleſiam S. Angeli in Vado a quacunque juriſdictione ſeu ſubjectione,
præterquam ab illius Epiſcopo ibi — *Ex nunc eo* 80
*ipſo ab omni, & quacunque alia juriſdictione, præterquam Epiſcopi S. Angeli liberam, immunem, et exemptam eſſe cenſeri volumus &c.* ut in ſimili reſpondit Rot. coram Eminentiſſimo Cerr. *dec.* 342. *num.* 9. & 10. Rot. *deciſ.* 321. *numer.* 15. *part.* 15. *recent.*

Sed illas æque principaliter univit, eiſque u-
num, & eundem Epiſcopum, æquo Jure, & pari 81
dignitate præeſſe voluit, ac proinde nulla eſt habenda ratio de primævo illarum ſtatu, ſed duntaxat attendendus novus, ad firmata per Rot. cor. Seraphin. *deciſ.* 1445. *per tot.* Nec applicatur doctrina Gonzal. *dict. gloſſ.* 5. §. 7. *num.* 31. & 32. Quia loquitur de duabus Eccleſiis ab antiquo erectis in Cathedrales, & poſtea ad invicem ſimpliciter unitis, quæ non amittunt antiqua Jura, ſed unaquæque retinet ſuam præeminentiam, & dignitatem.

Comprobantur prædicta ex auctoritate Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, quæ ſub die 30. Aprilis 1614. conſulta, in qua Eccleſia
teneretur Epiſcopus reſidere, reſpondit, ſervandam 82
eſſe alternativam, ut refert Nicol. *in floſ. verbo Epiſcopus n.* 10. & 11.

Et ita utraque &c.

*Breve Gregorii XIII. cum relatione Bullæ erectionis, & prærogativis Capituli Pennen.*

Gregorius Epiſcopus Serv. Servorum Dei. Ad 83
perpetuam rei memoriam &c. Sane per nos accepto, quod dudum orta lite, & differentia inter Pennen. ex una, & Hadrien. Eccleſiarum perpetuo unitarum Capitula, Archidiaconos, & Canonicos dilectos filios ex altera partibus de, & ſuper præcedentia in proceſſionibus, Synodis, & aliis actibus, tam in Hadrien. quam in Pennen. civitatibus, & extra eas ubilibet pro tempore faciendis, illæque diu primo coram Vener. Fratri noſtro

Paulo

Paulo tunc *Pennen. & Hadrien.* Epiſcopo, qui ad decretum deſuper devenit, & deinde coram dicto filio. Generali Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Auditore per viam appellationis introductæ pendebant &c. motu proprio litem, & differentias præfatas ad nos harum ſerie auctoritate Apoſtolica advocamus, illaſque perpetuo extinguimus &c. Et deinceps perpetuis futuris temporibus ſtatuimus, ordinamus, diffinimus, & ſervari mandamus, qua-
57 tenus, ſervatis in omnibus, & per omnia literis fel. rec. Innocentii PP. IV. prædeceſſoris Noſtri ſuper erectione dict. Eccleſiæ Hadrien. quæ ante Pennenſis Diœceſis fuerat, præſertim in ea parte videlicet, quod cum Epiſcopum *Pennen. & Hadrien.* pro tempore exiſtentem in civitate Hadrienſis morari contigerit in ſcriptura tantum, ſi quam ibi per eum fieri contigerit Hadrien. & Pennen. & e contra cum in civitate Penen. & Hadrien. vel alibi conſiſtet Pennen. & Hadrien. Epiſcopum ſe debeat nominare, in reliquis autem omnibus, & ſingulis *actibus, tam generalibus, quam particularibus, cujuſcunque qualitatis fuerint, tam in Hadrien. & Pennen. civitatibus, quam extra illas, ubilibet faciendis, ſi Pennen. Eccleſiæ Capitulum, Archidiaconum, & Canonicos cum Capitulo, Archidiacono, & Canonicis Eccleſiæ Hadrien. convenire ſimul, aut ſeparatim quandolibet intereſſe contigerit, primus & dignior locus, ac honor Archidiacono, aliiſque in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis perſonis, & Canonicis Eccleſiæ Pennen. abſque alia contradictione*, ac omni; & quacunque appellatione, inhibitione, & dicta auctoritate Apoſtolica noſtrò, vel aliorum ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum nominibus pro tempore emanantibus nequaquam obſtantibus concedatur, tribuatur, & aſſignetur, Capitulum autem Hadrien. invitum extra ſuam civitatem, vel diœceſim ad judicium vel aliquem alium actum publicum in civitate, vel diœceſi Penn. faciendum trahi, neque ad accedendum ad Synodum, quam Epiſcopus in utraque civitate ſingulis annis celebrare teneatur, cogi & compelli minime poſſint, *quod ſi caſu vel ſponte alias acceſſerint, vel accedere voluerint, & ſimul intereſſe contigerit, primus locus, ut præfertur Pennen. Capitulo, & perſonis concedatur*, Et ita per quoſcunque Judices &c. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis &c. ac etiam Conſiſtoriales in contrarium &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno 1575. Kalendas Junii Pontificatus anno 3.

## Decreta, & Cedulæ Conſiſtoriales in proviſione Eccleſiarum Viterbien. & Tuſcanen. unitarum.

84

| *Decreta.* | | *Cedula.* |
|---|---|---|
| *Viterbien.* | 1523. | *Viterbien. & Tuſcanen.* |
| *Viterbien.* | 1532. | *Cedula non adeſt.* |
| *Viterbien.* | 1533. | *Viterbien.* |
| *Viterbien.* | 1548. | *Viterbien.* |
| *Viterbien.* | 1551. | *Viterbien.* |
| *Viterbien.* | 1566. | *Viterbien. & per remiſſam adjuncta Tuſcanen.* |
| *Viterbien, & Tuſcanen.* | 1577. | *Viterbien. & Tuſcanen.* |
| *Viterbien.* | 1594. | *Viterbien.* |
| *Viterbien.* | 1609. | *Viterbien. & Tuſcanen.* |
| *Viterbien.* | 1611. | *Viterbien. & Tuſcanen.* |
| *Viterbien. & Tuſcaneu.* | 1636. | *Viterbien. & Tuſcanen.* |
| *Vitierbien. & Tuſcanen.* | 1638. | *Viterbien. & Tuſcanen.* |
| *Viterbien. & Tuſcanen.* | 1670. | *Viterbien. & Tuſcanen.* |
| *Veterbien. & Tuſcanen.* | 1683. | *caret cedula.* |

Supradictæ notulæ proviſionum Eccleſiarum Viterbien. & Tuſcanen. invicem unitarum fuerunt extractæ ex ſuis decretis Conſiſtorialibus, & cedulis originalibus ad formam ſupraſcriptam. In fide &c. hac die 26. Aug. 1699. L. Sergardus Proſummator, & Officiales.

Locus † ſigilli.

*Epiſtola Sac. Congregationis Epiſcoporum & Regularium ſuper obſervantia alternative Regeſt. fol. 27.*

*Atri. Al Veſcovo.*

La Città d'Atri è ricorſa di nuovo alla Sacra Congregatione dolendoſi, che V. S. non oſtante l'ordine datole ſotto li 21. Novembre proſſimo paſſato, habbia tenuta l'Ordinatione in Cività di Penna, non oſtante, che prima ce l'haveſſe tenuta un altra volta, ſenza oſſervare l'alternativa di tenerla una volta in Cività di Penna, e l'altra in Atri; Per il che inerendo queſti miei Signori al ſudetto ordine hanno voluto, che io le ſcrivi, che per mantenere la pace trà queſte due Città, Ella debba in ogni modo oſſervare in ciò l'alternativa, conforme al Breve di Noſtro Signore, *& ſe due volte V. S. hà tenuto l'ordinatione in Cività di Penna, ſi contenti di tenerla due altre volte continuamente in Atri*, e poi ſeguitare altenativamente nell'uno, e nell'altro luogo, che in queſta maniera tenendo in equilibrio queſte funtioni, verrà à conſervare maggiormente la pace ne'ſuoi popoli; Così dovrà eſeguire in ogni modo, e Dio &c. *Roma 3. Febr. 1604.*

*Alia ſimilis Epiſtola ejuſdem Sac. Congreg. Regeſti fol. 51. a tergo,*

*Atri. Al Veſcovo.*

Fù letta nella Sac. Congregatione la Lettera di
V. S. ſcritta di Marzo proſſimo paſſato ſopra l' 86
ordine, che le s'era dato di tenere le Ordinationi alternativamente in Cività di Penna, & in Atri, e la Sacra Congregatione riſolve, che non oſtante le ragion dedotte da lei, doveſſe in ogni modo mettere in eſſecutione quanto l'era ſtato ordinato con Lettera delli tre di Febraro: E perche all'ora non le fù replicato, preſupponendoſi, che doveſſe eſeguire l'ordine dato: Ora con l'occaſione d'un Memoriale dato dalla Città d'Atri, queſti miei Signori mi hanno ordinato di dire, che non manchi di farlo in ogni modo, e Dio &c. *Roma 8. Maggio 1604.*

*Breve*

*Breve Gregorii XV. ſuper confirmatione Decreti Congregationis Concilii ſuper alternativa, etiam quoad primum ingreſſum.*

Gregorius Papa XV,

Ad perpetuam &c. alias ſiquidem cum diu, multumque litigatum eſſet inter Civitates *Pennen.*
87 *& Hadrien.* ſuper alternativa ab Epiſcopo obſervanda in omnibus actionibus Epiſcopalibus, an ſuper Epiſcopus debeat ſingulas hujuſmodi functiones prima vice ſemel in una civitate, & ſemel in alia celebrare; Nos controverſiam hujuſmodi Ven. Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus Sacri Concilii Tridentini interpretibus examinandam, ac dirimendam commiſimus, & ſubinde ſicut Dilecti Filii Communitates & homines dd. Civitatum Nobis nuper exponi fecerunt, propoſito in Congregatione eorundem Cardinalium dubio inter Patres utriuſque Civitatis concordato; *An videlicet inter duas civitates Epiſcopus in ingreſſu, in Synodo, atque in reliquis functionibus Epiſcopalibus teneatur ſervare ordinem alternativa, & an hic ordo per obitum, aut mutationem Prælati interrumpi debeat, nec ne*, a Cardinalibus ejuſdem Congregationis emanavit decretum tenoris ſequentis, videlicet:

*Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum ſæpius auditis utriuſque Civitatis Procuratoribus, & Advocatis, eorumque allegationibus, & Juribus pro utraque Parte productis accurato ſtudio perpenſis, cenſuit inter duas Civitates Epiſcopum in ingreſſu, in Synodo, atque in reliquis functionibus Epiſcopalibus teneri ſervare ejuſmodi ordinem alternativæ, atque hunc ordinem per obitum, vel per mutationem Epiſcopi nequaquam debere interrumpi; & Civitati Pennenſi in hac Cauſa perpetuum ſilentium impoſuit.*

Dum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, Communitates, & homines prædicti plurimum cupiant Decretum prædictum pro illius firmiori validitate & ſubſiſtentia Apoſtolica noſtra confirmatione communiri, Nobis, propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut ſuper præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur; Nos igitur &c. hujuſmodi ſuplicationibus inclinati, decretum prædictum, omniaque & ſingula in eo contenta, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus &c. *Datum Romæ apud Sanct. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 22. Junii 1622. Pontificatus noſtri Anno 1.*

*Epiſtola Sac. Congregationis Epiſcoporum ſuper obſervantia alternativæ Regeſt. fol. 521*

Ex Audientia Sanctiſſimi.

*Atri, e Penna. Al Veſcovo.*

Havendo la Città di Atri fatto rapreſentare alla Santità di Noſtro Signore, che ſe bene con reiterate Lettere della Sacra Congregatione del Con-
88 cilio ſi è ordinato a V. S. che nelle Funtioni de Sinodi, Ordinationi, & altre ſimili da farſi nella ſudetta, come anche nella Città di Penna, ſervaſſe l'alternativa, e che trovando, che le ultime fatte dal ſuo predeceſſore foſſero ſtate fatte in Penna, faceſſe Lei le prime in Atri; Dubita tuttavia, che per parte della Città di Penna ſi faccino nuovi tentativi per ritardare l'eſecutione di detti Ordini, hà Sua Beatitudine commeſſo, ſi confermino tali Ordini, ſi come ſi approvano, & confermano con queſta, e che Ella faccia, che ſiano inviolabilmente oſſervati, ſi come non mancherà d'eſequire in conformità della mente di ſua Santità, quale ha voluto, che così ſe le ſcriva, e Dio &c. *Roma* 20. *Gennaro* 1624.

*Decretum Sac. Congregationis Concilii ſuper obſervantia alternativæ lib. 12. decret. fol. 276. die 12. Aprilis 1625.*

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tri-
dentini interpretum, Partibus auditis, *ac, Sanctiſ-* 89
*ſimo Domino Noſtro approbante*, cenſuit, Epiſcopum *Penn. & Hadrien.* debere primam Diœceſanam Synodum, cum ultima in Civitate Pennenſi coacta fuerit in Hadrienſi Civitate indicere, & celebrare, ad quam celebrandam præſcripſit eidem Epiſcopo Dominicam Sanctiſſimæ Trinitatis proxime futuram; Nec ad eam Synodum cenſuit, ullatenus admitti poſſe, aut debere Archidiaconum, Canonicos, & Capitulum Pennen. nec e converſo Archidiaconum, Canonicos, & Capitulum Hadrien. ad Synodum poſtea celebrandam in Civitate Pennenſi, ſed quoad hoc perpetuis futuris temporibus eſſe obſervandas Literas in forma Brevis ſan. mem. Clementis VIII. editas die 3. Septembris 1597. non obſtantibus aliis Literis ejuſdem Clementis ſub die 30. Maii 1598. quibus hac in parte, quatenus opus ſit, Sanctitatis Suæ auctoritate, Sacra Congregatio expreſſe derogavit. Clerum vero Diœceſanum cenſuit debere eidem Synodo intereſſe, abſque præjudicio diviſionis Diœceſis, litis ſuper hoc pendentis, ac jurium utriuſque Partis, tam in petitorio, quam in poſſeſſorio Judicio &c.

*Aliud Decretum Sac. Congregationis Concilii ſuper obſervantia alternativæ lib. 18. Decret. fol. 367.*

Die 22. Junii 1647.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum reſpondit, Synodum ab Epiſcopo celebratam in Civitate Pennenſi, quæ ratione alternativæ celebranda erat in Civitate Hadrienſi, non eſſe abolendam, ſed acriter corripiendum Epiſcopum, & faciendam declarationem, quod hujuſmodi celebratio nullo modo præjudicet Civitati Hadrienſi ratione dictæ alternativæ, prout hæc Sac. Cong. declarat &c.

## ARGUMENTUM.

An Canonicus coadjutus poſſit optare Præbendas annexas Canonicatui; & de diſtinctione, quando optantur Præbendæ annexæ ſeparabiliter, vel inſeparabiliter, plene hic diſputatur, & refellitur opinio Garziæ *de Benefic. part. 4. cap. 5. num. 120.*

### *SUMMARIUM.*

1 *Præbendæ ſeparabiliter annexæ Canonicatibus poſſunt optari per coadjutum.*
2 *Poſſidens Præbendam reſervatam, non prohibetur optare aliam.*
3 *Præbendæ inſeparabiliter annexæ optari poſſunt per coadjutum, quando futura ſucceſſio conceſſa eſt etiam quoad Præbendam optandam.*
4 *Non poſſunt optari duntaxat, ubi concurrit conſuetudo, quod non habens beneficium liberum, non optet; ſecus extra conſuetudinem ſecundum* Garziam.
5 *Opinio* Garz. *coadjuvatur ratione, & exemplo, & n. 6.*
7 *Reprobatur* Garz. *& firmat coadjutum non poſſe optare Præbendas inſeparabiliter annexas, Et vide n. 8. 10. & 11.*
9 *Subrogatio Præbendæ in locum dimiſſæ fieri non poteſt favore coadjutoris, quando per optionem mutatur Titulum Canonicalis.*

12 *Re-*

12 *Refellitur* Garz. *volens, quod coadjutor ſuccedat ſtatim in Prebendis, & Canonicatu dimiſſo per optionem alterius factam a coadjuto.*
13 *Salvatur ejus opinio in uno caſu, ſed poſtea revocatur in dubium n. 14.*
15 *In dubio Papa non præſumitur velle præjudicare Juri optandi.*
16 *Non poteſt coadjutor ſuccedere in Prebendis, & Canonicatu dimiſſo per optionem coadjuti, quia prejudicatur Canonico ſequenti in gradu, qui debet optari dimiſſum.*
17 *Doctrina* Cardinal. Zabarell. *conſil.* 126. *procedit in optione Prebenda ſeparabiliter annexa; ubi non mutatur Titulus Canonicalis.*
18 *Notantur plures lapſus* Garziæ *in hac materia.*
19 *Reſolvitur contra* Garz. *quod coadjutus nequeat optare Prebendas inſeparabiliter annexas Canonicatibus.*
20 *Niſi tamen concurrat conſuetudo Interpretativa in contrarium.*
21 *In praxi iſta diſtinctio inter optionem Prebendarum, ſeparabiliter, vel inſeparabiliter, annexarum non reflectitur.*
22 *Quando optio ceſſet propter reſervationes Apoſtolicas.*
23 *Membra non annexa, quando veniant ſub proviſione Apoſtolica.*

## DISCEPTATIO X.

CUm in certa Eccleſia vigeat conſuetudo, ſeu privilegium optandi Præbendas pinguiores, ſeu præſtimonia, ac veſtuarios inſeparabiliter an-
1 nexos Canonicatibus, occurrit ratio dubitandi, *An Canonici coadjuti optare prohibeantur*, in quo articulo mihi per germana Juris fundamenta in ſenſu veritatis examinato viſum eſt, ut infra, reſpondere.

Duo ſunt itaque potiſſimi caſus, qui in hac materia ſolent per ſcribentes conſiderari; Alter eſt, quando agitur de optanda aliqua Præbenda annexa quidem Canonicatui, ſed ſeparabiliter, & revocabiliter; quarum ſpeciem explicant Lother. *de re beneſic. lib.* 1. *queſt.* 19. *numer.* 22. *& ſeqq.* Tondut. *quaſt. beneſc. cap.* 110. *num.* 29. Fermoſin. *in cap. cum M. Ferrarienſis num.* 87. *de Conſtit.* Barboſ. *de Canonic. cap.* 3. *ſub num.* 2. *verſ. Alia autem*, Rot. coram Dunozz. Sen. *deciſ.* 229. *num.* 32. *& ſeqq.* & docuit originaliter Panormit. *in cap. majoribus num.* 4. *verſic. quandoque & in cap. dilecto numer.* 6. *de Prebend.* & in his terminis recepta eſt propoſitio poſſe hujuſmodi Præbendam per coadjutum optari ea ratione fundamentali; quod nullum ex hac optione naſcitur præjudicium coadjutori, dum Præbenda optata tanquam non inducens mutationem novi tituli ſpiritualis, ſed conſiſtens in mera temporalitate annexa Juri Canoniæ ſubrogatur in locum dimiſſæ, & tranſit in coadjutorem non ſecus ac ipſe Canonicatus; ut rejecta opinione Gonzal. communiter dicunt Garz. *de beneſic. part.* 4. *capit.* 5. *numer.* 120. Lother. *de re beneficiar. lib.* 2. *quaſt.* 25. *numer.* 41. *& numer.* 59. *& ſeq.* Monet. *re option. cap.* 4. *quaſt.* 8. *num.* 159. Barboſ. *de Canonic. cap.* 29. *numer.* 29. Tondut. *q. beneficiar. cap.* 110. *num.* 25. *&* 29. *verſic. ſecundo*, Venerigl. *in prax. part.* 1. *annot.* 6. §. *unico tit. de optione numer.* 12. *&* Rot. *deciſ.* 1404 *numer.* 18. *ſeqq. part.* 4. *tom.* 2. *recent.* & coram Bichio *deciſ.* 672. *numer.* 8. *& ſeqq.*

Et moventur prædicti exemplo poſſidentis Præbendam a Papa reſervatam, qui etiam optare minime prohibetur, et eadem ratione, quod Præben-
2 da optata ſubrogatur in locum dimiſſæ, & in eam tranſit vinculum reſervationis, juxta *Conſil.* Cardinalis 126. *numer.* 7. communiter allegatum, ut apud Lother. *ubi ſupra numer. final.* Gonz. *ad regul. Cancell. gloſſ.* 34. *numer.* 40. *& ſeqq.* cum aliis adductis per Rot. cor. Bich. *d. diſc.* 672. *numer.* 8. *ſeqq.* Antonell. *de regim. Eccleſ. libr.* 3. *capit. ult. num.* 12.

Alter caſus eſt, quando agitur de optanda Præbenda pariter annexa Canonicatui; ſed annexione inſeparabili, & irrevocabili, ubi videlicet ita perpetuo illi adhæret, ut nemo unum ſine altero conſequi poſſit; perindeque optata Præbenda, veniat in conſequentiam etiam novus Canonicatus, quod genus Præbendæ optatur, interveniente auctoritate ſuperioris habentis inſtituere, dum fit mutatio tituli Canonicalis, quod propria auctoritate fieri non poteſt, ut bene Cardin. *conſil.* 126. *num.* 4. *verſic. non enim. & verſic. non autem Probat.* ad Monach. *in capit. final. numer.* 28. *de conſuetud. in* 6. Lother. *de re beneſ. lib.* 1. *dict. q.* 19. *numer.* 22. *cum duobus ſeqq.* Fermoſin. *in dict. cap. cum M. Ferrarienſi num.* 86. Barboſ. *de Canonic. dict. capit.* 30. *ſub numer.* 2. *verſic. Alia eſt*, Gonzalez *ad regul. Cancellar. dict. gloſſ.* 34. *numer.* 62.

Atque in hoc caſu diſtinguendum eſt, quod aut futura ſucceſſio in gratia coadjutoriæ eſt conceſſa etiam quoad Præbendam optandam, ſeu coadjutori conceſſum eſt, ut coadjuto ſuccedat etiam in optione Præbendæ; Et nulla eſt difficultas, quod coadjutus poſſit optare, ut dicit Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 37. *numer.* 97. *&* 98. Garz. *de beneſic. part.* 4. *cap.* 5. *num.* 118. *&* 119. Caſtropal. *tract.* 13. *diſput.* 1. *punct.* 10. *numer.* 28. *tom.* 2. 3

Aut vero futura ſucceſſio conceſſa fuit quoad Canonicatum duntaxat, & Præbendam ordinariam illi inſeparabiliter annexam, & Garz. *de beneſic. dict. part.* 4. *capit.* 5. *num.* 120. reſpondet per diſtinctionem, quod, aut concurrit conſuetudo, ſive etiam obſervantia, quod Canonicus non habens Beneficium liberum optare non poſſit, & tunc coadjutus optare prohibeatur, ut legere eſt *ibi num.* 20. *verſic. non ſtante conſuetudine, & verſic. niſi fuerit*, quod repetit *par.* 5. *capit.* 1. *n.* 337. *& ſeqq.* 4

Aut vero nulla concurrit obſervantia, ſeu conſuetudo, & tunc exiſtimat poſſe coadjutum optare indiſtincte; & abſolute, & addit rationem; quia etiam ſi mutetur titulus, adhuc coadjutor nullum patitur detrimentum, ſed potius conſequitur commodum, dum ſuccedet in primo Canonicatu, & Præbenda dimiſſa per coadjutum tanquam vacante per optionem ſecundi, ut firmat *d. part.* 4. *cap.* 5. *num.* 120. *verſic. et etiam ubi mutatur titulus &c.*

Quæ opinio in hac ultima parte videtur, poſſe fulciri ulteriori ratione, quia nimirum tam coadjutor conqueri non poterit ex prædictis, quam 5 etiam moderniot Canonicus, qui optare deberet Beneficium dimiſſum; iſte enim in tantum non optabit, in quantum impeditus remanet ob coadjutoriam, quæ debet effectuari quantum ad ſucceſſionem in beneficio per Papam adjudicato coadjutori, & tunc vacante per optionem alterius factam per coadjutum, cum ſit certa concluſio Jus optandi per coadjutoriam, cenſeri ſublatum, ut fuit reſolutum in *Capuana optionis* 23. *Martii* 1605. coram Lancellotto *relat.* per Garz. *de Beneſic. part.* 4. *cap.* 5. *num.* 122. Ventrigl. *in prax. part.* 1. *tit. de optione annot.* 6. §. *unico numer.* 15. Caſtropal. *oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 1. *punct.* 19. *num.* 29. Lother. *de re beneſ. d. lib.* 2. *q.* 25. *n.* 51. *& ſeqq.*

Probatur hoc idem exemplo Canonici habentis Beneficium reſervatum, ad unguem fraternizante cum caſu habentis Beneficium cum coadjutoria qui, non obſtante reſervatione, poteſt optare, 6 Garz. *de beneſic. dict. part.* 5. *capit.* 1. *numer.* 340. Gonzal. *ad Regul. Cancellar. gloſſ.* 34. *numer.* 42. & licet hoc caſu reſervatio non tranſeat in Beneficium optatum, ex quo mutatur titulus, ut probant adducti per Rotam *in una Salamantina* apud Gar-

ziam

Digitized by Google

ziam ubi *proxime numer.* 337. *verſic. Et licet etiam*, Antonell. *de regimin. Eccleſ. lib.* 3. *cap. ultimo numer.* 11. & 12. ſed remaneat, ut prius, radicata in Beneficio dimiſſo adhuc iſtud ſpectabit ad Papam ratione reſervationis, non autem ad Canonicum ſequentem in gradu, qui optare debebat, Garzias *dict. part.* 5. *cap.* 1. *numer.* 340. Antonell. *ubi ſupra num.* 11. Idemque procedit in habente Præbendam reſervatam ad favorem certæ perſonæ, cum primum per ceſſum, vel deceſſum, vel aliam dimiſſionem vacavit, qui poteſt optare novam, & Præbenda dimiſſa ſpectat ad reſervatarium, quia vacavit uno de expreſſis modis; & reſervatio capit vacationem per optionem. Æneas de Falcon. *in tract. dict. reſerv. q.* 4. *effect.* 37. quem refert & ſequitur Gonz. *ad reg. Cancel. gl.* 34. *n.* 40. & 41.

His tamen non relevantibus, ſuſtineo in puncto Juris, coadjutum eſſe prohibitum optare, tam in caſu extantis conſuetudinis, quod habens Be-
7 neficium non liberum non optet, quam etiam in alio caſu extra conſuetudinem; idque ſuadetur ex eo, quod ad eſſentiam optionis requiritur ordo diſtributivus, quod Canonicus antiquior optet novam Præbendam, & ſequens in gradu optet ab illo dimiſſam; *cap. final.* & *ibi* Gloſſ. *in verb. gradatim de conſuetudin. in novis*, Gonzal. *ad reg. Cancellar. gloſſ.* 37. *numer.* 15. impraticabilis autem immo impoſſibilis redditur hujuſmodi ordo, ſi admittimus, coadjutum poſſe optare novam Præbendam, ſecum trahentem novum titulum Canoniæ, quia Canonicus ſequens in gradu non poterit optare Præbendam, & titulum dimiſſum a coadjuto tanquam adjudicatum coadjutori in gratia coadjutoriæ; & conſequenter ad imparia judicaretur cum antiquiore, qui ſolus haberet utilitatem optandi, & non cæteri ſequentes in grado contra æqitatem, & naturam opinionis requirentis Juſtitiam diſtributivam, & utilitatem omnium Canonicorum gradatim, non autem unius duntaxat, & hoc eſt, quod voluit Gonz. *ad regul. Cancellar. gloſſ.* 34. *num.* 99. communiter rejectus in alio caſu optionis Præbendæ ſeparabiliter annexæ Canonicatui, ſed non reprobatur in terminis caſus noſtri valde differentibus, quibus optime applicatur, & in puncto ſequendo Gonz. tenet Caſtropal. *dict. tract.* 13. *diſp.* 1. *punct.* 10. *numer.* 28. *verſ. verum*.

Rurſus ex parte etiam coadjutoris, optio de Jure remanet impedita in condjuto, quia diſtinctio eſt in hac materia, quod aut coadjutor poteſt ſuccedere in nova Præbenda optanda per co-
8 adjutum, & iſte non impeditur optare, aut non poteſt ſuccedere, & impeditur, ut declarando Garziam, & alios tenet Ventrigl. *in prax. par.* 1. *tit. de optione annot.* 6. §. *unico num.* 12. & Caſtropal. *oper. moral. tom.* 2. *trattat.* 13. *diſput.* 1. *punct.* 10. *num.* 28.

Ubi autem verſamur in caſu optionis Præbendæ, per quam mutuatur titulus Canonicalis, coadjutor non poteſt ſuccedere in Præbenda optata, dum titulus Canonicatus illi inſeparabiliter annexus, non fuit adjudicatus in gratia coadjutoriæ, nec remanet ſubrogatus in locum alterius dimiſſi; dum iſta ſubrogatio de jure fieri non poſſit, niſi quoad Prebeodas ſeparabiliter annexas Canonicatibus, non autem quoad annexas inſeparabiliter, in quarum optione contingit mutatio tituli
9 Canonicalis, ut bene Rot. *in Salamantina portionis* 21. *Februarii* 1585. *verſic. tamen iſtud intelligitur*, & fatetur Garz. *ubi proxime num.* 40. ſicut in ſimili opus penſionis non tranſit in Præbendam optatam, ubi mutatur titulus; quicquid ſecus, ubi titulus non mutatur, Gonzal. *ad regul. Cancell. Gloſſ.* 34. *num.* 45. & *ſeqq.* Gigas *de penſion. quæſt.* 63. *num.* 1. & fuit reſolutum per Rot. *in Corduben. Penſionis* 30. *Aprilis* 1593. coram Card. Blanchetto, Lother. *de re beneſic. lib.* 1. *q.* 19. *numer.* 30.

Et patet hoc ipſum ex dictis eorum, qui Gonzales reprehendendo, firmarunt, coadjutum poſſe optare Præbendam ſeparabiliter annexam Canonicatibus, ex potiſſima ratione, quod cum in hujuſmodi optione non cadat ſubjectum aliquod
ſpirituale, ſed temporale ſpirituali annexum, ex- 10
inde ſequatur, ut ſimpliciter inducatur ſubrogatio novæ Præbendæ in locum alterius, ut ratiocinando advertunt Lother. *de re beneficiar. dict. lib.* 2. *quæſt.* 25. *num.* 60. & 61. Garz. *dict. part.* 4. *capit.* 5. *numer.* 120. Rot. coram Bichio *deciſ.* 672. *n.* 8. *cum ſeqq.*

Hæc autem ratio totaliter ceſſat in optione Præbendæ inſeparabiliter annexæ Carnoicatui, quia in ea cadit ſubjectum ſpiritüale, dum optatur cum Præbenda etiam oovus Canonicatus, & fit mutatio tituli; ergo non poteſt fieri ſubroga-
tio, & ceſſante ſubrogatione, ecce quod præju- 11
dicatur coadjutori, qui non poteſt ſuccedere in nova Præbenda, novoque Canonicatu per coadjutum optato, & propterea iſte nulla ratione poteſt dici capax Juris optandi, ut notant in ſpecie Caſtropal. *dict. tract.* 13. *diſp.* 1. *punct.* 10. *numer.* 18. *verſic. quia ex tali optione*, Ventrigl. *in prax. part.* 1. *tit. de opt. annot.* 6. *ubi ſupra n.* 12. *verſ.* & *in hoc caſu*.

Non obſtat fundamentum Garz. *d. part.* 4. *cap.* 5. *num.* 120. volentis, nullum ex hac optione inferri præjudicium coadjutori, ex quo iſte ſuccedet ſtatim in Canonicatu, & Præbenda, tanquam va-
cante per optionem ſecundi, quia hoc eſſet per- 12
vertere ordinem diſtributivum, & regularem naturam optionis, quæ eſt, ut ſi ego opto majorem Præbendam, alius etiam moderníor ſequens in gradu optet illam minorem a me dimiſſam; ideoque in puncto Juris hoc fundamentum non videtur verum, quia in titulo vacante per optionem ſuccedere debet Canonicus ſequens in gradu, & non coadjutor, ut præciſe obſervat Caſtropal. *d. tract.* 13. *diſp.* 1. *punct.* 10. *num.* 28. *verſ. neque etiam ſuccedit*. Rot. cor. Bich. *d. deciſ.* 672. *num.* 9. *circa fin.*

Ulterius opinio Garz. incidit in aliam diſſonantiam, quia hoc modo coadjutor, qui per obitum coadjuti debet ſuccedere in Canonicatu; & Præbenda ipſo vivente ſibi anticiparet ſucceſſionem, & quod amplius coadjutus vivens remaneret deſtitutus coadjutore contra intentionem Papæ concedentis, ut de ſe patet.

Et fortaſſe prædicta opinio procedere poſſet, quando in gratia coadjutoriæ fuiſſet conceſſa co-
adjutori futura ſucceſſio, cum primum per ceſſum, 13
vel deceſſum, vel per aliam dimiſſionem vacaverit Beneficium coadjuti, ut in ſimili caſu reſervationis inquit Æneas de Falcon. *in tract. de reſer. quæſt.* 4. *effect.* 37. relatus per Gonz. *ad reg. Cancell. gl.* 34. *n.* 40.

Sed adhuc non ceſſaret difficultas, quia ſemper urget præjudicium Canonici moderníoris ſequentis in gradu, qui debet optare Beneficium, ſeu
Præbendam a condjuto dimiſſam, ut dixi ex Ca- 14
ſtropal. *dict. punct.* 10. *num.* 28. & in ſpecie Joan. de Lignan. *in cap. dilecto de prebend.* ubi, quod dimiſſa poteſt optari ex vi conſuetudinis, cui Papa per reſervationem non præjudicavit, & ſequitur Card. Zabarell. *d. conſ.* 136. *n.* 7. *verſ. Quinto*.

Non obſtante, quod præjudicium hujuſmodi Canonico inferatur ex diſpoſitione Papæ, qui facere hoc potuit in gratia coadjutoriæ: quia hoc procedit, vel quando per obitum coadjuti prætenderetur ſucceſſio, quo caſu nemo ex Canonicis conqueri poteſt, quia nullus optat, in quibus terminis loquuntur Garz. & alii in objecto allegati *n.* 5. vel quando Papa id expreſſe voluiſſet, ſecus in dubio, quia conſuetudini optandi, hoc caſu non præſumitur voluiſſe præjudicare, Joan. de Lignan. & Card. *ubi proxime*, maxime quando ſequeretur inæqualitas intollerabilis inter Canonicos, dum coadjutus duntaxat optaret, ceteris ab hoc Jure excluſis.

Et hoc motivum non præjudicandi Canonico ſequen-

Digitized by Google

ſequenti in gradu in hac materia, agnovit Rota
16 *in dict. Salamant. portionis in antecedenti deciſione*
15. *Octobr.* 1584. coram Vicecomite *impreſſ.* apud
Garz. *dict. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 337. ubi *in verſic.*
*ceſſat etiam alia ratio*, reſpondit hujuſmodi obje-
cto, dicendo, quod onus reſervationis, ſeu prout
hic, coadjutoriæ, tranſit in portionem optatam,
quam reſponſionem poſtea revocavit, & declara-
vit in deciſione ſubſequenti primæ revocatoriæ e-
dita *ſub die* 21. *Februar.* 1589. *verſ. & licet* apud
Garz. *ubi proxime* reſpondendo hoc procedere,
quando in optione Præbendarum non mutatur ti-
tulus; ſecus ſi mutetur, & concordat Garz. *ibid.*
*num.* 340. & Filliuc. *q. moral. tit.* 3. *cap.* 3. *de be-*
*nefic. tract.* 41. *n.* 46.

Atque hinc deducitur reſponſio ad exemplum
Canonici poſſidentis Beneficium reſervatum, qui
optare non prohibetur, ut dixi *num.* 6. quoniam
Gonz. ibi allegatus fundatur in *Conſilio* Cardina-
lis 126. qui loquitur in optione Præbendæ, ubi
17 non contingit mutatio tituli, ut declaravit Rota
*in dict. Salmantina* apud Garz. *part.* 5. *cap.* 1. *num.*
337. & colligitur ex lectura *dict. Conſilii* 126. *n.*
40. ac etiam fundatur in eadem *Salamantina*, hoc
eſt in deciſione emanata *ſub die* 17. *Octob.* 1584.
quæ fuit poſtmodum revocata, ut dixi *numer.*
18 16. Prout etiam Garz. *part.* 5. *capit.* 1. *numer.*
340. dicens, quod habens Beneficium reſervatum
poteſt optare, loquitur perfunctorie, & funda-
tur in eodem *Conſilio* Cardinalis 126. *& ſeqq.* ut
videre eſt *dict. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 335. & ulte-
rius contradicit dictæ deciſioni *in Cauſa Salaman-*
*tina*, dum colligit ex ea, quod in optione Præ-
bendæ, ubi contingit mutatio tituli, non fit ſub-
rogatio, ſed Præbenda dimiſſa ſpectat ad Papam
ob reſervationem ibi permanentem, & optata e-
rit pariter reſervata, ſi duret ratio reſervationis,
ut qualitas familiaritatis, vel ſubcollectoris, quod
repugnat fundamento *prædictæ deciſionis* dicentis,
optionem eſſe impeditam in Canonico habente
Beneficium reſervatum, quoties optatur cum nova
Præbenda novus titulus; ac etiam idem Garz. ſe
involuit in maximo abſurdo, dum ſecundum ejus
dicta, ſi dimiſſa ſpectare debet ad Papam ratione
reſervationis, ac etiam optata, ſequeretur, quod
eodem tempore ex perſona unius eſſent duæ Præ-
bendæ reſervatæ, immo cum Canonicus pluries
poſſit optare, ſi pluries optaret, omnes eſſent re-
ſervatæ, quod non eſt de intentione Papæ per
unam reſervationem ex toto abſorbere poteſtatem
Ordinarii collatoris, ut inquit Cardin. *dict. conſ.*
127. *numer.* 7. *verſic. Pro prædictis Prob. ad Mo-*
*nach. in dict. cap. fin. ſub num.* 17. *verſ. & ſudis*
*ibi lit. B. de conſuet. in* 6. aut enim concluden-
dum eſt, quod optata ſubintret, & ſubrogetur in
locum reſervatæ jam dimiſſæ, aut, ſi fieri non
poteſt iſta ſubrogatio ob mutationem tituli, ut ipſe
fatetur, dicendum eſt, etiam Canonicum non poſ-
ſe optare, ne alias ſequatur ſupradictum abſurdum,
& Canonici ſequentes in gradu fruſtrentur bene-
ficio optionis.

Ex his omnibus igitur dilucide patet, articulum
eſſe probabilius reſolvendum contra coadjutum, ut
nequeat optare Præbendas inſeparabiliter annexas
Canonicatui; itaut in dubio potius exiſtimarem
totum oppoſitum opinioni Garz. quod nempe in
19 dubio coadjutus non poſſit optare, ubi per optio-
nem mutatur titulus, niſi vigeat in contrarium
conſuetudo interpretativa, non autem e contra:
Et ſic conſtituerem in hac materia duas conclu-
ſiones. Alteram, quod coadjutus poſſit optare Præ-
bendas ſeparabiliter annexas Canonicatibus, niſi
impediatur ex contraria conſuetudine legitimæ præ-
ſcripta; Et alteram, quod non poſſit optare Præ-
bendas inſeparabiliter annexas, niſi concurrat con-
ſuetudo interpretativa in contrarium, quæ poteſt
20 eſſe decennalis, imo etiam ſine decennio ad eam
conſtituendam ſufficeret, fuiſſe ita ſervatum ali-
quando per aliquot actus, ut in *Deciſione Sala-*
*mantina* apud Garz. *p.* 5. *cap.* 1. *n.* 338.

Hæc diſtinctio in praxi circa optandas Præben-
das ſeparabiliter, vel inſeparabiliter annexas Ca- 21
nonicatibus ſæpe non animadvertitur, ſed in con-
fuſo aliud non quæritur, quam regula generalis,
juxta quam coadjutus poteſt optare ea ſupraddita
ratione, ne alias gratia coadjutoriæ in favorem
coadjuti conceſſa, in ejus odium retorqueretur,
ut *in dec.* 140. *num.* 19. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.* ſed
eſt una ex ſolitis cæcis concluſionibus eorum, qui
ſuperficiem juris Canonici delambunt; etenim iſta
concluſio vera eſt in optione Præbendarum ſepa-
rabiliter annexarum, ut dixi, ubi cadit motivum
ſubrogationis de una in aliam Præbendam, & in
his terminis loquitur *dict. deciſ.* 140. *num.* 19. in
aliis autem Præbendis inſeparabiliter annexis, re-
gula mihi videtur contraria, ceſſante fundamento
ſubrogationis, in quo conſiſtit anima concluſionis,
ut apud Lother. *libr.* 2. *quæſt.* 25. *numer.* 59. *&*
*ſeqq.* nec illa ratio non retorquendi gratiam in
odium coadjuti aliquid concludit, dum non pot-
eſt facere, quod Præbenda optata ſubrogetur in
locum dimiſſæ, & dimiſſa pertineat ad optionem
Canonici ſequentis in gradu, cui proinde præju-
dicaretur, ita & taliter, quod ratio præallegata
non poteſt habere locum in præjudicium tertii,
& ſatis ab initio conſultum eſt coadjuto, qui pot-
eſt in literis apponi facere clauſulam præſervati-
vam Juris optandi, cujus vigore poteſt optare e-
tiam hujuſmodi Præbendas, Rot. *deciſ.* 20. *numer.*
5. *poſt.* Remocamp. *de Coadjutor.* me ſcribente e-
dita.

Adde ad materiam optionis, quod ſi in Eccle-
ſia extarent tot Præbendæ ſeu domus Canonica- 22
les, & alia membra, quot eſſent Canonicatus, &
eſſent ſolita optari, caderent ſub reſervationibus,
& affectionibus Apoſtolicis, hoc eſt reſervatio, &
affectio ſuper Canonicatu, afficeret Præbendam,
& alia prædicta, eo quia ex correſpondentia nu-
meri Præbendarum, & aliorum membrorum ad
numerum Canonicatuum præſumitur annexio, &
reſervatio, ſeu affectio ſuper principali, hoc eſt
Canonicatu afficit conſecutive Præbendam, & a-
lia ei annexa, juxta theoricam Panor. *in cap. ma-*
*joribus n.* 4. *& cap. dilecto num.* 6. *de preben.* quam
communiter ſequuntur Doctores, ut, reprobato
Garz. contrarium tenente, teſtatur in praxi Card.
de Luc. *de penſion. diſc.* 15. *num.* 2. *& ſeqq. & diſc.*
76. *num.* 6. Add. ad Gregor. *dec.* 76. *num.* 6. *in fin.*
Lother. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 25. *num.* 55. Anto-
nell. *de regim. Eccl. lib.* 3. *cap. ult. num.* 19. Pignat.
*conſult.* 74. *num.* 3. *tom.* 5. rejecta diſtinctione inter
annexionem in genere, ſeu ſeparabilem, & inter
annexionem in ſpecie, ſeu inſeparabilem, juxta
firmata *in Mediolanen. Canonicatus* 4. *Julii* 1636.
coram Ghiſlerio, quæ reputatur in materia magi-
ſtralis, ut ait Card. de Luc. *dict. diſc.* 15. *n.* 3. *&*
4. Tondut. *de penſ. cap.* 22. *num.* 13. prout eandem
deciſionem perpetuo approbavit S. Rota, *ut in de-*
*ciſ.* 138. *per tot. part.* 8. *recen.* & cor. Dunoz. ſen.
*dec.* 226. *ex num.* 24. & cor. Peuting. *dec.* 144. *n.*
2. *& ſeqq. & dec.* 387. *num.* 6. *&* 7. & cor. Man-
zan. *dec.* 81. *num.* 5. *&* 6. *& deciſ.* 13. *num.* 3. *&* 4.
poſt Remocamp. *de Coadjutor.* me ſcribente edita;
ubi tamen ſupponitur, hanc annexionem eſſe per-
petuam, & inſeparabilem, ſed male, in quo æ-
quivocavit etiam Antonell. *de reg. Eccleſ. lib.* 3.
*cap. ult. n.* 10. In reſervatione ſpeciali non ſuffi-
cere hujuſmodi annexionem, dixit Rot. *dec.* 7. *n.*
13. *&* 14. poſt Remocamp. niſi adeſſet derogatio
ſtatutis, & conſuetudinibus de optando cum men-
tione ſpeciali Præbendæ, ſeu domus, ut ibi *num.*
16. idem legitur apud Garz. *de benef. part.* 5. *cap.*
1. *num.* 455. Coccin. *deciſ.* 704. *num.* 7. ubi tamen
*num.* 12. *&* 13. dicit hoc de conſuetudine habere 23
difficultatem; quando autem Papa in proviſione
derogavit Statutis, & conſuetudinibus de optan-
do, tunc veniunt nedum membra annexa in ge-
nere, & ſpecialiter, ſed etiam ſeparata, & tem-
poralia propter voluntatem Papæ; ubi tamen con-
ſtet, quod ea contulerit in ſpecie volendo,

quod proviſus habeat omnia poſſeſſa per Canonicum defunctum, juxta caſum deciſum per Rot. *in Bononien. Canonicatus, ſive optionis 26. Junii* 1690. cor. bon. mem. Urſino; Difficultas eſt tamen, ſi ante datam proviſionis Apoſtolicæ jam in Eccleſia facta fuiſſet optio membri temporalis, hoc eſſ enim caſu derogatio ſtatutis de optando facta per Papam non videtur tollere jus antea quæſitum tertio per optionem conſummatam, & maxime effectuatam per poſſeſſionem adeptam, de quibus Papa notitia non habuit, juxta *Conſil.* 405. Ancharani *ſub num.* 2. Monet. *de option. cap.* 8. *quæſt.* 1. *numer.* 3. & 4. Paſſerin. *in cap. final. de conſuet. in* 6. *num.* 76. *verſ. & in hoc caſu & num.* 77. Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 5. *concluſ.* 166. *num.* 14. Rot. me ſcribente, *deciſ.* 14. *numer.* 2. *poſt* Remocamp. eoque fortius, ſi Papa diceret in literis, quod Canonicatus ſimulcum domo, & aliis membris vacaret, quia intelligeret conferre cum ſuppoſito, quod membra iſta vacarent de Jure, & de facto, neque propterea eſſet optata, & vigore optionis poſſeſſa per tertium, Rot. in ſpecie *deciſ.* 14. *num.* 35. & 36. *part.* 12. *recent.* & tenet Anchar. *ubi ſupra num.* 1. *verſic. Papa autem*; contrarium tamen vidi deciſum per Rot. *in dict. Bononien. Canonicatus ſive optionis*, cor. Urſino, ubi propter Decretum irritans dictum fuit derogatum fuiſſe poſſeſſioni anteriori captæ per Canonicum, qui optaverat vigore optionis ante datam literarum Apoſtolicarum, ut in *deciſione ſuper manuten.* 26. *Julii* 1690. §. *final.* nec mihi in ea cauſa ſcribenti ſub nomine bon. mem. Advocati Buzzii ſuffragari potuit allegare *dict. conſil.* 405. Ancharan. & defendendo Rotam dici poteſt, *Conſilium* Anchatani non applicari, eo quia in ejus caſu Papa in primis literis expreſſe reſervavit jus alteri quæſitum, ut legere eſt *num.* 1. *verſic. quod Papa*, & ſic non obſtabat, quod in ſecundis literis confirmatoriis obtentis a poviſo poſt octo annos adeſſet clauſula, *non obſtantibus optionibus*, quia intelligi debeat de optionibus medii temporis octo annorum decurſorum inter primas, & ſecundas literas, ut ibidem *num.* 2. Ceterum, ubi Papa in literis non præſervat jus alteri quæſitum cum ſolita clauſula, *dummodo non ſit alteri jus quæſitum*, ſed derogat ſtatutis de optando, conferendo in ſpecie membrum temporale optioni ſubjectum, volendo conferre omnia poſſeſſa per defunctum, etiam non annexa, & adjiciendo decretum irritans, etiam reſpectu eorum, quæ facta, aut in præteritum tunc dicetur voluiſſe derogare juri quæſito, non obſtante, quod optio ſit facta, quia derogando ſtatutis de optando, & ſic principali, cenſetur derogare optioni acceſſoriæ ſeu in ſequelam ſtatutorum factæ propter decretum irritans, quod inficit factum, & operatur, ut derogatio ſtatutis de optando habeat locum cum omnibus inde ſecutis, ſicut ubi Papa derogaret ſententiæ, cenſeretur derogatum omnibus inde ſecutis.

Romana ſeu Bononien.
Penſionis.

PRO

R. P. D.

GOZZADINO

ET R. C. A. CUM N. N.

## ARGUMENTUM.

**Penſionarius pretio mediante remittendo, & condonando Titulari obligationem ſolvendi penſionem, durante vita ejuſdem Titularis, cum præſervativa juris eam petendi contra ſucceſſorem, an dicatur voluiſſe extinguere penſionem, vel potius cedere commoditatem illius, itaut actus dijudicandus ſit nec ne ſimoniacus, plene hic enucleatur.**

*SUMMARIUM.*

1 *Series facti.*
2 *Penſio an poſſit extingui abſque beneplacito Apoſtolico, citra labem ſimoniæ, accepto pretio; eſt opinio controverſa, & numero 3.*
4 *Verior eſt opinio negativa.*
5 *Ad evitandam labem ſimoniæ in extinctionibus penſionum, pretio mediante, repertum eſt temperamentum faciendi ceſſionem commoditatis illarum, quæ valet ſine Apoſtolico aſſenſu.*
6 *Non tamen evitatur ſimonia, ſi cedatur penſio ipſa.*
7 *Melius eſſe prohibere etiam ceſſionem commoditatis propter ſcandalum.*
8 *Quando actus cadit ſuper ſubſtantia penſionis, eſt ſimoniacus, ſi fiat, pretio mediante, abſque beneplacito Apoſtolico.*
9 *Dubitatio, an actus ſit ſuper ſubſtantia penſionis, vel ſuper ejus commoditate, intrat, quando proceditur per viam ceſſionis.*
10 *Secus ſi proceditur per viam extinctionis, quæ non applicatur commoditati.*
11 *Præſertim ſi actum fuit cum Titulari, & de ratione n. 12.*
13 *Qui clare dicit, velle extinguere penſionem, non poteſt prætendere voluiſſe cedere commoditatem.*
14 *Remiſſio, & condonatio obligationis ſolvendi penſionem, importat extinctionem, non ceſſionem commoditatis, & n. 15.*
16 *Eademque extinctio infertur, ubi fuit dictum,* caſſando, & annullando la riſerva della penſione.
17 *Verba non dicuntur adiecta ad explicationem, quando de directo repugnant intentioni.*
18 *Supraſcriptio in dorſo apocæ facta per partem declarat, quid contineatur intus.*
19 *Voluntas in animo retenta nihil operatur.*
20 *Penſio, licet extincta temporaliter, accepto pretio, abſque Apoſtolico aſſenſu, perpetuo deperditur in pœnam actus ſimoniaci, & numero 21.*
21 *Penſio temporaliter extincta, poſt tempus non reſurgit abſque nova Apoſtolica auctoritate Papæ.*
22 *Temporalitas extinctionis penſionis non facit, quominus ſit extinctio.*
23 *Reſponſio ad deciſiones S. Rotæ in Romana penſionis coram Matthejo.*
24 *Nimia fiducia vincendi ſæpe facit, ut perdamus, ſeu vincamur.*
25 *Reſolutio Cauſæ facta per Cameram.*

## DISCEPTATIO XI.

POſſidebat Joannes N. N. quatuor ſimplicia beneficia in certis Eccleſiis Bononien. Diœceſis exiſtentia valoris triginta ducatorum auri de Camera, quæ contra naturalem ſtylum, & quaſi ſeniori prædeceſſurus de Anno 1690. Reſignavit in favorem Hyacinthi ejus patrui, reſervata ſibi annua penſione ducatorum 20. ut ex Bulla ſanct. memoriæ Alexandri VIII. ſub datum 5. Decembr. 1690. 1

Anno autem 1694. idem Joannes penſionem vendere patruo decrevit, accepta quantitate ſcutorum 360. ſed excogitando modum, quo, mediante venditione penſionis, ſolum ſibi præjudicare poſſet donec, & quouſque patruus eſſet poſſeſſor beneficiorum, per contrarium vero ſibi illæſam penſionem reſervaret contra ſucceſ-

ſorem

ſorem in beneficiis, loco procedendi per ſolitam viam, & praxim faciendi ceſſionem patruo meræ, ac ſimplicis commoditatis penſionis, ad novum modum convolavit procedendo per viam extinctionis penſionis, *caſſando, & annullando la riſerva in modo, e come ſe da principio non vi foſſe ſtata in neſſuna forma riſervata*: Reſtringendo tamen hanc extinctionem ad vitam tantum patrui duraturam, per quam reſtrictionem, & pactum credidit nihil ſibi præjudicaſſe reſpectu ſucceſſoris in beneficiis, contra quem expreſſe ſibi jura præſervavit, ut latius in apocha mihi viſa, & ſcripta ſub die 24. Maii 1694.

Per obitum patrui ſecutum de menſe Auguſti ejuſdem anni 1694. proviſus fuit de his beneficiis tanquam liberis R. P. D. Uliſſes Joſeph Gozzadinus Sanctiſſimi Domini Noſtri Innocentii XII. Brevium ad Principes, nec non Memorialium a ſecretis, qui ea pacifice poſſedit uſque in præſentem annum 1699. abſque eo quod Joannes aliquid unquam petierit pro ſua penſione neque contra Cameram tempore vacantiæ beneficiorum, neque contra eundem R. P. D. Gozzadinum proviſum.

Poſtea vero, mutato conſilio, idem Joannes petiit terminos penſionis decurſos ab exceſſu patrui tam contra Cameram, quam contra Rever. P. D. Gozzadinum, reque delata ad Illuſtriſſimam Congregationem ſpoliorum, ibique diſcuſſa, nihil fuit deciſum, ſed ſimpliciter remiſſa cauſa ad Judices ſuos, ad cujus reſcripti executionem lis introducta remanſit cor. R. P. D. Theſaurario.

In hoc rerum ſtatu requiſitus ego per eundem R. P. D. meum Gozzadinum virtute, & moribus nunquam ſatis laudatum, quid in ſenſu veritatis exiſtimarem ſuper prætenſione NN. negotio mature per juris apices examinato, penſionis terminos non deberi, & inſubſiſtentem, ac nullo jure fundatam cenſui prætenſionem.

Motivum inclinandi in hanc partem principaliter deſumpſi ex manifeſto ſimoniæ vitio, quod in actu ſupradictæ extinctionis concurrere mihi viſum eſt, tanquam facto abſque Apoſtolicæ Sedis beneplacito; pro cujus rei faciliori intelligentia, & pro tollendis æquivocis, quæ tum in hujuſmodi materia, tum in aliis Canonicis articulis non ſine maximo litium infortunio quotidie experimur, nonnulla in jure præmittere oportet, ut caſus à caſu diſtinguatur.

Sciendum eſt igitur, fuiſſe inter Canoniſtas
2 quæſtionem graviter agitatam, nunquid penſio accepto pretio extingui poſſet abſque Apoſtolico aſſenſu, qua in re duæ fuerunt opiniones invicem contrariæ, altera nimirum Cajetan. *in Opuſcul. 17. reſp.* 10. ubi in univerſum affirmat annuas penſiones numerata pecunia abſque ſimoniæ vitio redimi poſſe, ex eo dilemmate, quod aut prætenditur extinctionem eſſe ſimoniacam ex defectu Apoſtolici aſſenſus, & hoc eſt falſum, quia penſio ſola voluntate penſionarii poteſt & remitti, & caſſari; aut eſſe ſimoniacam ex interventu pecuniæ per anticipatas ſolutiones, & id non ſubſiſtat, ex quo ſimonia dicitur datio, aut receptio rei temporalis pro ſpirituali, nec proinde convenit penſionario penſionem, mediante pecunia extinguenti, quia penſio non eſt quid ſpirituale, vel ſpirituali annexum, ſed quid mere temporali nihil habens ſpiritualitatis, & hanc Cajet. opinionem ſequuntur Card. Tolet. *in ſumm. inſtruct. Sacerd. lib. 5. cap. 92. poſt num. 1. verſ. dico tertio*, Gigas *de penſion. q. 81. num. 1. & ſeqq.* Caccialup. *eod. tract. q. ult. in fin.* Hieronym. Paul. *in punct. Cancell. fol.* 18. Vivius *deciſ.* 50. *num.* 8. *lib.* 1, Caſtropal. *oper. moral. part. 3. de Simon. diſputat. 3. punct.* 13. *num.* 9. & 19. a Spirit. Sanct. *in direct. Confeſſ. tom. 3. tract. 4. diſp. 4. ſect. 21. num.* 339. Giballin. *de Simon. quæſt. 20. confeſſion. 12. numero* 5.

Altera vero opinio fuit Navar. *conſ. 68. lib. 5. de Simon.* ubi affirmat extinctionem penſionis, pe-
pecunia mediante, fieri non poſſe citra labem ſimo- 3
niacam abſque auctoritate Papæ, eo quia penſio eſt ſaltem ſpirituali annexa; & ideo extingui nequit abſque auctoritate Summi Pontificis, & hanc ſententiam teſtatur fuiſſe firmatam cor. Card. Alciato, in cujus præſentia quæſtio fuit diſputata, & ſequuntur majori calculo ſcribentes, nempe Petr. de Aragon. *in comment. ad D. Thom. 2. ſecunda de Juſt. & jur. quæſt.* 110. *de Simon. art. 4. verſ. Tertia concluſ.* Gambat. *de offic. & auctor. Legat. lib. 6. tit. de penſ. num.* 624. & *ſeq.* Valer. *in diff. utriuſque fori in verb. Simonia diff. 16. num.* 1. & 2. Sot. *de Juſt. & jur. lib. 9. quæſt. 7. art. 20. verſ. inter has ergo*, Fagnan. *in cap. ad audientiam il ſecondo de reſcript. num.* 82. *cum ſeqq.* Victor. *in relect. 11. numer.* 53. Pariſ. *de reſign. benefic. lib. 6. q. 2. numer.* 128. & *ſeq.* Frat. Ludov. de Reja *in reſp. caſ. conſcien. caſ. 37. verſ. quæ rationes* Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 8. cap. 10. quæſt. 11. verſic. hæc ſententia*, Bonac. *oper. moral. tom. 1. tit. de Simb. diſp. 1. quæſt. 4. §. 11. n.* 7. Ventrigl. *in prax. part. 2. tit. de penſ. annot. 11. §. 3. num.* 38. & 42. Reginal. *in prax. for. pœnitential. tom. 2. lib. 23. ad ſeptimum præcept. Decal. q. 5. num.* 276. Garz. *de beneſ. part. 1. cap. 5. num.* 20. Adden. ad Buratt. *dec.* 469. *n.* 17.

Quæ poſterior ſententia Navarri validioribus 4
fundamentis innititur, & proinde in judicando verior viſa fuit, ut pleniſſime, articulo hinc inde examinato, firmavit Cartar. *dec. criminal. 16. per tot. & ſignanter ſub num.* 16. & Curia Romana ſine ulla controverſia vivit cum hac opinione, quod requiratur aſſenſus Papæ in extinctione penſionis, pretio mediante, cujus ſtylus invaluit etiam ante Navarrum, qui de eo teſtatur *in conſil. 52. poſt num. 3. de præben.* & plene teſtatur etiam Cardin. de Luc. *de penſ. diſcurſ. 80. num.* 12. & Azor. *ubi ſupra quæſt. 10. litt. E. verſic. tum quia Curia Romana ſtylus*, Bonac. *ubi ſupra num.* 7. Ventrigl. *ubi ſupra numer.* 42. Valer. *ubi ſupra numer.* 1. Pirhingh. *in jus canon. lib. 5. titul. 3. ſect. 4. §. 8. per totam* Leſſius *lib. 2. cap. 34. dubitat. 22. num.* 122. & *ſeqq.* Layman. *lib. 4. tract. 10. capit. ultim. §. 5. numer.* 48. Rot. coram Priol. *dec.* 265. *num.* 12. Garz. *ubi ſupra n.* 23.

Hinc ad evitandam labem ſimoniæ penſionarii, & titulares volentes extinguere penſiones abſque
neceſſitate Apoſtolici aſſenſus, invenerunt tutiſſi- 5
mum temperamentum, ſeu potius ſubterfugium procedendi per viam ceſſionis commoditatis penſionum eam emendo, & vendendo reſpective ſine ullo ſcrupulo ſimoniæ, quæ licet conſideretur reſpectu ipſius ſubſtantiæ penſionis, ceſſat tamen reſpectu commoditatis tanquam diverſæ, & ſeparatæ ab ipſa penſione, & nihil habentis quod ſit ſpirituale, vel ſpirituali annexum, ut tenent Novar. *conſil. 62. de ſimon.* Pariſ. *de confid. quæſt.* 24. Leſs. *de Juſt. & Jur. lib. 2. cap. 35. dub.* 22. Filliuc. *moral. tom. 3. tract. 42. de penſ. cap. 9. num.* 14. & 20. a Spirit. Sanct. *in direct. Confeſſ. tom. 3. tract. 4. diſp. 4. ſect. 21. num.* 340. Garz. *de beneſ. part. 1. cap. 5. num.* 29. Lother. *de re beneſ. lib. 1. cap. 5. quæſt. 42. num.* 15. Card. de Luc. *de regul. diſc. 37. num. 9. in fin. & de penſ. diſc. 68. num.* 6. Rota *in Romana Penſionis* 28. *Junii* 1681. §. *Propoſito enim*, coram R. P. D. Paluccio, & *in Romana Penſion. 4. Decemb.* 1684. §. *fin.* & 14. *Maii* 1686. §. *cum enim*, coram claræ memoriæ Cardin. Matthejo.

Adhuc tamen vitium ſimoniæ etiam in modo procedendi per viam ceſſionis ob ignorantiam agentium non ceſſavit, quia cum fundamentum evitandi ſimoniam non conſiſtat in ipſa ſola via ceſſionis; ſed principaliter in re ceſſa, ſcilicet in mera commoditate penſionis, per quam dicuntur venditi ſoli fructus, retento titulo penſionis apud vendentem; inde ſequitur, ut ſi cedatur non quidem commoditas ſed ipſa penſio, vitium ſimoniacum cadit in hac ceſſione, non ſecus ac in ipſa extin-

ctione, recurente eo principio, ſeu identitate rationis facientis ſimoniam cadere in utroque actu, ſive extinctionis, ſive ceſſionis, quia nempe ſicut extinctio cadit ſuper ipſa penſione, ejuſque ſubſtantia tanquam non temporali, ſed ſpirituali annexa, ita & ceſſio ſuper illa cadit ejuſque ſubſtantiam, & titulum directe percutit, ut optime diſtinguit Rot. *in allegata Romana penſionis 4. Decem. 1684. §. fin. & plenius in alia 13. Maii 1686. §. altera exceptio cum pluribus ſeqq.* coram Cardinali Matthejo, ubi late fuit diſputatum, an ceſſio facta foret de ipſa penſione, ſeu de ejus commoditate, immo Azor. *inſtitut. moral. part. 2. lib. 8. capit. 10. quæſt. 11. in fin.* ſuſpectam eſſe dicit in judicio hujuſmodi venditionem fructuum penſionis, niſi contrarium appareat certo, & evidenter.

Quinimo ſi mihi, quod ſentiam, libere dice-
7 re liceat, dijudicarem, quod melius & honeſtius foret prohiberi ceſſionem etiam hujuſmodi commoditatum, cum revera id aliud non ſit, quam ſubterfugium, excogitatum ad palliandam ſimoniam, per quod licet ſtricto jure iſta locum non habeat, nihilominus negari non valet, quin populo, & vulgo ſubtilitatem hujuſmodi ignaro cauſam præbeat ſcandali, obſervando, & videndo ire in commercium publicum, & quaſi ſub haſta circumferri emtiones, & venditiones commoditatis penſionum Eccleſiaſticarum ſuper beneficiis debitarum inter perſonas etiam laicas lucri cauſa eam ementes, perinde ac ſi ageretur de cambiis & cenſibus, aliiſque reditibus prophanis, unde in hac re Ventrigl. *in prax. for. Eccleſ. par. 2. annot. 11. §. 3. numer. 42.* fecit quandam reſtrictionem, qua dixit, quod fructus, & commoditas penſionis non poſſint vendi niſi ad triennium, alias ſit prohibitum vigore *Extrav. Ambitioſæ de rebus Eccleſ. non alienan. -- licet ſupra &c. dixerim commoditatem percipiendi fructus penſionis eſſe ceſſibilem; unde animoſe dicit* Barboſ. *&c. penſionarium abſque ſimoniæ labe poſſe alteri vendere, vel donare fructus ſuæ penſionis etiam ad totam vitam, modo illius titulum retineat; tamen hæc opinio non poteſt defendi, quin non ſit contra extravag. Ambitioſæ, cujus vigore fructus penſionis non poſſe vendi vel locari ultra triennium, defendit* Navar. *&c. unde tenentes fructus penſionis, & commoditatem poſſe vendi, intelligendi ſunt per triennium, & non ultra.*

8 His præmiſſis, mihi certum viſum fuit, Joannem proceſſiſſe per viam extinctionis penſionis, non autem ceſſionis commoditatis, dum clare, & literaliter dixit, ſe devenire ad extinctionem penſionis, ut ex verbis apocæ ibi -- *eſſendoſi poi convenuto ſucceſſivamente fra detto Sig. Prepoſto mio Zio, e me &c. di potere eſtinguere detta penſione* -- & proinde, cum actus extinctionis cadat ſuper ſubſtantia penſionis, fieri non potuit abſque auctoritate Papæ citra vitium ſimoniacæ pravitatis, juxta doſtrinas ſuperius allegatas *num.* 3. in pœnam vero actus ſimoniaci reſultat privatio penſionis in perpetuum licet temporaliter extinctæ; nam quamvis juxta mentem, & intentionem extinguentis actus ſit temporalis ad vitam patrui, ita ut, ſtante pacto redeundi ad penſionem præſcindendo a motivo, de quo infra *ſub num.* 21. videatur penſionarius ad eam reſtituendus *juxta dec.* 528. Burat. tamen ſubintrat diſpoſitio juris, quæ impedit talem regreſſum (etiam ſi alias dici poſſet ex pacto debitum) ad effectum puniendi actum ſimoniacum, ut bene explicat Card. de Luc. *de penſ. diſc. 80. n. 16. & ſeqq. & probat* Rot. cor. Priol. *deciſ. 265. n. 10. cum ſeqq.*

Agnoſcendo inevitabilem ſubſiſtentiam hujus fundamenti deſenſor Joannis in Congregatione ſpoliorum allegabat, quod in caſu noſtro non ageretur de extinctione penſionis, ſed de mera ceſſione commoditatis, idque unice fundabat in motivo temporalis extinctionis, ita confundendo materiam, & ſaltando a caſu extinctionis ad ceſſionem, & a caſu penſionis in contractum deducte ad caſum commoditatis, & citabat *relatas deciſ. in Romana penſ. 4. Decemb. 1684. & 13. Maii 1686.* cor. Card. Matthejo.

Dicebat igitur, quod nihil curandum eſſet, an ſcilicet fuiſſet facta mentio de extinctione penſionis, eo quia voluntas penſionarii, quæ unice attendenda erat, reſtringebatur ad actum extinctionis temporalem, cum clauſula ſine præjudicio petendi terminos penſionis contra ſucceſſorem in beneficiis, itaut voluntas ex hujuſmodi verbis alia deduci non poterat, quam cedendi commoditatem penſionis patruo, non attento cortice verborum, ut *in dicta Romana penſionis* 13. *Maii* 1686. §. *Hinc parum, & Nihilominus*, coram Cardinal. Matthejo.

Addebat etiam pro baſe magna nonnulla verba apocæ ubi penſionarius dicit -- *Rimetto al medeſimo, e condono l'obligo di dovermi pagare la ſudetta penſione, ſua vita durante, ſolo come ſopra, e non oltre ſenza pregiuditio di doverli, e poterli eſigere dal ſucceſſore in detto beneficio o per ceſſo o per deceſſo, che Dio non volgia, di detto mio Signor Zio &c.* ex quibus tuta fronte arguebat voluntatem reſtrictam ad ceſſionem commoditatis conſiſtentis in fructibus temporalibus penſionis.

Frigidiſſima tamen hæc omnia viſa ſunt, &
male applicata propter æquivocum in terminis; 9
etenim iſta quæſtio voluntatis, an nempe cadat ſuper commoditate, vel titulo, & ſubſtantia penſionis, intrat quidem in alio caſu omnino diverſo, quando videlicet quis procedit per viam ceſſionis, tunc enim iſta ceſſio recipit dubitationem, an cadat ſuper ſubſtantia penſionis, vel ſuper ejus commoditate, juxta terminos caſus, in quo emanarunt *relatæ deciſiones in Romana penſionis* coram Matthejo, & *ſuperius explicavi in §. adhuc tamen num.* 6.

Sed in caſu, quo proceditur per viam extin-
ctionis, prædicta interpretatio voluntatis penſiona- 10
rii nunquam intrare poteſt, quia extinctio nunquam applicari valet ad commoditatem; ſed pernecesse præſupponi debet ſuper titulo. Temporalitas autem extinctionis non inducit voluntatem diverſam, nec extinctionem reſolvit, & tranſire facit in ceſſionem commoditatis, quia extinctio ſive perpetua, ſive temporalis, ſemper eſt extinctio, & non ceſſio, ſemperque cadit ſuper ſubjecto extinguibili ſeu capaci extinctionis, prout eſt ipſa penſio, non autem ejus commoditas, cui extinctio non adaptatur, & ſolum ex temporalitate extinctionis inferri poteſt voluntas penſionarii nolendi penſionem extinctam perpetuo, & ſuper hoc cadit intentio agentis. Ceterum circa veram, & realem extinctionem toto tempore vitæ titularis voluntas eſt clara, & ſemper dici debet facta extinctio, quando clare penſionarius faſſus eſt procedere ad extinctionem, ſuper qua punctualis videtur, Rot. cor. Burat. *dec.* 528. *per tot. ubi præciſe loquitur de extinctione temporali.*

Et maxime, quando agitur de contractu ini-
to cum titulari, ubi ſi verbis apertiſſimis non 11
procedatur per viam ceſſionis commoditatis, ſemper videtur ille emere nedum fructus, ſed etiam jus penſionis, liberando ſibi viventi Beneficium, quidquid ſecus, ubi cum altera tertia perſona penſionarius agat locando futuros fructus penſionis, ut bene diſtinguit Azor. *part. 2. inſtitut. moral. lib. 8. cap. 10. quæſt. 11. circa fin.* loquendo de venditione oneris penſionis per anticipatas ſolutiones facta, ſive in perpetuum ſive ad tempus, ut colligitur ex *principio, & fine dict. quæſt.* 11. & probat Rot. cor. Priol. *dec. 265. n. 10. cum ſeqq.*

Et ratio eſt evidens, quia cum actio, & paſſio
non poſſint ſtare in eodem ſubjecto perſonæ titu- 12
laris, niſi repræſentando duplicem perſonam alteram titularis, & alteram penſionarii; inde ſequitur, ut ſemper remiſſio penſionis, & fructuum ad ejuſdem titularis favorem facta ſit mera liberatio Beneficii ab onere, & ſervitute penſionis, quæ, mediante

pretio,

Digitized by Google

pretio, eſt ſimoniaca, niſi procedatur per viam ceſſionis commoditatis, quæ diſtinguat unam perſonam ab alia, ex firmatis per Card. de Luc. *de penſ. diſc. 68. n. 4. & ſeq.*

Quod autem intentio penſionarii fuerit procedere ad extinctionem penſionis, licet perpetuo non duraturam, evidentiſſime infertur ex omnibus fere partibus apocæ, & conventionis 24. Aprilis 1694. ut patet ab examine verborum.

Et primo, quia in proœmio dictum fuit ibi:
13 *Eſſendoſi poi convenuto &c. di potere eſtinguere detta penſione*, quæ verba cum ſint clara pro extinctione penſionis, non autem pro ceſſione commoditatis, utique talis actus factus eſſe dicitur, qualis fuit a partibus denominatus in proœmio, quod diſpoſitivam illuminat, & declarat, ad Text. *in leg. fin. ff. de hered. inſtit.* Rot. coram Bich. *deciſ.* 332. *n.* 11. Burat. *dec.* 543. *n.* 11. *Coccin. dec.* 282. *num.* 3.

Secundo, hanc eandem extinctionis ſubſtantiam
14 important ſubſequentia verba in parte diſpoſitiva ibi: *Quindi è, che eſſendo ora ſeguito lo sborſo ſudetto &c. rimetto al medeſimo, e condono l'obligo di dovermi pagare la ſudetta penſione*, Remiſſio enim, & condonatio obligationis ſolvendi penſionem, non eſt ceſſio commoditatis penſionis, ſed potius actus illi directo repugnans, quia ceſſio eſt translatio juris exigendi fructus in titularem nomine penſionarii; condonatio autem obligationis penſionis eſt mera, ac ſimplex remiſſio debiti penſionis, quod licet gratis in totum, vel in parte, ſimpliciter, vel ad tempus condonari poſſit abſque auctoritate ſuperioris, juxta doctrinam Præpoſiti *in can. Agatho n. 3. diſt.* 63. prohibitum eſt tamen, mediante pecunia, ut in ſpecie diſtinguendo utrunque caſum & loquendo de remiſſione, & condonatione penſionis, firmat Fagnan, *in ca. Ad audientiam il 2. num.* 83. *&* 84. *de reſcript.* Navar. *conſ.* 11. *verſ. Reſpondeo de reb. Eccleſ. non alienan.* Gig. *de penſ. q.* 45. *n.*

Quodque remiſſio, & condonatio obligationis
15 penſionis ſit res totaliter diverſa ab ipſa ceſſione commoditatis colligi poteſt ex formula hujus ceſſionis, quam ponit Conrad. *in prax. benef. lib.* 5. *cap. 6. in fine numer.* 70. ubi adhiberi ſolent infraſcripta verba: *Omnem, & quamcunque commoditatem, ac utilitatem, quam habet, & quomodolibet habere poteſt; & poterit contra poſſeſſorem Beneficii ſuper omnibus, & ſingulis terminis penſionis &c. ceſſit, conceſſit ad habendum &c. ponens &c. conſtituens &c. ſua vita durante N. N. ad extinguendum &c. ſingulas, & quaſcunque utilitates, commoditates, quas habet ſuper dictis terminis in futurum decurrendis*, quæ formula omnino repugnat illi qua uſus eſt N. N. in hac venditione penſionis, dum voluit vendere obligationem, & onus penſionis titulari, & iſte viceverſa voluit emere ſervitutem, quod, pecunia mediante, eſt prohibitum, ex traditis per Azor. *dict. lib. 9. capit.* 10. *quæſt.* 11. *circa fin.* Pirhing. *in jus canon. dict. lib. 5. tit. 3. ſect. 4. §.* 8. *per tot.*

Tertio, quod tollit omnem difficultatem con-
16 currunt verba importantia extinctionem veram, & realem ipſius ſubſtantiæ penſionis ejuſque tituli, ibi – *Caſſando, & annullando per il tempo come ſopra la detta riſerva di penſione in modo, e come ſe da principio non vi foſſe ſtata in neſſuna forma riſervata*. Melius enim explicari non potuit voluntas extinctionis, quam exprimendo ceſſationem ejus tituli, & reſervationis Apoſtolicæ, quod eſt argumentum clariſſimum extinctionis, excludens ceſſionem commoditatis, quam Doctores ſolum conſiderant, quando penſionarius retinet penes ſe penſionem, ejuſque titulum, faciendo tantum procuratorem alium ad exigendos fructus, itaut, ſi in caſu noſtro penſionarius titulum noluit retinere penes ſe, ſed extinguere, & caſſare reſervationem penſionis, nulla difficultas oriri poſſit, quin dicatur, penſionarium poſuiſſe in commercium ipſam ſubſtantiam penſionis, cujus reſervationem Apoſtolicam, pretio mediante, ceſſavit, & annullavit ad effectum liberandi patruum ab onere, & gravamine penſionis, ut colligitur ex Bonacin. *oper. moral. tom. 1. tit. de Simon. diſp. 1. q. 4. §.* 11. *num.* 14. ibi – *Retento tamen ſibi titulo penſionis*, Filliuc. *tom. 3. tract. 42. cap. 9. n.* 20.

Abſque eo quod urgeat conſideratio in contrarium adducta, quod iſta verba adjecta fuerint ma- 17
joris explicationis gratia; eſt enim conſideratio prorſus inepta, dum non dicitur gratia explicationis factum, quod non explicat, ſed deſtruit id, quod prætenditur, & contrarium exprimit ejus, quod factum eſſe dicitur; quomodo enim ſtare poſſunt hæc duo inter ſe, quod nempe penſionarius retineat titulum penſionis, & cedat merum jus temporale fructuum, & commoditatis penſionis, quodque per contrarium eodem tempore caſſet, & annullet ipſum titulum penſionis, eo modo, ac ſi nunquam ea fuiſſet per Papam reſervata, ſicut expreſſit penſionarius in themate controverſo. Igitur evitari non poteſt voluntas extinguendi penſionem ipſam, & ſic labes ſimoniaca, quæ cadit ex eo tantum, quod fuerit tractatum ſuper ſubſtantia penſionis; ut in præſenti, ubi ſi fuit caſſata reſervatio penſionis, pernecеſſe actum fuit ſuper ejus ſubſtantia, juxta doctrinas ſuperius ſatis allegatas.

Ultra quod concluſio illa, quod verba cenſeantur adjecta ad majorem abundantiam, & explicationem, procedit, quando antecedenter concurrunt verba importantia ceſſionem commoditatis penſionis; tunc enim ſubſequentia impropriari poſſunt, ut famulentur præambulæ voluntatis ſatis ſuperius expreſſæ, ut erat caſus in allegata *Romana penſionis* coram Matthæjo, ubi expreſſe proceſſum fuerat per viam ceſſionis juris, & facultatis exigendi penſionem; quando autem, ut in caſu noſtro, nedum nulla concurrunt verba ſonantia in ceſſionem commoditatis, ſed potius exprimentia veram, & realem extinctionem, tunc eſt concluſio ad ventum, allegare, quod verba ſubſequentia explicent, & declarent id, quod ſupra non fuit expreſſum, ſeu quod fuit expreſſum in contrarium; potius ergo dicendum eſt, retorquendo regulam, quod ſicut penſionarius præcedenter in proœmio expreſſe declaravit velle facere extinctionem, ita ſubſequenter in verbis diſpoſitivis voluerit reducere ad actum eandem voluntatem extinctionis jam præordinatæ, non autem ceſſionis commoditatis, de qua nullum verbum in toto contextu apocæ habitum fuit, *l. Sed ſi adjiciat* 13. *ff. pro ſol. in l. His verbis* 100. *ff. de legib.* 3. Alex. *conſ. 52. n. 24. & 25. vol.* 4. Mantic. *de tacit. libr. 1. tom. 2. n.* 32. Decian. *conſ. 7. n. 49. lib.* 1. Rot. cor. Coccin. *dec.* 120. *n.* 6.

Quarto demum, & ultimo, quia patruus titularis in tergo apocæ extinctionis penſionis clare, & literaliter ſcripſit – *Eſtintione della penſione con il Sig. Giovanni mio Nipote* – quod pariter influit 18
ad declarandum, quid Partes facere intellexerint in apocha prædicta, cum nulla major declaratio voluntatis contrahentium ſit, quam illorum dictum, Surd. *conſ.* 471. *num.* 31. Rot. cor. Gregor. *dec.* 160. *n.* 21. & cor. Mantic. *dec. 18. n. 6. & in recen. dec. 24. n. 11. part.* 6. etiam ſi dicta declaratio proceſſerit ex uno tantum de contrahentibus, & non ex utroque, Rot. coram Buratt. *dict.* 469. *num.* 8.

Hinc vanum erit penſionario dicere, quod in 19
animo ſuo aliud non deſtinaverat, quam anticipatis ſolutionibus terminorum vendere fructus: quia, hoc etiam dato, illa intentio in animo retenta nihil operatur, quando elegit viam adeo peſſimam procedendi per viam extinctionis penſionis, durante vita titularis; Vigilantibus enim, & non dormientibus jura ſubveniunt, & ſepiſſime decipitur qui viam ſolitam & ordinariam non ingreditur; unde cum in judicio examinare debeamus verba conventionis, & ex illis arguamus ad mentem agentis, proinde ſi verba ſonant in extinctionem,

& feriunt ſubſtantiam penſionis abſque ſimoniæ labe non præmiſſam tractari, & in commercium duci, nihil juvat ſecreta intentio penſionarii, quam non explicavit; actus enim judicandus eſt qualis apparet, non qualis fieri fortaſſe voluit, & mens in animo retenta nihil operatur, juxta Textus *in leg. reperendi C. de condition. cauſa data, & in leg. dedi §. Si quis ff. eod. leg. quidam cum filium ff. de hered. Inſtit.* Sperell, *deciſ. For. Eccl. dec. 91, num. 36.*

Suppoſita igitur hac extinctione penſionis explicata ex omnibus apocæ verbis, inane convincitur objectum, quod penſionarius non habuerit talem intentionem, quando temporaliter ad vitam titularis eam extinguere voluit ſine præjudicio petendi fructus contra ſucceſſorem in beneficio; unde infertur, quod ſi perdere deberet perpetuo penſionem, eſſet contra ejus manifeſtam voluntatem, quoniam hujuſmodi conſideratio remanet nimis inepta, dum procederet, quando prætenderetur, penſionem fuiſſe extinctam perpetuo ex verbis apocæ, & ex voluntate penſionarii, quod non prætenditur, dum inſpecta hujuſmodi voluntate, per mortem titularis penſionarius redire deberet ad penſionem tanquam temporaliter extinctam *juxta deciſion.* 528. Buratti.

Sed prætenditur quod extinctio penſionis in 21 perpetuum inducta fuerit contra voluntatem penſionarii virtute juris, ſeu ſacrorum Canonum, qui ad puniendum penſionarium de actu ſimoniaco ob extinctionem penſionis temporaliter factam pretio mediante ſtatuunt pœnam privationis omnium beneficiorum, & penſionum; ideoque extinctio penſionis non oritur ex voluntate penſionarii, ſed ex cenſura legis, ut dixi ſupra ex Card. de Luc. *de penſion. diſc.* 80. *ſub n.* 16.

Ultra quod, cum penſionarius abſque Apoſtolico aſſenſu extinxerit penſionem, licet temporaliter, ad vitam patrui titularis, tamen poſt tempus, & defuncto patruo, penſio non potuit reviviſcere, nec penſionarius ad eam ſemel extinctam reintegrari abſque nova auctoritate Papæ, cum non ſtet in privata facultate partium extinguere ad tempus, & poſt tempus reviviſcentiam dare penſionibus abſque Summi Pontificis auctoritate, ut tradit Tondut. *de penſion. cap.* 17. *n.* 26. Buratt. *dec.* 469. *n.* 2.

Temporalitas autem extinctionis, & pactum pe- 22 tendi terminos penſionis contra ſucceſſorem in beneficio non poteſt facere, quod penſionarius non extinxerit penſionem temporaliter ad vitam titularis, quod ſufficit ad hunc effectum, cum extinctio poſſit fieri tam perpetuo, quam temporaliter, *ut in dicta deciſ.* 528. *num.* 1. coram Buratt. & non tenet iſta conſequentia: *penſio fuit extincta ad tempus; ergo non fuit extinctio*; quia durante tempore, ad quod fuit reſtricta, ſemper eſt vera extinctio, licet poſt tempus reſolubilis virtute pacti & conſenſus penſionarii, juxta ſuperius ad ſatietatem explicata.

Ex quibus omnibus inapplicabiles redduntur *di-* 23 *cta deciſiones in Romana Penſionis* coram Matthejo — ibi enim proceſſum fuerat per viam ceſſionis his verbis — *pro toto tempore vitæ dicti Canonici Joannis Langelli etiam Canonicatum amplius non obtinentis, & illo reſignato Jus, & facultatem exigendi dictam penſionem pro dicto tempore ceſſit* — ſuper quibus diſputabatur, an eſſet ceſſa ipſa penſio, ſeu jus univerſale penſionis, an vero ſola commoditas; & Rota reſolvit, ceſſam fuiſſe ſolam commoditatem, eo quia illa verba — *jus & facultas exigendi* intelligebantur de commoditate, ſeu jure cauſali uſufructus, non obſtantibus clauſulis generalibus — *cedens &c. omnia jura ad habendum petendum conſtituens &c.* qui caſus in nulla ſui parte applicatur ad præſentem, ubi penſionarius non ceſſit jus exigendi penſionem, ſed eam extinxit, licet temporaliter, caſſando reſervationem penſionis, & condonando, ſeu remittendo illius debitum; ita ut ejus intentio fuerit extinguere, & non cedere penſionem, & deducere in commercium ſubſtantiam penſionis, non ſolam ejus commoditatem, cui non applicatur actus extinctionis.

Et ex his cenſeo, penſionem non deberi, & fiduciam victoriæ in hac cauſa, quam habet defen- 24 ſor penſionarii eſſe nimis animoſam, & talem, qualem habebant milites Romani in bello contra Numidas, & Mauros, a quibus victi fuerunt propter nimiam credulitatem, & ſpem vincendi, de quo Tacit. *lib.* 2. *annal.* apud Davanzat. *numer.* 4. ibi — *Spe victoriæ inducti ſunt, ut vincerentur* — concordat Polyb. *hiſtor. lib.* 1. ibi — *ſed eſſe frequentiſſimus calamitatis initium ipſam ſecuritatem.*

Huic diſceptationi ſubſcripſerunt inſignes, & integerrimi Romanæ Curiæ Prælati, & Advocati, ut ex infraſcriptis approbationibus propria ſubſcribentium manu in originali exaratis apparet.

*In articulo novo, quamvis ex verbis inſtrumenti extinctionis claro, juri conſona dijudicamus ea omnia, quæ in ſupradicto reſponſo fuerunt deducta, & ideo eiſdem me ſubſcribo.*

Ego Marcellus Severolus Signaturæ Juſtitiæ Votans.

*Allegationem doctè ſuper novo articulo in eadem extenſo conſcriptam, validis, veriſque fundamentis munitam invenio, adeo ut penſionem, de qua agitur, extinctam exiſtimem.*

Ego Alexander Organus de Calvis Signaturæ Juſtitiæ Votans.

*Ut ſupra conſultum eſt, ſi Judex eſſem, ita judicarem.*

Ego Farinellus de Farinellis Signaturæ Juſtitiæ, & Har[illegible]æ Votans.

*Ipſa juris fundamenta optime enucleata juſtitiam cauſæ tuentur, hinc in eorum comprobationem, ſine ulla heſitatione me ſubſcribo.*

Ego Vincentius Petra Signaturæ Juſtitiæ Votans.

*Opinionem ſolidis fundamentis innixam, & legalibus rationibus bene comprobatam libenter approbo, & ita juris eſſe cenſeo.*

Ego Proſper Mareſuſcus Signaturæ Juſtitiæ Votans.

*Adhæreo opinioni doctiſſimis rationibus firmatæ pro extinctione penſionis.*

Ego Pompejus Aldrovandus Signaturæ Juſtitiæ Auditor.

*Juridicam, & veram puto ſententiam in præinſerta doctiſſima conſultatione explicatam, ideoque libenter illi me ſubſcribo.*

Ego Philippus Sacripantes Sacræ Conſiſtorialis Aulæ Advocatus.

*Doctiſſimæ huic allegationi libentiſſime me ſubſcribo.*

Ego Camillus Spretus Sacræ Conſiſtorialis Aulæ Advocatus.

*Elaborate deducta in ſupradicta allegatione juris eſſe cenſeo, & communiori Doctorum ſententia approbata, prout in ſenſu veritatis teſtor.*

Thomas

Thomas Proventzalis Sacræ Conſiſtorialis Aulæ Advocatus.

*Fundamenta adducta pro parte R. P. D. Gozzadini ea pro totali extinctione penſionis, opinor de jure veriora, & magis rationi conſona, & verbis apoca magis correſpondentia.*

Petrus Coradinus in Romana Curia Advocatus,

## ET SS. D. N. INNOC. XII.

Subdatarius.

*Deducta in ſuperiori reſponſo tanquam legalibus principiis, & Canonicis aſſertionibus conſona libentiſſime approbo, & in fidem hic me ſcribo.*

Joannes Baptiſta Riccius in Romana Curia Advocatus.

*Firmata in hac elaborata allegatione juri conſona eſſe cenſeo.*

Joannes de Gambis in Romana Curia Advocatus.

*Fundamentis ſuperius in facto, & in jure optime enucleatis in ſenſu veritatis adhæreo, & ea in judicando approbanda fore cenſeo.*

Joannes Baptiſta Quatrinus in Romana Curia Advocatus.

*Doctiſſimam conſultationem hanc approbo, eique manu propria ſubſcribo.*

Scipio Zanellus in Romana Curia Advocatus.

*Omnia ſuperius deducta in egregia conſultatione approbo.*

Peregrinus Barberius in Romana Curia Advocatus.

*Ea, quæ in hac elaborata allegatione continentur, juri conſona eſſe cenſeo, & libentiſſime eidem ſententiæ accedo.*

Dominicus Urſaja in Romana Curia Advocatus.

Illuſtriſſimus Theſaurarius remiſit Cauſam iſtam ad plenam Cameram, quæ per duas vices juxta meam diſceptationem contra penſionarium judicavit.

Corduben. Beneficiorum.

PRO

GREGORIO DE SALAZAR,

FRANCISCO GODINEZ,

ET BERNARDO BLASQUEZ

CUM

FRANCISCO TRAPERO

## ARGUMENTUM.

Epiſcopi S. R. E. Cardinales ſtatim ac ſunt proviſi poſſunt conferre Beneficia, non obſtante Cenſura *Extravagan. Injuncta de Elect. inter commun.* & non obſtante *regula ſecunda Cancellar.* quæ reſervat Beneficia vacantia, ſede Epiſcopali vacante, non ſolum uſque ad proviſionem ſucceſſorum, ſed etiam uſque ad captam ab eis poſſeſſionem Eccleſiarum, cum nec diſpoſitio Extravagantis, nec regula ſecunda comprehendat hujuſmodi Epiſcopos Cardinales.

*SUMMARIUM.*

1 *Series facti.*
2 *Proviſus ab Ordinario habet intentionem fundatam in Jure communi.*
3 *Reſervatio Apoſtolica debet eſſe clara ad annullandam proviſionem Ordinarii.*
4 *Cardinales comprehenduntur ſub regulis Cancellariæ, vide etiam n. 5. 6. 7.*
8 *Opinio Gratiæ, quod Epiſcopi Cardinales non conferant Beneficia ante captam Eccleſiæ poſſeſſionem.*
9 *De Jure communi Epiſcopus ſtatim ac fuit electus, & confirmatus ſeu proviſus, poteſt conferre Beneficia etiam ante captam poſſeſſionem Eccleſiæ.*
10 *Hæc juris diſpoſitio fuit correcta in Extravaganti Injuncta de electione inter Comm. Ubi ut Epiſcopus proviſus non poteſt exercere Juriſdictionem ante quam præſentaverit literas Apoſtolicas ſuæ proviſionis Capitulo illarum vigore accipiendi poſſeſſionem.*
11 *Attento, quod juxta Cenſuram hujus Extravagant. vacatio Eccleſiæ remanſit prorogata uſque ad poſſeſſionem adipiſcendam, per ſucceſſores San. Memoriæ Pius V. reſervavit per Bullam Beneficia vacatura, ſede Epiſcopali vacante, & Pontifices ſucceſſores ſeverunt tandem reſervationem uſque ad captam poſſeſſionem Eccleſiæ Epiſcopalis in regul. ſecunda Cancell.*
12 *Extravagan. Injuncta non comprehendit Epiſcopos Cardinales ex duplici ratione & numer. 13.*
14 *Regula ſecunda Cancellariæ reſervatoria Beneficiorum vacantium, ſede Epiſcopali vacante, fundatur in relata Extrav. Injuncta & n. 15.*
16 *Ratio Regulæ 2. fuit occurrere diuturnæ vacationi Beneficiorum, non autem illa generalis providendi pauperes Clericos, & numero 17.*
18 *Regula ſecunda Cancellariæ non comprehendit Epiſcopos S. R. E. Cardinales, & num. 19. 20.*
21 *Reprobatur opinio Garziæ, ſeu ejus dubitatio in contrarium.*
22 *Cardinales comprehenduntur ſub regulis Cancellariæ, quarum ratio eiſdem applicatur; ſecus ſi in ratione non comprehenduntur.*
23 *Reprobatur Garzias, qui teſtatur, attenta conſuetudine Hiſpaniarum, quod Epiſcopus ante captam Eccleſiæ poſſeſſionem non conferat Beneficia iſta, etiamſi agatur de Epiſcopo Cardinali.*
24 *Doctori teſtanti de conſuetudine non creditur, etiamſi agatur de conſuetudine illius fori, in quo verſatus eſt.*
25 *Explicantur Doctrinæ in contrarium.*
26 *Statim ac ſit proviſi in Conſiſtorio Summi Pontificis, proviſus ſi habebat Epiſcopatum, perdit illius Juriſdictionem ipſo Jure.*
*Reſpondetur auctoritate Joſephi Januarii.*
28 *Epiſcopi Cardinales nequeunt adminiſtrare ante præſtitum Juramentum de viſitando limina Apoſtolorum ex Bulla Sixti V.*

29 *Hoc Juramentum tanquam neceſſarium, præſumitur præſtitum tempore, quo factus fuit aliquis actus ab Epiſcopo, qui ante Juramentum fieri non poterat.*

30 *Gratia Apoſtolica fundata in uno capite narrato in narrativa principali, ſi hoc eſt falſum, non ſuſtinetur ex alio contento ſub clauſula* ſive præmiſſo &c.

31 *Bulla S. Pii V. prohibens Ordinariis conferre Beneficia reſignata eorum conſanguineis & familiaribus non comprehendit Epiſcopos Cardinales, nec in Hiſpania eſt uſu recepta.*

32 *Deciſio Rotæ in Hiſpalen. Beneficii* 10. *Aprilis* 1602. coram Juſto, *vide etiam n. ſequentes.*

36 *Particula declarationis S. M. Alexandri VII. circa Cardinales non comprehendendos in regul. Cancellariæ.*

37 *Reg. ſecunda Cancellariæ comprehendit etiam Beneficia vacata tempore vacantiæ Dignitatum collatricium, ſeu illa conferre habentium, tam ſi iſtæ Dignitates libere provideantur per ſedem Apoſtolicam, quam ſi ad nominationem.*

38 *Nec reſervat tantum Beneficia ſpectantia ad primas Dignitates, ſed ad quoſcumque eorum collatores, & cellatrices Sæculares, & Regulares.*

39 *Deciſiones S. Rotæ in Cæſaraugustana beneficii* cor. Card. Caccia, & R. P. D. Heravult, *n.* 40. *uſque ad* 52.

53 *An reg.* 2. *intret, ſi Epiſcopus non Cardinalis expedivit, & præſentavit literas proviſionis Capitulo, ſed nondum capit poſſeſſionem, vide n.* 54. *&* 55.

56 *Quod ſi Epiſcopus etiam requiſivit Capitulum de poſſeſſione, quod eam tradere diſtulit, vide etiam n.* 57.

## DISCEPTATIO XII.

EMinentiſſimus, ac Reverendiſſimus D. Cardinalis de Salazar dimiſſo Epiſcopatu Salamantino, proviſus fuit de Epiſcopatu Cordubenſi in Conſiſtorio ſecreto habito ſub die 16. Septembris 1686. ante adeptam hujus ſecundæ Eccleſiæ poſ-
1 ſeſſionem, vacarunt in Cathedrali duo Beneficia, nempe præſtimonium, & portio per obitum Gaſparis Joſephi Dazæ die 23. Novembris 1686. & poſt apprehenſam poſſeſſionem idem D. Cardinalis contulit præſtimonium D. Gregorio de Salazar ejus germano fratri ſub die 20. Februarii 1687. a quo ſub die 25. ejuſdem menſis capta fuit poſſeſſio, portionem vero eodem menſe contulit Franciſco Godinez, ſubſecuta pariter poſſeſſione.

Per contrarium autem Franciſcus Traperus poſtea impetravit a Sede Apoſtolica tam portionem, quam præſtimonium ex motivo, quod vacaverint, Epiſcopatu vacante, & ſubjacerent reſervationi regulæ ſecundæ Cancellariæ, & cum commiſſione Rotæ directa vocavit in Judicium prædictos proviſos ab Eminentiſſimo Ordinario, & diſputato dubio ſuper executione literarum Apoſtolicarum ejuſdem Traperi coram bonæ memoriæ Emerix ſub die 29. Novemb. 1694. negativa prodiit reſolutio, iterumque propoſito ſub die tertia Decembris 1695. coram bonæ memoriæ Urſioo in locum Emerix interim defuncti ſubrogato, confirmata fuit antecedens reſolutio Rotalis.

In diſputatione itaque hujus Cauſæ tota quæſtio cadebat ſuper probanda reſervatione horum Beneficiorum in vim *Regul. ſecundæ Cancellariæ* in ea parte, in qua reſervat Beneficia vacantia, ſed Epiſcopali vacante, non ſolum uſque ad proviſionem ſucceſſorum, ſed etiam uſque ad pacificam Eccleſiæ poſſeſſionem ab eis adeptam, in qua reſervatione fundata erat gratia Apoſtolica Traperi, probatio autem reſervationis erat oſtendenda per Traperum, & quidem notorie, & concludenter.

Cum enim peteretur executio literarum Apoſtolicarum contra proviſos ab Eminentiſſimo Ordinario, & ab eodem in poſſeſſionem immiſſos,
& omnes tam Ordinarius, quam ejus proviſi ha- 2
berent intentionem fundatam de Jure communi in *cap. Ex frequentibus de inſtitut.* Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell.* §. 1. *Proæmial. num.* 23. *& gloſſ.* 11. *num.* 37. *&* 38. Duran. *deciſ.* 14. *num.* 40. Ubald. *deciſ.* 300. *num.* 1. propterea, ut eſſet locus
dictæ executioni reſervatio, quæ eſt fundamentum 3
literarum, debebat eſſe clara, & indubitata, cum tenderet ad annullandas anteriores proviſiones Eminentiſſimi Ordinarii, & ad excludendos reos, & poſſeſſores, Gonzal. *dict. gloſſ.* 11. *numer.* 100. *& ſeqq.* Caputaquen. *deciſ.* 10. *part.* 2. & coram Duran. *dict. deciſ.* 14. *num.* 5. Ubald. *dict. deciſ.* 300. *n.* 2. *&* 3.

Scribentes pro Trapero ad prodandum, quod Regula ſecundæ Cancellariæ reſervaret Beneficia vacata, ſede Epiſcopali vacante, uſque ad capturam poſſeſſionis Eccleſiæ habendam per Epiſcopos, etiamſi ageretur de Epiſcopis S. R. E. Cardinalibus, allegabant uſque ad nauſeam, catervam do-
ctrinarum firmantium, Cardinales non eſſe exce- 4
ptuatos a Regulis reſervatoris Cancellariæ, nempe Felin. *in cap. ad aures num.* 11. *de Reſcriptis*, Paviourn olim Rotæ in Auditorem *in fine ſui tractatus de offic. & poteſt. Capituli ſede vacante*, referentem, ita fuiſſe judicatum in Rota Sarnenſ. *in Regula de Infirmis quæſt.* 3. *&* 4. *& de valore quæſt.* 1. *numer.* 3. & Pariſium *de Reſignationibus lib.* 11. *quæſt.* 4. *num.* 5. ubi teſtatur, ita pariter fuiſſe reſolutum in Rota, & reprobatum Ancharanum, ac Romanum *ſub num.* 6. ubi plures allegat auctoritates Lother. *de re benefic. libr.* 1. *q.* 8. *a num.* 85. *& melius lib.* 2. *quæſt.* 32. *a numer.* 83. Gambarum *de offic. legati lib.* 4. *num.* 144. *&* 145. Bellencin. *de charit. ſubſidio q.* 67. *poſt medium*, Mandoſum *in addit. ad Romanum conſ.* 498. *liter.* A. Selvam *de Benefic. part.* 3. *q.* 12. *numer.* 6. Gonzales *ſuper regula* 8. *gloſſ.* 24. *a numer.* 13. *& num.* 29. Barboſam *de Jure Eccleſiaſtico univer. lib.* 1. *cap.* 4. *a num.* 55. ubi infinitas allegat auctoritates, Marium Antonium *var. reſolut. lib.* 1. *reſol.* 112. *caſu* 61. §. *ad quartum*, Garz. *de benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 252. *cum ſeqq.* Ferrettum *conſil.* 314. *num.* 11. *& melius conſil.* 358. *numer.* 9. ubi refert, ita fuiſſe judicatum in Rota *in una Bergomen.* Mohedanum *in celebri deciſione* 23. *per tot. de renunciat.* ubi refert infinitas auctoritates, & reprobat Ancharanum, & Romanum, Caſſador. *deciſ.* 38. *numer.* 1. *&* 6. *ſuper regulis*, Coccinus *deciſion.* 1623. *numer.* 10. & Puteum *deciſ.* 189. *a num.* 5. *verſic. ſed ad iſtud*, ubi plene examinatur materia, & patet in fine, hoc fuiſſe ab omnibus DD. nemine diſcrepante, reſolutum.

Addebant, ultra numerum Doctorum, etiam rationem eorundem Cardinalium ſub allegatis re-
gulis comprehenſivam deductam ex triplici fonte. 5
Primo nimirum *ex regula* 70. *Cancellariæ*, quæ, dum mandat, quod Cardinales in regulis edendis non comprehendantur, niſi de illis ſpecifica fiat mentio, manifeſtum fit, quod ſub editis *d. reg.* 70. comprehenditur juxta *d. Deciſ.* 23. Mohed. *de renunc.* Puteum *dec.* 189. *n.* 7. *&* 8. *lib.* 1. Coccin. *dec.* 1632. *num.* 10. Duran. *deciſ.* 67. *numer.* 25. *&* 26. & Rot. *deciſ.* 452. *numer.* 48. *part.* 5. *tom.* 2. *ac tradita per* Garz. *de Beneficiis part.* 5. *cap.* 1. *num.* 253. Gonzales *ſuper regula* 8. *gloſſ.* 24. *a num.* 13. & Lother. *dict. lib.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 88. Maxime, quia Alexander VII. ex verbis *dict. Regulæ* 70. delevit illud verbum *editis*, quod eximebat Cardinales a regulis editis ut infra *numer.* 36. propter

quod

Google

quod ad evidentiam oſtendit etiam Cardinales ſub regulis editis comprehendi ; Si enim Papa noluiſſet ſub dictis regulis comprehendi , utique dicto verbum *editis* non deleviſſet, juxta tradita per Rotam *in deciſ.* 129. *numer.* 8. *part.* 3. *recent.* & *in Saliſburgen. Juris Metropolitici* 29. *Novemb.* 1691. §. *Verum* , cor. R. P. D. Priolo , & *in Colonien. præcedentia* 4. *Junii* 1696. §. *Elicitur in fin.* cor. R. P. D. Muto.

Secundo , ex obſervantia Datariæ concedendi Cardinalibus ordinariis collatoribus Indultum conferendi Beneficia reſervata cum aliquibus modificationibus , & derogationibus Regularum Can-
6 cellariæ , quæ demonſtrat , Cardinales ſub dd. regulis comprehendi , ut arguit Rot. *in deciſ.* 599. *numer.* 8. *part.* 18. *recent.* Iſtaſque eiſdem Cardinalibus adverſari, ut dixit Rota *in dict. Colonien. Præcedentiæ* §. *Præexiſtentem* , coram R. P. D. Muto; Nam ſi Cardinales in Regulis Cancellariæ reſervatoriis non comprehenderentur , ſuperflua eſſent dd. Indulta, ut firmant *dict.* Gloſ. 24. *num.* 23. & Lother. *libr.* 2. *qu.* 31. *num.* 86. ſuperflua, & inanis foret derogatio regularum apponi ſolita in dd. indultis, quæ ſupponit obſtaculum , ut ait Lother. *locis citatis quæſt.* 32. *numer.* 87. ſuperflua quoque eſſet communis Doctorum ſententia, quod hujuſmodi Indulta Cardinalitia removent obſtaculum reſervationum Cardinales non excipientium , ut firmat Dunozet. Jun. *dict.* 483. *a numer.* 6. Et multo magis ſuperflua eſſet exceptio Cardinalium *in regul.* 75. *Cancell.* revocatoria Indultorum conferendi Beneficia reſervata , ſi ſub regulis reſervatoriis non comprehenderentur.

Tertio , ex reſervatione *regul.* 8. *hodie* 9. *Cancellar.* quæ ſupponebatur edita cum verbis *regul.* 2. & propter eundem finem providendi pauperibus Clericis , & aliis perſonis benemeritis concepta cum temporis tantum diverſitate , ut conſtat ex Conſtitutione Sancti Pii V. ibi — *Cupiens pauperibus Clericis & aliis benemeritis perſonis de Beneficiis Eccleſiaſticis providere omnia , & ſingula Beneficia &c. Sede Epiſcopali Archiepiſcopali &c. vacantia & vacatura &c. ad eorundem Epiſcoporum &c. collationem , & quomodolibet pertinentia diſpoſitioni ſuæ reſervavit* — qui Pontifex fuit auctor hujus particularis reſervationis adjectæ in regula ſecunda Cancellariæ, ut firmant Cochier. *ſuper hac regula* 2. *numer.* 7. & Garzia *part.* 5. *cap.*
7 1. *numer.* 221. quæ quidem reſervatio regulæ 8. ſeu 9. dum literaliter poſt generalem reſervationem excipit Cardinales, ſignum eſt , quod Cardinales in regula ſecunda non excepti comprehenduntur , ut probat Garz. *de Benefic. part.* 5. *cap.* 1. *numer.* 253. & 254. & Rota *in dict. deciſ.* 599. *numer.* 8. *part.* 18. Diſcretiva enim diſpoſitio inter utranque regulam eiſdem verbis , & propter eundem finem conceptam , arguit diverſam in Papa conditore voluntatem, itaut Cardinales cenſeantur comprehenſi , ubi non ſunt expreſſe exceptuati , ut annuente Sanctiſſimo ſuper diverſitate Capitulorum Concilii Tridentini decrevit, Sacra Congregatio Concilii in *una Vicentina* regiſtrata penes Garz. *de Beneficiis part.* 5. *cap.* 4. *num.* 127. §. *Et Epiſcopo. verſic. Sexta &c.* quam ſecuta fuit Rota *in Jacen. Canonicat.* 28. *Junii* 1688. §. *non obſtat* , coram bonæ memoriæ Emerix , & *deciſ.* 599. *numer.* 9. *part.* 18. *recent.* & *in Romana relevationis Indemnitatis* 1. *Decembris* 1684. §. *Ex quibus verſic. quia nimis aperta eſt Pontificis voluntas inducta per diſcretivum diſponendi modum &c.* & coram Pauluccio 1. *Februar.* 1686. §. *verum verſic. melius etiam comprobat diſcretivus modus loquendi &c.* coram bonæ memoriæ Urſino , & 21. *Aprilis* 1687. §. *Et præcipue apud DD. prævaluit diſcretivus loquendi modus &c.* & 12. *Januarii* 1688. §. *Admiſſio verſic. Tum demum ex diſcretivo &c.* coram R. P. D. Molines , & *in Aprutina Præpoſituræ de Nereto* 14. *Maii* 1696. §. *nec melior in fine* , coram Beatæ Memor. Urſino.

Demum pro individualibus doctrinis , caſum præſentem decidentibus, allegabant Garz. *de bene-* 8
*fic. part.* 5. *capit.* 1. *numer.* 253. & *ſeqq.* & *eadem part.* 5. *capit.* 4. *numer.* 264. firmantem, quod Regula ſecunda Cancellariæ comprehendat Epiſcopos S. R. E. Cardinales , quodque in Hiſpania vigeat conſuetudo , ut Epiſcopi non conferant Beneficia ante captam Eccleſiæ poſſeſſionem , quam applicat etiam Epiſcopis Cardinalibus , ut in dicto *num.* 264. nec non allegabant pro punctualibus Joſephum Januar. *reſol. moral.* 17. *num.* 18. & Parejo & *Edit. Inſtrum. tit.* 2. *reſol.* 3. *ſub num.* 25. 27. & *ſeqq.*

Scribens ego pro proviſis ab Eminentiſſimo Ordinario contra Traperum advertendo , quod materia involvebatur , quodque regula ſecunda Cancellariæ confundebatur generaliter cum aliis regulis per diſcuſſionem articuli in abſtracto, quando punctus erat in concreto *regulæ ſecundæ* , An iſta comprehenderet Epiſcopos S. R. E. Cardinales , pro remotione æquivocorum, & dilucidatione materiæ in reſponſione data in Rota ultima propoſitione 3. Decemb. 1796. præmiſi tres in jure præliminares notitias.

Primo , quod , inſpecta diſpoſitione Juris communis , & ſacrorum Canonum , Eccleſia Epiſcopalis non dicitur vacare niſi uſque ad electionem ſucceſſoris ; nam poſt electionem ſucceſſoris , ſeu prout hic , poſt proviſionem Apoſtolicam , quæ loco electionis ſuccedit, dicitur ipſo Jure conſumpta Eccleſiæ vacatio , & Epiſcopus ſtatim conſequitur ea omnia , quæ ſunt Juriſdictionis , & ſic poteſt conferre Beneficia etiam ſi nondum cæpe- 9
rit Eccleſiæ poſſeſſionem , juxta theoricam Gloſſ. *in dict. cap. Transmiſſam* 15. *in verb. de talibus de electio. ubi* Barboſ. *num.* 2. Panormitan. *num.* 3. Rot. *deciſ.* 282. *per tot. part.* 2. *diverſor.* & *in Hiſpalen. Beneficii* , coram Juſto 19. *Aprilis* 1602. quæ in calce hujus diſceptationis regiſtratur cum aliis per me adductis , & citatis *in deciſ. Cauſa* 3. *Decembris* 1696. *in principio*, cor. bon. mem. Urſino.

Secundo , quod hæc Juris communis diſpoſitio concedens Epiſcopis ſtatim poſt electionem Jus conferendi Beneficia , fuit ſucceſſive correcta per 10
S. M. Bonifacium VIII. *in Extravag. injuncta de elect. inter comm.* ubi Papa volens occurrere malitiæ nonnullorum Prælatorum , qui attenta dicti Juris diſpoſitione , ex qua conſequebantur Juriſdictionem , ubi erant per ſedem Apoſtolicam proviſi , non curabant expedire literas eorum proviſionis , & ſic generabatur magnum præjudicium intereſſe burſali Datariæ, & ulterius multi ex illis volebant ſibi oretenus credi ſuper proviſionibus , abſque oſtenſione literarum Apoſtolicarum , & privata auctoritate compellebant Collegia ad præſtandam obedientiam ; idcirco ad extirpandos hujuſmodi abuſus ordinavit , ut impoſterum *Epiſcopi , qui apud ſedem Apoſtolicam promoventur ad commiſſas eis Eccleſias abſque literis ejuſdem ſedis , eorum promotionem continentibus accedere , vel bonorum Eccleſiaſticorum adminiſtrationem accipere non præſumant , nullique eos abſque dictarum literarum oſtenſione recipiant , aut eis pareant , vel intendant* — cum Decreto irritanti , & pœnis adverſus contrafacientes comminatis , & declarata nullitate ejus , quod interim ab Epiſcopis actum fuerit ibi — *Et quicquid interim per eos actum fuerit viribus non ſubſiſtat* — ut in relata *Extravag. Injuncta* , cujus diſpoſitione attenta vacatio Eccleſiarum hodie dicitur prorogata , nedum uſque ad proviſionem ſucceſſorum , ut erat de Jure communi , ſed etiam uſque ad actualem poſſeſſionem Eccleſiarum captam , prævia oſtenſione literarum Apoſtolicarum , ut firmant Garz. *de benefic. part.* 5. *cap.* 4. *numer.* 250. & Rot. *in Burgen. Canonicatus apud ipſum num.* 252. Matt. *de Cauſ. Conſiſtor. ſect.* 20. *num.* 40. Ita , & taliter, quod non ſufficiat ſola expeditio literarum , niſi etiam iſtæ fuerint præſentatæ Capitulo , quod non deſiſtit

ab

ab adminiſtratione niſi tradita poſſeſſione virtute literarum ſibi oſtenſarum, ut inquit Gara. *de part.* 5. *cap.* 4. *num.* 258. *& ſeqq.* qui tenet ſequiri ad hunc effectum capturam poſſeſſionis ſtare conſuetudine tam Hiſpaniæ, quàm in aliis partibus; & optime Felin. *conſ.* 48. *nu.* 4. *cum tribus ſeqq.* Rebuff. *de valur. num.* 57.

Tertio; quod S. Pius V. conſiderans, quòd attenta diſpoſitione relatæ *Extravagan. Injunctæ* va-
11 catio Eccleſiæ Epiſcopalis erat prærogativa uſque ad capturam ejus poſſeſſionis habendam ab Epiſcopis ſucceſſoribus, & quod uſque ad hoc tempus nemo poterat conferre Beneficia interim vacata, proinde, ne hoc medio tempore beneficia manerent in ſuſpenſo, & ad occurrendum diutinæ eorum vacationi, de anno 1567. per Conſtitutionem particularem omnia Beneficia ſede Epiſcopali vacantia ſuæ diſpoſitioni reſervavit, ut legere eſt in *Conſtit.* 55. *Bullar. nov. tom.* 2. *fol.* 150. quæ reſervatio cum eſſet perſonalis, dum facta fuit diſpoſitioni ſuæ, & non Sedis Apoſtolicæ, expiravit cum eodem S. Pio V. conditore; ſed S. M. Sixtus V. eandem reſervationem fecit, ſeu renovavit, prout etiam illam fecerunt, ſeu renovarunt alii Pontifices ſucceſſores ponendo eam *in regul.* 2. *Cancellaria*, ubi reſervata fuerunt omnia Beneficia vacantia, ſede Epiſcopali vacante, non ſolum uſque ad proviſionem ſucceſſorum, ſed etiam uſque adeptam ab eiſdem ſucceſſoribus pacificam Eccleſiarum poſſeſſionem, ut habetur *in reg.* 2. & narrando hujus regulæ originem obſervat Gara. *de benef. par.* 5. *cap.* 1. *ex num.* 221. *uſque ad numer.* 228. *quem refert* Lother. *de re benefic. libr.* 2. *quæſt.* 34. *num.* 7. Cochier. *in Commentar. ad regul.* 2. *numer.* 17. *&* innuunt Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annot.* 2. §. 2. *num.* 20. Gonzal. *ad regul.* 8. *Gloſſ.* 51. *num.* 52. *&* 53. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. libr.* 3. *cap.* 13. *numer.* 57.

His pro baſe præmiſſis, dicebam, beneficia, de quibus agebatur, non potuiſſe includi ſub reſervatione *Regula* 2. *Cancellar.* in ea parte, in qua reſervat ea, quæ vacarunt, ſede Epiſcopali vacante, uſque ad poſſeſſionem Eccleſiæ adeptam per ſucceſſores, eo quia talis regula non comprehendebat Epiſcopos S. R. E. Cardinales de Eccleſiis proviſos, ea evidenti ratione, quod hujuſmodi regula fundatur in diſpoſitione memoratæ *extravagan. injunctæ*, quæ prorogavit vacantiam ſedis Epiſcopalis uſque ad poſſeſſionem Eccleſiæ adeptam per ſucceſſores; ſed hæc *Extravagans*,
12 cum non habeat locum circa Cardinales de Eccleſiis Epiſcopalibus proviſos, per conſequens nec regula ſecunda eoſdem Epiſcopos Cardinales in ſua reſervatione comprehendit; & probabam evidentiſſime iſtas tres concluſiones fundamentales; primo nempe, quod Cenſura *Extravagantis Injunctæ* non comprehenderet Epiſcopos Cardinales; ſecundo, quod reg. ſecunda Cancellar. eſſet fundata in eadem *Extravaganti;* & tertio, quod uti fundata in illa non comprehenderet Epiſcopos S. R. E. Cardinales.

Probabam igitur primam concluſionem tum rationibus, tum auctoritatibus; & quidem in ordine ad rationes, iſtæ erant duæ clare ſuadentes, quod ſub Cenſura *Extravag. Injunctæ* Epiſcopi Cardinales non includerentur; Altera, quia *Extravagans* emanavit propter intereſſe burſale Officialium Datariæ contingens in expeditionibus literarum, Cardinales autem de Epiſcopatibus proviſi ſunt immunes a Taxis ſolvi conſuetis pro ſupradictis expeditionibus; Altera, quia emanavit ad tollendum abuſum eorum Prælatorum, qui contra omnem Juris regulam volebant ſibi credi circa eorum proviſiones, etiam literis non oſtenſis, quæ conſideratio non militat in Cardinalibus proviſis, quibus propter dignitatis præeminentiam creditur circa eorum proviſionem, tametſi literas proviſionis non oſtendant: ceſſante autem reſpectu Cardinalium, duplici ratione motiva ejuſdem *Extravagantis* ſequitur, ut illis ejus diſpoſitio applicari non poſſit *l. in omni ff. de adept. l. quod dictum ff. de pact.* maxime cum prædictæ *Extravagantis* Cenſura, uti correctoria Juris communis, ſit odioſa, nec proinde extendenda, ut inquit Gloſſ. *in ead. Extravagant. in verb. non præſumant verſic. dic contra* & ponderat *deciſio Cauſa* coram Urſino *in fine principii.*

Cumulabam quoque abundantem numerum doctorum communiter aſſerentium, prædictam *Extravagantem* non ligare Cardinales, & ſignanter Bellencinum olim Sac. Rotæ doctiſſimum Au- 13
ditorem *in tract. de Charitativ. ſubſid. quæſt.* 66. *ſub num.* 24. ubi teſtatur, ita fuiſſe reſolutum in Rota ſuo tempore, ipſo præſente, & audiente reſolutionem Theodoſ. Rub. *in ſingular.* Rotæ *tom.* 2. *circa ſtylum, & obſervant.* Rotæ *in verb. Cardinalis num.* 10. Barboſ. *in d. extrav. Injuncta num.* 5. *& de poteſt. Epiſcop. allegat.* 111. *num.* 35. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 24. *num.* 6. *verſ. quia fuit*, Capon. *diſcept.* 10. *num.* 12. Matt. *de cauſ. conſiſt. ſect.* 2. *nu.* 4. Lavor. *de elect. tit.* 4. *cap.* 25. *num.* 10. Lother. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 27. *num.* 30. Pax. Jord. *lucubr. tom.* 2. *lib.* 8. *tit.* 2. *num.* 22. *&* 25. Fermoſin. *de Offic. S. Eccleſ. in Rubr. de elect. in cap. Tranſmiſſa qu.* 6. *ex num.* 1. *uſque ad num.* 10. Gerund. *de Epiſc. tit.* 2. *lib.* 7. *diſp.* 6. *num.* 12. Gomez *in Proœm. regul. qu.* 4. §. *Tertius Caſus verſ. ſed quia*, Germon. *de Indult. Cardinal.* §. *necnon quorumcunque num.* 2. *verſic. hinc oritur & numer.* 46. *& ſeq.* Dianæ *oper. moral. pag.* 9. *tract.* 2. *de poteſt. & privileg.* Caren. *reſol.* 53. *num.* 19. Rot. coram Lancellotto *in una Burgen. Canonicatus* 26. *Junii* 158. *& in Toletana Canonicatus* 27. *Junii* 1595. coram Seraphin. *dec.* 1144. *in fine & num.* 1. ubi in margine fit mentio de ſupradicta deciſione coram Lancellotto, & *in Hiſpalen. Beneficii* 19. *Aprilis* 1702. coram Juſto, de qua infra *n.* 32.

Alteram concluſionem, quod regul. 2. Cancel- 14
lar. eſſet fundata in d. *Extravag. numer. Injuncta* evidenter ſuadebam, & primo, quia reſervat Beneficia vacantia, ſede Epiſcopali vacante, non ſolum uſque ad proviſionem ſucceſſorum, ſed etiam uſque ad adeptam ab eiſdem ſucceſſoribus pacificam Eccleſiarum poſſeſſionem, quæ diſpoſitio, dum ſupponit, ſedem Epiſcopalem vacare etiam uſque ad pacificam poſſeſſionem Eccleſiæ adipiſcendam per Epiſcopos ſucceſſores, manifeſte demonſtrat, ſe habere intuitum ad *Extravag. Injuncta*, quæ ſola prorogavit vacantiam ſedis uſque ad hoc tempus poſſeſſionis, prævia oſtenſione literarum capiendæ per ſucceſſores.

Secundo, quia particularis, & finalis ratio re- 15
gulæ ſecundæ ea ſola fuit, ut occurreret diutinæ vacationi Beneficiorum, quod pariter oſtendit, regulam eſſe fundatam in recenſita *Extravag.* quia iſta conſideratio diutinæ vacationis Beneficiorum proceſſit, attenta longiori vacatione ſedis tanquam prorogata ab eadem *Extravagan.* uſque ad poſſeſſionem Epiſcopatus capiendam per ſucceſſores, quando, attenta diſpoſitione Juris, vacatio erat brevior, dum ſtatim remanebat conſumpta in actu electionis, ſeu proviſionis Epiſcopi ſucceſſoris; unde ratio prædicta conſtitutiva *regulæ ſecundæ* occurrendi diutinæ vacationi Beneficiorum ſumit radices a diſpoſitione ejuſdem *Extravagantis Bonifaciana*, & eſt ad illam correſpectiva in ſubſtantia, ut in puncto ſcripſerunt Gonzalez *ad regul.* 8. *gloſſ.* 45. §. 3. *numer.* 37. junctis his, quæ tradit Gloſſ. 24. *numer.* 6. Capon. *diſcept.* 10. *num.* 12. Lother. *de re benefic. lib.* 2. *qu.* 34. *nu.* 8. Rot. coram Seraph. *decif.* 1148. *num.* 1. *& d. Hiſpalen. Beneficii* coram Juſto §. *quare*, quæ inferius habetur *num.* 32. *& ſeqq.*

Hinc leve apparebat, quod pro parte contraria dicebatur, nempe rationem regulæ fuiſſe providere de Beneficiis pauperes Clericos, quippe reſpondebam, hanc rationem eſſe illam generaliſſimam militantem in omnibus reſervationibus Apoſtolicis tam generalibus, quam particularibus, ut eſ-

ut eſſet illa ſtupendi, ut quis fiat doctus, manducandi, ut ſatiet appetitum, dormiendi, ut corpus recipiatur, nec proinde dicebam, eſſe attendendam hujuſmodi cauſam, quæ uti generaliſſima ſeu communis, & de per ſe ſubintellecta reputabatur impulſiva, ſed erat attendenda ratio ſola propria, ſeu finalis regulæ ſecundæ conſiſtens in occurrendo diutinæ vacationi Beneficiorum, quam doctrinæ individuales ſuperius adductæ ſolam regulæ animatricem fuiſſe teſtantur, ut egregie diſtinguendo inter cauſam generalem ſeu communem, & inter finalem, ſeu propriam, docuit Lother. *de re benefic. lib. 1. quæſt. 6. num. 13. cum ſeqq.*

Quodque ratio ſola regulæ ſecundæ fuerit iſta occurrendi diutinæ vacationi Beneficiorum, ultra relatas auctoritates, & ſignanter Rot. in allegata
17 *Hiſpalen. Beneficii* coram Juſto *infra num.* 32. ſtadebat ipſiuſmet regulæ diſpoſitio, dum a ſua reſervatione excipit Beneficia ſimultaneæ collationis ibi: *ad collationem cum alio, vel aliis, aut etiam ad alterius præſentationem, vel electionem pertinentia*; quod evidentiſſime deſignat, Papam in hac regula reſervatoria condenda ſolum conſideraſſe diutinam vacationem Beneficiorum, eo quia eam limitavit in illis Beneficiis ſimultaneæ collationis, in quibus ceſſabat hoc periculum diutinæ vacationis; mortuo enim conſocio, tota poteſtas conferendi conſolidatur in altero conſocio, qui poteſt conferre, & ſic hujuſmodi Beneficia ſimultaneæ collationis uti non deſtituta collatore, nec ſubjecta diutinæ vacationi fuerunt a regula merito exceptuata, itaut eorum exceptuatio arguat, quod regula ſolummodo conſideravit hanc diutinam vacationem Beneficiorum, nec non carentiam legitimi collatoris, & vacantiam ſedis, ut ſupra, ab Extravaganti Bonifaciana protogatam, ut egregie advertunt Gonz. *ad regul.* 8. *Gloſſ.* 45. §. 3. *n.* 48. & bene examinata materia doctiſſimus Lother. *de re benef. lib. 2. quæſt. 34. num. 8. verſic. unde*, Gabriel. *conſ.* 187. *num.* 3. *& ſeqq. lib.* 1. Rot. *in Vicen. Beneficii S. Martini* coram Card. Pamphilio apud Garz. de *benefic. par. 5. cap. 1. num. 232. cum ſeq. & in Cæſaraguſtana Beneficii* cor. Card. Caccia, & Reverendiſſimo Turonen. infra *n.* 42. *&* 49.

Ex his conſequenter probata remanabat tertia concluſio, quod Epiſcopi S. R. E. Cardinales ſub
18 hac *regula ſecundæ* reſervatione non comprehenderentur, dum eorum reſpectu non applicantur verba, & ratio ejuſdem regulæ; non enim applicantur verba, quia reſervat Beneficia vacantia, ſede Epiſcopali vacante, *uſque ad poſſeſſionem Eccleſiæ adeptam per ſucceſſores*, quod ſane omnino inapplicabile eſt Cardinalibus de Epiſcopatu proviſis, quia ſi ipſorum reſpectu vacatio ſedis non eſt prorogata *uſque ad poſſeſſionem*, ſed remanet conſumpta in actu proviſionis, utique beneficia vacantia ante captam Eccleſiæ poſſeſſionem in ordine ad Cardinales non dicuntur vacata, ſed Epiſcopali vacante, ut regula ſupponit, ſed vacata, ſede plena, ut bene notat Matt. *de cauſ. Conſiſtor. ſect.* 20. *n.* 41. Rot. *in d. Hiſpalen. Beneficii* cor. Juſto infra *n.* 32. *& ſeqq.*

Nec minus applicabilis eſt ratio motiva regulæ, ut occurratur diutinæ vacationi Beneficiorum, quia
19 cum Cardinales ſtatim ac ſunt proviſi, ſedem impleant, & vacationem excludant, ac poſſint exercere ea omnia, quæ ſunt Juriſdictionis, inter quæ connumeratur collatio Beneficiorum, ſane eorum reſpectu ceſſat ratio diutinæ vacationis Beneficiorum, quæ habet locum in caſu vacantiæ ſedis prorogatæ uſque ad capturam poſſeſſionis juxta cenſuram *Extravagantis Bonifacianæ*, non autem in caſu vacantiæ non prorogatæ, ſed juxta diſpoſitionem Juris communis, quæ vacantia ſtatim conſumitur in actu electionis ſeu proviſionis; itaut Beneficia non patiantur illam diutinam vacationem ſolummodo cauſatam ex vacatione Sedis protogata *ab Extravag.* & ſic ab illa tantum effecta diutina, ſeu longa, ut ratiocinantur in ſpecie quæſtionis Lother. *ubi ſupra*, & Rot. *in allegata Hiſpalen. Beneficii* coram Juſto infra *num.* 31. *& ſeqq.*

Et in hoc articulo rem non novam aggrediebar, ſed ſæpius deciſam per Sac. Rotam in tribus infraſcriptis reſolutionibus.

Primo, in Toletana Canonicatus 26. *Junii* 1595. coram Seraph. *dec.* 1144. *num.* 2. *&* 3.

Secundo, in alia Toletana Parochialis 3. *Julii* 1595. coram eodem *dec.* 1148. *in princ. & num.* 1. quæ deciſio examinat articulum ex profeſſo.

Et tertio in Hiſpalen. Beneficii 19. *Aprilis* 1602. coram Juſto, quæ deciſio non ſolum late articulum examinat per apices Juris, ſed etiam eſt in eiſdem præciſis terminis caſu noſtri; vacaverat enim Beneficium poſt factam proviſionem Archiepiſcopatus in perſonam Cardinalis de Guevara, ſed ante adeptam Eccleſiæ poſſeſſionem, & illud contulit idem Cardinalis poſt adeptam poſſeſſionem, & fuit propoſitum, & ex profeſſo examinatum dubium, *An Regula ſecunda comprehendat Cardinales* - & reſolutum, *negative*, quæ deciſio habetur infra *n.* 32. *& ſeqq.* & de ejus veritate teſtantur Gonzal. *ad regul.* 8. *Gloſſ.* 24. *num.* 7. *in fine*, Garz. *de benefic. par. 5. cap. 1. n. 252. in fine verſ. Et ſidem*, Laert. Cherubin. *in compend. Bullar. ad conſtitut. 55. S. Pii V. Schol. prim. Rub. in ſingular.* Rot. *tom. 1. par. 1. ad deciſ.* Accoramboni *num.* 3. *pag.* 131.

Has deciſiones tanquam communiter receptas in foro ſequuntur Laert. Cherubin. *in compend. Bul-* 20
*lar. ad conſtit. 55. S. Pii V. Schol.* 1. Gonzal. *d. gloſſ.* 24. *num.* 6. *&* 7. Pax Jordan. *tom. 2. elucubrat. lib. 8. tit. 2. numer. 23. verſ. ita etiam*, Caſtropal. *oper. moral. tom. 2. tract. 13. de benefic. diſp. 2. punct. 18. num. 4. verſ. excipe*, Theodoſ. Rub. *in ſingularibus* Rotæ *tom. 1. ad dec.* Accorambon. *numer.* 3. *pag.* 131. *& tom. 2. circa ſtylum & obſervantia*, Rot. *in verb. Cardinalis num.* 10. *fol.* 30. ibi - *Cardinales non comprehenduntur in diſpoſitione Extravagantis injunctæ 2. de elect. neque regula 2. Cancellariæ* - Et optime Capon. *diſcept. forenſ. tom. 1. diſcept. 10. nu.* 12. ubi etiam refert, exemplum Cardinalis Filomarini, qui cum feciſſet collationem Beneficiorum Jo. Baptiſtæ Guerræ tempore, quo nondum ceperat poſſeſſionem Archiepiſcopatus Neapolitani, ejus collatio fuit approbata per tunc temporis Datarium ex motivo, quod Cardinales non ligantur d. regula ſecunda Cancellariæ, concordat Filliucc. *quæſt. moral. tom. 3. tract. 41. de benefic. cap. 3. n.* 37. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg. 57. numer.* 93. Matt. *de cauſ. conſiſt. ſect. 20. n.* 11. Tondut. *de penſion. cap. 53. n.* 14.

Neque ſubſiſtere dicebam, quod relata *dec.* 1148. Seraphin. fundetur in deciſionibus Burgen. poſtea revocatis, ut ſcribentes pro Trapeto aſſeverabant ex Gonzal. *gloſſ.* 15. §. 2. *num.* 87. *&* 88. quoniam deciſiones Burgen. revocatæ, non ſunt illæ, ſuper quibus fundatur *deciſio* Seraphio. ſed aliæ diverſæ, ut patet ex eo, quod deciſio revocata eſt impreſſa *in deciſ. 182. par. 2. Diverſor.* & deciſio revocatoria eſt apud Garz. *de Benefic. part. 5. cap. 4. num.* 281. & neutra ex illis loquitur de Epiſcopo Cardinali, ut ex lectura, & obſervat Theodoſ. Rub. *in ſingular.* Rot. 1. *ad deciſiones* Accoramboni *numer. 2. fol. 13. verſ. quam deciſionem*, & ulterius excluditur identitas, quia hujuſmodi deciſiones tam revocatæ, quam revocatoriæ, altera emanavit ſub die 16. *Maii* 1583. & altera ſub die 3. *Junii* 1583. Illæ vero deciſiones Burgen. de quibus loquitur Seraphin. ſunt de anno 1593. & 1565. ut coram eodem Seraphin. *dec.* 1148. *num.* 1. *&* 2.

Adverſus hanc opinionem Sacræ Rotæ firmatam authoritatibus ſcribentium, & ratione, dicebam non obſtare unicum Doctorem in contrarium, ſcilicet Garz. *de Benefic. par. 5. cap. 1. num.* 253. ubi ſimpliciter dicit, ſe dubitare de reſolutione ſacræ Rotæ coram Seraphin. *dec.* 1148. & nihil reſolvit.

Ultra

Ultra quod enim non attenditur dictum unius Doctoris, & maxime dubitantis, quando communis eſt in contrarium, & ultra quod contra Garz. tenet Filliucc. *quæſt. moral. tract. 41. de beneſic. cap. 3. num. 37.* adhuc reſpondebam, quod Garzias non advertit ad rationem Regulæ unicam, & principalem, nempe occurrendi diutinæ vacationi Beneficiorum, quæ ſola movit Papam ad Conſtitutionem Regulæ, ut ait Rot. *in d. Hiſpalen. §. quare* ibi - *quæ ſola veriſimiliter movit Papam in Conſtitutione ejuſdem Regulæ* - & Lothet. *d. lib. 2. quæſt. 34. num. 8.*

21 Sed conſideravit diverſam rationem expeditionis literarum, ſeu fructuum debitorum Cameræ, quam licet expreſſerit Rot. *in d. deciſ. 1148. num. 3.* coram Seraphin, poſtea tamen reſedit in alia meliori ratione, hoc eſt occurrendi diutinæ vacationi Beneficiorum, ut *in d. Hiſpalen. beneficii* coram Juſto *§. quare, & §. finali.*

Multoque minus urgere poteſt conſideratio Garz.
22 *ubi ſupra num.* 253. quod Cardinales comprehendantur ſub regulis, ubi non reperiuntur exceptuati; hoc enim objectum fuit expreſſe confutatum per Rot. coram Seraph. *d. deciſ.* 1148. *num.* 3. ubi reſpondet, hoc eſſe intelligendum de Regulis, quæ poſſunt Cardinalibus applicari in ratione, quo caſu neceſſaria eſt exceptuatio; non autem de illis, quarum rationes eiſdem non applicantur, ut eſt Regula ſecunda; hoc enim caſu non eſt neceſſe, quod adſit in Regula exceptuatio ſpecialis Cardinalium, cum inapplicabilitas rationis Regulæ excipiat de per ſe Cardinales, nec ulla major exceptuatio conſiderari valeat, quam ea, quæ reſultat ex defectu rationis finalis, & in ſpecie firmat Rot. coram Coccin. *deciſ.* 1632. *num.* 20. ibi - *Comprehenduntur ſub regulis Cancellariæ niſi ratio regulæ illos non comprehendat* - Gonzal. *in gloſſ.* 24. *num.* 7. *& ſeq.* Adden. ad Buratt. *deciſ.* 570. *numer.* 12. *verſic. Ratio*, & cum hac reſponſione tollitur numeroſa caterva auctoritatum firmantium generaliter, Cardinales includi ſub regulis, ubi non ſunt exceptuati, necnon objectum deductum ex Indultis concedi ſolitis Cardinalibus, & ex declaratione S. M. Alexandri VII. & ex regul. 8. hodie 9. Cancellar. nam hæc omnia procedunt circa illas regulas, quarum ratio Cardinalibus adaptatur, & pro illis conceduntur Indulta, & de illis loquitur declaratio Alexandri VII. & demum una ex illis eſt regul. 8. hodie 9. quæ catenus excipit expreſſe Cardinales, quatenus illius ratio eos comprehendit, & niſi excepiſſet, ſub ea comprehenſi fuiſſent.

Prout etiam non adverſatur, quod ex conſuetudine vigente in Hiſpania, ac etiam in aliis parti-
23 bus, Epiſcopi etiam Cardinales non conferant Beneficia ante adeptam poſſeſſionem Epiſcopatus, ut deducitur ex Garz. *part. 5. cap. 4. nu. 257. & ſeq.*

Quia Garz. nullatenus firmat, quod d. conſuetudo vigeat quoad Epiſcopos Cardinales, ſed ſolum loquitur de ſimplicibus Epiſcopis, qui prætendunt conferre poſt proviſionem, & ſolam expeditionem literarum abſque tamen captura poſſeſſionis, prout in his terminis loquitur deciſio Rotæ cor. Bubaln per Garz. allegata *n. 262.*

Et quoad Epiſcopos Cardinales viget potius conſuetudo contraria, ut patet *ex deciſionibus Toletanis 1144. & 1148.* coram Seraphino, *& ex dicta Hiſpalen.* coram Juſto, quæ emanarunt ſuper collationibus Beneficiorum factis per Archiepiſcopos Cardinales in Hiſpania ante adeptam poſſeſſionem Archiepiſcopatus, & Rota firmavit, eas fuiſſe validas, & idem tenuit Gonzal. Doctor Hiſpanus *d. gloſſ. 24. num. 6. & 7.*

Et licet Garz. ubi proxime *num.* 264. firmare videatur, quod, ſtante d. conſuetudine apud ipſum ſatis rationabili, Epiſcopus promotus etiam Cardinalis non poſſit conferre ante adeptam poſſeſſionem, tamen hoc ipſe dicit de ſuo capite, & per modum concluſionis, extendendo conſuetudinem per Epiſcopis ſimplicibus ad Epiſcopos Cardinales per verbum *videtur* ibi - *unde ſtante d. conſuetudine, quæ eſt ſatis rationabilis, non videtur poſſe adminiſtrare, & conferre promotum, etiamſi ſit Cardinalis ante adeptam poſſeſſionem* - quæ extenſio in Jure noſtro non admittitur ex recepta, & quotidiana concluſione, quod conſuetudo non extenditur de caſu ad caſum, etiam ex majoritate rationis, in præjudicium ejus, qui habet intentionem fundatam in Jure communi, ut eſt Cardinalis Epiſcopus circa conferenda Beneficia ſtatim poſt proviſionem, Menoch. *de retinen. poſſeſſ. remed. 15. n. 58. uſque ad 64.* Adden. *ad deciſ. 20. num. 9. par. 3. recent.* Cardin. de Luc. *de Judic. diſcurſ. 21. num. 74.*

Præſertim, quia Garzias ſupponit d. conſuetudi- 24
nem eſſe rationabilem; quod ego admittebam in ordine ad ſimplices Epiſcopos, ſed quoad Cardinales eſt falſum, cum procedat in illis ratio diverſa, ac in ſimplicibus Epiſcopis ex ſupra conſideratis, ultra quod Doctori teſtanti de conſuetudine non eſt credendum, etiamſi agatur de conſuetudine illius fori, in quo verſatus eſt, Rot. coram Coccin. *dec. 1539. num. 17. & 18.*

Major debilitas unius ex ſcribentibus pro Trapero mihi viſa eſt conantis oſtendere, quod Bellencin. *de charit. ſubſid.* dicens, Cardinales non ligari *Ex-
travag. Injunctæ* fuiſſet reprobatus per Felin. *in cap.* 25
*ad aures num. 11. de reſcriptis*; quando tamen in hoc loco Felin. non agit de hujuſmodi materia, ſed tractat diverſam quæſtionem, an Cardinalis impetrando Beneficium, & exprimendo falſum valorem ligetur Regula Cancell. de valore, in quo dicit, ſe dubitare de opinione firmata per Anchar. *& alios* & ſignanter per Bellencinum *in cap. ſuper his de reſcriptis*; ideoque iſta reprobatio Bellencini, ſeu dubitatio de ejus opinione facta per Felinum, uti cadens in materia omnino diverſa allegabatur *ad Baliſtam*, neque extra propoſitum, ſeu inapplicabiliter, ut ait Marta *in præfat. ad conſil. tit. de methodo Scriben. in Jure num. 77. in fine*, & in eiſdem terminis differentibus, & diverſis loquitur Gomeſ. *ad regul. de valor. quæſt. 1.* qui poſtea tangendo caſum noſtrum firmat, Cardinales non ligari *Extravagan. Injunctæ*, ut legere eſt *num. 8.*

Pariter Gonzal. *Gloſſ.* 24. loquitur de regul. octava hodie IX. dicendo, quod, niſi ab ea fuiſſent exceptuati Cardinales, utique remanſiſſent incluſi, & in ordine ad regulam ſecundam licet per modum objecti, tamen approbat, ſub ea non includi Cardinales ut *n. 6.*

Prout etiam deciſiones Sacræ Rotæ coram Seraphino & Juſto dici poterant Seraphicæ, & juſtæ, præſertim illa Juſti, quæ præciſe emanavit ſuper ſpecie caſus noſtri, & per totam deciſionem articulum reſolvit funditus pro non comprehenſione Cardinalium ſub regula ſecunda, unde Cherubin. Caſtropal. Rubeus, Pax Jordan. Filliucc. & alii ſequaces prædictarum deciſionum non merentur cenſuram.

Vanum quoque fuit abſurdum, quod conſiderabatur pro parte defenſorum Traperi, quod, retentis ſupradictis, Epiſcopus poſſet conferre Beneficia duorum Epiſcopatuum, nempe tam ſecundi, quam etiam primi, cujus retinet poſſeſſionem, non aſſecuta poſſeſſione ſecundi, quia, ſtatim ac
fit proviſio, ſeu tranſlatio in Conſiſtorio Summi 26
Pontificis, ceſſat Juriſdictio quoad primum Epiſcopatum; & Eccleſia vacat Ipſo Jure, ut dicunt Pellegrin. *in prax. Vicar. par. 1. ſect. 4. ſubject. 6. numer. 3.* Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 32. numer. 32.*

Et demum improſpere allegabantur pro punctualibus doctrinis hunc articulum decidentibus Joſeph. Januarius *reſolut. moral.* & Parejo *de fide Inſtr.*
quia circa Joſephum Januarium ego reſponde- 27
bam, eſſe Auctorem Curiæ Ignotum, nec potuiſſe adhuc videri, quodque majorem non præſeferret auctoritatem in concurſu tot graviſſimorum Doctorum, & deciſionum ſapientiſſimi Auditorii S. Rotæ; Alium vero Doctorem nempe Parejo uti

non

non viſum, & in hoc puncto, ubi habebam articulum in Sacra ſormiter deciſum, nihil aut parum obſtantem haud curabam.

Merito igitur, his non obſtantibus, S. Rota ſtetit in deciſis, quod tamen obtinere nimium verebar inſpectis literis Apoſtolicis proviſionis Eccleſiæ Corduben. in perſonam Card. de Salazar, quas defenſores Traperi non conſideraverant; ibi enim aderat infraſcripta declaratio, ſeu conditio adjecta per ſummum Pontificem nempe - *quodque tu antequam, regimini, & adminiſtrationi d. Eccleſiæ Corduben. te in aliquo immiſceas in manibus VV. FF. noſtrorum Archiepiſcopi Toletani, & Epiſcopi Giennen. ſeu alicujus eorum, noſtro, & S. R. E. nomine fidelitatis debitæ ſolitum preſtes juramentum juxta formam, quam ſub Bulla noſtra mittimus introcluſam, ac formulam juramenti hujuſmodi, quod præſtabis, nobis de verbo ad verbum per tuas patentes literas tuo ſigillo munitas per proprium Nuncium quanto citius feſtinare procures.*

Quo ſtante, articulus juris ſuperius firmatus videbatur corruere ex facto, cum enim fundetur in facultate, quam de Jure habet Epiſcopus Cardinalis ſtatim adminiſtrandi, & conferendi poſt ſuam electionem, ſeu proviſionem, utique ſuſpenſa hac facultate per particularem Summi Pontificis conditionem, quæ tempore vacationis horum Beneficiorum non erat impleta, perinde erat acſi Card. Epiſcopus eſſet comprehenſus *in Extravag. Injuncta* & ſic concurrente eadem ratione in Cardinali, ac in alio ſimplici Epiſcopo, quod nempe uterque nequit conferre, iſte ſcilicet Epiſcopus ſimplex ante capturam poſſeſſionis, Cardinalis vero ante impletam conditionem, ſeu præſtationem Juramenti, ejuſque tranſmiſſionem ad Papam, ecce quod in Eccleſia nullus adeſt, qui poſſit conferre, & conſequenter intrat ratio *regul. ſecundæ* occurrendi diuinæ vacationi Beneficiorum, etiam reſpectu Cardinalis; quod autem Eminentiſſimus Salazar tempore vacationis Beneficiorum non emiſiſſet juramentum juxta formam in Bulla deſignatam, erat evidens, quia ſolum emiſerat juramentum in manibus Epiſcopi Salamantini; & ſic non adimpleverat conditionem illum emittendi in manibus Archiepiſcopi Toletani, vel Epiſcopi Giennen. & illud etiam traſmittendi per Nuncium ad Sedem Apoſtolicam.

At defenſores Traperi hujuſmodi motivum non adduxerunt, ſed bene aliud conſimile, quod tamen erat inſubſiſtens in facto; allegabant enim 28 Bullam S. *Me. Sixti V.* in ordine la 15. in quas diſponitur, ut Epiſcopi Cardinales nequeant adminiſtrare ante præſtitum juramentum fidelitatis; & de viſitando limina Apoſtolorum, ſeu alias juxta formulam in libro Cancellariæ deſcriptam, ut in §. 3. *ejuſdem Bullæ*, quod tamen objectum fuit de facili ſuperatum tum in facto, quia beneficia controverſa vacarunt 23. & 24. Novembris 1696. & de hoc tempore Cardin. Salazar jam præſtiterat juramentum in manibus Epiſcopi Salamantini *ſub die 17. ejuſdem Menſis*; Tum etiam in jure, quia cum eſſet juramentum ordinarium, & neceſſarium, præſumebatur præſtitum, quæ reſponſio licet non fuiſſet tuta, ſi pars allegaſſet conditionem juramenti adjectam in Bulla proviſionis; eo quia debuiſſet probare in ſpecie implementum conditionis ſpecialiter requiſitum a ſummo Ponti- 29 fice in dicta Bulla proviſionis ſub certa forma, maxime quia contrarium reſultabat ex alio juramento præſtito, non ſervata dicta forma, fuit tamen recepta per notam in alio juramento requiſito per legem Sanct. Mem. Sixti V. quod uti neceſſarium præſumebatur præſtitum, niſi contrarium probaretur; Quidquid ſecus ſi ageretur de Juramento voluntario, ut optime diſtinguit in puncto Creſcent. *deciſ. 2. per tot. de Jure jurand.* ubi allegat Signorol. *conſ. 71. verſic. Venio ad tertium*, & in materia feudali Borell. *in ſumma deciſ. tom. 1. tit. 57. de juram. fidelit. num. 71. & 72.* Frecc. *de ſubfeudis lib. 2. auctorit. 4. numer. 11.* qui fundat concluſionem in theorica Bald. *in libertas nu. 3. ff. de ſtat. hom.*

Denique non urgebat Bulla S. Pii V. prohibens Ordinariis Beneficia reſignata conferre conſanguineis, & familiaribus; hoc enim dicebam, non facere ad præſentem quæſtionem, cum literæ Apoſtolicæ Traperi non fundentur ſuper nullitate proviſionis ex hoc capite, ſed ſuper reſervatione *regul. ſecunda* per obitum Gaſparis Daza, quæ proinde, 30 ſi non ſubſiſtit, nec verificatur, literæ non veniunt exequendæ ex alio capite diverſo, ut tradunt Priol. *dec. 34. num. 39.* Rot. *dec. 231. n. 12. part. 15. recent.* Et me ſcribente reſolutum fuit in *Legionen. Parochialis 4. Maii 1693. §. nec ex eo*, cor. bo. me. Benincaſa, ubi quod hoc procedit, non obſtante clauſula, *ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo* admitti ſolita in proviſionibus Apoſtolicis, nec juvante in collationibus factis per Ordinarium, vel alium inferiorem, quamvis vigore indulti providentem, Card. de Luca *de Benef. in ſumma n. 163.*

Ultra quod d. Bullam Pianam non comprehendere Cardinales tametſi Epiſcopos dimiſſa Beneficia conferentes ſuis conſanguineis, & familiaribus alio- 31 quin dignis & aptis, eo quia appellatione Ordinariorum, & Epiſcoporum in odioſis illi non comprehenduntur, firmat Azor. *Inſtit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 19. qu. 5. lit. B.* quicquid ionuat Pariſ. *de reſignat. lib. 5. qu. 6. ſub num. 232.* niſi de his fiat mentio ſpecialis, prout in Conſtitutione Pii IV. edita ſuper confidentiis beneficialibus, quæ expreſſe continet Cardinales, & idcirco Conſtitutio S. Pii V. renovatoria, & ampliativa illius eoſdem includit Pariſ. *de Confiden. qu. 27. numer. 27. & 28.* vide infra *diſcept. 30. ſub n. 4.*

Et rurſus eandem Bullam in Hiſpania non eſſe uſu receptam, teſtantur Pax Jordan. *tom. 2. elucubrat. lib. 10. quæſt. 35. numer. 19.* Garz. *de benefic. quæſt. 15. cap. 3. num. 170.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg. 69. num. 48.* Salgad. *de Supplic. ad Sanctiſſ. part. 1. cap. 20. num. 136.* Carol. Anton. de Luc. ad Ventrigl. *in prax. fur. Eccleſiaſt. part. 2. annotat. 4. §. 1. num. 2.* Garz. *de Benef. part. 11. cap. 3. num. 270.* Card. de Luc. *de Benef. diſc. 65. num. 12.* quæ tamen concluſio ſuffragatur ad evitandam pœnam Conſtitutionis, non ad validitatem actus facti contra ejus prohibitionem; An autem hæc Conſtitutio habeat locum etiam in Beneficiis de Jurepatronatus laicorum, vide reſolutionem S. Congregationis infra *diſcept. 29. numer. 19.* hanc Bullam in Germania eſſe in uſu, patet ex Cerr. *deciſion. 400. num. 2.*

Deciſiones hujus Cauſæ non ponuntur hic, quia ſunt impreſſæ apud Card. de Luca *de benef.* modernæ Venetæ impreſſionis, *poſt diſcurſ. 145. fol. 234. & ſeqq.*

Hiſpalen. Beneficii.

R. P. D. JUSTO

*Vener.* 10. *Aprilis* 1602.

IN Regula ſecunda Cancellariæ Apoſtolicæ reſervantur omnia Beneficia quomodocunque vacan- 32 tia poſt obitum collatorum uſque ad proviſionem ſucceſſorum, & adeptam ab eiſdem ſucceſſoribus pacificam poſſeſſionem; Cum igitur poſt ſucceſſionem Illuſtriſſ. D. Cardinalis de Quevada in Archiepiſcopatu Eccleſiæ Hiſpalen. non tamen poſt adeptam ejuſdem Eccleſiæ poſſeſſionem vacaverit die 25. Maii proxime præteriti Beneficium ſitum in Eccleſia de Villanova Hiſpalen. Diœceſis per obitum Martini Alphonſi, idem Cardinalis die prima Junii ſubſequentis, poſtquam Eccleſiæ poſſeſſionem acceperat, contulit hoc Beneficium Doctori Joanni de la Sal, & eadem die SS. D. N. de eodem Beneficio providit Doctori Baltaſſar. Comprè.

Quare ad effectum videndi, an Beneficium 33 eſſet reſervatum, & conſequenter, quænam dicta-

rum

tum Collationum ſubſiſteret, diſputavi *an d. Regula comprehendat* Cardinales, & fuit deciſum non comprehendere; nam in Cardinalibus ceſſat ratio, quæ ſola veriſimiliter movit Papam in Conſtitutione ejuſdem Regulæ, ſcilicet, quia Sede Epiſcopali vacante, vel Eccleſiis aliorum collatorum (quæ vacatio ex diſpoſitione *Extravagantis Injunctæ de electione* reperitur protogata in Regula) nullus eſt, qui poſſit providere, niſi forſan Jure devoluto, cui ſolum Papa præjudicavit, unde licet de Jure communi ſtatim poſt proviſionem Eccleſia non dicatur amplius vacare ad effectum poteſtatis conferendi ſecundum *gloſſ.* communiter approbatam in *cap. tranſmiſſum num.* 3. *de electione*, ubi teſtatur de communi, & ita ſenſit Rot. coram bo. mem. Cardinali Lancellotto *in Burgen. Canonicatus* 28. *Januarii* 1683.

Nihilominus non procedit ex diſpoſitione d. *Extravagantis*, qua cavetur quod abſque literis Apo-
34 ſtolicis, & earum oſtenſione proviſi adminiſtrationem non accipiant, ut intellexit Rot. *in ead. Burgen. Canonicatus* coram eodem bo. me. Cardinali Lancellotto 3. *Junii ejuſdem anni*, ubi dicta Doctorum allegantur, & declarantur.

Et quoniam diſpoſitio d. *Extravagantis* ceſſat in Cardinalibus, & in eorum proviſionibus non reperitur protogata vacatio, remanet in diſpoſitio-
35 ne Juris communis circumſcripta quæcunque efficacia privilegiorum, non obſtante Regula, quæ hoc pacto non eſt applicabilis, & ita deducta *Extravaganti*, & in terminis hujuſmodi difficultatis deciſum fuit coram R.P.D. Meo Decano *in Toletana Parochialis* 3. *Julii* 1593. Cujus deciſionis rationes Domini in hac cauſa comprobarunt, ex quibus alia tolluntur, quæ deducuntur ab informantibus pro contraria Parte.

Et ita deciſum &c.

Particula declarationis

## S. M. ALEXANDRI VII.

*IN Chriſti nomine. Amen. Anno ab ejus Nativitate 1655. Indictione vero 4. Septembris.*
36 *S. D. N. Alexander Papa VII. animadvertens leges &c. Preterea declaravit aliam Regulam in ordine 70. ſub Rubrica, quod Cardinales non comprehendantur ſub regulis faciendis &c. ſervandam pariter eſſe, & locum habere in Conſtitutionibus, & aliis ordinationibus per Sanctitatem ſuam impoſterum poſt earundem Regularum editionem tantum faciendis, dempto verbo illo in ea adſcripto* - editis - *quod pro non appoſito haberi volunt.*

Hac occaſione agendi de reſervatione regulæ ſe-
37 cundæ, non eſt incongruum apponere infraſcriptas deciſiones in *Cæſarauſtana Beneficii*, in quibus firmatur, quod eadem Regula in ea parte, in qua reſervat Beneficia vacantia tempore, quo vacant dignitates eorum collatrices, uſque ad proviſionem ſucceſſorum Apoſtolica auctoritate faciendam, procedit tam in Dignitatibus ſedi Apoſtolicæ reſervatis, quam in aliis, quarum proviſio facienda eſt per ſedem Apoſtolicam, & ſic etiam in his, quæ providentur per Papam ad nominationem regiam, & allegatur inter alias ratio regulæ ſuperius deducta, quod voluerit occurrere diutinæ vacationi Beneficiorum, ut *in deciſ.* 2. *Novembris* 1686. §. *quorum in fine*, coram bo. me. Card. Caccia, *& in alia* 5. *Julii* 1688. §. *in quo ampliori*, coram Rev. Turonen. quæ ratio militat tam quando Dignitates, & Eccleſiæ ſunt reſervatæ, quam generaliter, quando earum proviſio facienda eſt per ſedem Apoſtolicam, ſive libere, ſive ad nominationem; non enim hoc caſu immediatus ſuperior Dignitatis vacantis, ſeu collatoris defuncti poteſt conferre jure ordinario, quia jure proprio, & nativo collatio ſpectat ad ſucceſſorem, *cap. illa ne ſede vacante cap. quia ſæpe de elect. in* 6. *cap. præſenti de offic. Ordinar. in* 6. nec minus conferre valet jure devoluto, cum non ſit dabilis negligentia in inferiore, dum Dignitas vacat, *cap. finali ne ſede vacante* - ibi *nec eodem caſu poteſt dici poteſtas conferendi devoluta, cum non fuerit ibi ſuperior, qui eas poſſet de facto, vel de Jure conferre.*

Notandum quoque, quod hæc regula ſecunda 38
non reſervat ea tantum Beneficia, quæ pertinent ad primas Dignitates, ſed diffuſa eſt ad quoſcunque eorum collatores, & collatrices ſeculares, & regulares, cum inter annuos fructus Eccleſiarum, & Prælaturarum enumeretur potiſſime Jus conferendi, & præſentandi eiſdem Eccleſiis, & Prælaturis annexum, Lother. *lib.* 2. *quæſt.* 34. *num.* 20. unde qua ratione fructus temporales inexactos, & qui maturent, ſede vacante, ſibi aſſumit in pleriſque locis, & Provinciis ſedes Apoſtolica ne pereant, aut diſſipentur; ita & potiori ratione ſibi avocavit Jus conferendi, quod eſt in fructu ſpirituali, maxime ad occurrendum diutinæ vacationi Beneficiorum, quod eſt favorabile, Lother. *d. qu.* 33. *num.* 25. *&* 26.

## R. P. D. CACCIA.

Cæſaraugustana Beneficii.

*Mercurii* 20. *Novembris* 1686.

DOmini ſteterunt in deciſis coram me ſub die 27. Junii 1685. literas Apoſtolicas Joannis ad Beneficium ſimplex Sacriſtia nuncupatum in Eccleſia S. Petri eſſe exequendas; cum autem vaca- 39
tio, & valor narratus, ac idoneitas proviſi non controverteretur, & fuerint abundanter probata in deciſione, quæ revidetur, tota controverſia fuit circa reſervationem hujus Beneficii in vim regulæ ſecundæ Cancellariæ, quam tamen non deficere Domini cenſuerunt; Etenim dicta regula reſervat omnia Beneficia ſpectantia ad præſentationem, electionem, & quamcunque aliam diſpoſitionem Patriarcharum, & aliorum quorumcunque collatorum, ſi quomodocunque vacaverint eo tempore, quo ipſæ Eccleſiæ, vel dignitates &c. Apoſtolica auctoritate faciendam, ut relato toto contextu explicat Lother. *de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 34. Garz. *de benef. pars.* 3. *cap.* 1. §. 4. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. qu.* 3. *alleg.* 57. *num.* 84. *& ſeqq.* Hic autem eſt caſus, quia dictum Beneficium ſimplex, de quo agitur, ſpectat ad præſentationem Archidiaconi Cæſaraugustani, & vacavit per obitum in menſe Decembris 1682. quo tempore vacabat pariter Archidiaconatus, & erat auctoritate Apoſtolica conferendus.

Non obſtat Bulla ſecularizationis Eccleſiæ Cæſaraugustanæ edita a S. M. Clemente VIII. quia quod attinet ad noſtram quæſtionem habet duas partes. In prima Papa reſervat Apoſtolicæ ſedi pro- 40
viſionem omnium Dignitatum, Canonicaruum, & Præbendarum, quæ vacaverint in octo menſibus Januarii, Februarii, Aprilis, Maii, Julii, Auguſti, Octobris, & Novembris. In ſecunda indulget Sereniſſimo Hiſpaniarum Regi, ejuſque deſcendentibus ſucceſſoribus in Regno Aragoniæ Jus nominandi in Romano Pontifici pro tempore ad dictas Dignitates, dum vacare contigerit in quatuor menſibus Febr. Maii, Auguſti, & Novembris per Romanum Pontificem ad nominationem hujuſmodi conferendas, *licet autem Archidiaconatus vacaverit in menſe Novembris ad regiam nominationem ſpectan. non ideo minus eſt reſervatum ad effectum Regulæ, quoad inſtitutionem ſeu collationem, ut dicitur in Bulla, quæ a Papa ſeu auctoritate Apoſtolica facienda eſt, non enim neceſſe eſt ad hoc, ut intret regula, quod Dignitates collatrices ſint pleno Jure reſervatæ Summo Pontifici, ſed ſufficit, quod earum proviſio ſit facienda auctoritate Apoſtolica*, ut patet ex verbis regulæ ſupra relatis, & in patronatibus Regis auctoritate Apoſtolica providendis, notat Covar. *pract. cap.* 36. *n.* 5. & Dignitatibus electivis eadem auctoritatis confirmandis, Cocch. *ad d. regul. num.* 10.

Quo-

Digitized by Google

Quorum ſententia nititur verbis regulæ prædictæ ibi - *uſque ad proviſionem ſucceſſorum ad eaſdem Eccleſias auctoritate Apoſtolica faciend.* - verbum enim *proviſio* præſertim relatum ad Papam continet quemcunque providendi modum, ſive per inſtitutionem, ſive per confirmationem, ſive per liberam collationem, Gloſſ. *in verb. proviſioni in*
41 *Clement. final. de election.* Mandoſ. *ad regul.* 32. *q.* 4. *n.* 2. Gonzal. *Gloſſ.* 17. *num.* 1. Barboſ. *appellat.* 228. *num.* 1. Rot. *deciſ.* 971. *n.* 9. *p.* 1. *& dec.* 638. *n.* 10. *p.* 4. *diverſorum* - Et adſtipulatur mens dictæ regulæ, cum enim vacante Dignitate, ad quam ſpectat proviſio, non intret devolutio ad Epiſcopum, quia nulla datur negligentia in collatore, qui non adeſt *cap. final. ne ſede vacante*, nec E-
42 piſcopus poſſit conferre Jure ordinario, quia collatio ſpectat ad futurum Archidiaconum auctoritate Apoſtolica providendum, Papa ſibi reſervando dicta Beneficia nemini facit injuriam, & utitur Jure ſuo; ita occurrendo diutinæ vacationi, ut bene ponderando rationem, & mentem dictæ regulæ, advertit Lother. *lib.* 2. *qu.* 34. *nu.* 8. *&* 16. Gabriel. *conſ.* 197. *n.* 3. *&* 4. *lib.* 1.

Hæc omnia confirmantur ex obſervantia & praxi notoria, quia Beneficia vacantia, vacantibus Epiſcopatibus, cadunt ſub reſervatione dictæ regulæ ſecundæ, & ita quotidie practicatur, *licet Epiſcopatus ſint ad præſentationem regiam, non alia ratione, niſi quia providentur per ſedem Apoſtolicam, quamvis non pleno jure, ſed ad præſentationem.*

Non obſtat Garz. *part.* 5. *cap.* 1. *num.* 255. & Caſtropal. *oper. moral. to.* 2. *lib. de benef. diſp.* 2. *punct.* 18. *num.* 8. quia obiter loquuntur, & bene in ſuis terminis; verum enim eſt, quod non intrat regula ſecunda, ſi Dignitates, quæ debent conferri, non ſint reſervatæ proviſioni ſedis Apoſtolicæ, ſed
43 pertineant ad ordinarios collatores; at vero non diſputant quæſt. noſtram, an hæc reſervatio debeat eſſe pleno jure, vel ad præſentationem ſeu electionem alterius, quæ reſponſio militat etiam ad *dec.* 25. *n.* 12. *& dec.* 155. *part.* 16. *rec.*

Pariter non obſtat, quod verbum *proviſio*, quo utitur regula, ſignificet collationem pleno jure ex Lother. *lib.* 5. *qu.* 1. & Bich. *dec.* 110. *num.* 2. quia immo contrarium eſt verius, ex relatis ſupra §. *quorum ſententia*, nec contradicit Lother. loco allegato, qui loquitur de verbo collativo, quod magis donationem ſignificat; ut ibidem notat *nu.* 2. *&* 3. & nihilominus *num.* 15. fatetur promiſcuum illius uſum etiam ad inſtitutionem, & confirmationem referri. Deciſio Bichii 110. magis fundatur in conjecturis, & facti circumſtantiis ibidem late recenſitis, quam in proprietate hujus termini proviſionis, immo Gloſſ. & Garz. ibidem alleg. potius retorquentur, ut patet ex eorum lectura.

Demum non obſtat, quod ſicuti regula reſervat Beneficia, quæ ſpectant ad proviſionem inſolidum Dignitatum vacantium; ſecus vero ſi cum
44 alio ſimultanee præſentare aut conferre debeant; ita pariter intelligendum ſit de libera, & plena proviſione Papæ.

Argumentum enim non procedit, quia ſi Papa reſervat etiam Beneficia, quæ ſunt ſimulta-
45 neæ collationis, vel præſentationis, læderet jus tertii, quod utique facere non intendit, ut notat Gabriel. *conſ.* 196. *num.* 5. *& per tot. lib.* 1. Lother. *lib. qu.* 34. *numer.* 2. *lib.* 2. At vero reſervando ſibi Beneficia, quæ ſunt liberæ collationis vel præſentationis dignitatum vacantium uſque ad proviſionem quomodocunque auctoritate Apoſtolica faciendam utitur jure ſuo, & neminem lædit, ut dictum eſt ſupra.

Ex quibus DD. cenſuerunt literas eſſe exequendas, utraque parte informante, & videntibus omnibus Dominis.

R. P. D. HERVAULT.

Cæſarauguſtana Beneficii.

*Lunæ 5. Julii 1688.*

DD. cenſuerunt non intrare arbitrium ad effectum retardandi executionem literarum, quia in omnibus juſtificatæ apparent ex vulgatis.

Reſervatio enim, de qua ſola fuit præcipua quæſtio in præteritis diſputationibus probatur, ex 46
quo controverſum Beneficium ſimplex ſpectans ad præſentationem Archidiaconi Cæſarauguſtani vacavit menſe Octobris anni 1681. quo tempore vacabat pariter Archidiaconatus, qui cum eſſet auctoritate Apoſtolica conferendus, ad eandem pariter pertinebat proviſio d. Beneficii juxta diſpoſitionem regulæ ſecundæ Cancellariæ reſervantis omnia Beneficia ſpectantia ad præſentationem, electionem, & quamcunque aliam diſpoſitionem Patriarcharum &c. & aliorum quorumcunque collatorum, quæ poſt illorum obitum &c. quomodocunque vacaverint &c. uſque ad proviſionem ſucceſſorum ad eaſdem Eccleſias &c. Apoſtolica auctoritate faciendam, ut toto regulæ tenore per extenſum relato docent Garz. *de Benefic. part.* 3. *cap. primo*, §. 4. *aliique Doctores citati in ſecunda deciſ.* R. P. D. mei Caccia *ante ſententiam editam die* 20. *Novembris* 1686.

Non obſtat, quod vacatio Archidiaconatus contigerit menſe Novembris ad regiam nominatio-
nem pertinente ex ſpeciali Indulto a S. me. Cle- 47
mente VII. conceſſo Sereniſſimis Hiſpaniarum Regibus; ideoque nequeat eſſe locus reſervationi a præfata regula inductæ, quæ requirere videtur, quod Dignitates collatrices ſint pleno Jure reſervatæ ſedi Apoſtolicæ, ex Garz. *part.* 5. *cap.* 1. §. 4. *num.* 255. Caſtropal. *oper. moral. part.* 2. *tract.* 13. *de Benefic. Eccleſ. diſp.* 2. *punct.* 18. *num.* 8. quæ verificari nequit dignitate ad alterius nominationem conferenda.

Objectum enim removetur ex deductis in mox citata deciſione deſumente comprehenſionem d. Archidiaconatus ſub regula reſervatoria; tam ex verbis ſupra relatis, quam ex ejuſdem regulæ ratione.

Tenor autem verborum clarus viſus eſt, ex quo illa reſervat Beneficia præmiſſo modo vacantia uſque ad proviſionem ſucceſſorum ad eaſdem Eccleſias auctoritate Apoſtolica faciendam, quod verbum *proviſio*, licet aliquando magis rigoroſe acceptum, ſignificet ſolam collationem pleno jure, & abſque mixtura facti alterius perſonæ ſecutam, ut notat Bich. *dec.* 110. *num.* 2. *&* 3. nihilominus tamen juxta ampliorem, & verum ejuſdem ſignificatum æque 48
etiam amplectitur omnes alios modos, per quos Eccleſiæ providentur, ſive id fiat per liberam collationem, ſive per inſtitutionem; confirmationem, ceteroſque ſimiles modos, Gloſſ. *in verbo proviſionis Clemen. final. de elect.*

In quo ampliori ſenſu fuiſſe a regula uſurpatum, non ſolum ſuadetur, quia in noſtra hypotheſi nominatus ab inferiore jus ſuum revera habet non a nominante, ſeu præſentante, ſed a ſuperiore inſtituente ex Juribus cumulatis per Lambert. *de Jurepatronat. p.* 1. *lib.* 2. *q.* 8. *art.* 2. *ſub n.* 10. *& par.* 3. *lib.* 2. *q.* 1. *art.* 5. *ſub n.* 5. verum etiam cum regula occurrere voluerit diutinæ beneficiorum vacationi, quæ ſequeretur diu vacante Dignitate, ad quam ſpectat collatio, dum eodem tempore Epiſcopus conferre non poſſet jure ordinario, quia collatio pertineret ad futurum Archidiaconum auctoritate Apoſtolica providendum, nec jure devoluto, quia nulla conſiderari poſſet negligentia in collatore, qui non adeſt, per conſequens diſpoſitio regulæ procedere debet in quocunque providendi modo pariter ſub illius ratione comprehenſo; ut proſequitur præfata *dec.* 4. *Quorum ſententia.*

Minus obſtat objectum in poſtremis Cauſæ propor-

portionibus ex eo, quod Martinus proviſus ab Ordinario tanquam pacificus annalis poſſeſſor, juvetur regula de annali ad effectum repellendi Joannem proviſum a Dataria, quia hic; cum obtinuerit gratiam revalidatoriam primæ proviſionis,
50 hujus virtute nova Beneficii collatio eidem facta dicitur, regula de annali minime impediente novarum gratiarum impetrationem, Rot. cor. Greg. *dec.* 399. *num.* 5.

Nec refragatur duplex exceptio adverſus hanc
51 gratiam revalidatoriam exadverſo appoſita, quod nempe literæ non fuerint expeditæ infra ſex menſes, ut ſub pœna nullitatis præſcribitur in decreto per reviſores adjecto ſupplicationi, quodque eidem tanquam obtentæ prima Junii anni 1685. & productæ 28. Aprilis currentis anni pariter obeſt regula de annali.

Quia prima videbatur ſublata per ſtylum Datariæ, & Cancellariæ, juxta quem ſimile Decretum ſolet vel per Subdatarium deleri, vel per Regen-
53 tem Cancellariæ concedi licentia expediendi literas, non obſtante lapſu dicti temporis, ut ex pluribus atteſtationibus practicorum firmatum fuit in *Romana penſionis* 22. *Junii* 1072. *confirmata* 3. *Junii* 1627. coram Rev. Emerix Decano, in quarum prima pro ratione expenditur, quod hujuſmodi decreta concernunt ſolum intereſſe officialium Datariæ, & Cancellariæ, quorum proinde favore duntaxat, non autem partis apponuntur.

Secunda vero non ſubſiſtit in facto, quia ex deductis in hodierno ſummario reſponſionis Joannis apparet, ipſum infra terminum a regula præfixum in judicium evocaſſe annalem poſſeſſorem, cumque per eum non ſteterit, quo minus Cauſa adverſus reum inſtructa intra annum fuerit terminata, regulæ ſatisfactum dicitur.

Et ita ſuffragantibus omnibus D. D. utraque parte informante, reſponſum fuit.

PRoſequendo materiam ſuper hac regula ſecunda Cancellariæ, quæri poteſt, utrum ſi vacet Beneficium tempore, quo Epiſcopus non Cardina-
53 lis eſt proviſus per Sedem Apoſtolicam, & ſimul expedivit literas proviſionis & præſentavit Capitulo, ſed nondum capta fuit poſſeſſio Eccleſiæ, ſit reſervatum Sedi Apoſtolicæ per hanc regulam, videtur negative reſpondendum, quia *extravag. Injuncta de elect. inter comm.* ſolum prohibet Epiſcopis accedere ad d. Eccleſias, & adminiſtrare bona abſque literis eorum proviſionis, & prohibet Capitulis eos recipere abſque dd. literarum oſtenſione, & pariter eadem Extravagans emanavit ob intereſſe burſale officialium Datariæ, quos ſupplantabant Epiſcopi non expedientes literas proviſionum ſuarum, ſed euntes ad eorum Eccleſias oretenus teſtando ſe proviſos, ut ſupra dictum eſt *numer.* 10. cumque propterea nec verba extravagantis mentionem faciant de captura poſſeſſionis, nec rationem expoſcat, quia literæ jam ſunt expeditæ, & præſentatæ, utique non poteſt fieri extenſio etiam ad capturam poſſeſſionis, cum d. extravagantis cenſura ſit correctoria juris communis, nec amplianda ultra id, quod literaliter diſponit, ut ſupra firmatum eſt, *numer.* 12. *in fine*, & conſequenter cum ceſſet hoc caſu diſpoſitio extravagantis, ceſſare debet etiam regu-
54 la ſecunda ad illam correſpectiva, quæ dum conſiderat diutiorem vacationem Beneficiorum pro cauſa finali ſuæ reſervationis, per conſequens in iſto caſu, ubi remoto impedimento extravagantis Epiſcopus poteſt conferre, non poteſt habere locum.

Contrarium nihilominus tenendum cenſeo, quia literalis eſt diſpoſitio Regulæ ſecundæ reſervantis Beneficia, quæ *quomodocumque vacaverunt uſque ad proviſionem ſucceſſorum &c. & adeptam ab eiſdem ſucceſſoribus pacificam poſſeſſionem*, cumque in verbis legis nulla ſit dubitatio, nec eadem eſſe debet in quæſtione *l. Ancilla Cod. de furtis*.

Non obſtat, quod *Extravag. Injuncta* non re-
55 quirat capturam poſſeſſionis, quia ſi non explicite ſaltem implicite eam expoſcit; quotieſcunque enim demandavit oſtenſionem literarum Capitulis, per conſequens voluit, debere Epiſcopos capere poſſeſſionem Eccleſiarum, cum oſtenſio fiat pro habenda poſſeſſione, eiſque oſtenſis, Epiſcopi ad Eccleſias recipiantur, Garz. *de benefic. part.* 5. *cap.* 4. *nu.* 258. *verſ. quia præſentatis*, & hunc intellectum declaravit, & declarare potuit Regula ſecunda expreſſe dicens, *uſque ad adeptam pacificam poſſeſſionem*, quæ ſi admittitur pro correlativa, & correſpectiva ad extravagantem, utique recipienda eſt etiam pro declaratoria, & explicativa diſpoſitionis, in qua ſe fundat, & ad quam ſe refert *l. non eſt novum ff. de legib.* Rot. *dec.* 415. *par.* 4. *Diverſ. & deciſ.* 499. *num.* 24. *&* 25. *part.* 18. *tom.* 2. & hunc intellectum ſervat etiam conſuetudo, juxta quam Epiſcopi nunquam adminiſtrant, ac Beneficia conferunt ante captam poſſeſſionem, ut inquit Garz. *de benefic. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 258. Rot. *apud ipſum in Burgen. Canonicatus* coram Bubalo *ſub num.* 361. Azeved. *conſ.* 14. *n.* 13.

Quid autem dicendum in caſu, quo Epiſcopus 56
præſentaverit Capitulo literas, & ſimul requiſiverit, ut admitteret ad poſſeſſionem, & Capitulum diſtulit culpa, & malitia ſua tradere poſſeſſionem, & medio tempore vacavit Beneficium: Gloſſ. *in ead. Extravag. Injuncta in verb. præſumant.* format quæſtionem, an ſine literarum expeditione, & oſtenſione, poſſit Epiſcopus capere poſſeſſionem, quando eaſdem literas obtinere non potuit propter obitum Papæ, & ita diſcurrit ibi - *quia hic Papa damnat præſumptionem temerariam recedere volentis abſque literis, propter quod iſtum, & recipientes eundem, ut infra ſequitur, punit, ſed neceſſitatem non excludit, & ubi non eſt culpa, nec pœna debet infligi &c. unde temeraria præſumptio hic reprobata, ad caſum alium non debet extendi, nec prohibitio generalis excludit caſum alias licitum &c. item Statuta, & privilegia, cum trahuntur ad iniqua, ſunt revocanda* - ex qua *gloſſ.* inferri poteſt, quod ubi non ſtetit per Epiſcopum, quominus cœperit poſſeſſionem, ſed per Capitulum, iſtius culpa non poſſit nocere Prælato, ſed poſſeſſio debeat haberi pro capta, cum tali caſu non poſſit opponi Epiſcopo proviſo aliqua culpa, aut negligentia, & eſſet iniquum, quod affectata dilatio, & impedimentum Capituli poſſet retardare juriſdictionem Epiſcopi, & prorogare vacantiam Eccleſiæ, & aperiretur via fraudibus, dum Capitulum ſciendo Canonicum moribundum, aut alium, qui poſſideret Beneficium, aut dignitatem, conſulto differre poſſet traditionem poſſeſſionis Epiſcopo, ut Beneficia vacarent, ſede Epiſcopali vacante, & ſic collatio vel ſpectaret ad ipſum, ſi habet ſimultaneam, vel ad Sedem Apoſtolicam vigore Regulæ ſecundæ, præmittendo nuncium ad petendum Beneficium pro perſonis Capitulo beneviſis.

Confirmatur aſſumptum ex theorica Barthol. *in* 57
*l. in Teſtamento* 31. *ff. de condit. & demonſtrat. ſub numer.* 1. *verſ. aut per tertium* diſtinguentis, quod aut impedimentum provenit ex facto tertii, hoc directo agentis, ſeu impedientis, & tunc conditio habetur pro impleta: aut provenit ex facto tertii hoc non agentis directo, ſed per quandam conſequentiam, & tunc non habetur pro impleta: ideoque cum factum Capituli non dantis poſſeſſionem Epiſcopo proviſo ſit directe impeditivum, poſſeſſio habetur pro adepta, ut in ſpecie hanc Bartholi theoricam applicat ad hanc quæſtionem Rot. *in Burgen. Canonicatus* 8. *Junii* 1584. coram Bubalo apud Garz. *de benefic. part.* 5. *cap.* 4. *numer.* 261. ubi erat caſus, quod Burgen. Archiepiſcopus proviſus expediverat literas Apoſtolicas, ſuæ proviſionis: ſed quia in Regni Hiſpaniarum poſſeſſio Eccleſiæ non poteſt capi abſque mandato Sereniſſimi Regis propria manu ſubſcripto, & propter iſtius infirmitatem non potuerat Archiepiſcopus obtinere hoc mandatum, licet plures feciſſet diligentias, idcirco Capitulum, ad quod, ſede vacante, pertinet jus Epiſcopale, con-

tulit

tulit Canonicatum cuidam Franciſco, quem per
contrarium impetraverat a Sede Apoſtolica Nico-
laus de Paredes, cauſaque propoſita in Rota co-
ram Lancelloto *ſub die* 28. *Januar.* 1583. fuit re-
ſolutum, gratiam Apoſtolicam Nicolai eſſe cano-
nizandam, non obſtante collatione facta Fran-
ciſco per Capitulum, uti ſede Archiepiſcopali Bur-
gen. vacante, quia dicta ſedes tunc non vaca-
bat, ex quo Archiepiſcopus erat proviſus in Con-
ſiſtorio, & ſuper proviſione expediverat literas,
*ut deciſ.* 182. *par.* 2. *diverſor.* ſed repropoſita cau-
ſa 3. *Junii ejuſdem anni* 1583. coram Bubalo,
receſſum fuit a deciſis propter diſpoſitionem *Ex-
travag. Injuncta de elect. inter commun.* dum Ar-
chiepiſcopus non præſentaverat literas Capitulo,
& Canonicis, ut in deciſione impreſſa apud
Garz. *de Beneſic. par.* 5. *capit.* 4. *numer.* 152. at Ni-
colaus proviſus Apoſtolicus in tertia propoſitione
cauſæ petiit remiſſoriam ad probandam immemo-
rabilem in Regnis Hiſpaniarum, quod Epiſcopi
poſt expeditas Bullas proviſionis abſque illarum
oſtenſione in Capitulo providebant de Canoni-
catibus, & aliis Beneficiis, & fuit denegata *ſub
die* 8. *Junii* 1584. quia non dabatur aliquis fu-
mus, immo teſtes examinati videbantur potius
probare contrarium: & licet proviſus Apoſtoli-
cus allegaret, quod Archiepiſcopus Burgen. fue-
rit impeditus capere poſſeſſionem, ſtante infirmi-
tate Regis, a quo non potuit obtinere manda-
tum; tamen Rota dixit, id non relevare, ſed ad-
huc ſedes Archiepiſcopalis dicebatur vacare, eo
quia infirmitas Regis erat impedimentum, quod
non proveniebat directe ex facto tertii; ſed in-
directe, & per quandam conſequentiam, appro-
bando theoricam Bartholi ſupra relatam *in l.* 31.
*ff. de condit. & demonſtrat.* ut legere eſt in ea-
dem *deciſ. verſic. ſecundo movebantur*; & reſpon-
dendo etiam, quod impedimentum iſtud non im-
pediebat oſtendere literas Capitulo, ſed ſolum
capturam poſſeſſionis, quæ proinde deciſio ap-
probare videtur concluſionem, quod impedimen-
tum ubi directo proveniat ex facto tertii ſit ſuf-
ficiens ad hoc, ut conditio habeatur pro imple-
ta; & vacatio Eccleſiæ dicatur conſumpta in
terminis *Extravagantibus Injuncta de electioni-
bus.*

Succedit ſecundæ regula tertia Cancellariæ, jux-
ta quam ſi poſſidens Beneficium incompatibile a-
ſpirando ad aſſecutionem alterius incompatibilis con-
ferendi per Papam, intra tempus vacationis, &
proviſionis hujus ſecundi incompatibilis reſignet,
58 ſeu dimittat primum, ſive libere, ſive ad favo-
rem, & ex cauſa permutationis, & poſtea con-
ſequatur ſecundum, dicta reſignatio, ſeu dimiſ-
ſio tanquam facta in fraudem reſervationis, decla-
ratur irrita, & nulla cum omnibus inde ſecutis,
& Beneficium ſic dimiſſum, ſeu reſignatum vaca-
re decernitur, & manet reſervatum ſedi Apoſtoli-
cæ, & firmant Roſa *de executor. liter. Apoſtolic.
par.* 1. *cap.* 5. *num.* 88. *& ſeqq.* Rot. *deciſ.* 24. *numer.*
10. *par.* 12. *Recent.* Buratt. *deciſ.* 242. *ſub numer.* 4.
ac ulterius decernitur, ut ſecundum Beneficium,
de quo Apoſtolica auctoritate proviſus fuit reſi-
gnans, ſeu dimittens, vacet ut prius, perinde ac
ſi collatio favore illius facta non fuiſſet; quæ ta-
men regula procedit cum ſuppoſito, quod nulla ex-
preſſa, & ſpecialis mentio facta fuerit in proviſio-
ne ſecundi de Beneficio priore incompatibili reſi-
gnato, ſeu dimiſſo ibi – *nulla ſpeciali & expreſſa
de eiſdem in proviſionibus prædictis facta mentione.*

Quæro, an hæc regula procedat in Beneficiis
de Jurepatronatus laicorum reſignati, ſeu dimiſſi
intra tempus vacationis, & proviſionis ſecundi
59 auctoritate Apoſtolica faciendæ? videtur negative
reſpondendum, quia tali caſu ceſſat ratio regulæ,
quod nempe reſignatio, ſeu dimiſſio ſit in frau-
dem reſervationis, dum Beneficia Jurispatrona-
tus laicorum non cadunt ſub reſervatione *extra-
vag. execrabilis* inducta per aſſecutionem incom-
patibilium, ut tenet Mandoſ. *ad regul. primam
Cancell. quæſt.* 10. *numer.* 1. *& ſeqq.* immo nec ſub 60
quacunque alia reſervatione Regularium Cancella-
riæ, nec minus ſub reſervatione majori in corpo-
re Juris clauſa *in capit.* 2. *de præbend. in* 6. ut tra-
dunt Lother. *de re benef. lib.* 2. *quæſtion.* 8. *num.* 7. *&*
9. 10. *num.* 77. Garz. *de benef. par.* 5. *cap.* 1. *n.* 571.
Vivian. *de Jurepatr. lib.* 14. *cap.* 1. *num.* 10. Barboſ.
*de poteſt. Epiſcop. alleg.* 57. *numer.* 25. 26. *&* 144.
cum aliis adductis *in deciſ.* 44. *num.* 13. poſt An-
tonell. *de Jurib. & onerib. Clericor.* & quamvis,
niſi facta fuiſſet præcedens dimiſſio, ſeu reſignatio
per vacationem ex vi decreti de dimittendo ad
Papam, ſpectaſſet collatio cum clauſula, *tamen ac-
cedente conſenſu Patronorum* – ex firmatis per Vi-
vian. *in prax. Juris patr. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 159. *&
lib.* 14. *cap.* 1. *num.* 9. Maſſobr. *in praxi habendi con-
curſ. prælud.* 7. *dub.* 2. *num.* 8. *&* 9. nihilominus re-
gula tertia conſiderat ſolummodo fraudem reſerva-
tionis ibi – *in fraudem reſervationis ſuæ* – quæ ver-
ba videntur intelligenda de reſervatione generali
contenta *in extravag. execrabilis & extravag. ad
regimen. de Præben.* innovata *in regula* 1. *Cancel-
lar.* Rot. coram Othobon. *deciſ.* 197. *n.* 1. & bene
colligitur ex motu proprio S. M. Pauli V. apud Garz.
*de benef. par.* 11. *cap.* 5. *num.* 64. ſub qua reſervatio-
ne non cadunt Beneficia Jurispatronatus laicorum;
Papa autem conferendo per vacationem vigore decreti 61
de dimittendo, Beneficium patronatum non confert
vigore hujuſmodi reſervationis generalis, ſed reſer-
vationis ſpecialis, ut dixit Rot. me ſcribente *in Lau-
den. Vicaria* 29. *Martii &* 14. *Junii* 1664. coram
R. P. D. Caprara.

Nota etiam, quod reſignatio, ſeu dimiſſio præ-
ſumitur in fraudem reſervationis, quando facta
fuit intra tempus vacationis; & proviſionis ſecun-
di incompatibilis, ut ait regula ibi – *intra vaca-* 62
*tionis, & proviſionis, ſeu aſſecutionis eorundem Be-
neficiorum tempora* – ſed quæro, nonne dari poteſt
caſus, quod quis ignoret vacationem hujus Bene-
ficii, & ſine ullo intuitu ad aſſecutionem illius,
cujus vacationem ignorat, bona fide reſignet, ſeu 63
dimittat primum, quod habet, poſtea vero ſciens
vacare Beneficium pingue, aut ſibi utile, illud pe-
tat in Dataria, & obtineat; nunquid ergo tali ca-
ſu illa reſignatio, ſeu dimiſſio erit fraudulenta, &
nunquid habebit locum regula inducens nullitatem
reſignationis, & dimiſſionis, & Beneficium re-
ſervans? certe ex intentione reſignantis, ſeu di-
mittentis reſignatio, ſeu dimiſſio non erit fraudu-
lenta, ſed bene materialiter, & re ipſa fraudatur
reſervatio; idcoque dici poſſet, quod reſignans,
ſeu dimittens non incurreret pœnam in ſecunda
parte regulæ contentam, nempe, quod Benefi-
cium ſecundum, quod ille obtinuit, vacet, ut
prius, perinde ac ſi collatio facta non fuiſſet, quia
deficit delictum, ſeu fraus in eo *l.* 3. *quod ad cau-
ſam verſ. ſi quis ignorans ff. ad Sillanianum*, Me-
noch. *conſ.* 426. *numer.* 14. Cravett. *conſ.* 6. *num.* 73.
Cephal. *conſ.* 390. *num.* 11. Lother. *de re benef. lib.*
2. *quæſt.* 51. *n.* 64. ſed tamen dubitari valeret cir-
ca primam partem regulæ, an reſignatio, ſeu di-
miſſio adhuc eſt nulla, & intraret reſervatio, ex
quo fieri non potuit in præjudicium reſervationis,
quæ materialiter, & re ipſa eſt fraudata; item, quia
unuſquiſque poſſet allegare ignorantiam prædictam,
& excludere regulam. Per contrarium vero mo-
tus proprius Pauli V. ſuper quo fundata eſt regu-
la, conſiderat fraudem, ſeu malitiam reſignan-
tium, & declarat velle ſtatuere opportunum reme-
dium ibi – *cupiens ſuper his opportunum remedium
adhibere*; ignorantiam autem in hoc caſu non ſuf-
ficeret allegare, ſed probare oporteret, quia regula
fraudem præſumit intra tempus vacationis, & pro-
viſionis ſecundi; placet opinio, quod reſignatio,
ſeu dimiſſio adhuc ſit nulla, & intret reſervatio,
Lother. *de re benef. lib.* 2. *quæſtion.* 51. *n.* 63. *& ſeqq.*
Menoch. *conſ.* 37. *n.* 138. Rot. *deciſ.* 260. *n.* 31. *&*
32. *p.* 17. *recent.*

Quærit Roſa *ubi ſupra n.* 89. *& ſeqq.* an quando
aſſecutio ſecundi incompatibilis ſit ab Ordinario non

64 autem a Papa, providendus poſſit ante adeptionem illius, reſignare primum incompatibile coram Ordinario, ne contingat ejus vacatio in menſe reſervato, & tenet affirmative, ex quo ſicut poteſt quis poſt aſſecutum ſecundum incompatibile ab Ordinario, data opera, differre capturam poſſeſſionis in menſe non reſervato, Gonzal. *gloſſ.* 15. *n.* 42. Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubr. tit.* 28. *lib.* 10. *ſub n.* 69. Navar. *conſil.* 18. *n.* 3. *de prebend.* ita etiam, data opera, quis ante adeptionem ſecundi auctoritate Ordinarii faciendam poterit primum coram eodem Ordinario reſignare, ne contingat ejus vacatio in menſe reſervato, cum non detur diſpar ratio, quare poſſit differre poſſeſſionem in menſe Ordinarii ad evitandam reſervationem, & prius non renunciare, & addit alias rationes *ſub n.* 5. dicit tamen, contrarium fuiſſe deciſum *in deciſ.* 241. *n.* 10. *par.* 12. *recent.* cujus auctoritati cedere fatetur: ſed in puncto Juris contrarium eſſe dicendum. Mihi autem placet opinio Roſæ, quia in caſu iſto non intrat regula tertia, nec motus proprius Pauli V. circa fraudem reſervationis, dum procedunt, quando adeptio ſecundi fit auctoritate Apoſtolica, non autem Ordinarii, nec minus intrat identitas rationis; nam quando ſecundum confertur per Papam, primum certo, & infallibiliter remanet reſervatum *ab extravag. execrabilis, & ad regimen. de praben.* ſecus, quando fit aſſecutio auctoritate Ordinarii; hoc enim caſu reſervatio pendet ab eventu, in quo ſcilicet menſe poſſeſſio ſecundi accipiatur, quia ſi accipitur in menſe Ordinarii, non intrat reſervatio, ſi menſe reſervato, intrat; unde ſicut quis poteſt accipere poſſeſſionem in quo menſe velit, & ſic eligere menſem Ordinarii, ita & præventive ante aſſecutionem ſecundi poteſt reſignare in menſe non reſervato.

## SYRACUSANA PRÆPOSITURÆ.

PRO

Michaele Gravina

CUM

Carolo N. N.

## ARGUMENTUM.

**Reprobatus ab examinatoribus Synodalibus urbis debet admitti ad novum examen, & hoc fieri debet coram aliis examinatoribus, hoc eſt coram S. Rotæ Auditoribus, qui poſſunt examinare reprobatum in gradu recurſus ſeu appellationis, Vox Patritii in Senatu in paritate præponderat, etiamſi agatur de Jure præſentandi ad Beneficia.**

## *SUMMARIUM.*

1 *Series facti.*
2 *Conceditur appellatio reprobato ab examinatoribus Synodalibus.*
3 *Proviſo in forma dignum reprobato ab examinatoribus conceditur appellatio.*
4 *Item præſentato ab Beneficium de Jurepatronatus, & reprobato ab examinatoribus.*
5 *Item, quando conſtat de conjecturis in juſta reprobationis.*
6 *Item, ſine alia circumſtantia conceditur appellatio dicto reprobato, eo quia ex uno examine non cognoſcitur idoneitas.*
7 *Pro Parochia, in qua coadjuvatur Parochus per alios, non requiritur adeo rigoroſa ſcientia.*
8 *Novum examen poteſt concedi ex gratia, ubi de Jure non competit.*
9 *Taciturnitas alicujus circumſtantiæ neceſſaria vitiat reſcriptum.*
10 *Conſtat de malo Jure ex deciſione Rotali.*
11 *Requiritur trinum examen ad cognoſcendum, an quis ſit doctus, vel indoctus.*
12 *Reſcriptum, quod Princeps declarat intelligi prout de Jure, nihil perdit de eo, quod habebat, quia tacite omne reſcriptum habet iſtam intelligentiam.*
13 *Examinatores examinato reſpondendo redeat, an dicatur reprobare.*
14 *Proviſo in forma dignum reprobato ab examinatoribus Rota conceſſit ſecundum, tertium, ac etiam quartum examen.*
15 *Novum examen non conceditur poſt annum a die reprobationis.*
16 *Conceditur etiam poſt annum, ſi reprobatus examinari non potuit ob impedimenta præſtita per oppoſitorem.*
17 *Examinatores Synodales poſſunt ex cauſa ſuſpecti allegari.*
18 *Reprobato ab examinatoribus conceditur novum examen coram tamen aliis, non eiſdem examinatoribus.*
19 *Idque procedit, etiamſi reprobatio facta ſit ab examinatoribus urbis.*
20 *Poteſt fieri deputatio examinatorum ad certum examen in locum deficientium, aut ſuſpectorum.*
21 *Iſtique ſic deputati dicerentur etiam Synodales, uti in eorum locum ſuffecti.*
22 *Poteſt etiam novum examen demandari faciendum ab examinatoribus Epiſcoporum, Generalibus Religionum, ac etiam ab ipſis S. Rotæ Auditoribus.*
23 *Papa dicitur derogaſſe Concil. Tridentino eo ipſo, quod diſponit in contrarium, licet de illo non faciat mentionem.*
24 *Poſito, quod reprobato competat novum examen, tunc non præjudicat oppoſitori, quod hoc fiat coram eiſdem, vel aliis examinatoribus.*
25 *De Jure eſt, ut reſcriptum Principis ſit exequendum.*
26 *Subreptio reſcripti naſcitur ob non expreſſionem deciſionis Rotalis canonizantis malum Jus ſupplicantis.*
27 *Ante ſignaturam Papæ gratia non dicitur in rerum natura.*
28 *OEconomus deputatus Beneficio Parochialis de Jurepatronatus poſt obtentam præſentationem & ante inſtitutionem continuans in adminiſtratione incurrit in Cenſuram cap. avaritia de elect. in 6.*
29 *Non habens majorem partem vocum obtinens gratiam pro præſentata, debet ſuccumbere in concurſu habentis eandem gratiam licet poſteriorem, & præſentati per majorem partem patronorum.*
30 *Exequenda eſt gratia pro præſentato ab habente vocem pinguiorem.*
31 *Univerſitas non dicitur legitime convocata, ſi non fuit convocata per habentem poteſtatem, qui eſt caput, & prima Dignitas.*
32 *Non poteſt accelerari electio, nec coarctari terminus Juris, quando non inſtat lapſus termini, & quando non concurrunt duæ ex tribus partibus univerſitatis.*
33 *Patritius qui in Senatu habet vocem pinguiorem, habet etiam in præſentatione ad Beneficia & n.* 34. *&* 35. 37. *&* 38.
36 *Maxime, quando concurrit ultimus ſtatus pinguioris vocis firmatus in contradictorio Judicio.*
39 *Diſpenſatio ab ætate quando concedi poſſit, non obſtante oppoſitione alterius capacis, & num.* 40. 41. 42. *&* 43.
44 *Deciſiones S. Rotæ in hac Cauſa, & num.* 45. *cum ſeqq.*

DISCE-

## DISCEPTATIO XIII.

Vacata de menſe Octobris 1695. Præpoſitura inſignis Collegiatæ Sancti Juliani Civitatis Calatayeronis Syracuſanæ Diœceſis de Jurepatronatus Univerſitatis loci, ſive ejus Senatus conſtituti ex uno Patritio, & quinque juratis, Mi-
1 chael Gravina nobilis dictæ Civitatis, & Sacræ Theologiæ Doctor, & Canonicus ejuſdem Eccleſiæ fuit ad eandem Præpoſituram præſentatus per duos juratos, & Patritium conſtituentes majorem partem Senatus, & obtinuit literas Apoſtolicas cum derogatione minoris partis, aſſerendo, ſe præſentatum per majorem partem, quarum executio commiſſa fuit *in forma dignum* in Rota R. P. D. Muto.

Per contrarium Carolus N. N. ejuſdem Præpoſituræ OEconomus deputatus, excogitando modum de OEconomo evadendi Titularis, poſtquam ſibi captivare non potuit niſi tres ſolos juratos, in principio quadrimeſtris ſine ulla neceſſitate fecit accelerari convocationem Senatus, mediante perſona, quæ talem poteſtatem non habebat, & in abſentia aliorum duorum juratorum, & Patritii ſibi contrariorum, qui antecedenter proteſtati fuerant de non accelerando electionem, extorſit præſentationem ſub die 18. Decembris 1695. cujus vigore reportavit literas Apoſtolicas cum derogatione medietatis vocum, ſub falſa narrativa, quod fuiſſet præſentatus per medietatem, licet poſtea in Senatu legitime congregato cum interventu omnino obtinuerit confirmationem electionis ab eiſdem tribus juratis, ceteris duobus una cum Patritio diſſentientibus, & præſentantibus Gravinam.

Commiſſa executione literarum utriuſque proviſi R. P. D. Muto ſubſcriptoque dubio – *An & quæ literæ ſint exequendæ*. Carolus continuando in exercitio ſui œconomatus, & agnoſcendo, ſe malo jure foveri in hac cauſa, antequam diſputaret dubium, excogitavit modum, quo excluderet Gravinam dicta Præpoſitura inſinuandi alteri ex examinatoribus, quod Gravinam ſe contulerat ad urbem diffidens ſe ſubjicere examini coram examinatoribus Synodalibus ſuæ Diœceſis, factaque hac impreſſione in dicto examinatore, facile fuit illam diffundere etiam in alios, qui propterea cum hac ſiniſtra impreſſione duriſſime cum Gravina egerunt, eum interrogando de punctis arduiſſimis: quia tamen optime ſatisfecit, nec potuit reprobari dixerunt – *Redeat*.

Rediit Gravina ſub die 21. Novembris 1696. & tale fuit examen, quod neque practicaretur, ſi actum eſſet de Epiſcopatu; omnes enim puncti fuerunt cathedratici, & ideales, quibus omnibus, licet ille optime reſpondiſſet, examinator qui interrogabat, proponebat caſus nimis arduos, & perdifficiles, ut de his, & aliis gravaminibus, ſuper quibus nulla atteſtatio inveniri poteſt, medio juramento teſtatus fuit Gravina, & denique, mediantibus hujuſmodi modis, deventum eſt ad reprobationem.

Dum Gravina per viam recurſus inſtabat apud Sanctiſſimum pro admiſſione ad novum examen, Carolus proponi fecit relatum dubium in Rota ſub die 5. Novembris 1696. & contra ipſum informantem reſolutum fuit, ut in deciſione, de qua infra, poſtea Gravina obtinuit admiſſionem ad novum examen, per organum Eminentiſſimi Cardinalis Vicarii, mediante reſcripto hujus tenoris – *Sanctitas ſua mandavit denuo exponi ad examen, & interrogetur, & reſpondeat in ſcriptis* – & deinde ad relationem R. P. D. Vices gerentis aliud reſcriptum obtinuit – *Ad Rotam pro deputatione aliorum examinatorum*.

Interim Carolus litem liti cumulando, derelicta prima gratia, ſupplicavit pro nova gratia, quam vocant Piſcatoriam, fundata in aſſerta inhabilitate Gravinæ, tanquam reprobati ab examinatoribus; & quia huic novæ gratiæ obſtabant prædicta duo reſcripta Sanctiſſimi admittentia Gravinam ad novum examen per alios examinatores, obtinuit a Papa declarari, quod illa eſſent intelligenda prout de Jure; hinc diſputato dubio in Rota – *An ſit locus admiſſioni ad novum examen, & coram aliis examinatoribus, quam deputatis ad formam S. Concilii Tridentini* – Ego ſcribens pro Gravina pro affirmativa reſolutione dubii, quoad utranque partem ita ſcribebam.

Dubium duas habet partes principales, alteram circa admiſſionem ad novum examen, & alteram circa examen habendum coram aliis examinatoribus; proinde ſeparatim procedendo, quantum ad primam, videtur, Gravinam eſſe admittendum ad novum examen; quia regula eſt pro reprobato ab examinatoribus Synodalibus, ut illi appellatio de jure concedatur adverſus eorum reprobationem, cum hæc ex Concilio Tridentino non reperiatur prohibita, ut fuit ſæpius reſolutum per Sacram Congregationem Concilii apud Fagnan. *in capit. cum ſit ars de ætat. & qualit. ex n. 50. uſque ad 53.* ubi hæc ait – *quantum ad judicium examinatorum videtur potuiſſe appellari, quia nullo Jure prohibetur appellatio, & Concilium eam admittit &c. & ita ſemper Congregatio cenſuit, licere appellare a judicio examinatorum* – ubi Fagnan. *in fine* refert, ita reſolutum ſuis tempori- 2
bus per Sacram Congregationem generalem in quadam cauſa graviſſima articulo diſcuſſo, Novar. *in ſumm. par. 2. tit. de concurſ. ad Parochiali num. 26. in fin.* Barboſ. *in ſumma Apoſtolic. deciſ. in verb. appellation. 9.*

Facilius autem in caſu noſtro, ubi concurrunt clariſſima fundamenta, quæ appellationem concedunt ad utrunque effectum; Et primo, quia cum 3
agatur de proviſo per Summum Pontificem *in forma dignum*, qui ſolus habet jus ad Præpoſituram in concurſu Caroli, quem nullum jus habere reſolvit Rot. *ſub die 5. Decembris* 1696. tali caſu, ſi proviſus reprobatus fuerit ab examinatoribus Synodalibus, ab iſtorum reprobatione, & mala relatione datur appellatio, ſeu recurſus, & conceditur novum examen, ut eſt communis opinio, de qua Pax Jordan. *tom. 2. elucubrat. lib. 10. tit. 8. n. 189.* ibi – *Sublimitar ſecundo quoad proviſos in forma dignum; ſi enim ab examinatoribus reprobentur, conceditur appellatio ad utrunque effectum*, & melius *n. 246.* & concordat ſine contradictore Maſſobr. *in prax. habend. concurſ. requiſit. 5. dub. 6.* Barboſ. *de Parocho. cap. 2. n. 183. in fine*, Garz. *de Benefic. par. 9. cap. 2. num. 245. verſic. Sicut de habente gratiam*, & prius *par. 6. cap. 2. n. 76.* Pignatell. *conſult. 77. n. 65. tom. 9.* Nicol. *in floſcul. in verbo Examen n. 6.* Roſ. *de exequ. liter. Apoſtolic. capit. 10. num. 24.*

Secundo, quia verſamur in Præpoſitura de jurepatronatus laicorum, ſcilicet univerſitatis Calatayeronis; ejuſque Senatus, qui præſentavit Gra- 4
vinam, non attenta præſentatione Caroli, tanquam facta per minorem partem Senatus, & ſic inutili, & nulla perinde ac ſi facta non fuiſſet, in quibus terminis pariter tali præſentato reprobato ab examinatoribus, concedi appellationem ab eorum mala relatione, communiter ſcripſerunt Pax Jordan. *dicto libr. 10. tit. 8. num. 188.* ibi – *Sublimitur, quoad Parochiales juriſpatronatus laici, quoniam in illis datur appellatio ad utrumque effectum, & num. 245.* Maſſobr. *dict. requiſit. 5. dub. 6.* Garz. *ubi ſupra*, Barboſ. *dict. cap. 2. num. 138.* Caſtropal. *oper. moral. tract. 13. de Benefic. diſput. 3. punct. 2. §. 6. n. 8. in fine*.

Tertio demum, quia conſtat de poſitivo gravamine, & mala relatione examinatorum, non ſolum quia concurrit modus examinandi acerrimus, 5
& inſolitus, & interrogationibus, & reſponſionibus aperte dignoſcitur injuſtitia reprobationis, Ricc. *in prax. par. 4. reſol. 68. num. 2. & ſeq.* ſed etiam quia agitur de viro literatiſſimo, Canonico Eccleſiæ Collegiatæ, & Doctore Sacræ Theologiæ,

& qui fuit præcedenter ab ejus Ordinario appro-
batus ad curam animarum, & ad quæcunque Be-
neficia curata, & præcipue ad hanc Præpoſitu-
ram; hoc enim ſtante, relatio examinatorum red-
ditur totaliter ſuſpecta, & ab ea datur appella-
tio, ut ait Rot. *deciſ. 16. ſub numer. 4. verſ. tertio
par. 2. diverſ.* Gonzal. *gloſſ. 9. in annot. numer. 184.
juncto numer. 186. in fin. verſic. Dicis etiam*, Sera-
phin. *deciſione 968. n. 8. ad fin.* Arguell. *deciſ. 109.
num. 3.*

Immo concedendum videtur novum examen de
Jure, etiam quod non conſtaret de gravamine ex-
aminatorum, quia non cognoſcitur ex uno exa-
mine, an quis revera ſit doctus, vel indoctus;
6 ſicut enim poteſt quis ſemel approbari, vel ex
fortuna puncti ſibi aſſignati in examine, vel ex
ſubornatione examinatorum, vel aliis cauſis; ita
per contrarium quis poteſt ſemel reprobari, vel
ex arduitate puncti, vel ex ſiniſtro modo exami-
nandi, vel demum ex metu reverentiali, pro-
pter quem ſæpiſſime ſucceſſit, viris alioquin do-
ctiſſimis mente deperdi, & alienari in illo inſtan-
ti, in quo interrogantur, ut in his terminis o-
ptime obſervat Gonz. *ad regul. 8. gloſſ. 4. numer.
119. & ſeqq.* Garz. *de Benefic. par. 9. cap. 2. nu-
mer. 251. verſic. Quia poteſt quis in uno examine*,
& generaliter, Tiraquel. *de pœnis tempor. cauſa
51. numer. 159.* Archidiacon. *in Canone de quibuſ-
dam num. 5. in fine diſt. 37.* Panormitan. *in capit.
Cum ſecundum num. 14. de Preben.* & probat Gloſſ.
*in leg. Omnes in verbo Fortuita, Cod. de preſcri-
pt. 30. vel 40. annorum, & ex* Plinio *Epiſt. 29.
lib. 6. &* Seneca *Epiſt. 11.* tradit Rota coram Mer-
lino *deciſ. 159. n. 12.*

Præſertim, quia non debuerunt examinatores
adeo rigoroſe procedere in examine, quando Præ-
poſitura non habet in ſe totalem curam anima-
rum; dum ex lege erectionis Præpoſitus tenetur
7 deputare duos Capellanos Curatos, qui exercent
adminiſtrationem Sacramentorum; Certum eſt e-
nim in his terminis non requiri tantam litera-
turam, quanta requireretur in Parocho, qui
de per ſe ſolo omnia exercere teneretur, & re-
gulariter reſidere in arbitrio Judicis, utrum ma-
jor requiratur, vel minor ſcientia ſufficiat, do-
cet Innoc. *in cap. cum in cunctis numer. 1.* Hoſtien.
*num. 15. ad finem* Jo. Andr. *numer. 12.* Butr. *numer.
11. de elect.* Vitalin. *in Clementina 1. numer. 49.
de etat. & qualit.* Menoch. *de arbitr. caſ. 425.
ex num. 47.* Ricc. *in prax. par. 4. reſolut. 75. num.
9.* Rota in his terminis coram Seraph. *deciſ. 968.
n. 10. in fin.*

Quibus omnibus fundatis in diſpoſitione juris,
accedit etiam gratia ſpecialis Summi Pontificis fa-
cta incontinenti poſt reprobationem per organum
Eminentiſſimi Vicarii, in qua ordinavit, Gravi-
nam denuo exponi ad novum examen, unde et-
8 iamſi ex ſuppoſito erroneo, & ideali dici valeret,
novum examen ex diſpoſitione juris non compete-
re (quod eſt falſiſſimum) adhuc tamen per viam
gratiæ nemo dubitat, illud potuiſſe concedi, ut di-
xit in his terminis Genuen. *in praxi Archiepiſcop.
cap. 66. n. 6. verſ. Verum licet*, Pilaya *deciſ. Pontiſ.
tom. 2. lib. 3. diſput. 1. de Beneſic. n. 153.*

Neque adverſatur reſcriptum per Carolum ob-
tentum, quod gratia admiſſionis ad novum exa-
men intelligatur, prout de jure; tum quia tale
reſcriptum non præjudicat primæ gratiæ impetra-
tæ per organum Cardinalis Vicarii, dum Carolus
iſtam Papæ tacuit, ſolum exprimendo ultimam
gratiam obtentam per organum R. P. D. Vices-
9 gerentis, quæ taciturnitas vitiat totaliter reſcri-
ptum, Rot. *deciſ. 432. num. 1. par. 4. tom. 2. deciſ.
24. numer. 4. & deciſ. 446. numer. 2. par. 5. recent.*
Bich. *deciſ. 302. numer. 5.* & ſunt Textus *in capit.
Ceterum & cap. Si autem, de reſcript.* tum etiam,
quia ſuppoſitum fuit Summo Pontifici, dictam
admiſſionem ad novum examen eſſe in præjudi-
cium juris Carolo quæſiti ex gratia Piſcatoria
fundata in aſſerta inhabilitate Gravinæ, quod ſup-
poſitum ex duplici capite penitus evaneſcit.

Primo ſcilicet, quia de tempore conceſſionis
novi examinis Carolus nondum obtinuerat gratiam
Piſcatoriam, ut ex confeſſione ipſius, & ſolum
paſſus fuerat contrariam reſolutionem Rotalem,
canonizantem ſuum malum jus ex prima gratia 10
deductum, & conſequenter quando Summus Pon-
tifex conceſſit Gravinæ novum examen, non ſo-
lum Carolus nullum habebat jus quæſitum, ſed
potius habebat canonizationem ſui mali juris, Lo-
therius *de re beneſ. lib. 2. quæſt. 71. num. 48.* Roſa *de
execut. literarum Apoſtol. cap. 4. numer. 11.* Seraph.
*deciſ. 1494. num. 10.* Celſus *deciſ. 314. n. 14.* & no-
viſſime *in Navarien. Prebenda 15. Junii 1693. §.
finali, & 2. Decembris ejuſdem anni §. Quoniam*,
coram Rev. Zamoren.

Et ſecundo, quia cum de jure competeret Gra-
vinæ recurſus a reprobatione examinatorum, &
conceſſio novi examinis ex ſupra firmatis *in §.
Et quia, cum pluribus ſequentibus*, gratia admiſ-
ſionis ad novum examen dicitur emanata per viam
juſtitiæ, quæ proinde dici non valet præjudicia-
lis Carolo, quia nullum jus habet ex ſua gratia
Piſcatoria niſi accidentale, & conditionatum,
quatenus Gravina revera ſit inhabilis, & inhabi-
litas remaneat probata ex relatione examinato-
rum, quæ nullo modo ſit appellabilis, & contra
quam concedi non poſſit novum examen; nam
alias quotieſcunque, ut in caſu noſtro, relatio ex-
aminatorum eſt appellabilis de jure, & maxime,
quando unica reprobatio non facit, quod quis di-
catur doctus, vel indoctus ex allegatis, non pot-
eſt dici jus quæſitum impetranti ex capite inha-
bilitatis, donec, & quouſque appareat inhabilitas
ex nova reprobatione, novoque examine, ut in
terminis, quod requiratur trinum examen ad ca-
nonizandam habilitatem, vel inhabilitatem pro- 11
viſi, per Text. *in lege unica, Cod. de Athletis lib.
10.* tradit ibi Barthol. *n. 2.* & probat Textus *in proœ-
mio inſtitutionum, §. Cumque*, ibi: *jam ex multis
rerum argumentis accepimus*, Archidiac. *in Canon.
de quibuſdam num. 5. in fine*, & in puncto noſtro
Gonzal. *dicta gloſſ. 4. num. 121.* Nicolius *in floſculis
in verbo Examen num. 6.* & Rot. coram Merlino
*deciſ. 146. in fin.* ubi trinum examen fuit conceſ-
ſum, *& deciſ. 159. in principio*, ubi etiam conceſ-
ſum fuit quartum examen, Pignatell. *conſult. Can.
149. n. 7. tom. 4.*

Quid enim aliud Carolus obtinuit, quam ſim-
plicem declarationem, quod gratia intelligatur,
prout de jure, ſeu tertio non præjudicet; & ta-
men iſta declaratio fuit otioſe obtenta, & citra
aliquam neceſſitatem, dum notum eſt omnibus,
reſcripta Principum, & maxime Summi Pontifi-
cis, ſemper habere in ventre præſervativam juris
tertii, & talem præſervativam etiam non expreſ-
ſam ſubintelligi, cum reſcripta interpretentur,
prout de Jure, & Princeps de Jure non intelli-
gatur velle alteri præjudicare, niſi hoc ſpeciali-
ter exprimat, juxta Textum *in cap. Quamvis, de* 12
*reſcriptis in ſexto*, Samen. *in regul. de jur. quæſit.
non tollent. quæſt. 3. num. 1.* Mandoſ. *ibidem num. 4.*
Ubertus *de citat. cap. 2. n. 34. in fine*; & propterea
cum Carolus non habeat aliquod jus coæquale
cum Gravina, ſed mere ſecundarium, quatenus
hujus inhabilitas probetur ex pluribus examinibus
adhuc effectum neceſſariis, fruſtra hodie allegat
Jus quæſitum.

Minus obſtat, quod Gravina fuerit bis repro-
batus ab examinatoribus urbis, primo tacite ex re-
ſponſo *Redeat*, & ſecundo expreſſe, ſicut fuit ex-
poſitum Papæ, quia hoc ipſum retorquetur, dum,
corruente tali ſuppoſito, corruit gratia, & quod
ſuppoſitum ſit abſolute chimericum dignoſcitur e-
videntiſſime, dum examinatores dixerunt *Redeat*, 13
eo quia non potuerunt in aliquo redarguere ex-
aminatum, qui ſemper optime reſpondit, nec
unquam quis dicitur reprobatus ex tali reſponſo,
quidquid dixerit Bordon. *in tract. impreſſ. poſt
tract. de offic. S. Inquiſit. tit. de elect. Examen.*

*Synod.*

*Synod. capit.* 5. *num.* 36. qui eſt intelligendus, ubi conſtat, examinatores noluiſſe aliquid dicere ob inhabilitatem examinati, ut redire poſſit melius edoctus; ſecus in præſenti, ubi tale aliquid non conſtat, immo circumſtantiæ ſunt in contrarium, quia in ſecundo examine nimis aperte colligitur intentio examinatorum reprobandi Gravinam, cum modis impropriis, etiam in eo, quod bene dicebat; ex hoc enim arguitur, quod ſi aliquid male reſpondiſſet in primo examine, fuiſſet expreſſe, & literaliter reprobatus, non autem implicite, & tacite, ſicut in contrarium aſſeverantur *leg. Labeo ff. de ſupell. legat. Sed & Julianus* §. 2. *ad Macedon.* Rot. *deciſ.* 64. *num.* 5. *deciſ.* 306. *num.* 3. *& deciſ.* 700. *numer.* 14. *par.* 2. *recent.* Surd. *deciſ.* 4. *num.* 15. Farinac. *conſ.* 30. *num.* 103. *tom.* 3.

Ultra quod in hac materia proviſi in forma dignum Sacra Rota admiſit ſecundum, tertium, ac
14 etiam quartum examen, ut in *dicta deciſ.* 146. *&* 159. *num.* 9. coram Merlino, & ita etiam decrevit Sacra Congregatio apud Nicol. *in floſcul. in verbo Examen numer.* 6. & punctualiter in his terminis Gonz. *dicta gloſſ.* 4. *n.* 129. quia taliter proviſus habet jus quæſitum ex ſua proviſione, ut ait Garz. *de Benef. par.* 6. *cap.* 2. *num.* 76. & maxime, quando fuit præſentatus per majorem partem Patronorum, itaut alius non concurrat, qui habeat jus coæqualis præſentationis, ad tradita per Maſſobr. *in praxi habend. concurſ. requiſit.* 15. *dub.* 1. *n.* 5. Ventrigl. *in praxi par.* 2. *annot.* 5. §. 2. *n.* 13. *in fine*, Lother. *de re Benef. lib.* 2. *quæſt.* 31. *ſub numer.* 130. quod jus quæſitum non poteſt tolli, & auferri, niſi quando per plures reprobationes ulteriorem recurſum non admittentes, & conſtituentes rem judicatam, clariſſime probata remanent, & canonizata inhabilitas proviſi.

Pariter evaneſcit etiam objectum, quod novum examen concedi non poſſit poſt lapſum plurium menſium, ſicut Carolus Papæ expoſuit in ſuo Memoriali, quia hæc etiam expreſſio retorquetur contra illum ad annullandum reſcriptum impetratum, ſive quia a die reprobationis non effluxit annus
15 omnino neceſſarius ad excluſionem novi examinis, ſed pauci menſes decurſi fuerunt, ut in puncto Rota coram Merlino *dicta deciſ.* 159. *numer.* 10. *&* 11. Othobon. *deciſ.* 123. *num.* 12. Arguelles *deciſ.* 109. *num.* 32. *& dec.* 23. *num.* 10. *par.* 10. *& deciſ.* 178. *num.* 13. *par.* 18. & noviſſime me ſcribente *in Calaguritana Beneficii de Arenzana* 26. *Aprilis* 1694. coram R. P. D. Muto, Barboſ. *alleg.* 60. *n.* 91. *verſic. nec ſubſiſtit.*

Sive etiam, quia nullus in caſu noſtro conſiderari valet minimus lapſus temporis, dum Gravina poſt reprobationem incontinenti inſtetit apud Sanctiſſimum pro novo examine, & obtinuit, & Carolus hactenus impedivit, prius volendo diſputari dubium in Rota, & poſtea recurrendo ad Papam; & obtinendo reſcriptum reformatorium gratiæ per Gravinam obtentæ, ut tali caſu nullus lapſum temporis poſſit impedire no-
16 vum examen in terminis terminantibus, dixerunt Merlin. *d. deciſ.* 159. *num.* 10. *verſ. præſertim*, Rota *dicta dec.* 178. *num.* 14. *par.* 18. Ventrigl. *in praxi par.* 2. *annot.* 5. §. 2. *num.* 56. *&* 57. Arguell. *dicta deciſ.* 109. *num.* 31. *&* 32. Seraphin. *deciſ.* 968. *num.* 7. *in fine*, & coram Cerro *deciſ.* 788. *numer.* 4. *& in dicta Calaguritana Beneficii de Arenzana* 12. *Junii* 1693. §. *His accedit*, coram R. P. D. Muto.

Immo ex hoc objecto agnoſcere licet, quod Carolus ſolum ſtuduit cum ſubterfugiis impedire novum examen illud acerrime controvertendo, non quia controverti poſſit, ſed ut interim labatur annus, & poſtea ex Beneficio temporis opponat, non eſſe locum novi examini, ſicut hodie ante tempus opponit, & ſicut ſucceſſit caſus *in d. deciſ.* 109. *n.* 35. coram Arguelles.

Firmato ex prædictis, eſſe locum admiſſioni ad novum examen, diſcutienda remanet altera pars dubii; *An hoc novum examen fieri debeat coram aliis examinatoribus, quam Synodalibus deputatis ad formam Sacri Concilii Tridentini*; & in hac etiam parte videtur ſine dubio eſſe affirmative reſpondendum; quia cum prædicti examinatores ſint Gravinæ ſuſpecti, propterea de jure non tenetur ſubire examen eorundem examinatorum, urgente recepta juris propoſitione, quod etiam examinatores Synodales poſſunt ex cauſa ſuſpecti allegari, ut punctualiter ſcribunt Pax Jordan. *tom.* 2. *elucubrat. lib.* 10. *tit.* 8. *num.* 190. Garz. *de benef. par.* 9. *cap.* 2. *num.* 240. Ugolin. *de poteſt. Epiſc. capit.* 50. §. 5. *ad finem*, Nicol. *in floſcul. in verb. Examine num.* 1. *verſ. Ex pluribus*, Gonzal. *ad Regul. Cancell. regul.* 8. *gloſſ.* 9. *in annot. de nullitate num.* 186. *verſic. item dic.* Maſſobr. *in prax. haben. concurſ. tit. de elect. magis idonei requiſit.* 9. *dub.* 3. *n.* 1. quicquid dicat Bordon. *ubi ſupra cap.* 4. *num.* 45. *& cap.* 5. *n.* 43.

Cauſa autem, propter quam examinatores Synodales urbis ſunt Gravinæ ſuſpecti, non ſolum reſultat ex rigoroſo examinandi modo, ſed etiam adeſſe dicitur ex eo tantum, quod ipſi jam ſemel judicarunt, & reprobarunt dictum Gravinam, ut in puncto viden. Vener. *in examine Epiſcop. lib.* 4. *cap.* 45. *numer.* 40. nunquam enim tali caſu fit reditus ad eoſdem examinatores; ſi enim fuit appellatum, & recurſum ab ipſorum mala relatione, & reprobatione, utique non coram eiſdem, ſed coram aliis examinatoribus appellans, & recurrens eſt examinandus, ut in puncto Garz. *de Benef. par.* 9. *cap.* 2. *num.* 245. *in fine verſ. Et iſta ap-* 18
*pellatio*, & eſt quotidiana concluſio, quod appellans non eſt judicandus ab eodem Judice, a quo appellavit; ſicut enim examinatores ſemel reprobarunt Gravinam, ita etiam bis, & millies reprobabunt, ſi ad eos iterum recurratur, cum ipſorum ſiniſtra intentio fuerit ſatis manifeſtata in examine peracto, ad Text. *in Canon. Quia ſuſpecti* 3. *quæſtion.* 5. *& in leg. Eos, ubi ſcribentes C. de appellat.* & egregie vidend. Aretin. *conſil.* 29. *num.* 25.

Neque obſtat, quod hujuſmodi diſcurſus procedat, quando appellatur a reprobatione examinatorum Synodalium Ordinarii in prima inſtantia, quo caſu in gradu appellationis coram Metropolitano examen fieri poteſt coram aliis examinatoribus pariter Synodalibus; ſecus vero in caſu noſtro, ubi agitur de reprobatione facta per examinatores Synodales urbis, & nullius alius adeſt examinator Synodalis alterius Tribunalis, coram quo fieri poſſit novum examen tanquam in gradu appellationis; tunc enim ad ſatisfaciendum Sacro Concilio Tridentino videatur, non poſſe declinari examen eorundem examinatorum.

Quoniam ex pluribus reſponſionibus tale objectum convincitur inſubſiſtens.

Primo ſiquidem, quia, ſuppoſita concluſione, videlicet, quod examen fieri debeat coram aliis examinatoribus, quam illis, qui reprobarunt, ut clare loquitur Garz. *dicta part.* 9. *capit.* 2. *numer.* 19
245. *verſic. ut coram aliis Examinatoribus*, Vener. *in examine Epiſcopor. lib.* 4. *cap.* 45. *numer.* 50. exinde inevitabiliter ſequitur, quod ſi deficiunt in urbe alii examinatores Synodales, non propterea ſtrangulari debet Gravina ad ſubeundum novum examen coram examinatoribus ſuſpectis, ſed deputandi veniunt alii in locum deficientium, ſeu ſuſpectorum, ut in puncto, quod talis deputatio fieri poſſit etiam ad certum actum unius examinis, & unius concurſus, firmat Carol. Anton. de Luc. 20
ad Ventrigl. *in praxi part.* 2. *annot.* 5. §. 1. *numer.* 12. ubi quod hujuſmodi deputationem facere poteſt Ordinarius; ergo etiam Sacra Rota, quæ ſuccedit in locum illius, Vivian. *de Jurepatr. par.* 2. *lib.* 13. *poſt cap.* 8. *numer.* 30. *&* 31. & concordant in his terminis Garz. *de benef. part.* 6. *capit.* 2. *numer.* 75. Roſa *de executoribus literarum Apoſtolicarum capit.* 10. *numer.* 24. *verſic. quia examen in forma dignum.*

Neque Concilium in hoc caſu reſiſtit, quoniam iſti novi examinatores ſic deputandi, dicuntur etiam Synodales, cum in eorum locum ſubrogen-
21 tur ad hunc actum, juxta regulam Textus *in leg. ſi eum §. qui injuriarum ff. ſi quis Caution.* Cravett. *conſilio* 973. *n.* 2. Decian. *conſil.* 42. *nu.* 14. *& ſeqq. lib.* 3. Menoch. *conſil.* 62. *num.* 68. & Concilium non prohibet deputationem aliorum in locum ſuſpectorum, quæ propterea uti ex Concilio non prohibita, admittenda eſt, uti de jure permiſſa, etiam quoad judices ordinarios, in quorum ſuſpectorum locum paſſim alii deputantur, ut in ſpecie de alio deputato in locum Epiſcopi ad faciendum concurſum, & præeligendum unum ex approbatis, firmavit Rota *deciſ.* 40. *n.* 1. *in fine part.* 1. *recent.* Mareſcot. *variarum reſolut. capit.* 52. *num.* 24. *in fin.* Pax Jordan. *elucubrat. tom.* 1. *lib.* 10. *tit.* 8. *n.* 72. quæ doctrinæ optimæ applicantur ad caſum; dum ſicut vigore Concilii tam examen fieri debet coram examinatoribus Synodalibus, quam concurſus, & prælectio ab Ordinario, ita ſi poteſt deputari alius in locum Ordinarii ad effectum concurſus, & prælectionis, eodem modo poſſunt deputari alii examinatores in locum Synodalium ſuſpectorum, cum utrobique Concilium non obſtet, quia tales ſic deputati repræſentant perſonam eorum, in quorum locum fuerunt ſuffecti, ut ait Rota *dicta deciſ.* 40. *num.* 1. *in fine par.* 1. *recent.* & in puncto viden. Maſſobr. *in prax. haben. concurſ. requiſit.* 12. *dub.* 5. *n.* 7. cui non videtur obſtare Bordon. *ubi ſupra cap.* 3. *n.* 13. *& cap.* 4. *n.* 45. *& cap.* 5. *n.* 10.

Secundo reſpondetur, quod ad ſatisfaciendum literæ Concilii tali caſu non deficiunt alii examinatores Synodales, nam, vel poteſt Gravina remitti ad illos Synodales Metropolitani, vel ſi iſti non placent, ad omnes alios cujuſcunque Epiſcopi viciniores, aut alterius exiſtentis in Regno Si-
22 ciliæ, & in ſumma S. Rota deputare poteſt, quos velit, ſive examinatores Epiſcoporum, ſive R. P. D. Vicesgerentem, ſive quemlibet Generalem cujuſcunque Religionis, ſive demum quoslibet Auditores Sacræ Rotæ, qui aliquando hoc officium ſuſceperunt, ut patet *ex deciſ.* 159. *in princip.* coram Merlino.

Tertio demum, quia ubi etiam loquendo per modum ſuppoſiti impoſſibilis, de jure Sacra Rota non poſſet deputare alios examinatores, adhuc ceſſant in caſu noſtro omnes difficultates, & ulteriores diſcurſus, dum habemus in hoc puncto gratiam liberaliſſimam Summi Pontificis, qui reſcripſit — *Ad Rotam pro deputatione aliorum examinatorum* — hoc enim concurrente, tollitur omne obſtaculum Conciliare, ſi quod adeſt, cum Papa illi de jure derogare valeat, & derogaſſe cenſeatur eo ipſo, quod contrarium diſponit, licet non faciat de eo
23 mentionem ſpecialem, Fagnan. *in cap. ex parte numer.* 36. *de privileg.* Garz. *de beneſ. par.* 4. *cap.* 6. *numer.* 23. Gonzal. *ad regul.* 8. *Gloſſ.* 6. *num.* 110. Gratian. *diſceptation.* 140. *numer.* 15. *&* 16. *& diſceptation.* 990. *num.* 13. Cavalerius *deciſ.* 181. *numer.* 3. Merlin. *deciſ.* 185. *n.* 9. *& deciſ.* 179. *numer.* 6. *& deciſ.* 687. *num.* 24. *par.* 2. *recent. deciſ.* 71. *numer.* 8. *part.* 6. Adden. *ad deciſ.* 90. *nu.* 310. *par.* 9. *recent.*

Neque hic objici poteſt ſuperius adducta reſponſio, quod talis gratia fuerit ab eodem Summo Pontifice reſtricta, & modificata *prout de Jure*, quia hæc modificatio nihil operatur, cum etiam
24 omiſſa ſubintelligatur de jure in omnibus reſcriptis, & ſolum, mediante hac modificatione, Summus Pontifex dat intelligere, ſe nolle præjudicare Jure alteri quæſito, ſicut dictam gratiam eſſe ſibi præjudicialem Carolus expoſuit in ſuo memorialis unde quantum ad hunc articulum deputationis aliorum examinatorum clauſula modificativa nihil operatur, ſuppoſito enim, quod Gravina ſit denuo examinandus ex jam firmatis, utique, quod ipſe ſit examinandus ab his, vel illis examinatoribus, nihil refert, & nihil præjudicat Carolo, quicquid ſit, ubi peterentur examinatores ipſi ſuſpecti, quod non prætenditur; nam alias examinari potius ab uno, quam ab alio, eſt articulus, qui non tangit intereſſe partis; imo ex hac renitentia Caroli in controvertendo deputationem aliorum examinatorum, & in volendo, quod examen fieri debeat coram eiſdem Synodalibus, nimis aperte demonſtratur, ipſum habere in ſui favorem votum illorum, & certo ſcire, eos eſſe ſemper reprobaturos Gravinam; ideoque multo magis ab his examinatoribus auferendum eſt novum examen.

Quod autem Papa non intellexerit revocare gratiam Gravinæ jam factam, ſed ſolum reſtringere, & modificare, prout de jure, ne ſcilicet præjudicaret Carolo, ſicut de jure diſponitur, ut præjudicare non debeat, evidentiſſime probatur ex ipſo tenore memorialis per eundem porrecti Summo Pontifici, ubi ipſe ſolum allegavit ſuum præjudicium, & ad illud evitandum petiit declarari, gratiam intelligi prout de jure; ideoque quoties probatur ceſſare præjudicium partis, gratia remanet firma, & incorrecta in totum, quia clauſula *prout de Jure*, non tollit gratiam nemini præjudicia-
lem, immo potius excluſo præjudicio tertii ea- 25
dem clauſula retorquetur, quia prout de jure eſt, ut reſcriptum Principis ſit exequendum, *capit. ſi Capitulo de conceſſ. Præbendæ in* 6. Rota coram Durano *dec.* 98. *numer.* 1. Coccin. *deciſ.* 144. *num.* 3. Bich. *deciſ.* 556. *n.* 2. *& in recent. deciſ.* 189. *num.* 1. *par.* 15.

Ceſſante igitur præjudicio Caroli, quoad hunc articulum deputationis aliorum examinatorum ex prædictis, Gravinæ gratia eſt exequenda uti remanens in ſuo robore primævo: Et ut apertius oſtendatur, Carolum nullum allegare poſſe præjudicium, adducuntur tria fundamenta excluſiva cujuſcunque detrimenti in contrarium exagerati.

Et primum eſt, quod Sacra Rota jam reſolvit eundem Carolum nullum habere jus vigore gratiæ Apoſtolicæ pro præſentato, & ſic falſo ſuppoſitum fuit Papæ præjudicium partis, & iſta circumſtantia non fuit expreſſa in ſupradicto memoriali.

Secundum eſt, quod alias gratia Apoſtolica im-
petrationis ex capite aſſertæ inhabilitatis proviſi 26
per Carolum petita, de tempore porrecti memorialis nondum fuerat ſignata, & conſequenter conceſſio novorum examinatorum favore Gravinæ, nullum intulit præjudicium Carolo, qui de ejus tempore non habebat jus quæſitum ex dicta gratia nondum ſignata, cum jus non dicatur quæſitum ante ſignaturam Papæ, ſed ſolum competat quædam ſpes vana, & incerta, ad Text. *in* 27
*capit. tanta de reſcript. verſ. nullatenus*, Bich. *deciſ.* 658. *numer.* 24. Dunoz. Junior. *deciſ.* 208. *numer.* 80. *&* 82. Roſa *de Executoribus liter. Apoſtol. lib.* 1. *capit.* 1. *numer.* 41. Lother. *de re beneſ. lib.* 3. *quæſt.* 4. *num.* 15. Amayden. *de ſtylo Dataria lib.* 1. *cap.* 32. *n.* 11.

Tertium denique fundamentum eſt, quod etiamſi Carolus de tempore conceſſionis aliorum examinatorum, habuiſſet gratiam piſcatoriam jam ſignatam, adhuc non poſſet dici, ipſum habuiſſe jus quæſitum, dum antecedenter ipſe retinebat, prout etiam modo retinet, adminiſtrationem Præpoſituræ tanquam OEconomus deputatus, & poſt obtentam præſentationem Senatus Calatayeronis, & ante inſtitutionem, ſeu primam Apoſtolicam gratiam pro præſentato, non abſtinuit ab adminiſtratione, ſed continuavit in illa, unde incidit in pœnam privationis comminatam ab Innocentio IV. in Concilio Lugdunenſi, relato in *capit. avaritiæ de elect. in* 6. quod loquitur etiam de adminiſtrante ſub titulo OEconomatus, ibi — *Sub OEconomatus, vel procurationis nomine*, & in puncto OEconomi non abſtinentis, ab OEconomia, tradunt ibi — Jo. Andreæ *numer.* 1. Franc. *numer.* 2. Geminian. *numer.* 2. Poſſetin. *de electien. cap.* 33. *num.* 4. Garz. *de beneſ. par.* 9. *cap.* 2. *numer.*

25. cu-

25. cujus Concilii cenſuram non ſolum procede-
re in electu, de quo loquitur, ſed etiam in præ-
ſentato ad quodlibet beneficium dicunt Franch.
*in eod. cap. avaritiæ num.* 2. Barboſ. *num.* 6. Lap. *al-
legat.* 8. *ſub num.* 4. Lother. *de re beneſ. lib.* 3. *quæſt.*
13. *num.* 3. *&* 4. Mareſcot. *var. lib.* 2. *cap.* 35. *num.*
45. Garz. *de beneſ. par.* 9. *capit.* 2. *num.* 24. *& par.*
11. *cap.* 10. *num.* 216. Creſcent. *deciſ.* 6. *de Jurepatr.*
Maſſorb. *in prax. haben. concurſ. requiſit.* 1. *dub.*
23. Barb. *de Paroch. capit.* 2. *n.* 36. Pax Jordan. *elu-
cubr. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 8. *n.* 30. *&* 31. quidquid di-
cat in contrarium Caſtropal. *Tract.* 13. *de beneſ.
diſput.* 3. *punct.* 2. §. 2. *n.* 5.

Et hæc pœna privationis eſt ipſo Jure, ut com-
muniter ſentiunt Canoniſtæ in relato *cap. avaritiæ
præcipue*, Barboſ. *num.* 14. Mareſcot. *d. c.* 45. *num.*
43. *&* 45. Creſcent. *deciſ.* 6. *numer.* 11. *in fine de Ju-
repatr.* Rocc. de Curt. *eod. tit. in verb. honorificum
num.* 71. Lambertin. *part.* 2. *lib.* 2. *quæſt.* 5. *artic.* 11.
*num.* 7. *verſ. nihilominus, & verſ. & quod ipſo jure
fol.* 800. Vivian. *de jurepatr. par.* 2. *lib.* 8. *cap.* 8. *n.*
12. *&* 13. ubi amplius firmat, quod ſi iſte admi-
niſtrans ante inſtitutionem litigat cum aliis, tali
caſu illud Jus, quo ipſo jure privatur, tribuitur
collitiganti, Lap. *d. allegat.* 8. *n.* 4. Rebuff. *in prax.
beneſ. par.* 3. *ſignatur. num.* 54. *&* 55. Gabriel. *conſil.*
199. *n.* 3. *lib.* 1. Rot. coram Mantica *dec.* 261. *n.* 2.
& coram Seraph. *dec.* 598. *n.* 1.

Et propterea ſtante hac privatione beneficii in-
curſa per Carolum ipſo jure propter intruſionem,
ſecunda gratia piſcatoria (quatenus eſſet ſignata)
in qua nulla facta fuit mentio de dicta intruſione,
ſeu adminiſtratione, remanſit ſubreptitia, & nulla,
itaut ex ea nullum jus fuerit Carolo acquiſitum, ut
in puncto loquens de pœna incurſa *ex cap. avari-
tiæ*, firmat Panormitan. *in cap. qualiter nu.* 8. *de e-
lect.* ibi – *& puto firmiter, quod ſi Papa, ignorans
illum ſe intruſiſſe, promovent eum ad Prælaturam,
quod talis promotio eſt ſubreptitia, nec habet titulum
verum Prælaturæ, quia requiritur diſpenſatio, ut
promoveatur, quam Papa non fecit, nec tacite, cum
ille ipſe ignoraret vitium intruſionis* – & concordat
Petr. de Baiſ. *in direct. election. par.* 2. *cap.* 8. Cucc.
*inſtit. Canonic. lib.* 4. *tit.* 1. *n.* 137. *& ſeqq.* Pax Jor-
dan. *tom.* 2. *elucubr. lib.* 10. *tit.* 8. *n.* 22. *in fine* Garz.
*de beneſ. part.* 9. *cap.* 2. *n.* 30. 31. *&* 34.

Et ratio concluſionis eſt, quia cum ſit priva-
tus propter crimen, Carolus non potuit amplius
promoveri ad eandem Præpoſituram ſine diſpen-
ſatione Papæ, ut in puncto Archidiac. *in cap. a-
varitiæ num.* 4. *in fine verſ. at numquid*, Panorm. *in
d. cap. qualiter num.* 8. *de elect.* Unde, quocunque
ſe vertat Carolus, nunquam probare poteſt, ſe
habere aliquod Jus quæſitum, ita ut ſemper re-
maneant in eſſe, & firma reſcripta Summi Pon-
tificis circa novum examen Gravinæ faciendum
per alios examinatores, quæ ſub aſſerto ejus præ-
judicio Carolus nulliter, & ſubreptitie modificari
fecit prout de jure.

Propoſita Cauſa ſub die 26. Junii 1697. reſpon-
ſum fuit – *eſſe locum admiſſioni ad novum examen
coram Decano, & Ponente* – ut in deciſione, de
qua infra, & S. Rota circa gravamen illatum ab
examinatoribus detulit fidei juratæ ipſius gravati No-
bilis, & Sacerdotis Theologi fide digni, in qua
fide narraverat totam ſeriem examinis, facti cum
caſibus, & articulis propoſitis, & reſponſionibus
ab ipſo datis. Et in ſequelam reſolutionis; deinde
Gravina examinatus fuit coram b. m. Urſino tunc
Decano, & R. P. D. Muto Ponente, qui eum a-
cerrime in examine detinuerunt per ſpatium unius
horæ, & ultra; & ab ipſis fuit approbatus uti ve-
re habiliſſimus; & deinde diſputatum fuit in Ro-
ta ſuper executione literarum Gravinæ, quæ de
facili fuit obtenta, cum jam Rota reſolviſſet con-
tra ipſum Carolum informantem ipſius literas non
eſſe exequendas.

Dicebam itaque, literas Apoſtolicas Gravinæ
eſſe juſtificatas in principali earum fundamento,
29 quod ipſe fuerit præſentatus per majorem partem
univerſitatis, quæ juſtificatio deficit in literis Ca-
roli, ideo illæ, & non iſtæ ſunt exequendæ, li-
cet anteriores in Data, ut in terminis præciſis in-
quit Rot. poſt Vivian. *de Jurepatronat. deciſ.* 142.
*ſub n.* 5. *& deciſ.* 148. *n.* 14. & coram Dunozz. Jun.
*deciſ.* 983. *n.* 5. Cardinal. de Luca *de Jurepatronat.
diſcurſ.* 42. *num.* 5. *& in deciſ.* 87. *num.* 17. *par.* 7. *Re-
centior.*

Quod autem Gravina fuerit præſentatus per ma-
jorem partem univerſitatis ex eo reſultat, quod ha-
bet electionem ſeu præſentationem factam ſub die
8. Februarii 1696. per Patritium, & duos jura-
tos, qui faciunt majorem partem Senatus in con-
curſu aliorum trium juratorum, qui præſentarunt
Carolum, dum Patritius ex conceſſione Proregis
habet vocem pinguiorem ſupra quemlibet juratum,
& in paritate votorum hinc inde prævalet, ac præ-
ponderat, & conſequenter gratia derogationis pro
medietate ſeu gratificatio de Jure debita erat Gra-
vinæ, ut in puncto de præſentato ab habente vo- 30
cem pinguiorem dixit Rota, me ſcribente, *In Lau-
den. Canonicatus* 27. *Junii* 1696. §. *finali* coram bon.
mem. Emerix, & firmant Decian. *Conſ.* 32. *n.* 16.
Lambertin. *de Jurepatronat. lib. primo par.* 2. *quæſt.
prima artic.* 24. *n.* 8.

Non obſtat electio Caroli facta antecedenter de
menſe Decembris 1695. tanquam multipliciter nul-
la; tum quia Senatus non fuit legitime convoca-
tus ab eo, qui habet poteſtatem convocandi; 31
qualis de Jure eſt Patritius caput, & prima Di-
gnitas univerſitatis ſecundum Canoniſtas *In capit.*
1. *de Majorit. & obedien. ſignanter* Innocent. *num.*
2. Panormitan. *numer.* 4. *verſic. item vacante*, Fe-
lin. *num.* 1. Barboſ. *num.* 4. Joann. de Anania *num.
primo*, Cardinal. Thuſch. *practicar. Concluſ. tom.*
8. *lit. V. concluſ.* 256. *num.* 2. Paſſerin. *de elect. capit.*
11. *quæſt.* 1. *numer.* 6. *verſic. aliàs ubi detur*; tum 32
etiam quia, cum non inſtaret lapſus termini ad
eligendum, nec ulla urgeret neceſſitas, non po-
tuit accelerari electio, & coarctari terminus Ju-
ris maxime per tres tantum juratos non conſti-
tuentes duas ex tribus partibus, ut docuit Hoſtien.
*in cap. cum nobis* 19. *numer.* 13. *ibique* Panormitan.
*n.* 9. *verſic. ſi autem non conveniunt de elect.* Lother.
*de re beneficiar. lib.* 2. *quæſt.* 17. *num.* 7. Lambertin.
*de Jurepatronat. par.* 2. *lib.* 2. *quæſt.* 2. *artic.* 19. *n.* 5.
*verſic. ſed adverte, & numer.* 7. Paſſerin. *de elect.
cap.* 11. *num.* 95. Lavor. *var. elucubrat. tit. de elect.
cap.* 18. *num.* 23. & magiſtraliter firmavit Rot. *de-
ciſ.* 5. *num.* 1. *cum plurr. ſeqq. par.* 18. *Recent.* & nu-
per, me ſcribente *in Recanaten. Beneficii* 9. *Maii*
1701. §. *conſtito, cum ſeqq.* coram R. P. D. Lan-
cetta.

Pariter non adverſatur, quod præponderantia vo- 33
cis Patritii ſuffragari non poſſit quoad actum præ-
ſentationis tanquam conceſſa per Proregem, qui
non habet poteſtatem aliquid ſtatuendi circa mate-
riam ſpiritualem Juriſpatronatus; quia conceſſio
Proregis non emanavit ſpecialiter ſuper ſolo jure
præſentandi, ſed generaliter quoad univerſitatem
omnium actuum per Senatum exercendum; id-
eo afficit conſecutive etiam actum electionis, ſeu
præſentationis, ſicut videmus in laico donante,
ſeu vendente univerſitatem jurium, & bonorum,
qui licet nequeat ſpecialiter diſponere de Jurepa-
tronatus annexo bonis vendendis, aut donandis,
tamen in genere, & acceſſorie poteſt illud cede-
re, & transferre ſub univerſalitate Jurium, & bo-
norum, ad tradita per Lambertin. *de Jurepatr. lib.*
2. *par.* 2. *quæſt.* 5. *artic.* 11. *num.* 3. *& artic.* 15. *nu-
mer.* 1. *&* 2. *& lib.* 3. *quæſt.* 9. *artic.* 5. *num.* 2. ubi e-
tiam firmat de Judice laico, quod poſſit judicare
de Jurepatronatus acceſſorie cum univerſitate bo-
norum, Vivian. *eodem tract. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 13.
Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 71. *n.* 10. Rot. co-
ram Ninott. *deciſ.* 4. *n.* 9. *& deciſ.* 12. *n.* 7. *&* 8. & co-
ram Bichio *deciſ.* 15. *n.* 5.

Sed evidentius, quia ſicut Rex poteſt ordina-
re, quod univerſitas tanquam corpus fictum repræ-
ſentetur per unum, vel plures decuriones, & re-

34 gentes; & iſti ſine dubio habent facultatem præſentandi, ut tradit Lambertin. *de Jurepatr. par. 2. lib. 2. quæſt. 2. artic. 11. num. 1. verſic. vel habent privilegium, & n. 2. fol. mihi* 747. ita & diſponere valet, quod una ex perſonis repræſentantibus univerſitatem habeat pinguiorem vocem, quam alia, itaut poſtea hæc vocis pinguedo debeat univerſaliter ſuffragari etiam ad effectum præſentationis ea ratione fundamentali, quod Rex tali caſu dicitur principaliter diſponere ſuper ipſa perſona ſeu corpore univerſitatis, eam, ſeu illud reſtringendo ad certos Officiales, cum aſſignatione vocis majoris, aut minoris, quoad omnia negotia in genere, & ſic nullo modo tangitur in ſpecie actus ſpiritualitatis, ſeu præſentationis, ſed venit de per ſe acceſſorie, & in conſequentiam, abſque eo, quod allegari poſſit quoad ipſum defectus poteſtatis laicalis, ut in ſimilibus terminis docet nunquam ſatis laudatus Lambertin. *de Jurepatronat. par. 1. lib. 2. quæſt. 3. artic. 17. numer. 15. fol.* 472. dicens, quod licet univerſitas laicorum nequeat transferre in extraneum Juſpatronatus, abſque conſenſu Epiſcopi, tamen poteſt conſecutive ſcilicet aggregando illum in Collegium, quia talis aggregatio operatur in conſequentiam, quod extraneus debeat præſentare ibi – *quod principaliter tunc non agatur de tranſlatione Juriſpatronatus, ſed de aggregando extraneum in Collegium, & in conſequentiam venit, ut præſentet cum Collegiatis, & ideo non requiritur conſenſus Epiſcopi*.

35 Obſervo ulterius, quod Prorex non ſolum conceſſit præponderantiam vocis Patritio, ſed etiam addidit quintum juratum, & quidem ad ſupplicationem univerſitatis; unde ſicut valet conceſſio Proregis quoad quintum juratum, dum iſte eligit, & præſentat ad Beneficia, & de facto fuit admiſſus in electione utriuſque collitigantis, ita & valere debet conceſſio pinguioris vocis Patritii ad effectum præſentandi.

Et rurſus, quia cum conceſſio Proregis emanaverit ad ſupplicationem Patritii, & juratorum pro evitandis inter ipſos diſſenſionibus, & diſcordiis in caſu electionum, & reſolutionum, non poteſt idcirco eadem conceſſio impugnari pro invalida, quia certum eſt in jure, patronos poſſe inter ſe convenire circa modum, & formam præſentandi, ad Text. *in Clem. plures de Jurepatr.* Urceol. *de tranſact. quæſt.* 27. *n.* 4. Rot. coram Duran. *d.* 56. *n.* 1. *& ſeqq.*

Et ceſſat omnis diſcurſus ex facto, dum habemus, quod Senatus alias congregatus pro electio- 36 ne ſeu præſentatione ad Canonicatum, fuit ſciſſus in duas partes, ſcilicet in Patritium, & duos juratos ex una, & tres juratos ex altera, ut in caſu præſenti; & licet Ordinarius inſtituiſſet præſentatum per tres juratos, tamen in gradu appellationis Tribunal Monarchiæ revocavit ſententiam Ordinarii, & conceſſit inſtitutionem præſentato per Patritium, & duos juratos ex motivo præponderantiæ vocis Patritii, ex quo ſane actu, licet unico, iſte ſine dubio acquiſivit ultimum ſtatum, ſeu quaſi poſſeſſionem præſentandi pro voto pinguiori, quæ proinde rejecta indagine tituli, debet unice attendi ad ſuſtinendam gratiam Apoſtolicam ex notoria *capit. Conſultationibus de Jurepatronatus*, Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 45. §. 2. *numer.* 18. Vivian. *de Jurepatr. lib.* 1. *capit.* 3. *numer.* 31. *& lib.* 11. *capit.* 6. *numer.* 27. Rot. *deciſ.* 167. *numer.* 9. *par.* 2. *Diverſor.* & in terminis deciſum fuit poſtea per Rot. me ſcribente *in Aſtoricen. Parochialis* 6. *Febr.* 1699. §. *ipſe enim*. coram R. P. D. Scotto.

Poſt hæc ſcripta per rationes generales, & ſufficientes ad caſum, inveni in puncto hujus articuli doctrinam individualem Tancredi *par.* 2. *quæſt.* 37 *moral. Tractat.* 5. *quæſt.* 7. *num.* 2. *&* 3. ubi præciſe firmat, conceſſionem vocis pinguioris factam Patritio per Proregem ſuffragari etiam in nominationibus, & electionibus ad Beneficia, & late reſpondet objecto laicæ poteſtatis per plura fundamenta, quorum aliqua ego ſuperius adduxi, & *dicto numer.* 3. *in fine* refert ita judicatum, unde tollitur omnis dubitatio, cum habere in terminis doctorem punctualem ſine contraditore idem ſit, ac verſari in caſu legis, ut ait Surd. *deciſ.* 229. *numer.* 36. Rot. coram Coccino *deciſ.* 2121. *numer.* 18. *verſic. quorum, & in Recent. deciſ.* 124. *numer. final. par.* 5. *& deciſ.* 106. *numer.* 7. *par.* 18. *tom.* 1.

Immo ſecundum opinionem præcitati Auctoris, Patritius habet duas voces ex motivo quod ipſe repræſentet duplicem perſonam; alteram nem- 38 pe, quatenus eſt unus ex Senatoribus conficiens numerum ſenarium cum aliis quinque; & alteram tanquam ſuperior, & caput Senatus: & ulterius, quia novum non eſt, quod prima dignitas, & caput Senatus habeat majorem vocem præponderantem in paritate votorum, dum major pars ea eſſe dicitur, quæ ſanioris eſt judicii, caput autem tanquam ceteris nobilius cenſetur eſſe judicii ſanioris, ac prudentioris, ut ratiocinatur Tancred. *d. quæſt.* 7. *numer.* 2. *verſic. tum quia major pars*, & eſt doctrina Canoniſtarum *in cap. autem de elect. ſignanter* Panormit. *numer.* 2. Capiblanch. de Baron. *tom.* 2. *c.* 2. *num.* 17. Maſtril. *de Magiſtrat. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 16. *&* 17. Caſſan. *in Catalog. glor. Mund. par.* 8. *conſiderat.* 36. §. *hinc eſt*, & Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 45. *n.* 74. ubi de Epiſcopo, & in terminis Decani Rot. *deciſ.* 420. *n.* 2. coram Millino, & in terminis Prioris *dec.* 214. *numer.* 4. coram Dunoz. Jun. vide ſupra *diſcept.* 4. *num.* 122.

Firmato ex his, Gravinam habere præſentationem majoris partis vocum, perneceſſe reſultat, Carolum non habere præſentationem medietatis Senatus, nec propterea ejus literas eſſe exequendas, ſed illas tantum Gravinæ; & ita obtinui ſub die 20. Novembris 1697. ut in deciſione inferius regiſtrata.

Dixi ſupra *numer.* 10. quod nullum dicitur jus quæſitum compræſentato ex capite inhabilitatis alterius præſentati, niſi accidentale, & conditionatum, quatenus ejus inhabilitas remaneat probata ex reprobatione, quæ non ſit amplius appellabilis; hinc propterea quæri poteſt, utrum, ſtante Jurepatronatus paſſivo reſervato favore unius ex conſanguineis fundatoris, ſeu patroni, ſi occurrente vacatione Beneficii, patronus præſentat unum ex conſanguineis inhabilem ſub ſpe futuræ habilitationis, exempli gratia diſpenſationis ab ætate vel Clericatus aſſequendi, hæc habilitatio concedi poſſit contradicente, & ſeſe opponente alio ex conſanguineis æque vocato, qui eſt habilis de tempore vacationis, ſub prætextu, quod habilitatio ſit in præjudicium ipſius, cui tanquam habili eſt jus quæſitum. Pro reſolutione quæſtionis diſtinguendi ſunt duo caſus.

Primus caſus eſt, ubi fundator vocavit habiles, & idoneos de tempore vacationis Beneficii, & 39 tunc exempli gratia diſpenſatio ab ætate non conceditur, eo quia præjudicat Juri quæſito alteri ex conſanguineis habili, & idoneo, cui ſtatim de tempore vacationis fuit jus quæſitum ex vacatione fundatoris, ut firmat Cardin. de Luc. *de Jurepatr. diſcurſ.* 70. *numer.* 16. *& diſcurſ.* 45. *numer.* 8. *verſ. ſed quia non agebatur*, idque procedit, tam ſi fundator ſimultanee, ac coæqualiter vocaverit certas perſonas de ſanguine, quam ſi per prius, & poſterius, exempli gratia, prius illos de agnatione, & in eorum defectum per poſterius illos de cognatione, ſeu prius aliquos de una familia, & deinde aliquos de alia ſubſidiarie, quia ſtatim ac prius vocatus de tempore vacationis non eſt habilis, aperitur jus ſubſidiarie vocatis, cum paria ſint, nullum adeſſe, ac adeſſe inhabilem ſeu incapacem.

Alter caſus eſt, ubi non fuit requiſita habilitas 40 de tempore vacationis, ſed præſentationis, & tali caſu poteſt patronus præſentare ſub ſpe futuræ diſpenſationis, & habilitatis abſque eo quod alius

de ge-

Digitized by Google

de genere vocatus, & habilis poſſit ſe opponere, & impedire diſpenſationem ea ratinne, quod patronus laicus habet tempus quadrimeſtris ad præſentandum habilem; unde non prohibetur, ſed poteſt intra quadrimeſtre præſentare inhabilem ſub ſpe futuræ diſpenſationis; dummodo tamen hæc habilitas ſeu diſpenſatio obtineatur intra eundem terminum quadrimeſtris, ut tradit Card. de Luc. *de Jurepatr. diſcurſ. 45. num. 7. & 8. & diſcurſ. 70. num. 17. & ſeq. & diſc. 82. num. 5.* & quod fieri poſſit præſentatio de inhabilitate ætatis ſub ſpe prædicta, dummodo diſpenſatin obrineatur intra terminum quadrimeſtris, dicunt Conrad. *in prax. benef. lib. 4. cap. 6. num. 26.* Ventrigl. *in prax. par. 2. annot. 6. §. 1. numer. 8. verſ. ſed minor. ibique* Carol. Anton. de Luc. *num. 7.* Rot. *dec. 147. n. 20. poteſt.* Vivian. *de Jurepatr.*

Neque adverſatur, quod hæc diſpenſatio ab ætate ſit præjudicialis juri quæſito alteri ex vocatis, nec proinde concedi poſſit, quia, durante termino ad præſentandum, alter ex vocatis nul-
41 lum habet jus quæſitum, ſed ſolam ſpem, & potentiam, quatenus diſpenſatio præſentati intra terminum prædictum non obtineatur; unde cum patronus habeat tempus quadrimeſtris ad præſentandum habilem, poteſt habilitas procurari in dicto termino, cum ille non cogatur præſentare habilem in principio quadrimeſtris, ſed poſſit diferre præſentationem habilis ad ultimum diem termini, quo propterea durante, non poteſt alter de genere vocato ſe opponere ſub prætextu Juris quæſiti, cum nondum ſit illi jus quæſitum niſi quando in ultimo die quadrimeſtris, ubi adeſt obligatio præſentandi, præſentatus non eſt habilis, ut in puncto diſcurrit Card. de Luca *de jurepatr. dict. diſc. 45. ubi ſupra* & melius *diſcurſ. 70. numer. 17. & ſeqq.* ubi refert caſum, quem ipſe habuit in Rota, *& diſcurſ. 82. numer. 5.* eumque refert, & ſequitur Carol. Anton. de Luca ad Ventrigliam *in prax. par. 2. annot. 6. §. 1. n. 8. & in Tract. de Lima legal. lib. 1. art. 24. n. 11.*

42 Fortius autem, quando ille, qui ſe opponit ſub prætextu præjudicii, eſset vocatus ſubſidiarie in defectum nempe illius inhabilis, qui fuit præſentatus ſub ſpe futuræ diſpenſationis ab ætate; hoc enim caſu deberet expectare lapſum quadrimeſtris, & videre an intra illum fuiſset obtenta diſpenſatio, nec interim allegare poſset ſuum præjudicium, dum hoc dicitur accidentale, & conditionatum in caſu, quo intra quadrimeſtre non fuerit habilitatus prius de genere vocatus, & ſic in tempore neceſsario ille non reperiatur habilis; nam alias, antequam lapſus ſit terminus quadrimeſtris conceſſi ad præſentandum, non poteſt dici, quod non reperiatur habilis, cum poſſit habilitare in d. termino, & propterea ſubſidiarie vocatus non poteſt impedire habilitationem intra terminum quadrimeſtris, cum in hoc termino non dicatur habere jus aliquod quæſitum, in quo ſolum attenta gratia diſpenſationis dicitur præjudicialis, ſed habere meram ſpem remotam in eventum, in quem intra quadrimeſtre præſentatus non fuerit effectus habilis; ergo habens ſolam ſpem dependentem a conditione diſpenſationis non poteſt proprio facto impedire purificationem conditionis, ut ſibi jus devolvatur, ac quæratur; eſset enim iniquiſſima praxis, quod habens ſpem pendentem ex conditione, quæ poteſt eſse, & non eſse, conſulto facere poſset, ut illa conditio verificaretur in favorem ſuum, & præjudicium alterius, impediendo habilitatem prius vocati, quæ poteſt obtineri per diſpenſationem Papæ ſuper ætate, & quæ paſſim conceditur in beneficiis de jurepatronatus etiam exiſtentibus in ætate novem, ſeu decem annorum ex cauſa rationabili, puta ſi Clericus præſentatus ſit ex conſanguineis patronorum, vel compatronis, vel de ſanguine fundatoris, Vivian. *in prax. juriſpatr. lib. 6. capit. 6. numer. 9.* Conrand. *in prax. diſpenſ. lib. 4. cap. 6. numer. 10. in fine verſic. pariter.*

Quod ſi petita fuerit diſpenſatio ab ætate in- 43
tra quadrimeſtre, & impedita ex oppoſitione alterius ex vocatis nullum jus habentis, ut prædixi, tunc, durante tempore impedimenti, non curreret terminus quadrimeſtris, prout non curreret, ſi ageretur de præſentato ſub conditione Clericatus, & Ordinarius abſque juſta cauſa illum denegaret, Card. de Luc. *de jurepatr. diſc. 47. num. 8. in fine*, ubi dicit, quod poteſt appellari ab injuſta Ordinarii denegatione cum proteſtatione, quod interim terminus currere non debeat ob injuſtum impedimentum; ego tamen neceſſariam non puto proteſtationem, quia impedito ipſo jure non currit tempus *l. quibus diebus ff. de condit. & demonſtr. l. prima in fine Cod. de annal. except. capit. quia diverſitatem de conceſſ. præben. & capit. final. de electiun.* Barboſ. *Axiom. 116. num. 1.* Card. de Luc. *de uſur. diſc. 7. numer. 12. & de cenſib. diſc. 27. numer. 4.* & propterea in his caſibus ſufficere, diſpenſationem ſeu habilitatem fuiſſe obtentam in termino quadrimeſtris, computando illum, ſublato tempore, quo duravit impedimentum, hoc eſt conjungendo tempus ante, & tempus poſt ipſum impedimentum inchoatum, & ceſſatum reſpective, ut per Card. de Luc. *de cenſib. diſcurſ. 27. numer. 4.*

## R. P. D. MUTO

### Syracuſana Præpoſituræ

*Mercurii 5. Decembris 1699.*

OCcaſione vacationis Præpoſituræ in Collegiata Eccleſia Divi Juliani Civitatis Calatayeronis Syracuſanæ Diœceſis, ſecutæ de menſe Octobris anni præteriti, tres ex quinque juratis di- 44
ctæ Civitatis, ad quos & Patritium ex erectionis lege Jus ad eam præſentandi ſpectat, die 18. Decembris ejuſdem anni duntaxat congregati, cum reliqui licet ad intereſsendum moniti accedere renuerint, præſentarunt Carolum Pagliam, qui ſucceſſive, & huic præſentationi inhærens, præmiſſaque enunciativa Sanctiſſimo Domino Noſtro, quod ipſe a medietate ſaltem patronorum nominatus fuiſset ſolitas literas Apoſtolicas pro præſentato ab eadem cum derogatione alteri medietati obtinuit; Cumque adhuc, durante quadrimeſtre patronis de Jure conceſso, Patritius, ac reliqui duo jurati, qui præcedenti nominatinni non interfuerunt, poſt factam interpellationem aliis præſentaverint Michaelem Gravinam, ſimiles literas Apoſtolicas paulo poſt impetrantem, & illi præſentationem in perſonam Pagliæ confirmaverint, utriuſque proviſi literæ per Datariam mihi fuerunt pro executione directæ, & in præſenti audientia conſului DD. quænam ex illis eſſent exequendæ, &, Carolo tantum informante, pro nunc reſponſum obtinui — *Ejus literas non eſſe exequendas.*

Moti ex eo, quod deficit juſtificatio ſuarum 45
literarum omnino pro executione *requiſita capit. 1. de lite Conteſt.* Rot. *in Recent. deciſ. 251. num. 2. par. 2.* coram Dunoz. Jun. *dec. 1007. num. 1. & in Mantuana Beneficii 10. Decembris 1691. §. Cum enim*, coram Reverendiſſimo Manuel. Quandoquidem non verificatur in principali ſuppoſito, ſeu narrativa, quod Carolus ad controverſam Præpoſituram ſaltem a medietate patronorum præſentatus extiterit, nam ex datis ejus *Summ. num. 3. & 5.* patet fuiſſe ſolum præſentatum a tribus juratis, qui medietatem vocum expoſitam non conſtituunt, cum ex generali indulto Proregis Siciliæ conceſſo dictæ Civitati Calatayeronis de anno 1637. de quo *dicto Summario numer. 10.* tres jurati non conſtituant paritatem votorum; ſed habeantur pro minori parte reſpectu Patritii, & aliorum duorum juratorum, quorum voces in paritate præponderant, & majorem partem conſtituunt, ut in his terminis advertit Tancred. *queſt. moral.*

*moral. par. 2. tractat. 5. queſt. 7. num. 2. & 3. fol. 231. cum ſeqq.* Sicut etiam, & ut plurimum in publicis comitiis ſervatur, quod in paritate votorum pars illa prævaleat, in qua Præſes, ſeu conſilii caput concurrit, uti teſtatur Ricc. *collect. 316. verſ. ſed in Senatu*, Creſp. de Valdaur. *obſer. 112. numer. 22.* Theſaur. *deciſ. 1. numer. 5. & per totum*.

Abſque eo, quod obſtare viſa fuerit reſponſio data ab informante, quod præfatum Proregis indultum uti conceſſum a Principe laico intelligatur
46 compatibiliter de actibus ſeu reſolutionibus prophanis, & œconomicis; ſecus autem, ut hic ſupponitur, Eccleſiaſticis, & Beneficialibus; tum quia ſimplex præſentatio, de qua agitur, ad Beneficium de Jurepatronatus, eſt actus mere laicalis; nam expletur etiam per laicos, tam maſculos, quam feminas; tum etiam quia prænunciatum Indultum non niſi remote, & per accidens hoc Jus præſentandi comprehenderet, cum generale ſit, quod Syndicus in omnibus reſolutionibus duas habeat voces, quo enim caſu ceſſat vis objecti, uti per plures rationes tuetur dictus Tancred. *queſt. moral. dicta queſt. 7. numer. 4. in fine & numer. 3.* ubi in puncto de hoc Syndico, & ait ita fuiſſe deciſum, ſicuti in ſimili, quod licet univerſitas laicorum nequeat directe transferre in extraneum Juſpatronatus abſque conſenſu Epiſcopi, tamen valeat conſecutive illum aggregando in Collegium, optime firmat Lambertin. *de Jurepatronat. part. 1. queſt. 3. artic. 17. numer. 11. fol.* 472. Tum demum, quia cum relatum indultum emanaverit ad ſupplicationem Patritii, & juratorum pro evitandis diſſenſionibus, atque diſcordiis inter ipſos, prætendi non poteſt inefficax quoad jus præſentandi, cum receptum ſit, poſſe patronos certam ſibi legem præſcribere, aut ab altero ferendam amplecti, quoad modum, & formam præſentandi, juxta Text. *in Clement. plures de Jurepatron.* Gonzal. *ad regul. 8. gloſſ. 45. §. 1. num. 58.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 71. numer. 30. in fine* Vivian. *de Jurepatr. lib. 4. cap. 1. num. 69. & ſeqq.* Urceol. *de tranſact. q. 27. num. 4.* Rota coram Durano *deciſ. 56. numer. 1. cum ſeqq.*

Præterea præſentatio Caroli ab antedictis tribus juratis facta, & in vim cujus fuerunt expeditæ ejus literæ Apoſtolicæ, nulla & invalida detegitur etiam, ex quo non intervenerunt in eadem ceteri
47 duo jurati, & Patritius, qui licet moniti, cogi non poterant ad intereſſendum, & præſentandum, durante quadrimeſtre a jure conceſſo, præſertim, cum nulla urgeret neceſſitas, Hoſtienſ. *in cap. cum nobis 19. numer. 13.* ibique Panormitan. *numer. 6. verſ. ſi autem de election.* Lambertin. *de Jurepatron. part. 2. lib. 2. queſt. 2. artic. 89. num. 5. verſ. ſed adverte, & num. 6.* de Luca *de Jurepatr. diſc. 45. n. 8.* Paſſerin. *de elect. capit. 11. numer. 95.* Rot. *in recent. deciſ. 5. num. 1. cum ſeqq. part.* 18. Et quamvis poſtea, quando omnes inſimul congregati ad præſentandum convenerunt, illi tres confirmaverint præſentationem jam factam favore Pagliæ, & quatenus opus eſſet, denuo præſentaverint, literæ tamen, quarum executio petitur, & non fuerunt, ut dictum fuit, expeditæ vigore hujus novæ præſentationis, quæ ideo non ſuffragantur, niſi expediatur nova proviſio per rationem redditam a Rota coram Mohedan. *deciſ. 12. numer. 4. & 5. de renunciation.* coram Verallo *deciſ. 52. num. 3. & 4. part. 2.*

Et ita, Carolo tantum informante, & ſuccumbente, deciſum fuit &c.

## R. P. D. M U T O.

### Syracuſana Præpoſituræ.

*Merc. 26. Junii 1697.*

AD Præpoſituram Inſignis Collegiatæ Divi Juliani Civitatis Calatayronis Syracuſan. Diœceſis, cui imminere curam animarum non contendunt Patres, de menſe Octobris 1695. vacan- 48 tem, jurati, & Patritius dictæ Civitatis, quibus ex fundatione Juſpatronatus ſpectat, inter ſe diviſi ad geminas præſentationes devenerunt, alteram nimirum in perſonam Caroli Pagliæ œconomi, alteramque favore Canonici Michaelis Gravinæ, qui ambo ſolitas literas Apoſtolicas pro præſentato cum derogatione medietatis vocum mihi directas impetrarunt, quibus Tribunali noſtro exhibitis diſputatoque dubio die 4. Decembris anni præteriti, *An & quæ literæ ſint exequendæ*, *Rota cenſuit*, *Caroli literas non eſſe exequendas*, *ſuſpenſa reſolutione quoad illas Michaelis eo tempore non informantis ex rationibus adductis in deciſione deſuper edita*; Cumque hoc interim Michael in Curia præſens ad juſtificandam ejus habilitatem quoad curam animarum ex præſcripto Sacr. Concilii Tridentini, ſuarumque literarum in forma dignum, bis ſe præſentaverit examinatoribus Eminentiſſimi Urbis Vicarii, & prima vice fuerit eidem injunctum, ut ad examen rediret. Secunda vero reprobatus remanſerit, cauſam præbuit tam Michaeli appellandi a relatione iſtorum examinatorum, recurrendique ad Sanctiſſimum, qui ſub die 6. dicti menſis Decembris mandavit, ut denuo exponatur examini, & quod interrogetur, & reſpondeat in ſcriptis, deindeque reſcripſit ad relationem R. P. D. Vicesgerentis ad Rotam pro deputatione aliorum examinatorum, quamvis noviſſime per Decretum R. P. D. Auditoris Sanctiſſimi habito oretenus præcedenter illius oraculo reſcriptum hujuſmodi reductum fuerit ad viam Juris, quum etiam Carolo novas ab eodem Sanctiſſimo Domino N. literas impetrandi ob ſuppoſitam inhabilitatem Michaelis in dd. geminis examinibus detectam, ut propterea magis aucto calore judicii inter has partes Michael novum ſubire examen non hæſitans coram aliis tamen examinatoribus ab hoc Sacro Auditorio deputandis aſſumpſit hodie coram me diſputationem dubii alias, & ſub die 7. Jannarii præteriti demandati — *An ſit locus admiſſioni ad novum examen, & coram aliis examinatoribus, quam deputatis ad formam Sac. Concilii Tridentini*, & eſſe locum hujuſmodi admiſſioni coram Reverendiſſimo Domino meo Decano, & me tanquam juri congruum reſpondendum eſſe Patribus cenſuerunt.

Moti ex eo, quod cum Michael a relatione examinatorum Domini Cardinalis Vicarii urbis appellaſſet multipliciter ſentiens ſe gravatum, dene- 49 gari non potuit novum examen; Nam iſte eſt optimus modus probandi ſcientiam examinati alias rejecti, & gravamen ab examinatoribus illatum, ut inquit Rota *deciſione 8. de probat. deciſione 18. num. 4. de conceſ. Prabend. in novis* coram Gregor. *deciſ. 527. num. 2.* ibique Adden. *n. 4.* coram Cocc. *deciſ. 682. num. 3.* & coram Merlin. *dec. 156. num.* 10. Quin dubitatum fuerit Michaeli licitam fuiſſe appellationem a relatione præfatorum examinatorum, cum eadem admittatur de conſtanti merite Sacræ Congregationis Concilii, cui famulari ſtudet Tribunal noſtrum, ſignanter *in una Piſtorien. concurſus 12. Auguſti* 1602. coram Sanctæ memoriæ Clemente VIII. in qua inter alios Cardinales interpretes interfuere Blanchettus, Mantica, & Plattus olim noſtri Ordinis PP. conſcripti, uti teſtatur, & diſcuſſo formiter articulo in hoc ſenſu, & præcipue a numero ſecundo, aliaſque reſolutiones referunt Fagnan. *in cap. cum ſit ars a num. 50. de etat. & qualitat.* Novarr. *in Summar. Bullar.*

*par. 2.*

*par. 2. tit. de concurſ. ad Paroch. numer. 26. in fine* Barboſ. *in Summ. Apoſtol. deciſ. in verb. appellationum* 9. ſignanter cum agatur de proviſo in forma dignum, & de præſentato ad Præpoſituram Curatam de jurepatronatus laicorum, ut in ſpecie de proviſo in forma dignum, Pax Jordan. *tom. 2. elucubr. lib.* 10. *tit.* 8. *numer.* 189. *&* 246. Garz. *de Benef. par.* 9. *capit.* 2. *numer.* 76. Rot. *de execut. literar. Apoſtolic. cap.* 10. *numer.* 24. & in terminis de præſentato ad Parochialem jurispatronatus, Pax Jordan. *ubi ſupra numer.* 189. Garz. *de Benefic. par.* 9. *cap.* 2. *num.* 245. Pignatell. *conſult.* 77. *n.* 65. *tom.* 9.

Idque facilius animadvertentes DD. quod Michael ab ejus Ordinario præcedenter approbationem reportaverat ad quæcunque Beneficia, quamvis Curata, & in ſpecie ad Præpoſituram con-
50 troverſam, ut dum ſemel habilitas hujuſmodi fuerat acquiſita, cum illa inhæreat menti, & animo, præſumendum non eſt, quod tam de facili obtenebrari potuerit in novo examine, cum actus ſcientifici ſint ad inſtar formæ, quæ imprimitur ſtabilis in intellectu, ita ut non deleatur, niſi organa illius corrumpantur, juxta ſenſum Rot. *in recen. deciſ.* 175. *numer.* 9. *cum ſeqq. par.* 18. cum ibi allegatis; ſed cenſeri potius debeat reprobationem ſecutam, vel ex nimio in hypotheſi rigore examinatorum, ut patuit ex eorum quæſitis, & reſponſionibus, *Summ. Michaelis numer.* 4. vel ex quo iſte fuerit timore concuſſus, aut rubore confuſus, quod diſertiſſimis, & veteranis Oratoribus aliquando contigiſſe advertit Rot. coram Merlino *d. deciſ.* 159. *numer.* 12. *& ante ipſam gloſſ. in verb. omnes in l. ſiciona Cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annorum*, Archidiac. *in Can. de quibuſdam num.* 5. *in fin. diſtinct.* 37. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſ.* 4. *num.* 119. *& ſeqq.* Garz. *de benef. par.* 9. *cap.* 2. *num.* 251.

Haud ſubſiſtente replicatione, quod hoc novum examen admitti non poſſit poſt prætenſum jus quæſitum Carolo collitiganti, juxta *deciſ.* 362. co-
51 ram Bich. & quia hoc interim Michael ſtudere, ac doctior evadere potuerit, Carolus ſiquidem nullum adhuc jus ex ſuppoſita inhabilitate alterius acquiſiviſſe dici poteſt. Nam, ſi reſpiciamus ad primam ejus gratiam, eadem declarata fuit inexequibilis, & quod magis eſt, ipſo duntaxat informante, ut in relata deciſione edita die Decembris anni præteriti coram me; ſi vero ad ſecundam ſub motivo relatæ inhabilitatis Michaelis, nec adhuc ex iſta jus quæſitum Carolus prætendere poteſt, cum non ſit certa ejus inhabilitas, ex quo pendeat appellatio a relatione examinatorum ante gratiam interpoſita, ut donec, & quouſque non appareat inhabilitas ex nova reprobatione in novo examine confirmata, dici non poteſt jus quæſitum impetranti ex hoc capite inhabilitatis, nec eſt ambigendum reiterata examina demandari poſſe ad eam detinendam, quæ ceteroquin ex uno, vel duplici examine non bene dignoſcitur, ex Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 4. *n.* 121. Nicol. *in floſcul. verb. examen num.* 6. Rot. coram Merlino *deciſ. ejuſ. in principio*, ubi etiam legitur quartum examen conceſſum fuiſſe; alias enim appellatio a præcedenti examine remanſiſſet ſuperflua contra ſuperius firmata, abſque eo quod contrarium firmare videatur præadducta *deciſio* 362. Bichii; nam illa in ſubſtantia firmat novum examen abſque citatione partis non eſſe attendendum, & ulterius examen reſpiciebat ſolum literaturam, non autem alias qualitates, quibus ibi collitigans præpollebat, & in omnem caſum magis fundata viſa fuit *deciſio* Merlini 159. in hoc præciſo caſu edita, & loquens de proviſo, ut hic in forma dignum, præſertim, quia ſecunda gratia impetrationis Caroli nondum ſignata apparuit, ante quam ſignaturam quæſitum Jus dici non poteſt ad Text. *in cap. ante de reſcript.* Roſa *de execut. liter. Apoſtolic. lib.* 1. *capit.* 1. *num.* 41. Et Carolus poſt obtentam præſentationem a juratis, & ante inſtitutionem debebat ob œconomatum ſe abſtinere, ad Text. *in cap. Avaritia de elect. in* 6. Barboſ. *de Paroch. cap.* 2. *num.* 36. Jordan. *tract.* 2. *lib.* 10. *tit.* 8. *n.* 30. Vivian. *de jurepatronat. par.* 2. *lib.* 8. *cap.* 8. *n.* 12. *&* 13.

Minoris relevantiæ redditur objectum, quod ob lapſum temporis poſt reprobationem Michael potuerit doctus evadere; itaut medio tempore præ- 52
ſumatur habilitas acquiſita; talis etenim præſumptio ceſſat; tum ex quo ante Michael renunciatus fuerat ad hanc eandem Præpoſituram ab Ordinario idoneus; tum etiam ex quo excluditur ex brevitate tempori paucorum menſium, qui duntaxat effluxerunt, ut advertit etiam Rot. coram Merlino *ſæpedicta deciſ.* 159. *ſub nu.* 10. & prius coram Gregor. *deciſ.* 527. *num.* 3. Tum etiam, quia nullus in hoc caſu conſiderandus eſt temporis lapſus, dum Michael poſt reprobationem incontinenti inſtetit apud Sanctiſſimum pro novo examine, & obtinuit; ſed Carolus illi ſe oppoſuit prius ſub prætextu, quod diſputandum eſſet dubium in Rota, & poſtea recurrendo ad eundem Sanctiſſimum, & impetrando reſcriptum reducens præcedens novi examinis ſibi contrarium ad viam juris, in quibus ſane facti circumſtantiis lapſus temporis objici non poteſt, Rot. coram Gregor. *dicta deciſ.* 577. *num.* 3. ibique Adden. *ſub numer.* 5. & coram Coccino *deciſ.* 682. *num.* 4. coram Merlino *citata deciſione* 139. *numer. prim.* coram Arguello *deciſ.* 109. *numer.* 31. *&* 32. coram Cerro *deciſ.* 788. *numer.* 4. *& in Calaguritana Beneficii de Arenzana* 12. *Junii* 1704. *§. accedit*, coram me.

Firmato ex his admittendum eſſe, Michaelem ad novum examen, cum nec æquum, nec juſtum fuerit iſtud demandare eiſdem examinatoribus Do- 53
mini Cardinalis Vicarii, a quibus Michael appellaverat; nam durum nimis eſt, ut quis cogatur eorum ſubire judicium, quod ſibi contrarium in priori examine expertum fuit, ut ait Vener. *in examine Epiſcop. lib.* 4. *cap.* 45. *numer.* 40. & Garz. *de Benefic. par.* 9. *cap.* 2. *numer.* 245. *in fine*. Domini arbitrati ſunt, hoc novum examen peragendum eſſe coram Reverendiſſimo Decano, & me, prout practicatum fuit in caſu relatæ *deciſ.* 159. coram Merlino, ſicuti legitur in ejus exordio.

Et ita reſolutum utraque &c.

## R. P. D. MUTO

### Syracuſana Præpoſituræ.

*Mercurii 20. Novembris 1697.*

SUper Præpoſitura Dignitate principali cum cura animarum vacante in inſigni Collegiata Divi Juliani Calatayeronis de Jurepatronatus univerſitatis, & populi, ſeu Patritii, ac quinque juratorum civitatis ejuſdem, expeditis literis Apoſtolicis, tam ex parte Caroli Gagliæ a tribus ex dictis juratis præelecti cum derogatione medietatis vocum, quam Michaelis Gravinæ præfatæ Eccleſiæ Canonici a Patritio, & ceteris duobus juratis nominati, Rota coram me, cui literæ pro executione directæ fuerunt, cenſuit obtentas a Carolo non eſſe exequendas, reſervata cognitione quoad illas Michaelis non informantis, minuſque tunc de illarum juſtificatione docentis, prout ex deciſione deſuper extenſa ſub die 5. Decembris anni præteriti.

Ad hoc, ut Michael in Curia præſens juſtificare valuiſſet ipſius habilitatem quoad curam animarum ex præſcripto tam Sac. Trident. Synodi, quam ſuarum literarum in forma dignum requiſitam, & quæ præcedere debeat executionem ſemel, iterumque ſe præſentavit examinatoribus Eminentiſſ. D. Card. Vicarii urbis a me deputatis, a quibus pro prima vice injunctum fuit, ut ad novum examen rediret, & pro altera reprobatus extitit;

extitit; unde motivum ſumpſit Carolus recurrendi ad Sanctiſſ. & expoſita Michaelis inhabilitate, novam gratiam impetrandi; verum appellante hoc interim ad Rotam eodem Michaele a mala prædictorum examinatorum relatione, atque Judicio, aſſerens ſe ab illis multifarie læſum, atque gravatum ſubſcripſi dubium, *An ſit locus admiſſioni ad novum examen, & coram aliis examinatoribus*, eoque diſputato die 26. Junii præteriti utraque Parte informante, reſolutio prodiit, *Locum eſſe petitæ admiſſioni*, coram Reverendiſſimo D. meo Decano, & coram me, ex rationibus late deductis in deciſione ſub dicta die emanata, in vim cujus habito propterea per eundem Reverendiſſimum D. meum Decanum, & per me accurato, & diligenti examine die 14. Septembris de proximo elapſi Michael uti repertus in eo habilis, & idoneus ad curam animarum, approbatus fuit ad Præpoſituram, de qua agitur, ut hodie in repropoſitioni dubii principalis ſuper executione literarum: *An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis, & an literæ Apoſtolicæ Michaelis ſint exequendæ*, non hæſitaverint Patres perſiſtere *in deciſis*, quoad primam ejus partem, & quoad ſecundam *affirmative* reſpondere.

Quo enim ad primam, fundamenta deciſionis editæ ſub præcitata die 5. Decembris ſuperioris anni firmantis exequendas non eſſe literas Caroli ſubſiſtere viſa fuerunt; eo quia cum ipſe præſentatus minime fuiſſet a medietate patronorum, prout SS. D. Noſtro narraverat, ejus literæ pro præſentato cum derogatione medietatis vocum, vel
55 ob malam expreſſionem remanent obreptitiæ, proindeque non exequendæ, ad Tex. *in capit. in noſtra de reſcrip.* Rot. *in Lucana Beneficii 7. Maii* 1694. §. *Non minus, in Salamantina Beneficii ſub eiſdem die, & anno* §. *Apparuit*, coram R. P. D. meo Molines, *& in Nullius, ſeu Pampllonen. Beneficii de Berbinzana* 10. *Maii præterit.* §. *Reſolutionis ſiquidem*, coram me; ſeu redduntur inutiles; dum impetrans non probat, ſe fuiſſe præſentatum a medietate patronorum, ut inquit Rot. coram Dunoz. jun. *dec.* 983. *num.* 5. ut cum illis Carolus impedire non poſſit executionem literarum Michaelis, dum non evadit legitimus contradictor, Rot. *in rec.* 296. *numer.* 20. *&* 21. *par.* 16. *in Tuden. Beneficii 6. Maii* 1693. §. *Nec impedimento in fine*, coram R. P. D. meo Caprara, & cum aliis in *Aquiſgranen. Canonicatus* 18. *Martii præteriti* §. *fin.* coram me.

Quod autem Carolus a tribus juratis nominatus non fuerit a medietate, prout expoſuit, patronorum præſentatus, liquet ex eo, quod ſicuti,
56 ut prædictum fuit, Juſpatronatus ſpectat univerſitati, ac populo, & pro eis Patritio, ac juratis, Patritiuſque tanquam illorum caput, vocem habet ceteris præponderantem ex Indulto Proregis Siciliæ conceſſo anno 1637. *Sum. Michaelis num.* 6. & de hoc Patritio in ſpecie advertit Tancred. *quæſt. moral. par.* 2. *tract.* 5. *quæſt.* 7. *num.* 2. *&* 3. *fol.* 231. *cum ſeqq.* cujus individuæ auctoritas contradictorem non habens, eſt pro lege habenda, ut dixit Rot. coram Coccino *dec.* 2133. *numer.* 18. *in rec. dec.* 106. *num.* 7. *par.* 16. *dec.* 21. *num.* 19. *par.* 19. *& in Gerunden. Beneficii* 8. *Martii præteriti* §. *Secus autem*, coram me, præſertim, cum ita fuerit judicatum, & obſervatum, prout refert idem Tancred. *ubi ſupra*, ob quod ceſſat quælibet ambiguitas, Rota *in dicta Gerundenſi Beneficiis* §. *Demum conſonant*, conſequens eſt, quod quoties tres jurati, ut in caſu Caroli, aliquem præſentant, alium vero ceteri duo, & Patritius, hi majorem partem conſtituunt, quod eſt conforme praxi publicorum comitiorum, & conſiliorum, ubi in paritate votorum prævalet pars illa, in qua Præſes, ſeu caput concurrit; Creſp. de Valdaur. *obſer.* 111. *num.* 22. cum aliis in deciſione, quæ confirmatur §. *Moti ex eo*; nam Præſes ſeu caput cenſetur eſſe judicii ſanioris, & prudentioris, ut ratiocinatur Tancred. *d. q.* 7. *num.* 2. *verſ. Tum quia*, traduntque Capiblanc. *de Baron. tom.* 2. *cap.* 72. *n.* 17. Maſtril. *de Magiſtrat. lib.* 2. *c.* 8. *num.* 16. *&* 17. Rot. coram Millin. *dec.* 410. *num.* 3. *& dec.* 420. *num.* 2. Ac quia in univerſitate, licet ſeculari, major pars non conſiſtit in ſolo numero, ſed in dignitate, auctoritate, ac merito perſonarum, ut tradit *Abb. in c.* Eccleſia veſtra 2. *n.* 7. *de elect.*

Nec ex eo, quod præfatum Indultum præponderantiæ voti Patritii conceſſum fuerit a Prorege Principe laico, prætendi poteſt, non eſſe attendendum in materia præſentatorum ad Beneficia, quidquid ſit in aliis actibus, & reſolutionibus prophanis, & œconomicis; Tum quia non emanavit ſpecialiter ſuper jure præſentandi, ſed genera- 57
liter quoad univerſitatem omnium actuum per juratos, & Patritium gerendorum, ut allegari nequeat defectum poteſtatis, dum conceſſio eſt generalis, quæ directa non eſt ad rem ſpiritualem, ſed ſolum acceſſorie, & conſecutive afficit electionis, ſeu præſentationis actum, ut, diſcuſſo articulo, obſervat Tancred. *in loc. ſupr. citat.* & deciſio præterita §. *abſque eo quod*. Princeps ſiquidem ſicut præcipere poteſt, quod univerſitas, tanquam corpus fictum, repræſentetur per unum, vel plures decuriones, & agentes, ita & diſponere valet, quod una ex perſonis repræſentantibus pinguiorem vocem habeat, quam alia indiſtincte in omnibus actibus, ex relata ratione, quod Princeps in hoc caſu dicitur diſponere principaliter ſuper ipſa perſona, ſeu corpore univerſitatis, eam reſtringendo ad certos officiales cum aſſignatione vocis majoris, aut minoris, quoad omnia negotia in univerſum, & in genere, itaut nullo modo tangatur actus ſpiritualis acceſſorius, ut proſequitur Tancred. *dict. quæſt.* 7. *ſub numer.* 2. *verſ. Sicut ex eo*, & bene Lambertin. *de Jurepatr. part.* 1. *lib.* 2. *quæſt.* 3. *artic.* 27. *numer.* 15. *fol.* 472. Ob quam rationem videmus etiam in laico donante, ſeu vendente jurium, & bonorum univerſitatem, ut licet non valeat diſponere de Jurepatronatus annexo bonis; tamen illud in genere, & acceſſorie poſſit cedere, & transferre ſub univerſitate jurium, atque bonorum, ad tradita per Lambert. *de Jurepatr. lib.* 1. *par.* 2. *q.* 5. *artic.* 11. *num.* 3. *& art.* 15. *num.* 1. *&* 2. *& lib.* 3. *qu.* 6. *art.* 5. ubi idem refert de Judice laico, quod poſſit judicare de Jurepatronatus acceſſorie cum univerſitate bonorum, Vivian. *lib.* 4. *c.* 5. *num.* 13. Rot. coram Bich. *dec.* 25. *num.* 5. & coram Ninot. *dec.* 4. *num.* 9. *&* 17. *num.* 7. *&* 8. Tum etiam, quia cum memoratum indultum editum fuerit, ſupplicantibus ipſis Patritio, ac juratis pro evitandis diſſenſionibus, atque diſcordiis inter ipſos in caſu reſolutionum, & electionum, inanis redditur exceptio illius inefficaciæ; cum regula ſit, poſſe patronos quoad modum, & formam præſentandi convenire; certamque ſibi legem adjicere, ſeu amplecti, ad Text. *in Clem. Plures de Jurepatr.* Urceol. *de tranſact. quæſt.* 27. *numer.* 4. Rot. coram Duran. *dec.* 56. *numer.* 1. *cum ſeqq.*

Quo vero ad ſecundam propoſiti dubii par- 58
tem irrefragabilis hodie viſa fuit executio literarum Michaelis, cum ſint in omnibus juſtificatæ; nam vacatio Præpoſituræ exiſtentia, & pertinentia Juriſpatronatus ad univerſitatem, & populum, & pro eis ad Patritium, atque juratos, & illius valor expreſſus per non exceſſum in duc. 60. & 150. cum incertis, reſultat ex narrativa alterius partis. Quod fuerit præſentatus a majori parte Patronorum emergit ex quo prælectus fuit a duobus juratis, & Patritio, majorem partem ex ſummis conſtituentibus, & demum de ejus idoneitate ad curam animarum, & in ſpecie ad Præpoſituram controverſam evidenter conſtitit in examine coram R. P. D. meo Decano, & coram me diligenter peracto, ut his concurrentibus debita fuerit executio, *vulg. cap. Si Capitulo*, ibique Gloſſ. *verb. exequatur de conceſſ. præbend. in* 6. Rot. *in Atrien. Cantoria* 30. *Decembris anni præteriti*

coram

Digitized by Google

coram R. P. D. meo Olmo, *in Imolen. Beneſic. ſuper executione literarum Apoſtolicarum 4. Maii 1695. & in Gerundien. Parochialis 23. Januarii præteriti, utrobique §. Primo*; coram me.

Et ita remiſſive in reliquis ad firmata in dicta deciſione, Michaele tantum informante, Carolo vero ſæpius monito, concluſum fuit &c.

## CREMONEN. PRÆPOSITURÆ.

### P R O

### P E T R A B I S S O

### *C U M R O T A*

### A R G U M E N T U M.

An reſervato Jurepatronatus pro deſcendentibus per lineam maſculinam, in eo comprehendantur feminæ in defectum maſculorum.

### *S U M M A R I U M.*

1 *Facti ſeries.*
2 *Appellatione deſcendentium per lineam maſculinam non veniunt feminæ. Contrarium vide num. 4.*
3 *Succeſſio per poſterius feminarum habet locum, quando ab initio fuerint incluſæ in fundatione, licet poſtea adjecta fuerint verba reſtrictiva ad maſculos; ſecus ſi ab initio non fuerint incluſæ.*
5 *Appellatione deſcendentium per lineam maſculinam non veniunt feminæ in fideicommiſſis.*
6 *Secus in Jurepatronatus etiam ſtante contemplatione agnationis.*
7 *Probatur, & exemplificatur in pluribus caſibus n. 8. 9. 10. & 11.*
12 *Reſervato Jurepatronatus pro maſculis tantum, quando in illorum defectum feminæ comprehendantur jure proprio, & quando eſt titulo hereditario.*
13 *In Jurepatronatus reſervato pro deſcendentibus per lineam maſculinam, feminæ in concurſu maſculorum cenſentur excluſæ; ſecus illis defectis.*
14 *Appellatione deſcendentium per lineam maſculinam, quando feminæ includantur.*
15 *Feminæ facilius cenſentur incluſæ appellatione deſcendentium, ut ſupra, quando fuit ſubſtitutus extraneus.*
16 *Deciſio S. Rotæ in Mantuana beneficii* coram bonæ memoriæ Urſino *& n. 17. cum plurr. ſeqq.*

## D I S C E P T A T I O XIV.

PRæpoſituræ Eccleſiæ Cremonen. fuit olim inſtituta, ſeu erecta per Patinum de Schitiis, reſervato Jurepatronatus *Jacobo de Schitiis, & poſt ejus mortem heredibus d. Jacobi, deſcendentibus per lineam maſculinam de corpore ejuſdem, ac illius he-*
1 *redum*; Inſtitutione autem Capellani pro tempore præſentandi Capitulo ejuſdem Eccleſiæ, hac tamen expreſſa conditione, ſeu pacto, quod Ipſis deſcendentibus per lineam maſculinam de corpore d. Jacobi, & heredum illius, ut ſupra deficientibus, tunc collatio, inſtitutio, & deſtitutio ſpectet ſolum ad d. Capitulum, ut ſunt verba fundationis relatæ per Rot. *in Cremonen. Præpoſitura* coram Conrado apud Caren. *reſult.* 10. & apud Vivian. *de Jurepatronat. deciſ.* 139. *in principio.*

Vacata hac Præpoſitura ultimo loco per obitum Ambroſii Bonaccurſii in menſe reſervato, de ea tanquam liberæ collationis proviſus fuit per Sedem Apoſtolicam quidam Patrabiſſus; per contrarium vero Octavia de Schitiis filia Veſpaſiani unius ex deſcendentibus d. Jacobi per lineam maſculinam præſentavit Rotam, qui fuit a Capitulo inſtitutus, & in poſſeſſionem Præpoſituræ immiſſus.

Hinc idem Patrabiſſus, antequam litem inſtitueret adverſus Rotam, mihi in ſenſu veritatis diſceptandum propoſuit, an ejus proviſio tanquam de libero poſſet Jure ſubſiſtere, itaut ei expediret Judicium inchoare adverſus ſupradictum Rotam poſſeſſorem, in quo articulo prima fronte dicebam, eſſe affirmative reſpondendum.

Fundamentum vero mihi præbebat tenor ſuperius relatæ fundationis, ex qua conſtare videbatur, feminas fuiſſe excluſas ab hoc Jurepatronatus, dum illius reſervatio facta fuerat *pro deſcendentibus Jacobi de Schitiis per lineam maſculinam*, ſub qua vocatione non venire feminas deſcen-
dentes ex maſculis, alias deciſum fuerat per Sac. 2
Rotam in hoc Jurepatronatus examinato occaſione alterius vacationis controverſæ Præpoſituræ apud Caren. *d. reſol.* 10. & apud Vivian. *dict. dec.* 139. *numer.* 6. *verſ. nam contraria Sententia*, & tradunt Peregrin. *de fideicom. art.* 26. *numer.* 30. *verſ. quo perpenſo* Mantic. *de conject. lib.* 8. *tit.* 11. *ſub num.* 9. cum pluribus in eadem *deciſ.* 139. plena manu cumulatis.

Non relevante, quod feminæ dici valeant excluſæ per prius in concurſu maſculorum, ſecus per poſterius, ſeu in illorum defectum, etenim occurrebat diſtinctio communiter recepta, quod
aut ab initio feminæ poſſunt videri incluſæ in 3
fundatione ex verbis aliquibus generalibus, & capacibus eas includendi; & tali caſu, licet adjecta fuerint verba reſtrictiva ad maſculos, nihilominus feminæ per poſterius ſuccedere valent: aut vero ab initio feminæ non fuerunt incluſæ, ſed potius excluſæ ex verbis reſtrictivis ad ſolos maſculos, & excluſivis feminarum, & hoc caſu iſtæ neque per poſterius ſuccedere valent, quia vocatio ſucceſſiva ſive per poſterius locum habet tantummodo inter comprehenſos ab initio, non autem inter abſolute excluſos, ut dicunt Gabriel. *conſ.* 132. *quæſt.* 5. *numer.* 56. Peregr. *conſ.* 159. *numer.* 13. *verſ. quartus lib.* 5. Fuſar. *de ſubſtit. qu.* 311. *numer.* 36. *& quæſt.* 37. *numer.* 4. Buratt. *deciſ.* 272. *numer.* 17. & in ſpecie Juriſpatronatus, Rot. *in Rhegien. Beneficii in rec. deciſ.* 462. *numer.* 16. *&* 17. *& dec.* 527. *numer.* 3. *&* 5. *par.* 14. quæ ſunt deciſiones in hac materia magiſtrales.

In præſenti videbatur ex verbis fundationis, feminas non fuiſſe incluſas aliquo modo, dum Juſpatronatus erat reſervatum *deſcendentibus per lineam maſculinam*, quorum appellatione feminæ non comprehenduntur, ut firmant numeroſæ auctoritates relatæ in *d. deciſ.* 139. *num.* 6. poſt Vivian. *de Jurepatron.* & ſenſit Sac. Rot. *ibidem*, præciſe in hoc Jurepatronatus.

Quibus tamen minime obſtantibus, reſpondi, proviſionem de libero d. Petrabiſſi non poſſe ſuſtineri, ex quo durabat adhuc Juſpatronatus in perſona Octaviæ de Schitiis, quæ præſentaverat Rotam, nec proinde dici poterat, Præpoſituram evaſiſſe liberæ collationis.

Ad probandum autem, quod Juſpatronatus duraret in dicta femina, quodque iſta eſſet per poſterius comprehenſa, ponderabam illa verba fundationis ibi – *Deſcendentibus d. Jacobi per lineam maſculinam de corpore ejuſdem, ac heredum illius* – appellationem autem deſcendentium per
lineam maſculinam etiam feminas contineri, fuit 4
opinio Gloſſ. *in l. Gallus §. nunc de lege in ultimis verbis verſic. & tunc etiam neptis ex filio ff. de liber. & poſthum.* Peregrin. *de fideicom. dict. artic.* 26. *num.* 23. *&* 30. Mantic. *deciſ.* 227. *numer.* 30. Rot. *in d. deciſ.* 139. *num.* 4. poſt Vivian. *de Jurepatron. & in Rec. deciſ.* 420. *num.* 25. *p.* 4. *tom.* 2.

*& de-*

Digitized by Google

*& deciſ.* 737. *num.* 10. *ead. par.* 4. *tom.* 3. allegatis infinitis concordantibus citra fluctuationem; ſcribit *Roccha diſput. Jur. cap.* 36. *n.* 1. Balducc. ad Ramon. *conſ.* 100. *n.* 102.

Et quamvis contrarium ſuſtineat Peregrin. *d. art.* 28. *numer.* 30. *& alii*, cum quibus tranſit eadem *deciſ.* 139. poſt Vivian. attamen advertendum eſſe dicebam, quod hujuſmodi auctoritates
5 loquebantur in terminis fideicommiſſi valde differentibus; in eo enim ex mente diſponentis nomen deſcendentium per lineam maſculinam reſtringitur ad maſculos ex maſculis, ut explicat Peregrin. *d. artic.* 28. *nu.* 30. *verſ. attamen & verſ. quamobrem*, Rocc. *ubi proxime n.* 30.

Secus autem in materia indifferenti Jurispatronatus, in quo expreſſio maſculinitatis nihil aliud importat, quam prædilectionem ſexus, hoc eſt
6 excluſionem feminarum in concurſu maſculorum, quæ proinde, ceſſantibus maſculis, per poſterius ſuccedere non prohibentur, Rot. *deciſ.* 313. *numer.* 4. *& ſeqq.* coram Pamphil. *& deciſ.* 69. *numer.* 2. Poſt Vivian. *de Jurepatronat.* cum enim ſint comprehenſæ in fundatione appellatione deſcendentium, illa verba *per lineam maſculinam* dicuntur ſtare reſtrictive ad concedendum prælationem maſculis in concurſu feminarum, non autem ad excluſionem iſtarum, illis deficientibus, quod procedere etiam, ſtante contemplatione agnationis, ubi fuit ſubſtitutus extraneus, dixit Pamphil. *dicta deciſione* 313. *numer.* 4. *& ſequentibus*.

7 Utque demonſtrarem in hac materia Jurispatronatus d. concluſionem eſſe communiter receptam, & pluries deciſam per Sac. Rotam, adducebam plures deciſiones punctuales. Et primo Rot. *in Lucana Jurepatr. ſuper Beneficio S. Apolloniæ* 5. *Aprilis* 1688. §. *Demum*, coram bonæ memoriæ Emerix, ubi in caſu vocationis filiorum maſculorum & deſcendentium ex his hæc ait – *Expreſſio maſculinitatis importat ſolam prædilectionem ſexus, non autem perpetuam excluſionem feminarum, etiam in defectum maſculorum.* Licet iſte caſus non eſſet adeo punctualis, ſtantibus verbis – *deſcendentium ex eis* – capacibus includendi feminas in defectum maſculorum, licet Rota hoc motivum ibi non expreſſiſſet.

Secundo allegabam Rot. *deciſ.* 110. *numer.* 3. *par.* 13. *Recent.* ubi in caſu vocationis poſterorum
8 per lineam maſculinam fuit dictum, quod illorum appellatione feminæ per poſterius includerentur, quam deciſionem in aliis materiis loquentem, refert, & ſequitur in puncto Jurispatronatus Rot. *in Mantuana Beneficii* 3. *Junii* 1689. §. *cui quidem in fine*, coram R. P. D. Urſino ibi – *ſub nomine enim poſterorum vulgatum eſt venire poſt maſculos feminas deſcendentes agnatas etiam in caſu, quo vocati ſunt poſteri per lineam maſculi-*
9 *nam* – ubi etiam in §. *At ſecus* firmatur ad excludendas feminas per poſterius neceſſarium eſſe, quod fuerint vocati maſculi deſcendentes per lineam maſculinam, quæ deciſio habetur in calce hujus diſceptationis.

Tertio in præciſis terminis hujus Cauſæ punctualis videbatur *deciſ.* 307. *numer.* 11. *&* 12. *par.* 7. *recent.* ubi de vocatione deſcendentium per rectam lineam maſculinam, quæ deciſio licet ex fa-
10 cto evitet ſuperius adductam concluſionem; tamen Sac. Rot. poſtea receſſit a deciſis, ut in *deciſ.* 208. *num.* 7. *in fine ead. par.* 7. confirmando primam Cauſæ deciſionem impreſſam in eadem *par.* 7. in ordine *la* 87.

Quarto denum, quia etiamſi eſſemus in caſu, quo fuiſſent vocati maſculi, cum taxativa *tantum*, adhuc feminæ per poſterius ſuccedere non
11 prohiberentur, ut cenſuit Rot. coram Pen. *deciſ.* 329. *numer.* 5. *&* 6. & coram Bich. *deciſ.* 581. *numer.* 6. *&* 8. idque ea ratione, quod ad acquirendam Eccleſiæ libertatem non ſufficiunt verba taxativa, quando fuerunt adjecta favore maſculorum quicquid ſecus, ubi adjecta fuiſſent limitative ad Juspatronatus, Boich. *d. deciſ.* 581. *numer.* 6. Seraph. *deciſ.* 634. *numer.* 9. *& in rec. deciſ.* 697. *numer.* 3. *part.* 3. ubi de vocatione deſcendentium maſculorum, Royas *deciſ.* 248. *num.* 3. ubi de eadem vocatione deſcendentium maſculorum, quod in iſtorum defectum veniant feminæ, & Rot. *deciſ.* 12. *numer.* 1. poſt Vivin. *de Jurepatr. & d.* 667. *numer.* 9. *par.* 18. *rec. & in Fulginaten. Jurispatronatus* 10. *Maii* 1683. §. *pertinentia*, coram clar. mem. Card. Matthejo; & licet aliquæ ex hujuſmodi deciſionibus loquantur in terminis, ut Juspatronatus in ultimo vocato efficiatur hæreditarium, & tranſeat ad hæredes extraneos, eadem tamen, & major ratio procedit in terminis, ut illud tranſeat ad feminam agnatam, quod tamen declarandum eſt, procedat, quando ab initio feminæ fuerunt incluſæ in fundatione per aliqua verba capacia, & poſtea Juspatronatus fuerit reſtrictum ad maſculos cum taxativa *tantum*, ſecus ſi ab initio nullo modo fuerint incluſæ; tunc enim per poſterius, & jure proprio ſuccedere non valerent propter vocationem ab initio reſtrictam ad maſculos tantum, ſed ſolum venire poſſent ex titulo hæreditario, juxta *Conſil.* 81. Anchatan. cum diſtinctione tamen, de qua ſupra Boich. *dec.* 581. *n.* 8. & alii proxime allegati.

Ex quibus etiam non obſtare dicebam auctoritatem S. Rotæ *in d. deciſ.* 139. coram Conrad. apud Vivian. *de Jurepatr.* quæ tanquam punctualis, & emanata in ſpecie controverſi Jurispatronatus multum urgere videbatur. Etenim advertebam, quod illa loquebatur in caſu, quo feminæ
deſcendentes ex maſculo concurrebant cum d. Ves- 13
peſiano deſcendente ex maſculo; unde arguebam ſenſum Sac. Rotæ alium non fuiſſe, quam excludere feminas in concurſu maſculorum, quos eſſe præferendos explicite declaravit *in dict. deciſ.* 139. *numer.* 9. nec propterea iſta deciſio erat trahenda ad terminos modernæ controverſiæ, in qua nullus extabat maſculus ex maſculo; ſed ſola femina ex maſculo. quæ per poſterius poterat ſuccedere in Jure præſentandi tanquam ab initio comprehenſa appellatione deſcendentium per lineam maſculinam, ut in ſpecie Rot. *in d. Mantuana Beneficii* §. *Etenim verſ. vel demum*; *&* §. *At ſecus verſ. hoc enim caſu* infra *num.* 18. *&* 19. cum aliis ſupra deductis, & in puncto explicando dictam *deciſ.* 139. apud Vivian. obſervat Card. de Luc. *de Jurepatr. diſc.* 22. *n.* 15.

Addebam quoque duas rationes ſuperius firmatæ concluſionis, quod appellatione deſcendentium per lineam maſculinam in caſu iſto femina agna-
ta incluſa cenſeretur, & prima erat deducta ex 14
*deciſ.* 313. *numer.* 8. coram Pamphil. ubi fuit dictum, etiam ſtante contemplatione agnationis, feminam agnatam per poſterius poſſe ſuccedere in Jurepatronatus; inde enim deducebam, eandem rationem procedere, ubi fuiſſet habita prædilectio ſexus maſculini per vocationem maſculorum per lineam maſculinam, quia ſicut ratio includendi feminas per poſterius, quando fuerunt vocati agnati, eſt, quia illæ ſunt de ſanguine, & vere agnatæ, licet ſint finis ſanguinis, & agnationis, Pamphil. *d. deciſ.* 313. *num. primo*; ita & ratio includendi feminas per poſterius in Jurepatronatus reſervato pro deſcendentibus per lineam maſculinam, conſiſtit in eo, quod illæ ſunt vere deſcendentes per d. lineam, licet ſint finis illius, Peregrin. *d. artic.* 26. *n.* 30.

Altera ratio erat, quod defectis ipſis deſcendentibus per lineam maſculinam, fuit ſubſtitutum per fundatorem Capitulum Eccleſiæ penitus extraneum, ad cujus liberam collationem remanere debet Præpoſitura; quo caſu iniquum videre-
tur excludere feminas per poſterius in defectum 15
maſculorum, cum non ſit veriſimile, quod fundator voluerit excludere eaſdem feminas agnatas propter extraneos, ut bene obſervat Rot. coram Pamphil. *deciſ.* 313. *numer.* 5. *&* 6. ad quod evitandum etiam verba debent impropriari, ut

quod

Digitized by Google

quod vocatio filiorum includat etiam nepotes, quando fuerunt ſubſtituti extranei, ſeu minus dilecti in terminis fideicommiſſi applicabilibus ad Juſpatronatus, firmat *Roccha diſput. Jur. cap.* 27. *num.* 16. *& ſeqq.* neglectis in contrarium conjecturis levibus, & deductis ex cortice verborum, quæ, ut dictum eſt, impropcianda veniunt, ne ſequatur iniquitas.

R. P. D.

URSINO,

Mantuana Beneficii.

*Ven.* 3. *Junii* 1689.

JUſpatronatus controverſi Beneficii a S. M. Sixto V. reſervatum Hippolyto, & Annibali de Gon-
16 zaga donec vixerit, & poſt eorum obitum ſeniori, & antiquiori duntaxat de domo illorum Domini ex tenore præfatæ reſervationis, recognoſcentes fuiſſe ab initio gentilitium ſeu mixtum, & ſucceſſive per obitum Marchioniſſæ Octaviæ ultimæ de familia effectiva vocatorum evaſiſſe hæreditarium, & uti tale in D. Marchionem Bonifacium de Rangonibus illius filium, & hæredem pertranſiſſe juxta famigeratum Ancharani *conſil.* 81. non autem in D. Com. Camillum Gonzagam deſcendentem de familia contentiva; cenſuerunt die 21. Junii anni proximi præteriti, literas Apoſtolicas D. Marchionis Thaddæi de Rangonibus præſentati a d. D. Marchione Bonifacio *ejus patre*; non autem alias ſimiliter impetratas a Reverendiſſimo P. D. Odoardo Cybo Archiepiſcopo Seleucien. præſentato a d. D. Co: Gonzaga eſſe exequendas, & repropoſita hodie Cauſa poſt conceſſam novam audientiam ſuper eiſdem perſtiterunt in reſolutis.

Neque validum Jus D. Marchionis Rangoni exinde ſatis promanens excludi putarunt, ex eo quod Marchioniſſa Octavia ejus autrix, licet agnata, & deſcendens a primis Inſtitutoribus, nihilominus tanquam femina nupta in aliena familia capax non fuerit huiuſce jurepatronatus, in quo cum poſt obitum Annibalis, & Hippolyti de Gonzaga vocatus legatur ſenior, & antiquior tantum de illorum domo, ſicque cum nomine, veram, & propriam agnationem ſignificante, comprehenſæ non dicantur feminæ, & deſcen-
17 dentes ab eis, quæ non propriam, ſed alienam agnationem conſervant, ex traditis in terminis fideicommiſſi per Royas *de incompatibilitate par.* 8. *cap.* 3. *num.* 2. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 361. *numer.* 1. *& ſeq.* Barboſ. *appellat.* 81. *numer.* 1. Mierez. *de majorit. par.* 2. *quæſt.* 6. *numer.* 411. *& ſeq.* Caſtill. *controverſ. Jur. lib.* 5. *capit.* 95. *numer.* 17. Gabriel. *conſ.* 132. *numer.* 40. *& ſeqq. lib.* 1. Card. de Luc. *de fideicomm. in Summa numer.* 237. *& ſeqq.* Rot. *in deciſ.* 373. *numer.* 3. *par.* 3. *deciſ.* 519. *numer.* 9. *par.* 13. *deciſ.* 536. *numer.* 208. *par.* 14. *deciſ.* 269. *numer.* 10. *par.* 15. *deciſ.* 170. *num.* 2. *par.* 16. *deciſ.* 27. *numer.* 6. *par.* 18. & apud Mazzol. *in Triſmegiſt. legal. deciſ.* 47. *numer.* 6. & coram Em. Cerro *deciſ.* 910. *numer.* 11. Ac in terminis Juriſpatronatus conceſſi illi de domo, Soccin. *conſ.* 117. *numer.* 2. *lib.* 2. Ciarlin. *contr. for. cap.* 107. *numer.* 76. *& ſeqq.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 645. *numer.* 1. Rot. *deciſ.* 162. *num.* 5. *cum duobus ſeqq. & deciſ.* 374. *n.* 17. *par.* 11. *recent.*

Etenim concluſio hæc non eſt ſimpliciter, &
18 abſolute vera, ſed tantum procedit, vel in caſu, quo ſubjecta materia tanquam differens id ſuadeat, prout eſt illa bonorum feudalium, vel majoratuum, & ſimilium, de quibus loquuntur Royas *de incompabilit. d. cap.* 3. & patet *ex num.* 411. *cum ſeqq.* & Caſtill. *contr. Jur. lib.* 5. *cap.* 93. §. 17. *numer.* 6. vel quando materia eſt quidem indifferens, ſed diſponens, votum habuit conſervandæ agnationis ſtricto, & rigoroſo modo, ſeu vocationem reſtrinxit ad ſolos maſculos de linea maſculina, in quibus terminis procedunt Gabriel. *d. conſ.* 132. *num.* 40. *& ſeqq. lib.* 1. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 361. ut ſe declarat *numer.* 9. & clarius *in quæſt.* 352. *numer.* 1. *& ſeqq.* Barboſ. *appellat.* 81. *numer.* 3. *verſus finem*, Soccin. *dict. conſ.* 117. *per tot. lib.* 2. Caſtill. *contr. Jur. lib.* 5. *cap.* 93. §. 17. *numer.* 8. Rot. *deciſ.* 536. *num.* 207. *par.* 14. *deciſ.* 269. *num.* 85. *& ſeqq. par.* 15. *deciſ.* 170. *num.* 2. *&* 3. *par.* 16. *deciſ.* 909. *num.* 9. *cum ſeqq.* coram Eminentiſſ. Cerro *deciſ.* 87. *poſt* Maſſol. *in Triſmegiſt. legal. ut num.* 6. *cum ſeqq. deciſ.* 262. *ut num.* 3. *cum ſeq. & deciſ.* 374. *ut num.* 13. *&* 18. *par.* 11. *rec.* vel quando inſtitutor abhorruerit a qualitate feminea perpetuo, & per viam regulæ excludendo feminas a ſucceſſione, in qua claſſe ponendæ ſunt *deciſ.* 519. *a n.* 5. *& ſeqq. par.* 13. *deciſ.* 269. *numer.* 15. *p.* 15. *deciſ.* 909. coram Eminentiſſ. Cerro *ut in num.* 5. *& deciſ.* 86. *poſt Triſmegiſt. legal. ut num.* 4. vel demum in caſu, quo adhuc adſint maſculi ex linea vocatorum, qui una cum feminis in ſucceſſione concurrant, & in his terminis ſunt Card. de Luc. *de fideicom. in ſumma n.* 247. ut ſe declarat *n. antecedenti*, Ciarlin. *dict. cap.* 107. *ut habetur in n.* 80. Gratian. *diſcept. for. cap.* 645. *per tot. & ſignanter n.* 10. Rot. *deciſ.* 373. *n.* 3. *verſ. ubi autem par.* 3. *recent.*

At ſecus quidem eſt, quoties, prout hic, agitur de materia omnino indifferenti, qualis eſt ſucceſſio in Jurepatronatus, in qua regulariter feminæ admittuntur, ſive agatur de Jurepatronatus 19
hæreditario ſive etiam gentilitio, ſeu mixto, ex traditis per Lother. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 11. *num.* 69. *cum ſeqq.* Rot. *deciſ.* 69. *num.* 2. *&* 3. poſt Vivian. *de Jurepatr. & deciſ.* 697. *num.* 1. *par.* 3. *rec.* & ulterius ceſſant ex lectura fundationis, ſeu reſervationis omnes qualitates, ſeu circumſtantiæ ſuperius ponderatæ, quæ ſucceſſioni feminarum reſiſtunt, dum in ea non habetur perpetua feminarum excluſio, nec expreſſa per modum regulæ, neque virtualis per vocationem maſculorum de linea maſculina, aut per repetitam qualitatem maſculineitatis, neque demum hinc aliunde pro- 20
batur agnationis contemplationem habitam fuiſſe, quam ex ſola expreſſione verborum *ſenioris de domo*, ex quorum adjectione abſque aliis evidentibus conjecturis conſervatio agnationis deduci non valet, uti in ſpecie docet Molin. *de Primog. Hiſpan. lib.* 3. *cap.* 4. *numer.* 10. *in fine verſ. non enim ex his verbis*, Avend. *in l.* 40. Tauri *gloſſ.* 9. *num.* 19. Caſtill. *contr. Jur. lib.* 5. *cap.* 93. §. 17. *n.* 8. *verſus finem*, & Rot. *deciſ.* 293. *num.* 15. *&* 25. coram Gregor. ibique Adden. *numer.* 25. Hoc enim caſu, quidquid dicendum eſſet, ſi feminæ vellent ſuccedere per prius in excluſionem maſculorum de linea vocata, vel ſaltem ſimultanee una cum ipſis maſculis, certum eſt quod in defectum omnium maſculorum, & per poſterius feminæ agnatæ, tametſi nuptæ in aliena familia, veniunt ſub appellatione *ſenioris de domo*, quia & ipſæ de familia ſeu domo patris adhuc dicuntur, juraque ſanguinis quinimmo agnationem ipſam, quouſque vivunt retinent, & conſervant, ac proinde capaces ſunt tam fideicommiſſi, quam Juriſpatronatus inſtituti pro illis de *domo*, quemadmodum in terminis fideicommiſſi, & primogenituræ, a quibus ad Juſpatronatus valet argumentum, tradiderunt Altograd. ſen. *conſ.* 96. *num.* 10. *lib.* 1. Card. de Luc. *de Jurepatr. diſcur.* 1. *numer.* 4. Mart. *de ſuc. legal. par.* 1. *quæſt.* 11. *art.* 1. *numer.* 13. *&* 14. Molin. *de Primogen. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 4. & alii allegati per Rotam *deciſ.* 133. *numer.* 6. *par.* 9. *deciſ.* 170. *numer.* 1. *& ſeqq. par.* 14. *deciſ.* 205. *num.* 2. *cum ſeqq. par.* 16. *deciſ.* 667. *numer.* 9. *par.* 18. *rec. deciſ.* 72. *numer.* 5. *& ſeqq.* coram Royas *deciſ.* 1036. *numer.* 41. coram Coccino *deciſ.* 46. *numer.* 2. *&* 4. coram Dunoz. Jun. *& in Senogallien. fideicommiſſi* 30. *Aprilis* 1677. §. *Ipſe namque in fine*, coram Reverendiſſ. Bourlemont, & in terminis Juriſpatronatus in ſpecie firmat

Lother.

Lother. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 11. *num.* 82. Tondut. *q. benef. par.* 3. *c.* 157. *num.* 33. *&* Rot. *deciſ.* 563. *num.* 15. coram Merlino *deciſ.* 248. *num.* 3. coram Royas *deciſ.* 221. *num.* 21. *par.* 8. *deciſ.* 462. *num.* 19. *par.* 14. *deciſ.* 69. *num.* 2. poſt Vivian. *de Jurepatr.* & in fortioribus terminis *in deciſ.* 667. *num.* 9. *par.* 18. *Rec.* ubi alii allegantur
21 concordantes, *& in Caſalen. Juriſpatronatus* 28. *Januarii* 1688. §. *Pertinentia*, coram Reverendiſſimo Boutlemont.

Gui quidem intellectui adſtipulantur, & favent duæ particulares facti circumſtantiæ. Altera ſcilicet, quod in parte procemiali Bullæ Sixtinæ, a qua pars diſpoſitiva regulatur & interpretationem recipit juxta thoricam Barthol. *in l. fin. numer.* 3. *ff. de hered. Inſtit.* quam ſequitur Jacob. de Franch.
22 *in tit. qui feud. dar. poſt. numer.* 6. *pag.* 11. Cyriac. *contr.* 387. *numer.* 51. & Rot. *deciſ.* 209. *numer.* 7. coram Peuting. expreſſe contemplari leguntur omnes poſteri fundatorum ibi = *ſincera devotionis affectus, quam dilecti filii Hippolytus, & Annibal de Gonzaga ad Nos, & Romanam Eccleſiam gerere comprobantur, promeretur, ut illa eis favorabiliter concedi mandemus, per quæ ipſis, poſteriſque ſuis bonorum cum augmento cultus divini accedere poſſit*; ſub nomine enim poſterorum vulgatum eſt, venire poſt maſculos feminas deſcendentes agnatas etiam in caſu, quo vocati ſint poſteri per lineam maſculinam, ut firmavit Rot. *in deciſ.* 110. *num.* 3. *par.* 13. *Rec.*

Altera autem eſt, quod uniformis probatur ſubſecuta obſervantia; nam cum d. Juspatronatus non eſſet de novo erectum, ſed ab antiquo reſervatum a S. M. Julio II. & ſub eademmet formula verborum conceſſum Ludovico de Ubertis pro ſeniore ſcilicet ejus domus, ſive familiæ, nihilominus in eo poſt deficientiam omnium maſculorum de dicta familia ſucceſſit Margarita de Ubertis femina deſcendens ex d. Ludovico, ex qua deinde tranſmiſſum fuit idem Juspatronatus in Hippolytum, & Aonibalem de Gonzaga nepotes, & hæredes, ut liquet ex narrativa emiſſa in præfato Sixtino Diplomate ibi = *qui tam jure hereditario, & ex feminis &c.* unde quemadmodum in d. caſu hoc idem Juspatronatus poſt defectam lineam maſculinam vocatorum tranſivit in feminas, & illarum deſcendentes; ita & in præſenti, ubi eadem militat ratio, idem dicendum venit, cum obſervantia ſit optima interpres cujuſcunque diſpoſitionis, & recte quoque declaret, nedum qualitatem Juriſpatronatus, ſed quales etiam perſonæ in eo comprehendantur:
23 ut in ſpecie explicant Grat. *diſceptat.* 521. *numer.* 7. *&* 19. Peregrin, *conſ.* 33. *numer.* 21. *&* 25. *lib.* 1. Rot. *deciſ.* 563. *numer.* 9. *& ſeqq.* coram Merlino.

Data autem ex his comprehenſione feminarum tam ex qualitate diſpoſitionis, quam ex proprietate verborum illius, nec non ſubſecuta uniformi obſervantia, fruſtra ſcribentes pro Reverendiſſimo D. Archiepiſcopo Seleucien. ſuadere conabantur contrariam voluntatem nedum Pontificis concedentis, ſed etiam Hippolyti, & Annibalis primorum acquirentium ex pluribus conjecturis, quas deſumebant. Primo, ex antiqua
24 translatione Juriſpatronatus per viam donationis facta a Margarita de Ubertis in perſonam prædictorum Hippolyti, & Aonibalis, eorumque deſcendentium maſculorum natu majorum. Secundo, ex ſubſecuta reſervatione Sixti V. cum prærogativa majoratus, & primogenituræ, a qua regulariter feminæ excluduntur, ut obſervat Ancharan. *conſ.* 27. *num.* 2. Gozzadin. *conſ.* 79. *numer.* 3. Peregr. *conſ.* 23. *ſub princip. lib.* 3. Molin. *de Primog. Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 40. *& ſeqq.* Tertio, ex qualitate nobiliſſimæ Familiæ Gonzagæ, ad cujus conſervationem facilius inducitur admiſſio maſculorum, & feminarum excluſio, Signorol. de Homod. *conſ.* 162. *numer.* 4. Bero *conſ.* 95. *numer.* 5. Mantic. *de conject. lib.* 6. *tit.* 15. *numer.* 1. *&* 2. Boer. *deciſ.* 204. *num.* 3. Quarto, ex teſtamento Hippolyti unius ex primis acquirentibus; in quo nedum inſtituti leguntur univerſales hæredes ejus filii maſculi, illorumque deſcendentes pariter maſculi, ſed proprie illius filiæ excluſæ, relicta eis decenti dotatione. Quinto, ex abſurdo quod ex admiſſa comprehenſione feminarum aliquando ſequi potuiſſet, nempe quod exiſtentibus maſculis junioribus iſti remanſiſſent excluſi a femina ſeniori; & ſexto demum, ex ipſamet conceſſione Juriſpatronatus facta primo loco ad favorem duorum fratrum maſculorum, quam ad arguendum ſucceſſivam quoque maſculorum vocationem, ponderat Rot. coram Buratt. *deciſ.* 222. *numer.* 10. *& ſeq. & deciſ.* 393. *numer.* 11. *par.* 15. *recentioribus.*

Etenim omnes mox recenſitæ conjecturæ urgere non videbantur, quippe (ultra particulares reſponſiones ab informantibus ex adverſo cuilibet il- 25
larum ſigillatim oppoſitas) unica reſponſione, & quidem omnibus congruenti, eliduntur, ex eo ſcilicet, quod illæ recte quidem ſuadent, maſculos de linea effectiva primorum acquirentium fuiſſe in d. ſucceſſione Juriſpatronatus vocatos per prius, & in concurſu cum feminis omnino prælatos, quod probant etiam auctoritates in ſingulis illarum relatæ, ſed non inde excludunt tacitam, & ſubintellectam vocationem feminarum a Jure admiſſam per poſterius, & in defectum omnium maſculorum de linea vocata ſatis ſuperque comprobatam ex rationibus, & doctrinis ſuperius adductis.

Multoque minus a ſucceſſione d. Juriſpatronatus excludi valuit eadem D. Marchion. Octavia ſub altero fundamento, quod in reſervatione illius facta ad favorem *ſeniori de domo* cenſeri debeant vocati per prius nedum maſculi familiæ effectivæ fundatorum, ſed etiam contentivæ; ex qua ſe deſcendentem aſſerit d. D. Camillus Gonzaga Nubilariæ Comes, ſiquidem contrarium aperte demonſtrat lectura conceſſionis Sixtinæ, in qua Summus Pontifex, tam in proœmio, quam in ipſius diſpoſitiva gratiam reſtrinxit ad effectivam familiam Hippolyti, & Annibalis fundatorum, dum inquit, *ut illa eis favorabiliter concedi mandamus, per quæ ipſis, poſteriſque ſuis bonorum cum augmento cultus divini accedere poſſit &* alibi *poſt illorum obitum ſeniori, & antiquiori duntaxat de domo illorum &c.* quæ quidem verba, cum ſint perſonaliſſima, & reſtrictiva, non comprehendunt niſi perſonas ibidem expreſſe nominatas, earumque effectivam familiam, ut ultra alle- 2
gatos in deciſione, quæ confirmatur §. *et denique*, tradunt Gratian. *diſcept.* 645. *num.* 5. Giovagn. *conſ.* 39. *num.* 20. *&* 21. *lib.* 1. Ciarlin. *contr.* 107. *numer.* 46. *&* 47. Vivian. *de jurepatr. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 10. Tondut. *reſolut. benef.* 157. *n.* 25. & Card. de Luc. *de jurepatr. diſc.* 24. *num.* 2. *cum ſeqq.* & conſtanter approbavit hoc noſtrum Tribunal, *ut in deciſ.* 1438. *num.* 11. coram Seraphin. *deciſ.* 707. *num.* 2. *par.* 2. *deciſ.* 323. Lap. *num.* 8. *par.* 12. *dec.* 406. *num.* 20. *& ſeqq. par.* 13. *rec. deciſ.* 450. *num.* 8. coram Merlino *deciſ.* 199. *num.* 23. *cum ſeqq. & deciſ.* 332. *num.* 2. coram Priolo cum aliis per Rot. *in Romana Beneficiatus S. Laurentii in Damaſo* 6. *Febr.* 1688. §. *Ad hæc enim*, coram R. P. D. meo Caccia.

Alioquin, ſi dicta verba intelligerentur de tota familia tam effectiva, quam contentiva, maximum ſequeretur abſurdum, quod ſcilicet, exiſtente aliquo ſeniore in linea contentiva, iſte ſuccederet ad excluſionem deſcendentium de linea effectiva fundatorum contra ipſorum mentem, qui propriis deſcendentibus duntaxat proſpicere voluerunt, ut ponderat Rot. *deciſ.* 450. *num.* 9. *verſ. & familia, & n.* 10. coram Merlino.

Nec aliquid facit, quod reſervatio facta ab initio noſcatur ad favorem duorum fratrum, quorum unus eſt de linea contentiva reſpectu alterius, quoniam vel dd. duo fratres pro una, & eadem

dem habuiſſe dicuntur familiam ab utroque ex ipſis deſcendentem, dum non vocarunt ſeparatim ſingulos eorum deſcendentes, ſed inſolidum & conjunctim ſeniorem, & antiquiorem illorum, vel ubi etiam habuerint familiam unius reſpectu alterius pro contentiva, & diverſa, adhuc ex illius vocatione inferri non poteſt, quod vocare voluerint deſcendentes de familia contentiva aliorum omnium tranſverſalium in genere, ut in terminis plurium fratrum eodem modo vocatorum cum ipſorum familia firmavit Altograd. *conſil.* 79. *numer.* 17. & Rot. *deciſ.* 233. *numer.* 8. *part.* 12. *deciſ.* 406. *num.* 28. *& ſeqq.* 13. *deciſ.* 199. *numer.* 23. *& ſeqq.* coram Priolo.

Denique nihil obſtitit repetitum objectum, quod in Marchioniſſa Octavia deficiat qualitas hæreditaria tam reſpectu Hippolyti primi acquirentis, quam Jo. Aloyſii fratris ultimo loco defuncti, quæ tamen ad effectum ſuccedendi in Jurepatronatus hoc mixto fuit omnino neceſſaria, vel reſpectu prioris, ut probant auctoritates relatæ in deciſione, quæ confirmatur in §. *nec refert*, vel ſaltem reſpectu ultimi, ut ſuſtinent Pariſ. *conſil.* 2. *numer.* 18. *in fin. lib.* 1. Soccin. Jun. *conſ.* 103. *num.* 14. *lib.* 2. Brun. *conſ.* 18. *num.* 15. Surd. *conſ.* 63. *num.* 21. & Clar. *in §. feudum q.* 9. *n.* 5.

Quia ad effectum, ut ſit capax hujuſmodi Juriſ-
29 patronatus ſibi reſervati ex præordinatione fundatorum, ſat eſt, quod ipſa potuiſſet ab inteſtato ſuccedere utrique, ſi ipſi alios non inſtituiſſent hæredes, quodque per eandem non ſteterit, quominus eorum hæreditates adiret, ſi aliquo modo ſibi deferrentur, prout firmatum fuit in antecedenti deciſione hujus Cauſæ §. *nec refert* & in allegata *Romana Beneficiatus* §. *non refragante*, coram R. P. D. meo Caccia.

Nec ſubſiſtit, quod per ipſam ſteterit, quo minus adiret, dum ad fraternæ hæreditatis conſecutionem inhabilem ſe reddidit, mediante renun-
30 ciatione de omni, & qualibet prætenſione, quam habere poterat in bonis, & in hæreditate d. Marchionis ejus fratris, ſiquidem aut hæc renunciatio adducitur ad excludendam habitualitatem, & potentiam ſuccedendi tam hæreditati fraternæ, cui renunciavit, quam paternæ, quæ in perſona ejuſdem fratris conſolidata fuit, & aſſumptum non probat, quia Marchioniſſa Octavia non repudiavit hæreditatem primi acquirentis, quo caſu objectum procederet juxta terminos, in quibus loquuntur Lother. *de benefic. libr.* 3. *capit.* 2. *numer.* 47. *& ſeqq.* Torr. *de pact. futur. ſucceſſ. libro* 2. *capit.* 39. *numer.* 6. *& ſeqq.* Valaſc. *de Jur. emphyt. quæſtion.* 44. *numer.* 3. & Tondut. *reſolut. can. capit.* 158. *numer.* 8. *ad finem*, *& numer.* 10. *& ſeqq.* & optime diſtinguit Rot. *in deciſ.* 1710. *numer.* 9. *&* 10. coram Coccino. At illa obtemperando præcepto fraterno ſimpliciter renunciavit omnibus prætenſionibus, quas habere poterat in bonis, & in hæreditate d. ejus fratris, tam pro dote materna, quam pro omni alia cauſa, exinde autem renunciaſſe non dicitur potentiæ, & habituali Juri univerſalis ſucceſſionis; tum quia iſtud tanquam quid univerſale non cadit ſub nomine prætenſionum; tum magis quia Jo. Aloyſius, qui d. renunciationem demandavit, non voluit hoc præcepto ſororem reddere incapacem ſucceſſionis habitualis; nam alias relinquendo illi Curiam Gabianella, & *ſcuta* 40. non inſtituiſſet eam ſuper rebus iſtis particularibus honorabili titulo inſtitutionis, cujus præcipuus effectus eſt, ut, non adeunte univerſali hærede particularis, fiat hæres univerſalis *l. prima §. ſi ex fundo ff. de hæredit. inſtitut.* Altograd. *conſ.* 91. *numer.* 73. *libr.* 1.

Nec habitualis iſta qualitas ſublata remanſit per Statutum Mantuanum feminas, exiſtentibus ma-
31 ſculis, perpetuo excludens ab hæreditate paterna, & ſic etiam a ſucceſſione Juriſpatronatus hæreditarii ſeu mixti ſecundum *conſil.* 48. Pariſ. *ex numer.* 11. *& plurib. ſeqq. libr.* 4. quoniam id procedere poteſt, quoties agitur de Jurepatronatus mere hæreditario vel etiam mixto, in quo tamen fundator expreſſam conditionem adjecit, quod in eo ſuccedentes deberent eſſe nedum deſcendentes de parentela, ſed etiam hæredes; tunc enim cum requiratur qualitas hæreditaria actualis a fundatore requiſita, nec ſufficiat habitualis, reſiſtente pacto contrario, feminæ a ſtatuto excluſæ non admittuntur, in quibus terminis loquitur allegatum *conſ.* Pariſ. ut liquet *numer.* 8. ſed non ita ſe habet, quoties Juſpatronatus eſt gentilitium familiare, ſeu etiam mixtum; cum enim iſtud non deferatur Jure hæreditario, ſed ſanguinis, & ex mera inſtitutoris præordinatione, ſtatutum non poteſt in eo operari prætenſam feminarum excluſionem, quia illius diſpoſitio locum duntaxat habet in iis, quæ Jure hæreditario, non autem particulari, deferuntur, ut tenet in terminis Mantuani ſtatuti Surd. *conſil.* 572. *numer.* 72. *& ſeq.* & generaliter Brun. *de ſtatut. fem. excluſ. artic.* 8. *numer.* 104. Gratian. *diſcep.* 813. *numer.* 32. Torr. *de ſucceſſ. in primogen. Ital. part.* 1. *cap.* 25. *num.* 74. aliique approbati per ipſum Gob. contra deciſionem ſcribentem in ejus *conſult. impreſſa a n.* 54. *uſque ad* 56.



Aut hæc eadem renunciatio adducitur ad effectum ſuadendi, quod Marchioniſſa Octavia a ſe abdicaverit Juſpatronatus, illudque tranſtulerit in renunciatarium, & minus conducit, quia cum verba d. renunciationis ſint reſtricta ad prætenſiones, quas ipſa habebat in bonis, & in hæreditate
fraterna, trahi utique non valet ad renunciatio- 32
nem, ſeu abdicationem Juriſpatronatus gentilitii, ſeu mixti, quod non erat in bonis hæreditariis fraternis, neque de prætenſionibus erga eandem hæreditatem, ſed quid perſonale, ſeparatum, & diſtinctum ab illis renuncianti competens ex propria, & ex providentia inſtitutorum, ut præventive reſpondit anterior deciſio hujus Cauſæ in §. *multoque minus*, quam Domini in reliquis approbarunt utraque &c.

## CÆSARAUGUSTANA

Communionis pro Capitulo Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ

*Cum Portionariis ejuſdem Eccleſia.*

## ARGUMENTUM.

**Diſceptatur, an certi Presbyteri extranei de Capitulo, qui parati Epiſcopo inſerviunt pro conſecratione oleorum ſacrorum feria V. in Cœna Domini, refici debeant Sacroſancta Euchariſtia ante Capitulum, Dignitates, & Canonicos non paratos.**

## *SUMMARIUM.*

1 *In materia Rituum attenduntur ſtatuta particularia, & conſuetudines Eccleſiarum, & n.* 2. *&* 6.

3 *Canonici ſeparari non debent ab Epiſcopo in actu communionis.*

4 *In communione ſervatur idem ordo, ac in diſtributione candelarum, & palmarum.*

5 *Diaconus, & Subdiaconus parati debent accipere candelas, & palmas ante Canonicos non paratos, ſi tamen ſunt Canonici, alias poſt eoſdem Canonicos, licet non paratos.*

7 *Licet Diaconus, & Subdiaconus parati non ſint Canonici, tamen ratione ſacrarum veſtium præferuntur portionariis non paratis, etiam magis dignis.*

8 *Reſolutio Sac. Congregationis Rituum in hoc caſu, & in alia.*

9 *Rationes reſolutionis examinantur, & revocantur in dubium, & n. 10. 11. 12. & 13.*
14 *Votum R. P. D. Fantis.*

## DISCEPTATIO XV.

POrtionarii Eccleſiæ Metropolitanæ Cæſarauguſtanæ proponi fecerunt in Sac. Congregatione Rituum ſub die 8. Aprilis 1690. dubium infraſcriptum - *An ſeptem Diaconi, ſeptem Subdiaconi, & duodecim Presbyteri, qui oleorum conſecrationi feria quinta in Cœna Domini Rev. Archiepiſcopo Cæſarauguſtano inſerviunt, Sacroſanctam Euchariſtiam debeant ſuſcipere ante Capitulum, & Canonicos, habitu Clericali e choro egredientes, an vero poſt Capitulum, & ante portionarios.*

Quod dubium, non citato, neque audito Rev. Capitulo Eccleſiæ prædictæ, fuit reſolutum, ut infra.

*Omnes paratos, ratione paramentorum ſacrorum debere refici Sanctiſſima Euchariſtia ante omnes de choro non paratos.*

Capitulum vero, tanquam gravatum ex hujuſmodi reſolutione recurſum habuit ad eandem Sacram Congregationem inſtando declarari, prævio receſſu a deciſis, ſupradictos Diaconos, Subdiaconos, & Presbyteros debere refici Sanctiſſima Euchariſtia poſt Capitulum, & dignitates, & ante portionarios. Ego autem ejuſdem Capituli Cæſarauguſtani Advocatus pro ſuadendo, & obtinendo receſſu dicebam, quod fundabatur contraria reſolutio in rationibus generalibus deductis in abſtracto per principia Juris, ut in Voto R. P. D. Fantis, cui Sacra Congregatio adhæſit, in calce hujus diſceptationis extenſo; & tamen quidquid ſit de hujuſmodi rationibus, iſtas profecto dicebam in caſu noſtro allegari non valere, attento particulari ſtatu ſupradictæ Eccleſiæ ab ipſis portionariis producto, in quo circa communionem faciendam in Feria V. Cœnæ Domini aperte præſcribitur, quod ſupradicti Diaconi, & Subdiaconi & Presbyteri debeant communicari poſt illos de choro ſeu poſt Canonicos, & Dignitates ibi — *E fatta la communione* (nempe celebrantis) *quei del Coro eſcano ſecondo la loro antianità &c. E prima ſi communicano le Dignità aſſiſtenti, e dopo il Diacono, e Sottodiacono, & appreſſo quei del Coro &c. co i medeſimi loro abiti ordinarii &c. e dopo haver communicati tutti li Preti ch'eſcono dal Coro ſi communicano tutti li Sacerdoti, che vengono alla conſecratione del Criſma.*

Et proinde ubi etiam ex erroneo ſuppoſito Capitulo haberet contra ſe diſpoſitionem Juris, & Ceremonialis, & eſſent veræ omnes rationes adductæ in Voto R. P. D. Fantis; attamen intrabat concluſio, quod ceſſat lex generalis, & diſpoſitio Ceremonialis in illis Cathedralibus, & Eccleſiis, quæ habent proprios ritus, & ſtatuta par-
1 ticularia, quæ ſemper in hac materia ſunt ſervanda, non obſtante, quod Jus commune diſponat in contrarium, ut deciſum fuit per d. Sacram Congregationem *in Montis Regalis 27. Septembris* 1608. teſte Barboſa *in Summ. Apoſtolicar. deciſ. verb. ſtatutum num.* 2. Sell. *in Select. Canonic. cap.* 74. *num.* 11. *& optime* Pignatell. *conſult. Canonic. tom.* 4. *conſul.* 35. *n.* 32. *& conſult.* 104. *n.* 15. & Rot. *dec.* 102. *n.* 15. *p.* 10. *recent.*

Nec unquam Sacra Congregatio in his caſibus abrogavit ſtatuta, & conſuetudines particulares Eccleſiarum, præſertim in Hiſpania, ſed paſſim ordinavit ſervari ſolitum, non obſtante rigore Ceremonialis, ut in generali Decreto edito pro Eccleſiis Hiſpaniarum ſub die 21. Julii 1605. relato apud Pignatell. *tom.* 4. *conſult.* 93. *num.* 2. & reſolutum fuit in *Hiſpalen. ſub die* 22. *Januarii* 1695. *in ſe-*
2 *ptimo, & octavo dubio, proponente* Eminentiſſimo de Abdua, & in materia præcedentiæ punctualiter firmavit Rot. *dec.* 214. *num.* 4. *par.* 3. *tom.* 2. *recent. & dec.* 383. *num.* 1. & 2. *par.* 5. *tom.* 2. Panimoll. *dec.* 1. *annot.* 5. *num.* 55.

Accedebat rationabilitas hujus ſtatuti tanquam fundati in ratione Textus *in cap. novit. de his quæ fiunt a Prælat. ſine conſenſu Capituli*, juxta cujus diſpoſitionem Capitulum conſtituit unum corpus cum Epiſcopo, itaut Canonici in actu communionionis ſeparari non debeant ab eorum capite, ſeu Epiſcopo pontificaliter celebrante. Si enim inter 3
iſtum, & Canonicos interponerentur ſupradicti Diaconi, Subdiaconi, & Presbyteri, penitus exteri, remaneret interſecatum corpus illud myſticum Epiſcopi, & Capituli, & ſic daretur ſeparatio membrorum, quod tanquam monſtrum ipſa natura deteſtatur, ad Text. *in Can.* 1. *diſtinct.* 13. Gratian. *diſcept.* 121. *numer.* 3. Pignatell. *tom.* 4. *conſult.* 90. *numer.* 6. *& conſult.* 172. *num.* 18. *verſ. ac ſeorſim tom.* 9. Ventrigl. *in prax. part.* 1. *annot.* 12. *§. unic. numer.* 20. & in puncto. Caſtald. *in praxi Ceremon. lib.* 1. *ſeſſ.* 8. *capit.* 1. *numer.* 6. ibi - *Et ita ſuo Epiſcopo adhærebunt, ut inter ipſos, & Epiſcopum nullus omnino intercedat, nam unum conſtituunt corpus*, Menoch. *conſ.* 51. *&* 257. Barboſ. *de Canon. cap.* 18. *num.* 55. Pignatell. *conſult.* 3. *numer.* 3. *tom.* 3. Goctian. *de ſcript.* 151. *num.* 2. *&* 3. Barboſ. *de Canon. cap.* 18. *n.* 55. ubi quod nec Vicarius poteſt intermediari inter Epiſcopum, & Capitulum.

Cui fundamento obſtare non poterat unica ratio paramentorum ſacrorum, quorum reſpectu præferendos eſſe Presbyteros exteros Canonicis non paratis, ſupponit R. P. D. Fantes in ſuo voto, quia advertebam procedere, ubi parati eſſent Canonici, ſeu de corpore Capituli, non autem quando ſunt exteri, ut in caſu noſtro, quod probatur ex ipſo Ceremoniali, ubi diſponitur in communione generali, in feria V. in Cœna Domini, aut in die Paſchatis ſervandum eſſe ordinem ſervari ſolitum in diſtributione candelarum, ut in *libr.* 2. *capit.* 23.
*& cap.* 29. ibi - *Ordo autem euntium ad communionem, erit idem, qui ſervatur in diſtributione candelarum, & palmarum* - in hac autem diſtributione idem ceremoniale *libr.* 2. *cap.* 17. hæc ait - *ipſo celebrans incipiet diſtribuere candelas, primo eidem digniori, deinde Diacono, & Subdiacono paratis, ſi ſunt Canonici, mox aliis omnibus Canonicis per ordinem habitu Canonicali induti* - quæ verba - *ſi ſunt Canonici* - aperte demonſtrant in tantum paratos eſſe præferendos Canonicis non paratis, in quantum ipſi parati ſunt Canonici, alias prælatio datur ipſis Canonicis, ut in puncto notat Turrin. *in director. Sacrifican. par.* 3. *ſect.* 1. *capit.* 2. *in fine* ibi - *Tum Miniſtris, ſi ſint Canonici &c.* - *quod ſi non ſint Canonici, poteſt omnes Canonicos* - 4
Bauldri *in Manual. Sacrar. Ceremon. d. capit.* 7. 5
*fol.* 372. ibi - *Diſtribuit candelas Diacono, & Subdiacono, ſi ſint Canonici, alias poſt Canonicos* - qui etiam ſubdit, quod propter hujuſmodi rationem Sacra Congregatio decrevit, Diaconum, & Subdiaconum aſſiſtentes celebranti debere eſſe Canonicos, teſte Barboſ. *in Summa Apoſt. dec. in verb. Diaconus numer.* 1. & in his terminis intelligendæ ſunt reſolutiones ſacrarum Congregationum, de quibus apud Barboſ. *de Canon. & dignit. cap.* 18. *numer.* 24. *& ſeq. & in ſumma Apoſtolicar. deciſ.* 1. *verb. Candela num.* 2. *& de offic. & poteſt. Paroch. cap.* 12. *num.* 7. *verſ. poſt quem*, prout etiam in hoc ſenſu intelligendus eſt Gavant. *in Rubric. Miſſal. par.* 4. *tit.* 13. *numer.* 4. *verſ. quo habitu & in manual. verb. Canonicor. mut. erga Epiſcopum num.* 45. *& in verb. præcedentia num.* 27. *&* 28. *& in addit. num.* 11. 15. *&* 10.

Quæ dicebam ex abundanti, dum quando concurrebat ſtatutum particulare Eccleſiæ, non erat ulterius inſiſtendum in argumentis, cum illud ſit ſervandum etiamſi Jus commune, & Ceremoniale
aliter diſponerent, cum lex generalis non habeat 6
locum, ſtante particulari, ut in ſpecie ratiocinatur Pignatell. *d. conſult.* 35. *num.* 32. Barboſ. *in ſumm. Apoſt. dec. verb. ſtatutum num.* 2. & Rota *d. dec.* 102. *num.* 15.

Præſertim, quia notabam in præſenti controverſia

non

non adeſſe textum aliquem clarum ; qui in communione præferat exteros paratos ipſis Canonicis non paratis ; quo caſu ſervandum erat ſtatutum Eccleſiæ etiam tanquam interpretativum Juris communis, & prævalens omnibus rationibus in contrarium, ut egregie obſervat Pignatell. *tom.* 4. *conſult.* 4. *ſub num.* 6. *& conſult.* 104. *num.* 15. Rot. *d. dec.* 102. *n.* 16. *par.* 10. *rec.*

Firmato ex his, quod Canonici deberent præ-
7 ferri in communione exteris paratis, deſcendebam ad alium punctum petendo reſponderi, eandem prælationem non eſſe dandam portionariis, cum enim iſti non ſint de corpore Capituli, inde ſequebatur, quod dd. exteris paratis præferri non deberent, cum in hoc caſu ceſſaret eorum reſpectu ratio non dividendi corpus myſticum, quæ militabat in Epiſcopo, & Capitulo, ut declaravit ſacra Congregatio *in Turritana* 1. *Junii & 17. Julii* 1601. *& in Terulen.* 30. *Decembris ejuſdem Anni* apud Barboſ. *in ſumm. Apoſtolic. deciſ. verb. Beneficiati n.* 3. *& in verb. Portionarii n.* 6. *&* 11. Pignatell. *tom.* 4. *conſul.* 104. *n.* 7. *&* 12. Rot. cor. Coccino *dec.* 1595. *num.* 5. *et* 6.

Quod autem portionarii non ſint de Capitulo reſultabat ex diſpoſitione Juris ſine aliqua probatione, dum Capitulum a ſolis Canonicis conſtituitur, juxta doctrinam Compoſtellani *in capit.* 1. *numer.* 4. *verſic. nunquid Portionarii de elect.* Pignatell. *tom.* 4. *conſult.* 104. *n.* 10. Rot. cor. Veral. *deciſ.* 84. *par.* 1. & coram Coccino *dicta dec.* 1595. *n.* 8.

Nec repugnare dicebam, quod exteri interponerentur inter Clerum Eccleſiæ, ſeu portionarios, dum in hoc puncto aſſiſtebat diſpoſitio ipſius ceremonialis, ut in *lib.* 2. *cap.* 16. ubi in die Purificationis Beatæ Mariæ Virginis in diſtributione candelarum talis ordo ſervatur - *Poſt eos* (ſcilicet Canonicos) *Magiſtratus, & Officiales majores Civitatis, deinde alii Presbyteri Acolythi, & Clerici de gremio Eccleſiæ* - Si enim ceremoniale permittit, quod candelæ poſt Canonicos diſtribuantur Magiſtratui Seculari ante alios Presbyteros de gremio Eccleſiæ, inde aſſequebar manifeſte, non eſſe indecorum, quod exteri præferantur Clericis Eccleſiæ, Bauldri *ad Ceremonial. dict. capit.* 16. *numer.* 12. *&* 13. *fol.* 371. immo, quod ſi Magiſtratus eſſet de majoribus, deberet incenſari ante Canonicos, ut tenet Barboſ. *in ſumm. Apoſtolic. deciſ. in verb. Magiſtratus n.* 8.

Propoſita Cauſa in S. Congregatione die 6. Martii 1695. dilata eſt reſolutio, & ſucceſſive ſub die 2. Januarii 1696. reſponſum fuit - *In deciſis* - rationibus prædictis non obſtantibus, & concordat alia punctualis reſolutio ejuſdem S. Congregationis in Seguntina 17. Novembris 1657. his verbis-
8 *Presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos ſacris veſtibus indutos in conſecratione oleorum miniſtrantes ſacra communione reficiendos eſſe ratione paramentorum ſacrorum ante omnes de choro non paratos etiam digniores* - Et hac ratione paramentorum ſacrorum eadem Congregatio ſæpe reſpondit, Canonicos eſſe præferendos ipſi Vicario generali Epiſcopi in thurificatione, diſtributione candelarum & palmarum, in receptione cinerum, adoratione Crucis, aliiſque actibus, & functionibus Eccleſiaſticis, ut habetur apud Barboſ. *in ſumm. Apoſtol. deciſ. in verb. Canonici quoad locum, & præcedentiam collect.* 91. *numer.* 19. *& in verb. Vicarius generalis circa locum num.* 9. 11. 17. *&* 18. *& de Canonicis & dignit. cap.* 18. *num.* 27. *& ſeqq.* ubi dicitur, non valere conſuetudinem in contrarium tanquam potius abuſum.

Reſolutio autem videtur in Jure fundata ex eo, quod licet Epiſcopus cum Capitulo conſtituant
9 unum corpus, itaut nemo poſſit intermediari ; ex duplici tamen ratione videntur præferendi Miniſtri induti paramentis ſacris ; tum quia in hac functione, in qua aſſiſtunt Epiſcopo in conſecratione oleorum induti paramentis ſacris cum eodem Epiſcopo conjunguntur ; & tanquam cooperatores eidem incorporantur ; unde ſicut peragunt unum, & idem miniſterium divinum, ita etiam ſunt illius partiales miniſtri conſtituentes Pontificale, & unum integrum principium ejuſdem miniſterii ; nec proinde debent ſeparari ab Epiſcopo in honore, ut totidem verbis refert Pignatell. *conſult.* 83. *num.* 23. *tom.* 5. Tum etiam quia excellentia ſacrarum veſtium ſuperat omnes alios digniores, ut apud Panimoll. *deciſ.* 1. *annot.* 5. *n.* 53.

Nec adverſatur ratio, quod ita interſecaretur corpus myſticum Epiſcopi, & Capituli : quia in hu- 10
juſmodi functione Eccleſiaſtica videtur concurrere quoddam corpus ſeu conjunctio particularis inter Epiſcopum, & paratos ei aſſiſtentes in miniſterio divino, & conſtituentes Pontificale, ut dictum eſt ; quæ propterea conjunctio ſpecialis in hac functione debeat prævalere illi generali inter Epiſcopum, & Capitulum, ultra alias rationes, quæ ſunt in Voto R. P. D. Fantis *infra n.* 14.

Ceterum reflectendo ad veritatem, reſolutio Sacræ Congregationis mihi viſa eſt pati aliquam dif- 11
ficultatem. Non enim prætenditur prælatio ſupra paratos ratione majoris dignitatis, quia nempe agatur de Canonicis dignioribus reſpective ad illos Presbyteros paratos Epiſcopo aſſiſtentes in conſecratione oleorum ; ſed prætenditur ratione indiviſibili conſortii Epiſcopi cum Capitulo non admittentis etiam interpoſitionem Vicarii Generalis, juxta Menoch. *conſil.* 51. *numer.* 257. Barboſ. *de Canon. cap.* 18. *num.* 55. quod uti naturaliter inſeparabile veluti caput a membris non poteſt in functionibus Eccleſiaſticis ſcindi ratione paramentorum ſacrorum, quæ hanc vim habere nullo Jure cautum reperitur ; habent enim quidem vim dignioritatis, & ſupremæ excellentiæ ſupra omnes alios digniores, juxta deducta in Voto R. P. D. Fantis, non tamen poſſunt infringere corpus myſticum, & generare monſtrum, nempe ſeparationem capitis a ſuis membris, & ſuper hoc videntur punctualiſſimæ doctrinæ Bauldri, & Turrini ſuper ceremoniali *libr.* 2. *cap.* 17. quæ non habent contradictorem.

Ulterius ubi etiam hujuſmodi fortiſſima ratio
non eſſet ſufficiens, ut ſola de per ſe tribueret præ- 12
lationem ; tamen negari non poteſt, quin, ſtante particulari Conſtitutione Eccleſiæ, nec non conſuetudine ſubſecuta, illa ſaltem operetur, ut tam ſtatutum, quam conſuetudo cenſeantur innixa rationi, & convenientiæ ; itaut ſint ſervanda, nec revocanda uti abuſus, & indecentia, in quo motivo ſtatuti particularis opinionem meam bene fundare videbar.

Accedente etiam conſideratione, quod hujuſmodi Presbyteri, qui in hujuſmodi functione conſecrationis oleorum aſſiſtunt, ſunt, ut plurimum, viles Clerici, & Presbyteruli, quos anteferre Canonicis, qui ſunt membra Epiſcopi, non levem inconvenientiam producit ; itaut etiamſi de Jure nulla ratio aſſiſteret Canonicis, illi Presbyteri per viam ſaltem prudentialis temperamenti refici deberent ſanctiſſima Euchariſtia ante ipſam functionem, ne concurrerent cum Canonicis, eiſque anteferri deberent.

Quamobrem quicquid ſit, ubi ageretur de Eccleſia, in qua non extaret aliquod ſtatutum, ſeu
conſuetudo, ſed res eſſet in terminis ſimplicibus 13
Juris, quo caſu eſſent conſiderabiles rationes adductæ in voto Rev. P. D. Fantis, profecto quando concurrit ſtatutum Eccleſiæ, quod ex obſervantia 30. & 40. annorum præſumitur Apoſtolica auctoritate confirmatum, non videtur ſubeſſe ratio, quare illud ſervari non debeat ; nam ejus invaliditas non poſſet deſumi niſi ex ſcandalo, indecentia, & abuſu, quæ quidem allegari poſſe non videntur in iſto caſu ob rationem conſortii indiſſolubilis Epiſcopi cum Capitulo, ut ſuperius animadverſum eſt ; ideo ex his cenſui, reſolutionem Sacræ Congregationis habere aliquam difficultatem. Votum autem R. P. D. Fantis in hac Cauſa datum eſt infraſcriptum.

Quæritur, *Utrum ſeptem Diaconi, & ſeptem Subdiaconi, & duodecim Presbyteri, qui oleorum conſecrationi feria quinta in Cœna Domini Reverendiſſimo Archiepiſcopo inſerviunt, ſacroſanctam Eucharistiam debeant ſuſcipere ante Capitulum, Dignitates, & Canonicos in habitu Clericali e choro egredientes, an poſt Capitulum, & ante Portionarios?*

Queſto dubio, e controverſia fra li Canonici, e Portionarii della Chieſa Metropolitana Ceſaraugustana, ſi deſidera terminare ſecondo procede,
34 attento ſolo Jure Eccleſiaſtico Rubricarum, e per fondar la giuſtizia delli Portionarii, che pretendono, che li detti Diaconi, Subdiaconi, e Presbiteri, che concorrono alla funtione dell'oglio ſanto hanno da eſſer communicati prima del Capitolo, e dopo tutti gli altri Eccleſiaſtici di detta Chieſa, e non tramezzandoſi pigliando la Communione fra li Canonici, e Portionarii, come communicarſi dopo li Canonici, e prima li Portionarii, ſupponendo prima, che nella conſecratione dell'olio Santo aſſiſtono a Monſignor Arciveſcovo Diacono, e Subdiacono ſerventi di Meſſa, come diſpone il Ceremoniale Epiſcoporum, che tutti due ſiano Canonici, e parimente gli aſſiſtono tre Dignità ma con cappa, e pluviale, che fa officio di Presbitero preſente, e le altre due Dignità veſtono con dalmatiche, che fanno officio di Diaconi aſſiſtenti, come diſpone il Ceremoniale Veſcovale.

Secondo, ſi ſuppone, che li ſette Diaconi, ſette Subdiaconi, e dodici Presbiteri, che parimente diſpone il Ceremoniale, che aſſiſtono a detta funtione, queſti non ſono Canonici, nè Portionarii, nè Beneficiati di detta Chieſa Metropolitana, ſe non di fuori di detta Chieſa, & in eſſa non tengono loco neſſuno, quia ſunt extra Eccleſiam.

Terzo, li Portionarii di detta Chieſa tengono loco ſucceſſivo, & immediato al Capitolo, in incedendo, in ſedendo, & in ſtando.

Quarto, in ogni Chieſa, che ſono due chori, ſcilicet unus chorus miniſtrantium, & alius chorus pſallentium, il coro miniſtrantium, che è quello dell' Altare, eſt ſuperior ordinis al coro, che canta, eſſendo queſto inferioris ordinis, di quelli che amminiſtrano. Et in queſta conſideratione veridici, & reali preſuppoſti ſi fa queſto diſcorſo.

Li ſudetti Diaconi ſette, e ſette Subdiaconi, e 12. Presbiteri hanno da communicarſi avanti il Capitolo. Il primo, perche quelli conſtituiſcono reſpective il Pontificiale, ſuppoſta la Congregatione, e perciò il Pontificiale ſi antepone, e deve anteporſi al Capitolo. Dunque quelli che ſi coſtituiſcono, che ſono li ſette, e dodici, ſi debbono anteporre nella Communione al Capitolo. Secondo, perche li detti ſono del coro miniſtrantium, onde qualſivoglia di queſto coro dice prelatione al Capitolo, per eſſer del coro ſuperioris ordinis, il Capitolo del coro pſallentium, che è inferioris ordinis. Dunque debbono communicarſi prima del Capitolo. Terzo, perche li detti ſtanno in paramentis ſacris, & il Capitolo con habito corale; dunque parimente per queſta ragione debbono communicarſi ante Reverendum Capitulum, come è di parere D. Pietro Munoz Maſtro di Ceremonie della Santa Chieſa di Toledo, e lo dichiara per ſua lettera delli 8. Giugno 1688. come parimente molti altri Direttori di Sacre Ceremonie. Di più li Diaconi nelle Meſſe Conventuali ricevono le ceneri, candele, e palme ante Reverendum Capitulum, quia ſunt miniſtri altaris, & ſunt in paramentis ſacris, poichè eſſendo il Diacono Miniſtro della Chieſa ſenza loco in eſſa, nè l'uno, nè l'altro tengono per ſe titolo di precedenza, ſe non per la ragione ſudetta, quia ſunt miniſtri altaris, & ſunt in paramentis ſacris, perilche debbono li ſopradetti ſette, e ſette, e dodici, qui ſunt miniſtri altaris, eſſer communicati prima del Capitolo, e non dopo li Canonici, e prima delli Portionarii, dal che ne ſeguono errori grandi. Primo, perche li Portionarii, come fu toccato nel terzo ſuppoſto ab initio naſcentis Eccleſiæ, hanno ragione, e molto più per la Bolla della ſecolarizatione, in vigore della quale hanno il jus ſucceſſivo in incedendo, & in ſtando immediatamente al Capitolo, e communicando li ſette, ſette, e dodici dopo il Capitolo, e prima degli Portionarii, ſe gli cauſa pregiudicio al jus, che tengono immediato al Capitolo. Secondo, perche nella communione li Canonici, Portionarii, e Beneficiati di detta Chieſa eſcono perſonalmente dal coro per modum unius corporis, eſſendo capo il Capitolo; e ſe li ſette, e ſette, e dodici, s'interpongono, e communicano frà li Canonici, e Portionarii, sarebbe diſunire la proceſſione, e disfar il corpo, quod eſt monſtrum, & alieno di quella perfettione, che a ſimiglianza della trionfante oſſerva la militante Chieſa &c.

*Reſpondeo, omnes paratos ratione paramentorum ſacrorum debere reſici ſanctiſſima Eucharistia ante omnes de choro non paratos.*

Ita ſentio, ſalvo &c.

Petrus Sanches de Fontibus SS. D. N. Ceremoniarum Magiſter.

## ARGUMENTUM.

Reprobatur opinio Savariæ *de adjunct. q.* 1. exiſtimantis, Conſtitutionem adjunctorum in Concilio Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 6. *de reform.* eſſe conformem diſpoſitioni Juris communis, & plene diſputatur, an in gravibus, & arduis negociis requiratur conſenſus, vel ſufficiat conſilium Capituli.

### *S U M M A R I U M.*

1 *Opinio* Saraviæ, *quod adjunctorum Conſtitutio ſit Juri conformis.*

2 *Recenſetur in hac re opinio* S. Rotæ *tam in antiquis, quam in modernioribus deciſionibus ex num.* 3. *uſque ad* 12.

12 *Reſolvitur* contra Saraviam, *quod adjuncti non ſint conformes diſpoſitioni Juris & num.* 13. *&* 14. *uſque ad n.* 19.

30 *In gravibus, & arduis ab Epiſcopo expediendis utrum requiratur conſenſus Capituli diſputatur articulus, & pro affirmativa vide ex num.* 20. *uſque ad num.* 36. *pro negativa vide ex num.* 36. *uſque ad finem diſceptationis.*

## DISCEPTATIO XVI.

CUm ſacrum Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 26. *cap.* 6. *de reformat.* decernat, ut cum Epiſco- 1
pus extra viſitationem procedit ad correctionem in figura Judicii, teneatur adhibere conſilium, & aſſenſum duorum adjunctorum Capituli, tam in formando proceſſu, quam in ceteris omnibus, uſque ad finem Cauſæ incluſive; proinde Saravia *in ſuo tract. de adjunct. q.* 1. quærit, utrum diſpoſitio Juris communis aſſiſtat, vel reſiſtat Conſtitutioni adjunctorum, & ſuſtinet eam aſſiſtere, non autem reſiſtere, ut ex fundamentis ab ipſos deductis *ex n.* 2
10. *ad ſeqq.*

Articulus iſte eſt unus ex illis, qui torſit ingenia doctorum, & tribunalium. Etenim pro parte af- 3
firmante, adjunctorum Conſtitutionem eſſe conformem Juri communi adeſt *deciſio* 7. Mohedan. *de præſcript.* in qua firmatum fuit, quod de Jure 4
communi Juriſdictio ſpectat ad Epiſcopum, & Capitulum, & ideo Epiſcopus, qui præſcripſerat contra Capitulum poteſtatem puniendi Canonicos, fine

ſine illius conſenſu reſpectu certi delicti, non poterat idem prætendere reſpectu aliorum delictorum, ea ratione, quod, ubi reſiſtit Jus commune, præſcriptio non extenditur de caſu ad caſum etiam ejuſdem ſpeciei, & etiam nullo alio poſſidente, quæ deciſio emanavit 1. *Martii* 1540. ab omnibus S. Rotæ Auditoribus, exceptis tribus, & hoc ipſum per duos annos ante firmatum fuit coram
5 eodem Mohedan. *deciſion. 2. de for. compet.* nempe 26. *Octobris* 1538. ubi omnes domini tenuerunt opinionem, quod Epiſcopus teneatur habere conſenſum Capituli ad cognoſcendum, & condemnandum aliquem de Capitulo ratione delicti, ubi inter alios allegatur Innoc. *in c. novit. de his, quæ fiunt a Prelat.* qui tamen loquitur de conſilio, non de conſenſu.

Anno 1541. 28. Novembris in una *Zamoren.*
6 *Juriſdictionis* apud Put. *deciſion. 209. lib. 1.* Rota reſolvit, quod Epiſcopus in delictis gravibus, in quibus dicebatur agi de arduis, non poterat procedere ſine conſenſu Capituli, & quando etiam agebatur de levibus, tamen, quia proceſſerat contra Clerum, & Capitulum, pariter procedere non poterat ſine dicto conſenſu, ex quo etiam in levibus nihil poterat ſtatuere, & definire Epiſcopus ſine conſenſu Capituli in criminalibus, per Textum *in Can. Siquid & Can. Epiſcopus nullius 15. quæſt. 7. & Can. Siquid diſtinct. 25. & Abb. in cap. 1. de exceſſ. Prelat.* & per Text. *ſecluſa conſuetudine in cap. 3. de conſuet. in 6.* & Barbat. *de Epiſcop. in 4. par. 3. libr. 9.* & ad doctrinam Abbatis dicentis, quod minora Epiſcopus expedit abſque Capitulo, reſpondet, quod loquitur de negociis extrajudicialibus, non judicialibus.

Anno 1548. in una *Placentina ſeu Valentina Ju-*
7 *riſdictionis* apud eundem Puteum *deciſ. 92. libr. 3.* diſputatum fuit in Rota, an in his Cauſis criminalibus requiratur conſilium, vel conſenſus Capituli, & poſt multos doctores hinc inde allegatos, tandem nihil concluſum fuit, niſi quod Juriſdictio ſpectaret ad Epiſcopum de conſilio Capituli, ex quo Textus, ſeu jura loquebantur de conſilio: ſed fuit dictum, quod daretur dubium, an Jura, quæ volunt requirere conſilium, intelligantur de conſenſu, & tradit Gonzal. *ad regul. Cancell. gloſſ. 47. num. 46.*

Anno 1551. in una *Conchen. Juriſdictionis* coram Achille dictum fuit, manutenendum eſſe Epiſcopum, & Capitulum in quaſi poſſeſſione exercitii Juriſdictionis, quam habent tam Epiſcopus,
8 quam Capitulum ſuper cognitione Cauſarum criminalium, quoniam Epiſcopus de Jure communi Cauſas criminales ſine Capitulo cognoſcere non poteſt, ut refert Verall. *deciſ. 202. par. 2.* quam deciſionem Achill. non inveni inter ejus impreſſas, bene verum eſt, quod adeſt *deciſ. 2. de offic.*
9 *ordinar.* ubi plura hinc inde allegantur ad probandum requiri conſenſum, vel conſilium in corrigendo in Cauſis criminalibus, & *numer. 6.* dicitur, quod major pars dominorum concurrebat in opinione, quod in correctione Capitularium requiratur conſenſus Capituli, ea ratione, quod in arduis requiritur conſenſus, & Cauſa criminalis eſt ardua; ſed nihilominus nihil deciſum fuit, ſed ſolum
10 dictum, quod daretur dubium de per ſe, quam deciſionem, licet non reſolutivam, approbavit Rot. *in Palentina Juriſdictionis 9. Julii* 1572. coram Cæſar. de Graſſ. *dec. 2. numer. 5. de jurejuran.* ubi quod in correctione tanquam in re ardua requiritur conſenſus Capituli.

Anno 1570. 19. Octobris *in Carthaginen. Juriſ-*
11 *dictionis* coram Lancellotto firmata fuit regula abſoluta in favorem Epiſcopi, videlicet, quod in Cauſis criminalibus, & in correctione etiam Capitularium, licet Epiſcopus debeat requirere conſilium, & præſentiam Capituli, illud tamen ſequi non debet, ut refertur *in deciſ. 9. numer. 1. part. 1. rec.* Et poſtea in eadem Cauſa fuit ordinatum, ut videretur, an hæc regula limitanda foret in arduis, proindeque aſſumpta diſputatione 26. Octobris 1579. fuerunt allegati Doctores, & rationes hinc inde; & major pars dominorum inclinavit in opinionem, quod neque in arduis Epiſcopus teneretur adhibere conſenſum, ſed ſolum conſilium neceſſario non ſequendum, ut rationibus & doctoribus allegatis *in dict. deciſ. 9. numer. 3. & ſeqq. par. 1. rec.* Verum propter varietatem opinionum, & propter gravitatem, & exemplaritatem articuli non fuit capta aliqua ſolutio, quia domini reſolverunt, quod materia bene diſcutiatur, proindeque dixerunt, quod primo informaretur ſuper auctoritatibus doctorum, numerando illos, qui tenuerunt unam, vel alteram opinionem, poſtea vero ſuper rationibus dictarum opinionum; ſed licet ſucceſſive fuerit informatum ſuper doctoribus, & rationibus nulla tamen unquam capi potuit reſolutio, ex quo doctores multum confuſe loquebantur; ideoque tandem fuit dictum, ut videatur, an probetur ſufficiens conſuetudo pro parte Capituli, ut *in ead. deciſion. 9. numer. 7. 8. & 9. part. 1. recent.* & diſputato hoc dubio die 20. Junii 1580. fuit reſolutum, quod conſuetudo quadragenaria pro parte Capituli probata ſufficeret in hoc caſu, ex quo agebatur de materia dubia, & de conſuetudine interpretativa, pro qua etiam dictum fuit, ſufficere poſſe decem annos, ut legere eſt *deciſ. 615. part. 1. diverſ.*

Ex his omnibus mihi videtur parum tutum, & potius inſubſiſtens aſſumptum Saraviæ ſuſtinere co- 12
nantis Conſtitutionem adjunctorum habentium votum deciſivum, & ſic importantem conſenſum Capituli eſſe conformem Juri communi, quoniam vel agitur ſimpliciter de Cauſis criminalibus, non arduis, nec magnis & de Jure Epiſcopus libere procedit cum ſolo conſilio, & præſentia Capituli, abſque eo quod illud ſequi teneatur, juxta noviſſimam opinionem ſacræ Rotæ firmatam *in d. deciſion. 9. num. 1. par. 1. rec.*
quicquid dixerit Achill. *deciſion. 2. num. 6. de Of-* 13
*fic. Ordinar.* & Ceſar de Graſſ. *deciſion. 2. numer. 5. de Jure Juran.* quod Cauſa criminalis, & correctio ſit res ardua, quam concluſionem ad ſuum intentum traxit Saravia *ubi ſupra numer.* 16. quia Cauſæ criminales ſunt diſtinguendæ inter arduas, ſeu inter magnas, & non magnas, ut eas diſtinxit Rot. *in dicta Carthaginen. Juriſdictionis deciſ. 9. numer. 1, & 4. part. 1. recen.* ubi prius firmavit regulam pro Epiſcopo, ut in Cauſis criminalibus, & in correctione etiam Capitularium poſſit procedere cum ſolo conſilio Capituli, & poſtea diſputavit, an hæc regula eſſet limitanda in Cauſis criminalibus arduis, & ſic verum non videtur, quod omnis correctio ſit res ardua, quodque omnis cauſa eo ipſo, quod eſt criminalis, ſit ardua, ſed diſtinguendum eſt inter cauſas graves, ſeu magnas, & non graves, nec magnas.

Aut vero agitur de Cauſis criminalibus arduis,
& pariter articulus in Jure eſt periculoſus, & adeo 14
dubius, ut ſacra Rota per quatuor vices materiam diſcuſſerit, & nihil potuerit reſolvere propter obſcuritatem, & confuſionem doctorum, ut *in dict. Carthaginen. Juriſdictionis deciſ. 615. num. 1. par. 1. diverſ.* ubi hæc ait - *In hac difficultate, an Epiſcopus in iſtis arduis debeat procedere cum conſenſu, vel conſilio Capituli, nedum doctores noſtri confuſe, & obſcure locuti fuerunt, & inter ſe ipſos fuerunt ſæpe contrarii; ſed etiam jura, & gloſſæ diverſimode ſenſerunt, ſumendo interdum conſenſum pro conſilio, & e contra, adeo ut quater hæc materia fuerit diſcuſſa per dubia particularia, tam quoad auctoritates, quam quoad rationes, & nihil firmari potuit* - unde neſcio, quo fundamento Saravia adeo tuta fronte ſuſtineat adjunctorum Conſtitutionem eſſe conformem Juri communi, quando ſive agatur de Cauſis non arduis, ſive arduis, utrobique ejus opinio vel eſt erronea circa non arduas, vel claudicat circa arduas.

Hoc ipſum agnoſcit Saravia *ſub num. 25.* ubi vult reſpondere ad relatam *deciſ. 615. part. 1. diverſ.*

& ſe ſe involvit, & nihil concludit; Dicit enim
primo, quod in eadem deciſione manifeſte præ-
ſupponitur, conſuetudinem eſſe rationi, & Juri
conformem, quæ decem annorum ſpatio præſcribi-
tur, quando ſi Jus reſiſteret, nec ſufficeret quadra-
genaria, ſed requireretur immemorabilis; & tamen
in hac reſponſione æquivocat clare, dum, quando
aliquid eſt Juri conforme, non eſt neceſſaria con-
16 ſuetudo; nec ratio per eum adducta circa requiſi-
tum immemorabilis aliquid ſtringit, quia procedit
circa conſuetudinem præſcriptam, & contra Jus,
non autem circa eam, quæ in re dubia datur, ubi
Jus nec aſſiſtit, nec reſiſtit; in ea enim ſufficit ſim-
plex quadragenaria immo etiam decennalis, prout
17 erat caſus *in dict. deciſion.* 651, ubi dictum fuit in
articulo dubio, & præter Jus, qualis eſt, *an in ar-
duis requirendus ſit necne conſenſus Capituli*, ſuffi-
cere conſuetudinem 40. annorum, immo etiam de-
cennalem; ultra quod immemorabilis non requi-
18 ritur, ſed ſufficit quadragenaria, ubi aſſiſtentia Ju-
ris eſt ſimpliciter in contrarium, ſed ſolum imme-
morabilis, deſideratur ubi adeſt reſiſtentia legis ex-
preſſa, veluti quia lex ulterius procedit reſiſtendo
alterius poſſeſſioni, ut bene diſtinguit Rot. *in Ge-
runden. Adminiſtrationis Epiſcopatus, Sede vacan-
te 24. Januarii* §. *nec Magis*, & *20. Junii* 1687.
§. *neque demum*, coram bon. mem. Emerix.

Advertendo hic, quod quatuor caſus figurari
valent, in quibus conſuetudo adeſſe poteſt. Primus
eſt, quando Jus eſt conforme conſuetudini, diſpo-
nendo id, quod conſuetudo recepit; & tunc iſta
non eſt conſuetudo, ſed obſervantia legis. Secun-
dus, quando Jus eſt ſimpliciter contrarium conſue-
tudini diſponendo id, contra quod introducta fuit
conſuetudo: & tunc iſta dicitur conſuetudo contra
ſimplicem diſpoſitionem Juris, quæ ſola quadrage-
naria induci poteſt, *ut in dict. Gerunden. proxime
adducta*. Tertius eſt, ut, quando Jus eſt nedum
contrarium conſuetudini, ſed illi reſiſtit derogan-
do, & prohibendo contrarium uſum, & tunc re-
quiritur quadragenaria cum titulo vel immemora-
bilis, ut firmatur *in eadem Gerunden.* Quartus ca-
ſus eſt, quando Jus nec aſſiſtit, nec reſiſtit conſue-
tudini, ſive per contrarietatem, ſive per reſiſten-
tiam prohibitivam, & tunc dicitur conſuetudo in-
terpretativa, quæ datur in re dubia, & poteſt per
decennium introduci.

Ex qua diſtinctione infelix redditur ponderatio
Saraviæ putantis, quod Rot. *in allegata dec.* 615.
vocando conſuetudinem eſſe Juri, & rationi con-
formem, probet aſſiſtentiam Juris pro conſenſu
Capituli in arduis requirendo, quando hoc debet
intelligi, ut conſuetudo cenſeatur Juri conformis
quantum ad hoc, ut illa non prohibeatur per le-
gem, ſed permittatur, & ei lex ipſa faveat, prout
favere dicitur in re dubia, ubi lex ipſa defert con-
ſuetudini, ut *in l. ſi de interpretatione ff. de legib.*
& in hoc ſenſu conſuetudo intelligitur eſſe Juri
conformis, non autem in ſenſu, ut illud, quod
induxit conſuetudo, competat de Jure communi;
itaut aſſiſtentia Juris concordet cum conſuetudine,
dum eſſet interpretatio inepta, quia quando habe-
mus aſſiſtentiam Juris, non habemus neceſſitatem
conſuetudinis.

Poſtea Saravia *ſub numer.* 62. & *ſeqq.* ſeſe dif-
19 fundit in explicando conſilium, & conſenſum,
& deinde *numer.* 66. dicit difficultatem verſari in
inquirendo, quæ ſunt illa requirentia conſenſum,
& quæ requirentia conſilium; &. dicit, quod
ex doctoribus duplex regula colligitur, ſcilicet,
quod in levioribus nullum nec conſilium, nec
conſenſus requiritur, dummodo non intercedat
in illis criminum punitio; in gravioribus vero
conſilium, & conſenſus requiruntur, & in fine
ſe refert ad Burſat. & Piaſec. ad declarandum ar-
dua, in quibus requiritur conſenſus, & in ſumma
nihil concludit contra ſupradictam *deciſ.* 615. *par.
1. diverſ.*

Proſequendo materiam de gravibus, & arduis,
an in illis requirendus ſit conſenſus Capituli, vel
ſufficiat conſilium, occurrit illa quæſtio, *an Epi- 20
ſcopus in Synodo poſſit ſtatuere in gravibus, & ar-
duis cum conſilio, vel conſenſu Capituli*, quam quæ-
ſtionem late examinat Lother. *de re benef. lib. 1.
quæſtion. 21. ex numer.* 87. eamque habui de facto
diſputandam in *Hiſpalen. Juriſdictionis* coram Sa-
cra Congregatione Concilii, in qua Capitulum in-
ſignis Metropolitanæ Hiſpalen. prætendebat, Re-
verendiſſimum Archiepiſcopum non poſſe in Syn-
odo condere ſtatuta de rebus gravibus, & arduis
abſque ejus conſilio, & conſenſu, & pro illius
parte allegabatur punctualis deciſio ſacræ Rotæ in
*Barbaſtren. Juriſdictionis 7. Junii* 1585. coram
Card. Hieronymo Pamphylio regiſtrata apud Pigna-
tell. *conſul.* 180. *numer.* 14. & *ſeqq. tom.* 1. ubi
*num.* 17. concluditur his verbis — *Epiſcopum, adhi-
bito tamen conſilio Capituli, poſſe condere ſtatuta,
etiam non expectato aſſenſu, dummodo non agatur
de præjudicio Eccleſiæ, vel de communiter tangenti-
bus Epiſcopum, & Capitulum, vel non ſimus in ar-
duis, in quibus caſibus debet intervenire conſenſus
Capituli* — & ultra hanc deciſionem allegabantur
plures infraſcripti doctores, nempe.

Abbas *in capit. cum conſuetudinis numer.* 5. *in fi-
ne de conſuetud.* ibi — *ita in condendis ſtatutis regu- 21
lariter non requiritur conſenſus Capituli, ſed for-
te ſuper arduis debet intervenire conſenſus* — Ana-
nia *in capitul. humilis* 17. *numer.* 1. *de major. &
obed.*

Caſtrenſ. *conſ.* 34. *ad finem par.* 1. ibi — *item re- 22
quiritur conſenſus Capituli in arduis negotiis.*

Roman. *conſ.* 369. *num.* 21. ibi — *tamen hoc fal- 23
lit in arduis, in illis enim neceſſe eſt, Prælatum ha-
bere conſenſum Capituli* — ibique Mandoſ. *lit. Q.*

Card. Tuſc. *pract. concluſ. lit. P. concluſ.* 499.
*num.* 20. ibi — *limita in arduis, quia ſolus Præla- 24
tus non poteſt ſine conſenſu Capituli.*

Gabriel *commun. concluſ. l.* 7. *tit. de crimin. con-
cluſ.* 36. *nu.* 3. *in fine* ibi - *quod in arduis non poſſit 25
Epiſcopus procedere ſine conſenſu Capituli.*

Lotherius *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 28. *num.* 153.
ibi - *propter arctiſſimam conjunctionem, quæ eſt inter 26
Epiſcopum, & Capitulum, cum quo ideo omnia ne-
gocia ardua debet expedire.*

Barboſ. *de Epiſcop. par.* 3. *alleg.* 93. *num.* 26. *in
fine* ibi - *& ubi accedit Epiſcopi conſenſus poteſt ſta- 27
tuere etiam circa ardua* - & in tractatu *de Jure Ec-
cleſiaſtico lib.* 1. *cap.* 32. *numer.* 24. *ſub* §. *poſt hac
ſcripta* ibi - *item ubi ſumus in arduis, in quibus et-
iam debet intervenire conſenſus Capituli.*

Botteus *de Synod. par.* 3. *n.* 141. ibi - *ſublimita 28
ſecundo id quod dixi ſufficere, quod Epiſcopus ſta-
tuendo habeat conſilium Capituli, in arduis negotiis,
quibus non ſufficeret conſilium Capituli, ſed requiri-
tur conſenſus.*

Piringh. *in Jus Canonic. lib.* 3. *titul.* 10. *num.* 15.
*poſt principium* ubi, quod nec Epiſcopus poteſt ex 29
conſuetudine expedire negocia ardua ſine conſenſu
Capituli, ut alibi dixerat, niſi adſit aliqua juſta,
& rationabilis cauſa informans conſuetudinem ibi-
*verum quia dictum eſt valere conſuetudinem, ut Præ-
latus expedire poſſit ardua non adhibito conſilio Ca-
pituli, ideo dicendum eſt, talem conſuetudinem eſſe
contra honeſtatem, & conſequenter non valet, ſi id
ſine juſta, & rationabili cauſa fiat.*

Turricell. *de union. capit.* 9. *num.* 8. ibi - *& pro- 30
pter arctiſſimam conjunctionem & conſortium, quod
eſt inter Capitulum & Epiſcopum, quia ideo nego-
cia ardua ſolus ſine conſenſu Capituli expedire ne-
quit.*

Rota coram Puteo *dec.* 200. *n.* 4. *lib.* 1. *in corre-
ctis* ibi - *errat circa ardua procedere, quod Epiſcopus 31
ſine conſilio Capituli non poterat.*

Et coram Bich. *deciſ.* 222. *nu.* 7. ibi - *Epiſcopus 32
propter arctiſſimam conjunctionem, quæ eſt inter Epi-
ſcopum, & Capitulum expedire non poteſt negotia ar-
dua ſolus ſine conſenſu Capituli.*

Neque obſtare dicebatur doctrina Lotherii *de re
benef. lib.* 1. *quæſtion.* 21. *n.* 97. & *ſeqq.* qui dicit, 33
Epiſcopum poſſe ſtatuere cum ſolo conſilio, & abſ-
que

Digitized by Google

que conſenſu Capituli in omnibus negociis ſive
arduis, ſive non arduis, eo quia iſta diſtinctio
inter ardua, & non ardua non videtur aliquo ju-
re probabilis, quia ſupponebatur, eundem Lothe-
rium fuiſſe poſtea ſibi contrarium eodem *lib. quæſt.*
28. *num.* 153. in verbis ſupra tranſcriptis, quod-
que Doctor dicatur ſtare pro illa ſententia, quam
ſequitur ultimo loco, Surd. *conſ.* 269. *numer.* 32.
Gratian. *diſcept.* 825. *num.* 11. & *diſcept.* 973. *num.*
3. Ciarlin. *controverſ.* 52. *num.* 27. Cirocc. *diſcept.*
13. *num.* 30. Card. de Luc. *de fideicom. diſc.* 102.
*num.* 2. Cæſar. de Graſſis *dec.* 1. *num.* 10. *de his,*
*quævi metuſque cauſa fiunt.*

Prout etiam addebatur non obſtare reſolutiones
34 Sacræ Congregationis firmantes, Epiſcopum poſſe
in Synodo ſtatuere cum ſolo conſilio Capituli,
non ſequendum niſi in caſibus in jure expreſſis;
quoniam iſta expreſſio potius eſſet exemplificativa,
quam reſtrictiva, & taxativa, eo quia in tan-
tum allegatæ reſolutiones dicunt, ſequendum eſſe
conſilium in caſibus in jure expreſſis, in quan-
tum iſti caſus verſantur circa gravia, & ardua;
& conſequenter caſus in Jure expreſſi non expri-
muntur taxative, cum exempla non reſtringant,
licet comprehenſionem diſſimilium excludant, ut
tradit Berous *conſ.* 74. *numer.* 19. *lib.* 3. & ſicuti
cauſa univerſalis æqualiter influit in omnes caſus
particulares, itaut ea potius attendatur, quam ipſi
actus particulares, Baldus *in cap. querelam. numer.*
33. *in fin. de elect.* Menoch. *de retinenda remed.*
*prim. numer.* 158. ita cum cauſa expreſſionis, &
requiſiti conſenſus in caſibus in Jure expreſſis ſit
gravitas, & arduitas materiæ, non debet illorum ex-
preſſio conſenſus neceſſitatem limitare ad dictos tan-
tum caſus, multoque minus excludere cauſam i-
pſam, ob quam expreſſio facta fuit.

Quod autem exceptio circa caſus in Jure expreſ-
ſo facta per Sacr. Congregationem in allegatis re-
35 ſolutionibus non ſtet taxative, probari diceba-
tur ex eo, quod Sacra Congregatio neceſſarium
exiſtimavit conſenſum Capituli etiam circa fa-
cultatem creandi Canonicos ſupernumerarios, ut
in reſolutione *Fulginaten.* inferius referenda, & ta-
men iſte non ſit de caſibus præciſe in Jure expreſ-
ſis.

Dicebamus contra Ego aliique defenſores Ar-
chiepiſcopi, quod ejus intentio erat in Jure plene
36 fundata, juxta quod ad eundem ſpectat condere,
& reformare ſtatuta, neque in hoc aliquam habet
communionem cum Capitulo, ut probat Textus *in*
*capit. quanto de hiſque, fiunt a Prælat. ſine conſil.*
*Capitul.* ubi generaliter definitur, quod Epiſco-
pus in omnibus ſuæ Eccleſiæ negociis ſtatuat cum
conſilio Capituli, ex quo plene elicitur, quod
in ſtatuendo, & reformando non teneatur ejuſ-
dem conſenſum adhibere tanquam nullam partici-
pationem habentis in hac juriſdictione Epiſcopi;
cui ſat eſt ad firmius Judicium ſtabiliendum ſolum
requirere conſilium, ut communiter firmarunt ibi-
dem repetentes, ſignanter Abbas *numer.* 4. Imola
*numer.* 1. & 2. Butr. *numer. eodem* cum innumeris
apud Botteum *de Synodo part.* 3. *numer.* 236. ubi
de communi.

Immo plus addit Archidiac. *in dict. cap.* 1. *num.*
37 2. *diſtinct.* 18. dicens, quod ſi Capitulum, non aſ-
ſignata juſta cauſa, contradicit determinationi Epi-
ſcopi, valeat nihilominus conſtitutum, illudque pro
conſentiente habeatur, atque poſt Hoſtienſem ibi-
dem citatum ulterius diſtinguendo advertit, in con-
dendis, & reformandis ſtatutis nil præter conſilium
eſſe requirendum, quodque ſequendum ſit nullo,
ait, Canone fuiſſe definitum, ſequitur Bellamer. *nu-*
*mer.* 2. *Præpoſit. numer.* 4. *verſic. ſi tamen*, Panor.
*in dict. cap. quanto num.* 5. Jo. Andr. *in cap.* 1. *de*
*conſtitut. in* 6. Rot. coram Achill. *deciſ.* 2. *num.* 3.
*de offic. ordin.* Lother. *de re beneſ. lib.* 1. *quæſt.* 23.
*num.* 101.

Confirmatur aſſumptum reflectendo, quod Text.
*d. capitulo quanto*, poſitus eſt ſub *rubrica de his,*
*quæ fiunt a Prælatis ſine conſenſu Capituli*, quæ,
tanquam habens orationem perfectam, ſufficiens
eſt ad decidendum, quod materia contenta in ni-
gro poſſit ſine conſenſu Capituli expediri, Gloſſ.
*in rubrica ff. ſi quis teſtari juſſus fuerit*, Bald. *in*
*rubr. cod. an. ſervus ex ſuo facto &c.* ideoque cum
in præfato Textu caveatur, quod Epiſcopus cor-
rigat, & ſtatuat cum conſilio Capituli planum
ſit, quod, ſalva litera Textus, conſilium ad
conſenſum nequeat extendi, & firmat Lother. *de* 38
*re benefic. lib.* 2. *quæſtion.* 21. *num.* 101. & maxi-
me, quia ubi Textus voluit eſſe requirendum con-
ſenſum, illum ſpecifice expreſſit, ut in eadem *ru-*
*brica de his, quæ fiunt a Prælatis &c. cap. tua no-*
*per* ibi — *totius Cleri tractatu atque conſenſu* — Er-
go ubi illum non expreſſit, ſed ſolum conſi-
lium, dicendum eſt, noluiſſe conſenſum, ſed conſi-
lium.

Rurſum hæc ſententia fulcitur *ex cap.* 3. *de con-*
*ſuetud. in* 6. ubi definitur, validam eſſe conſuetudi- 39
nem, juxta quam Epiſcopus in inquirendis, & cor-
rigendis ſubditorum exceſſibus conſilium Capituli
requirere minime teneatur; unde ſicut in his, &
in Juriſdictione exercenda, conſenſum adhibere non
tenetur, ita etiam in ſtatuendo, ut arguit Panorm.
*in cap. cum conſuetudinis num.* 5. & 6. *verſ. ſed* Ar-
chidiaconus *dicit de conſuetud.*

Ulterius, quia in *d. cap. quanto* generaliter, &
indefinite ſancitur, quod in Eccleſiæ negociis Epi- 40
ſcopus ſtatuat cum conſilio Capituli; ergo Textus
generaliter, & indefinite venit intelligendus, & ſic
de omnibus etiam gravibus, & arduis, *l. de pretio*
*ff. de publiciana in rem actione.* Etenim potiſſima
differentia inter indefinitam hominis, & legis pro-
poſitionem ea eſt, ut illa patiatur reſtrictionem,
hæc autem ſemper æquipolleat univerſali, *cap. quia*
*circa de privileg. cum ſimilibus* apud Mandoſ. *ad re-*
*gul.* 32. *cancell. quæſt.* 4. *num.* 1. Coccin. *dec.* 414.
*num.* 6.

Et quamvis decreta Canonica, & Juris civilis
Conſtitutiones quandoque conſilium ſumant pro
conſenſu, quo caſu illud non ſolum eſt adhiben-
dum, ſed etiam de neceſſitate ſequendum, hoc ta-
men procedit, quando debet præſtari a majori ad
auctorizandum, vel ſolemnizandum actum mino- 41
ris, & inferioris; ſecus quando prout hic præſtan-
dum eſt ſuperiori ab inferiore, ut optime diſtinguen-
do utrunque caſum advertit Gonzal. *in cap. cum in*
*veteri numer.* 4. & *ſeqq. de elect.* & noviſſime cen-
ſuit Rot. *in Majoricen. Juris adminiſtrandi* 5. *Mar-*
*tii* 1688. *in fin. princip.* & 22. *Octobris* 1694. cor.
bon. mem. Emerix.

Præſertim, quia ſequeretur graviſſimum abſur-
dum, ſi cogeretur Epiſcopus habere conſenſum Capi- 42
tuli in condendis ſtatutis, & ſubditorum exceſſibus
corrigendis, dum in his, quæ concernunt reforma-
tionem, & correctionem Canonicorum, & alio-
rum Eccleſiæ reſidentium, iidem Canonici facillime
jugum diſciplinæ detrectarent conſenſum denegan-
do, & delicta interim creſcerent, & impunita re-
manerent, contra Text. *in l. ita vulneratus ff. ad*
*leg. falcidiam.*

Neque contrarium ſuadet auctoritas *Gloſſæ Gof-*
*fredi in dict. can.* 1. *in verbo conſtituendum diſtinct.* 43
18. dicentis, Epiſcopum non poſſe aliquid de ma-
joribus negociis definire, ex qua Gloſſa plures do-
ctores deduxerunt, Epiſcopum in arduis, & gra-
vibus nihil poſſe ſtatuere abſque conſenſu Capitu-
li, quia, ut reſpondet Panorm. *in d. cap. cum con-*
*ſuetudinis numer.* 5. Gloſſa non debet ita generaliter
intelligi, quominus Epiſcopus poſſit plura etiam
in gravibus, & arduis abſque conſenſu Capituli de-
finire, ſed declarari, juxta *can. præceptis diſtinct.*
12. ab ipſa allegatum, ubi Gregorius Papa inve-
hit contra quoſdam Patriarchas, & Archiepiſco-
pos, qui, ſpretis Romanæ Eccleſiæ ſtatutis, crea-
bant Epiſcopos ſine licentia Sedis Apoſtolicæ,
& deponebant, dicendo, quod accuſatio, &
depoſitio Epiſcoporum, ſicut quæſtio fidei ſpe-
ctat ad Sedem Apoſtolicam, unde non debent in-
feriores talem ſibi auctoritatem uſurpare, & in

hoc ſenſu veriſſima eſt Gloſſa, ſed peſſime intel-
lecta a Canoniſtis, qui ea generaliter, & indi-
ſtincte deduxerunt, non poſſe Epiſcopum in gra-
vibus, & arduis aliquid ſine conſenſu Capituli con-
ſtituere, cum tamen aliud inferre non debuiſſent,
quam quod in iis, quæ ſunt Principi reſervata,
nihil poſſet ordinare, ut in puncto, quod Gloſ-
ſa ſit taliter intelligenda, firmavit Præpoſit. *ibidem
num.* 1.

Et in omnem caſum Gloſſæ tradirio interpretan-
44 da eſt, ut loquatur de iis tantum negociis in jure
expreſſis, in quibus ſacri Canones requirunt con-
ſenſum Capituli, iis videlicet, quæ concernunt in-
tereſſe Canonicorum, ut eſt alienatio rerum Eccle-
ſiæ Cathedralis, & aliis concernentibus intereſſe
commune Epiſcopi, & Capituli, de quibus apud
Panormitan. *in capit. novit. numer. 7. de iis, quæ
fiunt a Prælatis*, Pax Jordan. *tom. 2. lucubrat. Ca-
non. libr. 8. tit. P. numer. 22. & ſeqq.* ut in ſpe-
cie, quod, exceptis caſibus in Jure expreſſis, in
aliis, licet gravibus & arduis, ſolum Capituli con-
ſilium ſit requirendum, tradit explicando, & limi-
tando ſupra citatam Gloſſam Archidiacon. *in can.
1. num. 1. & 2. diſtinct. 18. ibique* Præpoſit. *nu. 4.
verſ. ſi autem*, Bellamer. *num. 2.* Innocent. *in cap.
novit. num. unico de his, quæ fiunt a Prælatis, ibi-
que elegánter* Panormitan. *n. 6. & 7.* ubi etiam di-
45 cit, quod neque in arduis requiritur conſilium,
exiſtente aliqua cauſa rationabili, & quod conſen-
ſus requiritur ſolum in caſibus, in quibus in Jure
cavetur, ut ſit adhibendus conſenſus Capituli, ut
legere eſt *n. 7.* ſequitur Botteus *de Synodo Epiſco-
pali par. 3. art. 1. n. 1. uſque ad* 36.

Neque prædictis adverſari poſſunt auctoritates
requirentes in arduis conſenſum Capituli, de qui-
bus *ſupra num. 20. & ſeqq.* quia contrariam opi-
nionem, quod ſufficiat ſolum illius conſilium, te-
nuerunt plures, & meliores magni nominis Cano-
niſtæ.

Innocentius in *cap. quanto numer. 1. de his, quæ
46 fiunt a Prælatis ſine conſenſu Capituli* ibi - *in nego-
ciis magnis &c. requirendum conſilium Capituli.*

Et in *cap. edoceri nu. 4. de reſcript.* ibi - *hoc de-
47 bet facere cum conſilio Capituli, cum hæc inter ar-
dua negocia ſint &c. idem eſt forte in arduis cauſis.*

Panormitan. *in cap. novit. numer. 6. de his, quæ
48 fiunt a Prælati* ibi - *non tenetur Prælatus etiam in
arduis requirere conſilium Capituli.*

Joan. And. *in cap. ad abſolvendam de hæretic.*
49 ibi - *in arduis Epiſcopus requirit conſilium, licet
non expectet conſenſum.*

Archidiac. *in can. ſi quis 15. quæſt. 8. numer. 1.*
50 ibi - *quia magna eſt quæſtio, hoc ſine ejus conſilio
facere non debet.*

Berous in *cap. qualiter, & quando de accuſat. n.*
51 17. ibi - *ſpectare ad Epiſcopum ſolum, licet de con-
ſilio Capituli hæc facere debeat, & ſic Capitulum
potius erit, ut aſſenſor &c. Ergo illius conſilium ſe-
qui non tenetur, ſed eſt, ut illud requirat.*

Barboſ. *de Jur. Eccleſiaſtic. capit. 32. lib. 1. nu-
52 mer. 19. circa finem* ibi - *conſilium vero Capituli
&c. plerumque eſt requirendum, videlicet in inſti-
tutionibus Beneficiorum & in aliis Eccleſiæ negociis
arduis.*

Brunorus a Sole *in locis communibus verb. Præ-
53 latus explicare ardua.*
54 Mandoſ. *de inhibit. quæſt. 192. num. 2.*

Boich. Butr. Zabarell. & alii in *cap. 1. de exceſ-
55 ſib. Prælator.* & Rot. *in Carthaginen. Juriſdictio-
nis*, quæ illis allegat *dec. 9. num. 3. & ſeqq. par. 2.
rec.* ubi dicitur, quod major pars dominorum te-
nebat iſtam opinionem.

Quorum doctorum ſententia in caſu, de quo
agitur, verior eſſe dicebatur, dum certum eſt,
56 quod ſtatuta & conſtitutiones in Synodo fieri de-
bent cum ſolo conſilio Capituli, ſeu deputatorum
ab eo, idque indiſtincte, ſive agatur de arduis,
ſive de non arduis, ea ratione fundamentali, quod
Jus ſtatuendi, quod Epiſcopi habent a Papa, ju-
re communi, & Conciliis univerſalibus, non eſt
ſimplicis Juriſdictionis, ſed meri imperii, & Juris
monarchici, quod proinde non eſt ſcindibile, nec
communicabile cum Capitulo, quemadmodum ſcin-
deretur, ſi Epiſcopus in condendis ſtatutis ſequi
deberet conſilium Capituli, vel ab ejus conſenſu
pendere; ut late probat per intima Juris principia
Lother. *de re benefic. libr. 1. quæſt. 21. numer. 89.
num. plur. ſeqq.* ubi propter hanc rationem, quod
agatur de his, quæ reſpiciunt merum imperium, 57
ſubjungit non attendi conſuetudinem contrariam
quantumcunque vetuſtam, ſed requiri immemora-
bilem, Fermoſin. *in Rub. de conſtit. quæſt. 9. num.
12.* Barb. *de poteſt. Epiſc. allegat. 93. numer. 30.
ver. utrum & de Jure Eccl. cap. 32. num. 23. &
de Canon. cap. 42. n. 23.*

Cui opinioni conſonant ea, quæ tradit Cardin.
Bellarmin. *de Concil. c. 4.* ubi dicit, *Synodos Diæ- 58
ceſanas vix poſſe appellari Concilia cum in eis nul-
lus ſit Juriſdictionem habens niſi Epiſcopus* - ideo-
que cum agatur de Jure monarchico, & meri im-
perii, diſtinctio inter ardua, & non ardua eſt ina-
nis, cum in omni re, in qua ſtatuendum ſit, ſem-
per vigeat ratio, quod Jus ſtatuendi non eſt com-
municabile, & ſcindibile, nec Capitulum particeps
eſſe poteſt meri imperii, quam Juris monarchici,
indiſſolubilitatem noverunt etiam majores noſtri 59
apud Tacit. *libr. 13. annal.* penes Davanzat. *num.
32.* ibi - *inſociabile Regnum exiſtimantes* - & *lib. 1.
annal. n. 8. in fin.* ibi - *neve Tiberius vim princi-
patum reſolveret cuncta ad Senatum vocando, eam
conditionem eſſe imperandi, ut non aliter ratio con-
ſtet, quam ſi uni reddatur*, & eodem libr. primo
*num.* 23. in reſponſione Galli Aſinii ad Tiberium
ibi - *non idcirco interrogatum ais, ut divideret,
quæ ſeparari nequirent, ſed ut ſua confeſſione ar-
gueretur, unum eſſe Reipublicæ corpus, atque unius
animo regendum.*

Neque Lotherius eſt ſibi contrarius *lib. 1. q. 28.
numer.* 153. quia ſiccis verbis dicit, quod Epiſco-
pus debet expedire cum Capitulo omnia negocia
ardua, quod ſane vel intelligi debet de arduis ex- 60
preſſis in Jure, in quibus requiritur conſenſus Ca-
pituli, vel illa duo ſicca verba - *cum quo* - intelli-
genda ſunt cum conſilio, non autem cum conſen-
ſu, ne alias duobus verbis obſcuris, & aridis, di-
catur ſe voluiſſe retractare ab ea opinione, quam
tanto conatu, & labore, & tot rationibus latiſſi-
me defendere profeſſus eſt in *dicto lib. 1. per totam
quæſt.* 21.

Hæc dicebantur pro Archiepiſcopo, ceterum Ego
reflectendo ad tantam contrarietatem doctorum,
& notam eorum confuſionem in hoc puncto ar-
duiſſimo, in quo ſacra Rota per quatuor vices ni-
hil firmare potuit in Carthaginen. *Juriſdictionis*
coram Lancellot. quamvis haberem in terminis
quæſtionis doctrinam punctualem Lother. *d. quæſt.*
21. qui præciſe ſe reſtringit ad Jus ſtatuendi, &
dicit in eo tanquam Jure monarchico Capitulum
non habere participationem, ita ſeparando hoc Jus
ab aliis, quæ ſunt ſimplicis Juriſdictionis, & in
quibus pro majori parte verſatur altercatio docto-
rum.

Adhuc tamen ſentiebam aliquam difficultatem
circa fundamentum Lotherii conſiſtens in eo, 61
quod Jus ſtatuendi uti monarchicum non admit-
teret participationem, & communicationem cum
Capitulo, dum hoc tutum non videbatur in il-
lis negociis, in quibus ſacri Canones conſide-
rant unionem, & conſortium Epiſcopi, & Ca-
pituli, itaut habeantur per modum unius corpo-
ris myſtici, de quo *in cap. Clerici 19. de verbor.
ſignificat. cap. novit: & cap. quanto de his quæ fiunt
a Prælat.* in quibus negociis non ratione præjudi-
cii, & particularis intereſſe Capitulum concurrere
debet, ſed ratione unionis, & myſtici corporis
tanquam repræſentans ſuam Eccleſiam, ut explicat
Anguian. *de leg. libr. 2. controverſ. 4. numer. 11.
& 12.* in his enim caſibus inapplicabilis videtur ra-
tio indiſſolubilitatis Juris Monarchici, dum tam
Epiſcopus, quam Capitulum repræſentant uni-
cum

Digitized by Google

cum corpus, itaut conſiderari nequeat ſciſſura hujus Juris, hujuſque meri imperii in plures perſonas.

Ideoque loquendo generaliter, tam de Jure ſtatuendi, quam de omnibus aliis negociis Juriſdictionalibus, ingenium valde incaleſcebat avidum inquirendi veritatem quæſtionis in abſtracto, utrum ſcilicet in arduis conſenſus Capituli requiratur, vel conſilium ſufficiat, ſuper quo doctores ſont adeo contrarii, in quo ſane generali articulo agnovi, regulam eſſe pro Epiſcopo, ut poſſit tam
62 ſtatuere, quam alia negocia peragere cum ſolo conſilio Capituli, & abſque ulla neceſſitate conſenſus, & hoc eſt, quod clare poſuit pro regula Panorm. *in dict. cap. novit num.* 1. ibi – *regulariter ergo ſufficit conſilium*, & optime Rot. *dec.* 9. *n.* 4. *in fin. p.* 1. *rec.*

Agnovi etiam, doctores requirentes in arduis aſſenſum Capituli intellexiſſe de illis arduis, quo-
63 rum caſus ſunt expreſſi in Jure, ut requirant conſenſum; ut clare ſentire videtur Innocent. *in cap. quanto num.* 1. *de his, quæ fiunt a Prælatis*, Archidiacon. *in cap.* 1. *numer.* 2. *diſtinct.* 18. *numer.* 2. *Præpoſit. num.* 4. *circa fin.* alios vero doctores oon advertentes ad hoc, lapſos fuiſſe in æquivocum generaliter exiſtimando, quod in omnibus arduis negociis requirantur Capituli aſſenſus, quodque arduitas materiæ eſſet illa, quæ imponeret neceſſitatem adhibendi conſenſum, quando tameo caſus in Jure expreſſi, in quibus requiritur conſenſus Capituli, vel conſiſtunt in alienationibus rerum Eccleſiæ aliiſque negociis, in quibus Epiſcopus, & Capitulum habent intereſſe commune, & tunc potius propter gravitatem præjudicii, quam propter arduitatem rei, conſenſus fuit a Jure requiſitus, ut bene obſervat Panormitan. *in dict. cap. novit numer.* 7. ibi – *& hoc propter gravitatem præjudicii*, Lother. *dict. libr.* 1. *queſtion.* 21. *numer.* 102. *& ſeqq.* vel conſiſtunt in aliis arduis, & tali caſu coonſenſus Capituli requiſitus a Jure debet reſtringi ad eos tantum caſus in eodem Jure expreſſos, nec eſt generaliter trahendum argumentum pro adhibendo eodem conſenſu in omnibus aliis arduis etiam in Jure oon expreſſis, itaut Capitulum generaliter prætendere poſſit fieri particeps Juriſdictionis in omni negocio arduo, cum caſus particulares in Jure expreſſi, in quibus Capituli conſenſus eſt neceſſarius, non ſint trahendi in conſequentiam univerſalem, Ancharan. *conſil.* 118. *num.* 4. *& conſ.* 328. *lib.* 2. cum aliis apud Rot. *in Derthuſen. Juriſd. ſuper gravibus* 4. *Maii* 1697. §. *abſque eo quod in fin.* coram R. P. D. Pio, & in ſpecie Panorm. *in cap. cum nos n.* 4. *de his, quæ fiunt a Prælat.*

Hinc propterea in Tribunalibus, & ſignanter
64 in ſacra Congregatione Concilii nunquam recepta fuit iſta diſtinctio inter ardua, & non ardua, ſed generaliter firmatum fuit, Epiſcopum poſſe ſtatuere in Synodo, requiſito tantum conſilio Capituli, abſque eo quod illud ſequi teneatur, niſi in caſibus in Jure expreſſis, ut patet ex ſerie infraſcriptarum reſolutionum.

Prima eſt die 17. Apr. 1591. apud Pacem Jor-
65 dan. *tom.* 2. *lucubr. lib.* 8. *tit.* 1. *n.* 18. Piaſec. *in prax. Epiſc. par.* 2. *cap.* 2. *n.* 8. Antonell. *de tempore legal. lib.* 2. *cap.* 57. *num.* 19.

Secunda eſt reſolutio, quæ habetur in manu-
66 ſcriptis *ad capit.* 2. *ſeſſ.* 24. *de reformat.* teſte eodem Pace Jordan. *ubi proxime numer.* 18. *circa finem.*

Tertia eſt in una *Tudertina* ad idem *cap.* 2. *ſeſſ.*
67 24. referente eodem Pace Jord. *ubi ſupra num.* 18. *in fin.*

Quarta in Oriolen. 20. Mart. 1632. apud Bar-
68 boſ. *de Canon. cap.* 42. *num.* 20. *&* 23. *circa fin. & de Jure Eccl. cap.* 32. *num.* 23.

Quinta in alia Oriolen. 17. Maii 1599. ubi ſacra Congregatio ita reſpondit – *Sacra Congrega-*
69 *tio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum ſæpe conſulta reſpondit, licere Epiſcopo, ad eumque pertinere cogere Synodum Diœceſanam abſque conſenſu, & conſilio Capituli, in ea autem conſtitutiones Epiſcopum edere, ac promulgare poſſe abſque conſenſu, & approbatione Cleri, debere tamen requirere conſilium Capituli, tametſi illud ſequi non teneatur præterquam in quibuſdam caſibus a Jure expreſſis.*

Sexta in Algaren. 12. Januarii 1595. ubi ſacra
Congregatio reſpondit – *Epiſcopum poſſe in Synodo* 70
*Diœceſana Conſtitutiones facere abſque conſenſu, & approbatione Cleri, debere tamen requirere conſilium Capituli, licet illud non teneatur ſequi, niſi in quibuſdam caſibus a Jure expreſſis.*

Septima ſub die 27. Aprilis 1692. ad Patriar-
cham Venetiarum ibi – *Sacra Congregatio &c. re-* 71
*ſpondit, eandem amplitudinem tuam in Synodo Diœceſana facere poſſe Conſtitutiones abſque conſenſu & approbatione Cleri, debere tamen requirere conſilium Capituli, licet illud non teneatur ſequi niſi in caſibus a Jure expreſſis.*

Octava demum in Burgen. 5. Junii 1627. ibi – 72
*An Archiepiſcopus Burgen. in decernendo, & ſtatuendo ea, quæ ſibi beneviſa fuerint in Synodo Diœceſana, teneatur ſequi conſilium ſui Capituli, Sacra Congregatio &c. cenſuit, Archiepiſcopum teneri requirere conſilium Capituli, non autem illud ſequi, circumſcripta conſuetudine immemorabili, vel alias legitime præſcripta, nec non alio legitimo, & ſufficienti titulo, ſuper quibus Capitulum poterit particulariter audiri* – quæ reſolutio confundit Lotherium ſupra citatum tenentem, quod in hoc puncto oulla conſuetudo attendi debeat, niſi ſit immemorabilis, ut *in dict. quæſt.* 21. *numer.* 126. quando ſacra Congregatio voluit ſufficere conſuetudinem legitime præſcriptam, oec ſe reſtringit ad immemorabilem ibi – *Immemorabili, vel alias legitime præſcripta.*

Hæc autem mihi ſemper viſa eſt magis vera,
& expedita opioio tollens de medio tot confuſio- 73
nes doctorum, & ulterius, quia hoc modo facilius reſecantur lites inter Capitula, & Epiſcopos; nam alias ſi admitteretur iſta diſtinctio inter ardua, & non ardua, omnis Conſtitutio in Synodo, omneque negocium extra illam ab Epiſcopo peragendum retardaretur per Capitulum ſub prætextu, quod eſſet arduum, & Epiſcopo per contrarium aſſerente, quod non eſſet tale, daretur campus quotidianis litibus & induceretur ſeminarium diſcordiarum, cum cognoſcere, & diſtinguere ardua a non arduis, & gravia a levibus ſit difficillimum, & valde involutum, ut bene conſiderat Rota coram Seraphin. 710. *numero* 3.

Ex his non obſtant doctrinæ ſuperius allegatæ
in contrarium *numer.* 20. *& ſeqq.* nam Romanus 74
*conſil.* 369. *num.* 21. loquitur de caſu in Jure expreſſo ſcilicet de conſtitutione procuratoris facienda per Prælatum quoad bona communia inter ipſum, & Conventum, & ſic quoad reſpicientia intereſſe commune utriuſque; ſic etiam Turricell. *de union.* & Rot. coram Bich. loquuntur de caſu in Jure expreſſo, qualis eſt unio, quam Epiſcopus facere nequit ſine conſenſu Capituli, ex allegatis per Barboſam *de poteſtat. Epiſcop. allegat.* 66. *numer.* 21. Rota *deciſ.* 688. *num.* 2. *part.* 1. *recent.*

Panormitan. vero in *cap. cum conſuetudinis* loquitur dubitative per verbum *forte*, unde poſtea
contrarium tenuit, ſe melius explicando *in capit.* 75
*novit. de his, quæ fiunt a Prælatis*; denique alii doctores, vel intelligendi ſunt de arduis in Jure expreſſis, vel loquuntur de ſolo conſilio, ut eſt Piringh. *in Jus Canonicum* & Rota coram Puteo, vel procedunt cum æquivoco, credendo, quod omnia ardua requirant conſenſum Capituli.

Reſolutio autem ſacræ Congregationis in Fulginaten. 26. Februarii 1639. quæ talis eſt – *Sacra Congregatio interrogata – An Epiſcopus auctoritate ordinaria poſſit in ſua Eccleſia creare Canonicos*

nicos

*nicos ſupranumerarios abſque conſenſu Capituli, & Canonicorum*, reſpondit - *Epiſcopum non poſſe*. - nihil pariter adverſatur, quia ereare Canonicos ſupranumerarios in Eccleſia Cathedrali eſt unus ex caſibus in Jure expreſſis, cum ſit negocium arduum concernens intereſſe commune Capituli, & Eccle-
76 ſiæ, & ideo non mirum ſi Sacra Congregatio reſolvit, non poſſe Epiſcopum id facere abſque Capituli conſenſu, ut tradunt communiter Canoniſtæ *in cap. cum acceſſiſſent*, Bald. *in cap. cum Eccleſia 31. numer. 3. & 5. de elect.* & punctualiter allegando Text. *in capit. ex parte eodem titul.* firmat Auguſtin. *de legib. libr. 2. controverſ. 4. num. 16. bene* Barb. *de Jure Eccleſ. cap. 32. numer. 16. verſ. inter negocia autem ardua*, Pax Jord. *tom. 2. lucub. lib. 8. tit. 1. num. 22.*
77 Quantum vero ad deciſionem Rotæ in *Barbaſtren. Juriſdictionis* cor. Pamph. reſpondebam ego, quod de ea merito dubitari poterat, cujus qualitatis eſſet, dum in Rota adeo ferociter diſputata fuerat hæc quæſtio *in Carthagin. Juriſdiction.* cor. Lancellott. *de annis* 1597. & 1580. & nulla unquam capi potuit reſolutio, quantumvis ſcriptum fuerit ſeparatim ſuper numero doctorum, ac ſuper pondere rationum; unde incredibile prorſus eſt, quod poſt quinque annos ſcilicet de anno 1565. in dicta *Barbaſtren.* ſacra Rota duobus verbis firmare voluerit id, quod firmare non potuit per quatuor diſputationes factas in dicta Cauſa *Carthaginen.* itaut vel dicta deciſio Barbaſtren. regiſtrata apud Pignatell. *conſult. 179. numer. 9. to. 1.* judicanda ſit apocrifa, vel fuerit merus exceſſus extenſoris deciſionis, qui obiter poſuit concluſionem adeo controverſam, quæ propterea intelligenda eſt de arduis in Jure expreſſis, & non generaliter, & ſicut intelligunt ipſi doctores in eadem deciſione adducti, ut optime Abbas *in dict. cap. novit. num. 7.* Felin. *in cap. edoceri ſub numer. 3. verſic. 1. declaratio*, *ibique* Immola *num. 1. de reſcript.* Jaſon. *in leg. placet ſub num. 12. Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* Lother. *de re benefic. libr. 1. quæſt. 21. nu. 102. & ſeqq.* Fermoſin. *in rub. de Conſtit. q. 9. num. 12.*
Quales autem ſint caſus in Jure expreſſi, in
78 quibus requiritur conſenſus Capituli, tradunt Panorm. *in dict. cap. novit. num. 1.* Piaſec. *in prax. Epiſcopal. part. 2. cap. 2. artic. 2. num. 9.* Gavant. *in prax. Synod. cap. 6. annot. 3.* Maſſobr. *de Synod. cap. 4. dub. 76.* Pax Jordan. *lucubrat. Canon. tom. 2. lib. 8. tit. 1. numer. 22. & ſeqq.* & ſunt primo omnibus illa negocia, & actus, in quibus vertitur intereſſe particulare ipſius Capituli, ad Text. *in capit. ultimo de his, quæ ſiunt a Prælatis.*
79 Secundo, quando diminueretur Eccleſiæ auctoritas, ut in exemplo *cap. dilecti de majorit. & obedientia*, vel quando ageretur de auferendo Jure unius Eccleſiæ, & alteri tradendo, ut ait Pax Jordan. *ubi prox. num. 23.* Tertio, quando agitur
80 de alienatione bonorum Eccleſiæ, *cap. 1. de his, quæ ſiunt a* Prælatis, vel de eadem Eccleſia obliganda, vel oneranda, *capit. quibuſdam de fidejuſſoribus*. Quarto, quando agitur de præjudicio
81 quoad ſubjectionem, vel limitationem conſenſus Capituli, *cap. final. de majoritate, & obedientia.* Quinto, quando agitur de caſuum criminalium ventilatione, 15. *quæſt. 7. per totam*, ſed hoc non
82 eſt verum, licet ponatur apud Piaſec. *in prax. Epiſc. part. 2. capit. 2. artic. 2. numer. 9.* quia in præcitata 15. *quæſt. 7.* nihil dicitur de conſenſu Capituli, ſed ſolum de *præſentia*, & de jure in cauſis criminalibus ſufficit ſolum conſilium, & præſentia Capituli, juxta deciſa in *Carthagin. Juriſdiction.* coram Lancellotto, & ſuperius dictum eſt tale; bene verum eſt, quod hodie adeſt determinatio *Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 25. capit. 6. de reformat.* circa adjunctos adhibendos in cauſis criminalibus, in quo caſu Pax Jordan. *ubi ſupra numer. 27.* intelligit Piaſec. proxime citatum, ſed
83 videre non poſſum, quomodo poni debeat inter caſus in Jure expreſſos illud, quod procedit ex diſpoſitione Tridentini, cum illi tantum dicantur caſus expreſſi in Jure, qui ſunt inſerti in corpore Juris communis Canonici, non quod provenit ex Concilio, quod generaliter non eſt receptum in toto orbe Catholico, nec veniat appellatione Juris communis, & loquitur tantum de Capitulis exemptis.
Subjungit idem Pax Jord. *dict. libr. 8. tit. 1. numer. 27. in fin.* quod ipſe non meminit legiſſe alios caſus particulares, in quibus conſenſus Capituli re-
quiritur; ſed ego addo alium caſum literaliter ex- 84
preſſum in Jure, quando ſcilicet agitur de ponendo interdicto Eccleſiæ, quod de conſenſu Capituli, & Epiſcopi eſt apponendum, ut eſt Text. *in capit. quæſivit de his, quæ ſiunt a majori parte Capituli*, *ubi* Gloſſ. *in p. notabili* & bene tradit Innocent. *in cap. irrefragabili numer. 4. verſic. item interdictum de offic. Ordinarii.* Alii caſus in genere colligi poſſunt ex dictis Panorm. *in dict. cap. novit. num. 7.*
Propoſita hac cauſa Hiſpalen. in Sacra Congre-
gatione Concilii ſub die 26. Novembris 1689. re- 85
ſponſum fuit - *Affirmative; debere tamen Archiepiſcopum requirere conſilium Capituli, licet illud non teneatur ſequi, præterquam in quibuſdam caſibus in Jure expreſſis* — & repropoſita die 15. Januarii 1695. fuit dictum *in deciſis*, & Capitulo Hiſpalen. non acquieſcente, ſed adhuc petente declarari in arduis requirendum eſſe ejus conſilium, Sacra Congregato rejecit inſtantiam, & reſpondit in deciſis ſub die .......... Auguſti ejuſdem anni 1695.

## ARGUMENTUM.

Late tractatur materia Beneficiorum Eccleſiæ receptitiæ, & non numeratæ, atque numeratæ, & de requiſitis utriuſque Eccleſiæ ad intelligentiam Textus *in cap. dilecto de Præbend. & cap. ex parte Haſten. de conceſſ. Præbend.*

### SUMMARIUM.

1 *Aliæ Eccleſiæ ſunt numeratæ, aliæ non.*
2 *Non præſumitur Eccleſia potius numerata, quam non numerata, ſed debet probari.*
3 *Non numerata eſt, ubi non adeſt præfixus numerus neque Canonicorum, neque Præbendarum & n. 5.*
4 *Præbenda diſtincta quid ſit.*
6 *Quid ſint portiones privilegiatæ.*
7 *Aliqui requirunt, quod in Eccleſia receptitia, & non numerata Beneficiati ſint liberi Collatores.*
8 *Refellitur late hæc opinio, &, numer. 9. 10. 11.*
11 *Beneficia Eccleſiæ numeratæ ſunt vere Beneficia Eccleſiaſtica, & n. 61.*
12 *Eccleſia numerata eſt, ubi ex Statuto fuit præfixus numerus certus Canonicorum, & Præbendarum cum prohibitione illum alterandi, & n. 33. & 45. in fine.*
13 *Uterque numerus non requiritur expreſſus per ſtatutum, ſed ſatis eſt unus, quia ex numero Canonicorum cenſetur præfixus numerus Præbendarum, & e contra, declara, ut numer. 14.*
15 *Canonia, & Præbenda in quo differant.*
16 *Utrum per conſuetudinem poſſit fieri Eccleſia numerata, negativa eſt opinio, limita nu. 17. declara n. 18.*
19 *Quæ ſit differentia inter Eccleſiam receptitiam, & numeratam circa augmentum Beneficiorum ex augmento redituum, & error Lotherii notatur numer. 20. 21. & 22. & 46.*
23 *Etiam in Eccleſiis non numeratis adeſt numerus*
*tacitus*

Digitized by Google

*tacitus Canonicorum a lege præfixus, juxta quantitatem redituum.*

24 *Differentia inter numerum tacitum Juris, & numerum expreſſum per ſtatutum, vide etiam n. 25. 26. & 27. & 29.*

28 *In Eccleſiis non numeratis Canonici debent ſuſtentari abſque penuria non commode, ſecus in numeratis.*

30 *Si Eccleſia per longum tempus ſtetiſſet numerata numero tacito Juris, an mutaſſet qualitatem de innumerata in numeratam.*

31 *Statutum præfigens numerum tot, quot poſſunt ſuſtentari, juxta congruam ſuſtentationem taxatam in certa ſumma, an faciat Eccleſiam numeratam, & reſolvitur negative, & numer. 32. 33. 34. 35. & 36.*

37 *Quid, ſi exprimeret creſcentiam numeri, creſcentibus reditibus, non autem decreſcentiam eis decreſcentibus? vide ibi, & nu. 38. 39. & 40.*

41 *Proviſiones Apoſtolicæ non mutant ſtatum Eccleſiæ de innumerato in numeratum.*

42 *Etiam ſi fuerint executæ ab intereſſe habente.*

43 *Pro immutando ſtatu Eccleſiæ receptitiæ requiritur ſcientia, & patientia Univerſitatis loci habita congregato conſilio.*

44 *Reditus ſupercreſcentes cedunt in utilitatem Eccleſiæ, ſcilicet in fabricam, paramenta, & ſimilia, vide etiam n. 39.*

45 *Epiſcopus, & Capitulum non poſſunt mutare ſtatum Eccleſiæ de receptitio in numeratum, etiam tacite, & num. 46. declara ut ſub numer. 47.*

48 *Obſervantia proxima attenditur in concurſu remota.*

49 *Quando ſcientia, & patientia in obſervantia præſumatur, vel non requiratur, & nu. 50. & 51.*

52 *Beneficia Eccleſiæ non numeratæ non dicuntur vacare, nec cadunt ſub reſervationibus Apoſtolicis & n. 67. & 70.*

53 *Obſervantia turbida, & æquivoca non attenditur in concurſu claræ in contrarium, & numer. 54.*

55 *Secus ſi adſit obſervantia clara in eodem caſu, quæ poſſet declarare obſervantiam æquivocam, & conciliabilem.*

56 *Verbum conferre eſt generale importans etiam electionem, & donationem alicujus rei.*

57 *Verbum vacare improprie prædicatur etiam de ceſſatione, & deſinentia.*

58 *Maxime, ſi hoc verbum referatur ad ſtatutum, a quo ita declararetur.*

59 *Attenditur potius factum, quam verba.*

60 *In Eccleſia non numerata dantur, & vocantur Præbendæ, & Canonicatus.*

62 *Qui narrat vacationem Beneficii in Eccleſia, ſupponit hanc eſſe numeratam.*

63 *Et probare tenetur hanc narrativam Eccleſiæ numeratæ.*

64 *Plene, & concludenter, alias in dubio non intrat reſervatio, ex cujus capite quis obtinuit Beneficium a Papa.*

65 *In Judicio executivo executionis literarum Apoſtolicarum ſi omnes ultimi ſtatus eſſent contra reſervationem, non poſſet dari eis executio, limita n. 66.*

68 *In Beneficiis Eccleſiæ non numeratæ non datur devolutio, limita n. 69.*

71 *Beneficia Eccleſiæ non numeratæ nulliter impetrantur a Papa, non facta mentione qualitatis Eccleſiæ; ſecus ſi fiat mentio, ut num. 72.*

73 *Non poſſunt reſignari, & permutari, limita ut ibi.*

74 *Si Eccleſia eſſet numerata quoad Canonicos, non quoad Præbendas, nulla eſſet proviſio Apoſtolica quoad Præbendam, non quoad Canonicatum.*

75 *Si vero eſſet numerata quoad Præbendas, non quoad Canonicos, eſſet nulla in totum.*

76 *Valet conſuetudo, juxta quam Epiſcopus pro ſecundo ejus adventu poſſit creare novum Canonicum in Eccleſia etiam numerata, quæ non habet Præbendas diſtinctas.*

77 *Si Præbendæ ſint diſtinctæ, potuit conferre Canonicatum ab eo creatum, ſed proviſo non dabitur Præbenda, niſi cum vacabit.*

78 *Non tamen poteſt Epiſcopus promittere Præbendam vacaturam, ſed ſimpliciter facere Canonicum, ut n. 79.*

80 *Et ſi promitteret futuram ſucceſſionem in Præbenda vacatura, vitiaretur promiſſio, & teneret collatio Canonicatus.*

81 *Sed nihilominus, eveniente vacatione Præbendæ, iſta deberetur dicto Canonico ab Epiſcopo creato.*

## DISCEPTATIO XVII.

Eccleſiarum aliæ ſunt numeratæ, aliæ vero non numeratæ, Gonzal. *in capit. ex parte* 12. *de par.* 12. *de conſt. numer.* 8. *verſic. adhuc*, Pax Jord. *tom.* 2. *lucubr. Canon. libr.* 10. *tit.* 36. *numer.* 14. Vivian. *de Jurepatronat. libr.* 1. *capit.* 1. *num.* 114. 1
Cumque eſſe numeratum, vel non eſſe numeratum, ſit quid facti, inde fit, ut hoc potius, quam illud, non præſumatur, ſed qui prætenderit Eccleſiam aliquam eſſe numeratam, vel non probare teneatur, 2
*leg. in Bello §. facta ff. de captiv. & poſtliminio reverſ.* & in puncto Rota cor. Coccino *dec.* 1902. *numer.* 4. erraret propterea, qui diceret, Eccleſiam præſumi numeratam ex eo, quod major pars Eccleſiarum ſolet eſſe numerata in orbe Catholico, quia ab origine, & primævo Inſtituto illæ fuerunt innumeratæ, ut notat Lother. *de re benef. libr.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 13. quod vero poſtea multæ factæ ſint numeratæ, ſucceſſit ex ſtatutis particularibus cujuſcunque Eccleſiæ; unde trahi nequit conſequentia in univerſum, arguendo, quod omnes Eccleſiæ præſumantur numeratæ, ut docet Text. *in Canon. Illud diſtinct.* 12. *ibi* Gloſſ. *in verb. contrario more*, quam expendit Rot. *in Hiſpalen. Juris votandi* 29. *Martii* 1700. §. *Minus obſtat*, cor. R. P. D. Caprara.

Labor eſt autem inquirere, ex quibus dignoſcatur, Eccleſiam eſſe numeratam, vel non numeratam, quod utique dependet ab examine Textus *in capit. ex parte* Haſten. 10. *de conceſſ. Præbendar. & in cap. dilecto* 25. *de Præbend.* qui in hac materia ſunt fontes principales, & proinde ex iis eruenda ſunt requiſita certa pro utroque genere Eccleſiarum.

Dicas igitur, Eccleſiam eſſe non numeratam, in qua non fuit conſtitutus numerus certus Præbendarum, ut requirit Textus *in dict. cap. dilecto* 3
*de Præbend.* ibi – *in Eccleſia, in qua non eſt certus numerus Præbendarum*, nec minus fuit conſtitutus numerus certus Canonicorum, ut requirit alter Textus *in dict. capit. ex parte de conceſſ. Præbendar.* qui cumulat utrunque requiſitum dicendo ibi – *in prædicta Eccleſia non erant diſtinctæ Præbendæ, nec Canonicorum numerus erat certus* – ubi obſervandum, quod diſtinctio Præbendarum idem ſonat ac numerus Præbendarum: quia Præbenda diſtincta vocatur ea, quæ diſtinguitur in certis reditibus, ſeu poſſeſſionibus ex. gr. quando diſmembrantur bona communia Eccleſiæ, & ex eis eriguntur octo, vel decem Præbendæ, & pro una 4
aſſignantur tot vineæ, tot cenſus, & pro alia tot prata, & tot canones, & ſic de ſingulis, juxta Textus *in capit. ex literis de probation.* & optimè explicat Innocent. *in cap. dilectus filius* 19. *de Præbend. numer.* 5. & 6. ibi – *hæc tamen dicimus*,

*mus, Prabendam, qua diſtincta eſt in poſſeſſionibus &c.* Panormit. ibidem *numer.* 8. dicens — *Prabenda diſtincta diſtinguitur in certis reditibus, ſeu poſſeſſionibus, ſeu Juribus, ut pote quando tres poſſeſſiones, vel dua deputantur pro una Prabenda, & illa Prabenda eſt propria ſecundum uſum loquendi, & ſecundum, quod Jura capiunt in hoc titulo* — Fagnan. *in capit. cum M. Ferrarienſis de conſtit. numer.* 3. *verſic. ſed nihilominus*, & ſic tantum eſt dicere, ubi Præbendæ *non ſunt diſtincta*, quantum dicere, *ubi non ſunt numerata*, quia non poſſunt ſupponi Præbendæ diſtinctæ, niſi ſint numeratæ & in numero certo conſtitutæ, neque etiam numerus magis fixus, & certus dari poteſt, quam ubi Præbendæ ſunt realiter diſtinctæ, dum non poſſunt multiplicari, ſed, creſcente reditu, augumentum cedit commodo illius Præbendæ, cujus reditus augentur, & ſic Præbendæ impinguantur, non autem numerus earum multiplicatur, ſed ſemper remanet fixus in illo ſiſtemate taxato ab initio ſuæ primævæ erectionis, Fagnan. *in capit. cum M. Ferrarienſis numer.* 4. *verſ. reditus, & numer.* 40. *de conſtit.*

Quatenus igitur Text. *in dict. cap. ex parte* deſcribit Eccleſiam non numeratam in eo, quod ibi non ſit certus numerus Canonicorum, nec Præbendæ ſint diſtinctæ, reſpectu Præbendarum, debet intelligi juxta Textum præcedentem *in Titulo. de Prabend. capit. dilecto*, nempe ubi non ſit numerus certus Præbendarum, ita ſtatuendo pro infallibili principio, quod ubi Eccleſia non habet numerum certum, neque Canonicorum, neque
5 Præbendarum, cenſeatur innumerata, ut docent Panormit. *in cap. dilecto* 25. *de Prabend. numer.* 9. Bald. *in capit. Conſtitutus de reſcript. num.* 39. ubi quod in Eccleſiis numerus poteſt ſe referre ad numerum Canonicorum, & ad numerum Præbendarum, & optime Rot. *deciſ.* 32. *num.* 1. *par.* 14. *recent.* ubi arguit Eccleſiam non numeratam dicendo ibi — *Cum in hac Eccleſia nulla eſſet diſtinctio, & numerus Prabendarum, nec certus numerus Canonicorum*, quem duplicem defectum numeri tam Canonicorum, quam Præbendarum moderni explicant, & definiunt ab effectu, tradendo, quod Eccleſia dicatur non numerata, ubi in ea Canonici, & Beneficiati creſcunt, & decreſcunt, juxta creſcentiam, vel decreſcentiam redituum Eccleſiæ, ut apud Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 9. §. 3. *numer.* 1. Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubrat. libr.* 10. *tit.* 36. *numer.* 12. Conrad. *in prax. beneſ. lib.* 3. *c.* 5. *num.* 17. Vivian. *de Jurepatr. lib.* 1. *cap.* 1. *numer.* 114. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 57. *num.* 179. Fillius. *oper. moral. tom.* 3. *tr.* 41. *de beneſic. cap.* 3. *num.* 6. Tondut. *qu. beneſ. part.* 2. *cap.* 2. §. 5. *num.* 3.

Et quod dictum eſt circa defectum numeri Præbendarum, debet intelligi etiam de Præbendis non diſtinctis, quia, licet Text. *in dict. capit. ex parte* requirat, ut in Eccleſia innumerata non repetiantur Præbendæ diſtinctæ, tamen idem eſt circa Præbendas non diſtinctas, quæ vocantur *portiones*
6 *privilegiata*, & tales dicuntur, quando ex privilegio, vel ſtatuto ſancitum foret, ut indiviſa remanente communione bonorum Eccleſiæ ex omnibus ejus reditibus fierent 10. 12. vel 15. portiones, ut explicat Panormitan. *in dict. cap. dilectus* 19. *de Prabend. ſub num.* 8. *verſ. ſecus*, ibique Abbas Antiquus *num.* 4. *verſic. item ſunt*; debet enim Eccleſia non numerata carere etiam hujuſmodi portionibus privilegiatis, ut docet Text. *in capit. final. de conceſſ. Prabendar. in bi verſic. ſi autem ibi — non autem portionum numerus, vel Prabendarum diſtinctio habeatur* — ad hunc namque effectum æquiparantur portiones privilegiatæ, ac Præbendæ diſtinctæ, ut ait Panorm. *in dict. capit. dilectus* 19. *de Prabend. num.* 8.

Addunt nonnulli pro requiſito Eccleſiæ non numeratæ, quæ etiam appellari ſolet receptitia, juxta Fermoſin. *in dict. cap. cum M. Ferrarienſis quaſtion.* 1. *num.* 33. aliam circumſtantiam, quod Beneficiati ſeu Canonici ſint liberi collatores, ſeu electores, itaut Epiſcopus ſolum examinet proviſum ante immiſſionem, ut ex deciſion. 942. *numer.* 1. *&* 2. coram Seraph. deducunt Maſſobr. *in prax.* 7
*habend. concurſ. pralud.* 5. *numer.* 4. *& pralud.* 6. *numer.* 1. *&* 2. Vivian. *de Jurepatronat. libr.* 1. *part.* 3. *cap.* 1. *num.* 106. Rot. *deciſ.* 2. *num.* 30. *&* 35. *part.* 13. *recent.*

Verum hoc eſt æquivocum clarum, quod tyrones advertere non ſolent, quippe deciſio 942. Seraphini nunquam ſomniavit ponere pro requiſito Eccleſiæ receptitiæ, ſeu non numeratæ privilegia- 8
tam circumſtantiam, quod Beneficiati ſint liberi collatores, ſed ſimpliciter in narrativa facti deſcribendo conſuetudinem & praxim Eccleſiarum patrimonialium Diœceſis Calaguritanæ ita dicit — *In Diœceſi Calaguritana ſunt multa Eccleſia &c. alia Eccleſia dicuntur receptitia, qua non habent certum, & determinatum numerum Beneficiatorum, in quibus Beneficiati ſunt liberi collatores, & Epiſcopus examinat ſolum proviſum antè immiſſionem* — ideoque unuſquiſque etiam lippis oculis videt, quod iſta ſunt verba narrativa facti, ſeu conſuetudinis Diœceſis Calaguritanæ, neque conſequenter determinant, aut diſponunt aliquid de Jure, ut etiam in legibus narrantibus factum, advertit Gonzalez *in capit. cum Eccleſia Vulterrana de election. num.* 6. ibi — *illa enim jura loquuntur ſecundum conſuetudinem, ac Jus ſpeciale Eccleſia, de qua agebatur, & quidem narrative, non diſpoſitive*, Surd. *de aliment. tit.* 1. *quaſtion.* 112. *numer.* 8. *verſic. & non obſtat*, Lother. *libr.* 1. *quaſtion.* 18. *numer.* 9. *verſic. nam hoc*, Barboſ. *Axiom.* 93. *numer.* 1. ubi *plures cumulat*; unde inadvertenter errarunt Maſſobr. & Vivian. locis præcitatis ex dicta deciſ. Seraphini trahentes hujuſmodi requiſitum Eccleſiæ receptitiæ in Jure non ſcriptum, nec proinde attendi poſſunt in hoc æquivoco, cum dicta doctorum debeant intelligi juxta auctoritates, quas allegant, & male agunt, qui quorumcunque doctorum verbis inſiſtunt, quando tamen, ſæpe ab iis male accepta, pejus exponuntur, ut exclamat Lother. *de re beneſic. in apparat. numer.* 99. ibi — *Ego hos, qui neglectis fontibus Juris, verbis deciſionum, qua nec bene percipiunt, ſuas inſtruunt acies comparare ſoleo procis Penelopes, qua cum minime potiri poſſent ad Ancillas ſe convertebant* — *& lib.* 1. *quaſt.* 18. *numer.* 23. ibi — *quam ſit periculoſum ex doctorum ambagibus, atque obiter dictas controverſias decidere, cum ſape male accepta pejus exponantur.*

Quod autem hoc requiſitum in Jure ſcriptum non reperiatur, eſt evidens, quia *Textus* & Canoniſtæ *in dict. cap. ex parte de conceſſ. Prabendar.* 9
*& cap. dilecto de Prabend.* non appoſuerunt talem circumſtantiam inter requiſita Eccleſiæ non numeratæ, ſed ſolum firmarunt ad eſſentiale conſtitutivum hujuſmodi Eccleſiæ aliud non eſſe neceſſarium, quam quod deficiat numerus tam Canonicorum, quam Præbendarum, itaut quod lex non requirit, nec nos requirere debeamus, juxta regulam Text. *in leg. diſſentientis Cod. de repud. cap. illa ne ſede vacan.* Surd. *conſ.* 219. *n.* 21. Barboſ. *Axiom.* 136. *num.* 6. *&* 7.

Immo hujuſmodi circumſtantiam pro Eccleſia innumerata expoſcere, eſt non intelligere rationem, & naturam hujuſmodi Eccleſiæ, dum ratio ea ſola eſt, quod, ubi in Eccleſia deficit numerus Canonicorum, & Præbendarum, non poteſt ibi dari vacatio alicujus Canonicatus ſeu Præbendæ, cum non habeant locum fixum, & deter-
minatum in numero certo, & ſtabili, ſed uti Be- 10
neficia perſonalia extinguuntur per obitum poſſeſſoris, & per receptionem alterius creatur. Jus quoddam de novo, ut ait Textus *in dict. capit. dilecto* §. *Praterea de Prabend.* Gonzalez *ad regul.* 8. *gloſſ.* 9. §. 3. *num.* 9. *& ſeqq.* Lother. *de re beneſic. libr.* 1. *qu.* 14. *numer.* 16. Rot. coram Mantic. *dec.* 229. *numer.* 1. Vivian. *de Jurepatr. libr.* 1. *cap.* 1. *num.* 17. *& ſeqq.* Barboſ. *de Canon. cap.* 3. *num.* 8.

ad

ad hoc autem propoſitum nihil conducit inquirere, quis eligat ad iſta Beneficia, & Præbendas, & an pertinentia collationis, & proviſionis ſpectet ad Beneficiatos, vel ad Epiſcopum, quia ſive proviſio ſpectet ad Clericos Eccleſiæ, ſive ad Epiſcopum, ſive ad alium quemcunque, hoc nihil pertinet ad intrinſecam ſubſtantiam Eccleſiæ non numeratæ, neque eam ullo modo variat, aut diverſificat, dum ſemper verum eſt, quod pertinentia proviſionis non fixat numerum, ſed eodem modo Eccleſia remanet innumerata, & ſemper verum eſt, quod ex defectu numeri certi, Canonicatus,
11 & Præbendæ ibi non vacant, pro quo facit Panormit. *in dict. cap. ex parte de conceſſ. Præbend. numer.* 9. ubi tantum abeſt, quod requirat in Eccleſia innumerata proviſionem neceſſario ſpectare ad Clericos illius, quin potius generaliter faciat mentionem de eo, ad quem ſpectat electio ibi — *ubi non eſt numerus in Eccleſia, relinquitur arbitrio illius, ad quem ſpectat electio, nec videtur ſuum arbitrium coarctatum, ſi ſolitus ſit ibi inſtituere viginti*.

Idque procedit, etiamſi loquendo per modum ſuppoſiti, electio de Jure ſpectare ad Capitulum Eccleſiæ receptitiæ, quia nihil repugnat, quod alius quicunque ſuperior provideat vel ex conſuetudine, vel ſtatuto faciendo id, quod pertinet ad Capitulum, abſque eo quod exinde varietur natura Eccleſiæ; facilius vero, quando Beneficia Eccleſiæ non numeratæ ſunt vere Beneficia Eccleſiaſtica, ut ait Vivian. *de Jurepatronat. lib.* 1. *c.* 1.
12 *num.* 116. Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubr. lib.* 10. *tit.* 36. *num.* 12. unde Epiſcopus, qui habet intentionem fundatam providendi omnia, & quæcunque Beneficia ſuæ Diœceſis *in Canon. omnes Baſilicæ* 16. *quæſt.* 7. non eſt novum, quod habeat etiam Jus eligendi ſeu providendi, & deputandi Clericos in Eccleſiis non numeratis, tam Cathedralibus, quam Collegiatis, & aliis inferioribus, ut de Cathedrali non numerata eſt Text. *in cap. cum Eccleſia Vulterrana de electione*. quem loqui de tali Eccleſia, firmat Gloſſ. *ibidem in verb. longo*, & Gonzal. *num.* 8. *verſic. unde*; & tamen ibi decernitur, quod ſolum ex conſuetudine electio Canonicorum pertinet dumtaxat ad Capitulum, privative ad Epiſcopum; & Canoniſtæ ſuper eo notant, quod de Jure electio pertinet ad Epiſcopum ſimul, & Capitulum, & de conſuetudine poteſt ſpectare ad Epiſcopum ſolum, idque procedere etiamſi agatur de ſimplici receptione in Canonicum, optime tradit Gloſſ. *in capit. ſi proæ. in verb. Epiſcopi, & Capituli de reſcript. in* 6. ibi — *Epiſcopi, & Capituli, ad quos de Jure communi pertinet Canonicorum receptio, de conſuetudine autem, vel Privilegio interdum pertinet ad alterum tantum prædicta receptio* — Fagnan. *in dict. cap. cum Eccleſia Vulterrana numer.* 37. & innuit Panormit. *in dict. cap. ex parte num.* 3. dicens, in Eccleſia non numerata *notâ, quod receptio in Canonicos poteſt pertinere ad Capitulum ſolum* — unde ſicut in Cathedrali receptitia, & non numerata electio, & receptio in Canonicos poteſt pertinere ad Epiſcopum ſolum ex conſuetudine, vel privilegio, nec exinde alteratur qualitas Eccleſiæ; ita poteſt pertinere in Eccleſiis ſubalternis, & inferioribus, neque propterea hæc pertinentia Juris eligendi, ſeu deputandi in Canonicum facit aliquid ad propoſitum in hoc puncto, & in terminis individualibus, quod in Eccleſiis receptitiis, & innumeratis Jus recipiendi, & adſcribendi ad ſervitium earum poſſit pertinere ad Epiſcopum, firmat Gratian. *diſcept.* 397. *numer.* 48. *in fin.* Pax. Jordan. *tom.* 2. *lucubr. libr.* 10. *tit.* 19. *num.* 58. ubi teſtatur de conſuetudine Eccleſiæ Traguriens. nec non omnium fere Eccleſiarum Dalmatiæ.

Videamus nunc, quæ ſint requiſita Eccleſiæ numeratæ, & ſane ex prædictis Textibus *in cap. dilecto §. Præterea de Præbend. & cap. ex parte de conceſſ. Præbendar.* clare probatur, Eccleſiam dici numeratam, ubi habet numerum certum Canonicorum, & Præbendarum, ſeu portionum, qui tamen numerus, ut poſſit dici certus fixus, & determinatus, debet eſſe præſcriptus ex aliquo ſtatuto, quod ex. gr. diſponat Canonicos, aut Præbendas eſſe debere in 10. 15. vel 20. cum taxativa, & prohibitione alterandi hunc numerum præſcriptum, ut docet Text. *in auth. ut determinatus ſit numerus Clericorum*, determinationem numeri certi ita deſcribens ibi — *In tantum, ut non tranſcendatur definita menſura, neque numerus tranſeatur* — & bene Lother. *de re benefic. libr.* 1. *quæſt.* 24. *numer.* 14. ibi — *dicitur autem numerata Eccleſia, in qua eſt certus numerus Canonicorum ea lege, ut nequeat alterari ex determinatione, & præſcripto ſtatuti*, — ſequitur Barboſ. *de Canonic. cap.* 3. *num.* 1. *in fine*, Fermoſin. *in dict. cap. cum M. Ferrarienſis qu.* 1. *num.* 10.

Hæc autem duo requiſita, nempe præfixio numeri, tam Canonicorum, quam Præbendarum non debent copulative concurrere ad reddendam Eccleſiam numeratam; ſed ſatis eſt, quod concur- 13
rant disjunctive; nam ſi Eccleſia haberet numerum certum Præbendarum, neque conſtaret de numero Canonicorum, eſſet tamen numerata etiam quoad Canonicos, quia ex numero ſtatuto ſuper Præbendis, vel portionibus intelligitur ſtatutus numerus etiam ſuper Canonicis, idemque procedit in caſu converſo, nempe ſi conſtaret de numero ſtatuto ſuper Canonicis, non autem ſuper Præbendis, ſeu portionibus, quia ex numero Canonicorum intelligitur ſtatutus quoque numerus Præbendarum, vel portionum, juxta originalem theoricam antiquiorum Canoniſtarum, quos refert ſuo tempore Innocent. *in dict. cap. ex parte de conceſſ. Præbendar. num.* 3. ibi — *dicunt quidam quod, ſtatuto certo numero Canonicorum, intelligitur per conſequens & ſtatutus certus numerus portionum, etiamſi ibi non ſint diſtinctæ Præbendæ, & e contra, ſtatuto certo numero Præbendarum, vel portionum, intelligitur certus Canonicorum numerus ſtatutus* — idem dicit Gloſſ. *in capit. final. de conceſſ. Præbend. in* 6. *in verb. diſtincto verſic. ſi numerus*, Zabarell. *in dict. cap. ex parte num.* 3. *verſ. verum*, Imola *num.* 6. Lapus *alleg.* 14. *num.* 5.

Quod tamen intellige, quando ad correſpondentiam numeri Præbendarum conſueverunt eſſe
Canonici, tunc enim verum eſt, quod ſtatuto nu- 14
mero Præbendarum, ſtatutus cenſeatur numerus Canonicorum, ſed ſi non obſtante numero certo Præbendarum Canonici conſueverint eſſe plures, & varii, non intraret iſta præſumptio, quod etiam numerus Canonicorum eſſet ſtatutus ex numero Præbendarum, ſed Eccleſia eſſet non numerata quoad Canonicos, licet numerata quoad Præbendas, cum hoc in Eccleſiis contingere poſſit, ut ait Jacobus Zocch. *in cap. Conſtitutus de Reſcrip. n.* 2. Inter repetitiones Canonic. Diverſ. tom. 2. *fol. mihi* 206. ibi — *Aliquando Eccleſia eſt numerata, & reſpectu Canonicorum & reſpectu Præbendarum &c. Aliquando eſt numerata, vel reſpectu Canonicorum tantum, vel reſpectu Præbendarum tantum* — Felin. *in cap. Conſtitutus de reſcript. num.* 2. ibi — *poſſibile eſt, quod hic eſſet taxatus numerus Præbendarum &c. & non Canonicorum* — & *num.* 1. *in fin. verſic. non tamen per hoc* Rot. *deciſ.* 2. *de conſuetud. in novis*; differunt enim inter ſe Canonia, & Præbenda; quoniam Canonia eſt Jus quoddam, quod provenit, & competit ex electione, & receptione in fratrem, & per eam quis conſequitur Jus interveniendi in choro, & Capitulo, lucrandi diſtributiones quotidianas, & ea demum omnia faciendi, quæ ad Canonicos pertinent, *cap. dilect.* 19. *de Præb.* Præbenda autem eſt Jus ordinatum, & inſtitutum pro Canonico ad utendum, & fruendum rebus, & Juribus ad hoc deputatis, ut docet Compoſtell. *in capit. cum M. Ferrarienſis de Conſtitut. numer.* 91. *& ſeqq.* Rot. *deciſ.* 25. *numer.* 5. *in fine & num.* 6. *de Præbend. in novis*; unde non implicat, quod Eccleſia ſit numerata, quoad Præbendas, innumerata autem, quoad Canonicos, &

e con-

e contra, ut in hoc ultimo eſt Text. *in capit. fin. de conceſſ. Prebend. in 6.*

Quærunt hic doctores, an ſicut ex ſtatuto præfigente numerum determinatum Eccleſia redditur numerata, ita idem procedat ex conſuetudine, juxta quam ſemper conſueverunt eſſe in Eccleſia
16 tot Canonici; & concludunt negative ea ratione, quod ille numerus per conſuetudinem determinatus eſt facultativus, nec proinde inducit Eccleſiam numeratam, ut docent omnes Canoniſtæ ſuper *dicto capit. ex parte de conceſſ. Prebendarum* nempe.

Joann. Andr. *num.* 6. ibi — *Non tantum operatur conſuetudo, ſicut ſtatutum; nam ſi ſemper conſueverunt eſſe decem Canonici, iſtud non facit numerum, niſi per ſtatutum ſic fuerit ordinatum* —

Imola *numer.* 2. ibi — *In numero determinando plus operatur ſtatutum, quam conſuetudo, quia ſtatutum facit in Eccleſia eſſe certum numerum expreſſum, ſed conſuetudo non; nam poſito, quod uſque ad certum numerum conſueverunt eſſe in Eccleſia, non per hoc dicitur Eccleſia numerata* — & infra *numer.* 9. ibi — *Et ideo cum per modum liberæ facultatis competeret creatio Canonicorum in Eccleſia non numerata, videtur, quod, licet conſueverint creari ad certum numerum, non per hoc coercentur, ut non poſſint contra illum creari* —.

Butrius *numer.* 2. ibi — *In numero determinando plus operatur ſtatutum, quam conſuetudo operetur: quia ſtatutum facit in Eccleſia numerum expreſſum, conſuetudo autem non; nam poſito, quod tot conſueverint eſſe Canonici in Eccleſia, non per hoc Eccleſia dicitur eſſe numerata; ſecus ſi factum eſſet ſtatutum, & num.* 7. *in fine*, & ſequuntur ceteri nempe Zabarell. *numer.* 6. *in fine* Ancharan. *numer.* 8. Joann. de Anan. *numer.* 8. Panormitan. *numer.* 6. ubi allegat rationem actus facultativi, Lother. *de re benefic. lib.* 1. *queſtion.* 14. *numer.* 14. Layman. *in Theolog. moral. libr.* 4. *tractat.* 2. *capit.* 5. *numer.* 3. Ceccoper. *lucubr. Canon. libr.* 4. *num.* 149. Rot. *decif.* 9. *de probat. in antiquis, & optime* cor. Coccino *decif.* 1902. *n.* 19. & 20.

Limitatur tamen iſta concluſio, ubi ageretur de conſuetudine præſcripta cum tribus illis requiſitis, quod habens Jus creandi Canonicos, voluiſ-
17 ſet in Eccleſia ponere alios rumpendo numerum conſuetum, fuiſſet repulſus, & repulſioni acquieviſſet, ut ait Imol. *in dict. capit. ex parte numer.* 9. ibi — *quod videtur intelligendum, niſi forte alias voluiſſent ultra illum* (ſcilicet numerum) *creare, & fuiſſent prohibiti, & tranſactum eſſet tempus* 40. *annorum; nam tunc bene induceretur conſuetudo præſcripta ſuper numero*, Zabar. *ibidem numer.* 6. *in fin.* Lother. *de re benefic. libr.* 1. *queſtion.* 14. *numer.* 15. quam conſuetudinem vocat negativam ad differentiam prioris ſimplicis, quam vocat affirmativam, Rot. coram Coccin. *dict. dec.* 1902. *numer.* 20. ſed hæc limitatio non eſt abſolute vera & debet intelligi, quando reditus Eccleſiæ eſ-
18 ſent capaces recipiendi alios ad menſuram ſuſtentationis congruæ, ſeu abſque penuria; nam alias, ſi volens augere numerum, prohibeatur, ex quo Eccleſiæ facultates non ſuppetant, non exinde Eccleſia redditur numerata, licet laberetur curſus quadragenarius; nam in Eccleſia non numerata non poſſunt recipi alii Beneficiati, ſi facultates Eccleſiæ non ſufficiant ad ſuſtentationem non penurioſam, & ſi habens Jus ponendi Canonicos, vellet alios addere, poteſt repelli, ut in ſpecie Butr. *in capit.* 1. *de Inſtitut. numer.* 2. Imol. *numer.* 1. Fagnan. *numer.* 3. & 5. Rot. coram Mantica *decif.* 229. *numer.* 3. & *in recen. decif.* 32. *numer.* 4. & 5. *part.* 14. *recent.* Cardin. de Luc. *de Canonic. diſc.* 21. *ſub numer.* 20. & *diſcurſ.* 36. *numer.* 8. Lother. *libr.* 1. *queſt.* 14. *numer.* 19. & *ſeqq.* Rot. *decif.* 317. *numer.* 9. *part.* 10. *recent.* etiamſi admiſſioni novi Canonici diſſentiret unus tantum ex Beneficiatis, ſeu Canonicis talis Eccleſiæ, ut bene inquit Panormitan. *in dict. capit. ex parte numer.* 4. *verſic. unus tamen*, & *numer.* 5. etiam namque proviſus Apoſtolicus in Eccleſia non numerata vigore gratiæ obtentæ cum illius expreſſa mentione, poteſt repelli exceptione iſta defectus facultatum Eccleſiæ, juxta Bellamer. *decif.* 13. *num.* 2. *verſ. ſede nunquid.*

Ut ergo vides, Eccleſia nunquam poteſt dici numerata, niſi quando adeſt taxatio; & fixatio numeri certi, & determinati, qui non poſſit tranſcendi, & ſine hac taxativa non dicitur numerus fixus, Coccin. *dict. decif.* 1902. *num.* 21. & quamvis iſta taxatio in Eccleſiis numeratis nihil prohi-
beat, quominus creſcentibus Eccleſiæ reditibus, 19
novi Canonici recipi valeant, ex quo Lother. *de re benef. lib.* 1. *queſt.* 14. *numer.* 36. infert, quod Eccleſia poteſt eſſe receptitia, & numerata, itaut non ſit bona conſequentia ab Eccleſia receptitia ad non numeratam; adhuc tamen æquivocum Lotherii eſt clarum, dum Eccleſia receptitia nunquam poteſt ſupponi numerata; quod, ut percipiant illi, qui in hac materia de facili æquivocare ſolent, advertere debent, quod, licet tam in Eccleſiis numeratis, & non numeratis, creſcente Eccleſiæ reditu, poſſint augeri Canonici; tamen magna eſt differentia inter utrunque caſum: quia
ſi Eccleſia eſt numerata, poteſt hæc, ſi vult, ex 20
ſua libera voluntate, & communi conſenſu petere, & recipere alios ob redituum incrementum, ſed cogi non poteſt, ut docet Text. *in capit. cum M. Ferrarienſis de Conſtit.* & *cap. dilecto* 25. *de Prabend.* ea ratione, quod taxatio numeri eſt in favorem Canonicorum, ut creſcentibus reditibus, habeant portiones ſeu Præbendas ampliores, & fecundiores, cui favori poſſunt renunciare admittendo alios, etiamſi numerus taxatus fuiſſet per Papam confirmatus, ut obſervat Gonzal. *in capit. ex part.* 12. *de Conſtit. num.* 11. *verſic. quod adeo*, & in fortioribus Rot. *dec.* 2. *de election. in antiq.* In Eccleſia vero innumerata non ſolum non eſt opus, quod Canonici de communi conſenſu pe-
tant admiſſionem novorum Beneficiatorum pro- 21
pter augmentum redituum, ſed immo ſi omnes recuſarent, poſſunt compelli per ſuperiorem, ut diſcurrunt Canoniſtæ *in dict. capit. ex parte* 10. *de conceſſ. Preb.* præcipue Imola *n.* 2. Butr. *n.* 1. hinc propterea ex eo, quod Eccleſia numerata poteſt recipere alios ſua ſponte, renunciando favori ſuo, non poteſt dici receptitia, ſicut male putavit Lother. Quia receptitia dicitur, quæ non ſolum pro
ſui arbitrio poteſt, ſed etiam debet, ac tenetur, 22
ſeu neceſſitatur recipere alios Clericos cives, & oriundos ad ejus ſervitium cum ſuo congruo emolumento, itaut recuſare nequeat novos Clericos; ac rurſus quia in Eccleſia numerata per redituum augmentum, non augentur ipſo Jure Canonicatus, ſed requiritur factum Superioris erigentis novum Canonicatum, novamque Præbendam. At in Eccleſiis receptitiis per redituum creſcentiam creſcunt ipſo Jure novi Beneficiati, nec eſt opus pacto Superioris, cujus rei ratio eſt, quod lex in Eccleſiis innumeratis præfigit numerum tacitum, & in genere, volendo, quod tot ibi ponantur Clerici, quot poſſunt abſque penuria ſuſtentari;
unde creſcente reditu, creſcit ipſo Jure numerus ta- 23
citus uti dependens ex reditibus Eccleſiæ, ad quam menſuram lex numerum tacitum præfigit, ut in ſpecie, quod in Eccleſiis innumeratis lex præfiniat numerum tacitum, & in genere, ut nempe tot ibi ponantur, quot abſque penuria ſuſtentari poſſunt, juxta Eccleſiæ facultates, eſt optimus Text. *in capitul.* 1. *de inſtitut.* ibi — *amplius non ſuſcipiantur, quam ſit regere de bonis Eccleſia abſque penuria poſſint* — quem textum loqui de Eccleſia non numerata, teſtatur ibi Panormit. *numer.* 7. Barboſ. *numer.* 5. *verſic. additque* Lara *in leg. ſi quis a liberis* §. *ſi filius num.* 34. *ff. de liber. agnoſcen.* per quem Textum dicunt doctores, quod in Eccleſiis receptitiis, & haud numeratis, ſicut competit exceptio, ut plures non admittantur, quam ex bonis Eccleſiæ poſſunt abſque penuria ſuſtentari; ita per contrarium intrat præceptum affir-

affirmativum, ut tot recipi debeat, quot abſque
penuria ſuſtentari valeant, ut bene cum antiquio-
ribus ibi notat Fagnan. *num.* 5.

Infertur ex his, quod utrunque genus Eccleſia-
24 rum eſt ſemper numeratum, hoc eſt, tam Eccle-
ſia receptitia, & non numerata, quam numera-
ta: ſed differentia conſiſtit in qualitate numeri,
nam in Eccleſia numerata numerus eſt taxatus
per ſtatutum cum taxativa, & prohibitione illum
alterandi, & iſte vocatur numerus *expreſſus ab
homine*, ſeu numerus *in ſpecie*, & hic ſolum fa-
cit Eccleſiam numeratam. Per contrarium vero
in Eccleſia non numerata adeſt numerus præfixus
a lege, nempe tot quot poſſunt abſque penuria
ſuſtentari, juxta Eccleſiæ facultates, qui voca-
tur numerus *tacitus* ſive *in genere*, quæ ſpecies
numeri non facit Eccleſiam numeratam, donec
& quouſque non interveniat factum Superioris,
qui per ſtatutum fixet numerum in quantitate
certa, & impoſterum non tranſcendenda, ut bo-
ne obſervat Card. Bellamer. *in capit. cum M. Fer-
rarienſis de conſtit. numer.* 11. ubi dicit hæc no-
tabilia verba – *Potes ergo dicere ſecundum eum,
quia lex in qualibet Eccleſia numerum diſtinguit in
genere, hoc eſt, quia vult, quod ſecundum quanti-
tatem redituum ſit numerus certus miniſtrorum, &
per conſequens Canonicorum, atque Prebendarum;
tamen de facto, & in actu numerum certum vel
certam diſtinctionem &c. Canonicatuum, ſeu Præ-
bendarum de per ſe non inducit, nec etiam deter-
minat circa hoc modum certum, ſed totum hoc re-
mittitur ad arbitrium Epiſcopi, qui eſt executor Ca-
nonum, & ideo factum & miniſterium Epiſcopi ne-
ceſſarium eſt, adeo quod donec hoc factum fuerit per
mortem Canonicorum non poteſt induci, ſeu notari
certa vacatio*, ut in *dict. cap. ex parte de conceſſ.
Prabend.*

Et quod Eccleſia receptitia, & non numera-
ta habeat tamen numerum tacitum a Jure, & con-
25 ſuetudine præfixum tot ſcilicet Presbyterorum,
quot ſine penuria ſuſtentari poſſunt, juxta Eccle-
ſiæ facultates, probat ipſe Textus principalis *in
capit. ex parte de conceſſ. Prebend.* ubi Canonicos
nuviter factos mandat recipi dicendo ibi – *Man-
damus quatenus ſi Haſtien. Eccleſiæ ſuppetant fa-
cultates ſecundum conſuetudinem hactenus obſerva-
tam, prædictos Clericos pro Canonicis faciatis ha-
beri*, quæ verba ſupponunt in Eccleſia Ha-
ſtien. non numerata, fuiſſe numerum tacitum
de Jure, & ex conſuetudine, nempe recipien-
di tot, quot ſuppetebant Eccleſiæ facultates,
& bene explicat ibi Gloſſ. *in verb. conſuetudi-
nem* ibi – *& ita licet non ſit numerus conſtitu-
tus, tamen tot ſunt ibi conſtituendi, quot conſue-
verunt ibi eſſe, dum tamen ſufficiant Eccleſiæ fa-
cultates, alias ſi non ſufficerent, deberet reduci
numerus ille ad eum numerum, quot poſſent congrue
ſuſtentari*.

Idem clariſſime firmat Panomit. *in dict. capit.
1. de Inſtitut. numer.* 2. ibi – *Nota primo, quod
in Eccleſiis, ubi numerus non eſt determinatus, ſuc-
cedit quædam Juris determinatio, ut tot recipiantur,
quot poſſunt ſine penuria ex reditibus Eccleſiæ ſu-
ſtentari*.

Imola quoque *in dict. capitul. ex parte numer.*
2. hæc ait – *Nota, quod licet in Eccleſiis non nu-
meratis non ſit dare certum, & expreſſum nume-
rum, eſt tamen dare quendam numerum tacitum a
Jure ſubintellectum, ut videlicet tot in Eccleſia eſ-
ſe debeant, quot poſſunt eſſe facultatibus Eccleſiæ
commeratis* – addendo quod Canonici, ſeu Cle-
26 rici Eccleſiæ poſſunt conſtringi ad complendum
hunc numerum tacitum, hoc eſt recipiendum in
Eccleſia tot, quot poſſunt abſque penuria ſuſten-
tari ex reditibus Eccleſiæ ibi – *& ad iſtum nu-
merum tacitum, & a Jure ſubintellectum com-
plendum compelli poſſunt Canonici per Ordina-
rium*.

Per eadem fere verba diſcurrit etiam Butr. *in
dict. cap. ex part. num.* 2. ibi – *Nota, quod quam
in Eccleſiis non numeratis non ſit dare certum,
& expreſſum numerum, eſt tamen dare quendam Ju-
ris numerum, ut videlicet tot in Eccleſia ſint, quot
eſſe poſſunt facultatibus Eccleſiæ attentis, & ad iſtum
numerum tacitum complendum compelli poſſunt per
Ordinarium*.

Et ratio eſt evidentiſſima, quia iſte numerus Ju- 27
ris, ſeu tacitus cum dependeat ex quantitate redi-
tuum Eccleſiæ, idcirco non eſt certus, ſed va-
riabilis, ſicut variabiles ſunt ipſi reditus; nam ſi
iſti creſcunt, aut decreſcunt, etiam numerus
Clericorum augetur, aut diminuitur; & quod
dictum eſt de recipiendis in Eccleſia non nume-
rata tot, quot poſſunt ſuſtentari, juxta Eccleſiæ
facultates, intelligendum eſt de ſuſtentatione *abſ-
que penuria*, non autem de *commoda*, quæ duo
differunt inter ſe, ut apud Ventrigliam *in prax.
part. 1. annotat. 18. §. unico numer.* 22. unde ma- 28
le locutus eſt Gonzalez *in dict. capit. ex parte de
Conſtitut. numer.* 9. quatenus etiam pro Eccleſiis
non numeratis utitur verbo *commode*, quod debet
applicari potius ad Eccleſias numeratas; & ma-
le etiam locuta eſt Rota coram Mantica *deciſion.
229. numer. 3. & deciſ. 32. numer. 5. part. 14.
recent.* quæ eodem verbo *commode* utitur pro ſu-
ſtentatione Clericorum in Eccleſiis haud numera-
tis.

Ne ergo incurratur æquivocum in materia,
habenda eſt ante oculos præallegata diſtinctio in-
ter numerum expreſſum, & certum a ſtatuto fi-
xatum, quod facit Eccleſiam numeratam, &
inter numerum tacitum Juris pendentem ex redi-
tibus Eccleſiæ, qui Eccleſiam non facit numera-
tam; nam qui non intelligeret hunc numerum ta-
citum, de facili æquivocaret & diceret, quod ea-
dem regula recipiendi in Eccleſia tot, quot poſ-
ſunt ex reditibus Eccleſiæ ſuſtentari, procedit tam
in Eccleſiis receptitiis, quam numeratis, ex ſo-
lum intercedente differentia, quod in receptitiis
datur ſuſtentatio abſque penuria, in numeratis
autem commoda; & ſic argueret, quod hujuſ-
modi numerus tacitus non inferret Eccleſiam re-
ceptitiam. Quando tamen, qui ſic argueret, pue-
riliter jejunaret in principiis Canonicis, dum ve-
rum quidem eſt tam in Eccleſiis receptitiis, quam
numeratis, eſſe ponendum numerum tot Clerico-
rum, quot poſſunt congrue, & commode, reſpe-
ctive ſuſtentari ex reditibus Eccleſiæ; ſed vera eſt
etiam differentia circa qualitatem numeri in utro-
que genere Eccleſiarum: quia in Eccleſiis nume- 29
ratis fixatur per ſtatutum cum prohibitione eum al-
terandi, itaut non dependeat in futurum ex re-
ditibus Eccleſiæ, nec ipſo Jure poſſit creſcere,
aut decreſcere; in Eccleſiis vero receptitiis nu-
merus non fixatur per ſtatutum, ſed per le-
gem tacite datur, juxta quantitatem redituum,
ex quibus ipſe totaliter dependet; unde non eſt
certus, ſed variat ipſo Jure ſecundum reditus,
ipſo Jure creſcit ſecundum reditus, ipſo Jure di-
minuitur ſecundum reditus, ipſo Jure fit major,
ipſo Jure fit minor, ipſo Jure de minori aſcendit
ad majorem, ipſo Jure de majori redit ad majo-
rem juxta variationem redituum Eccleſiæ, & ecce
notabilis differentia inter numerum expreſſum ſta-
tuti, & numerum tacitum Juris, & ecce ratio,
quare numerus ſtatuti, qui vocatur *in ſpecie*,
inducat Eccleſiam numeratam, & per contra-
rium numerus Juris, qui vocatur *tacitus & in ge-
nere*, Eccleſiam reddat non numeratam, & ſit
proprium ejus, & connaturale requiſitum, ut
probant Textus & communis opinio Canoniſta-
rum, quos ſupra retuli ex *num.* 23. *ad plur. ſeqq.*
Et ſi Eccleſia habens hunc numerum tacitum ſte- 30
tiſſet per longum tempus cum eodem numero Ca-
nonicorum, non per hoc cenſeretur effecta nu-
merata, quia vel id ſucceſſiſſet per accidens, eo
quia reditus Eccleſiæ perſeveraſſent in eadem
menſura; vel ſi conſtaret, quod creviſſent, fuiſſet
actus mere facultativus ejus, ad quem ſpectat ele-
ctio Canonicorum, ſi eos non augmentaſſet, ſed

con-

continuaſſet, juxta ſolitum, quia ſemper poſſet novos creare, & apponere in Eccleſia, niſi volens creare, & admittere, fuiſſet repulſus, & repulſionis acquieviſſet juncto lapſu 40. annorum, juxta punctuales Canoniſtas ſuperius citatos *num.* 15. *&* 16.

Habes igitur ex præallegatis, quod in hujuſmodi Eccleſiis datur numerus tacitus Juris, ut tot recipiantur, quot abſque penuria ſuſtentari poſſunt ex facultatibus Eccleſiæ; ideoque infertur,
31 quod ſi adeſſet ſtatutum in Eccleſia, ut ea recipere poſſet, & deberet numerum tot Clericorum, quot poſſent abſque penuria ſuſtentari ex reditibus, taxando iſtam ſuſtentationem non penurioſam in tot ſcutis, ſeu tot ſalmis vini, aut frumenti pro quolibet Præsbytero, hoc ſane ſtatutum non faceret Eccleſiam numeratam, neque taxaret numerum certum, ſed eſſet declaratio illius numeri taciti, & in genere, quem lex expoſcit in hujuſmodi Eccleſiis receptitiis, & haud numeratis, ſolum taxando ſuſtentationem congruam, & abſque penuria, & determinando, in quo conſiſtat ſuſtentatio non penurioſa cujuſlibet Clerici, quæ taxatio, ſicut fieri poteſt per Conſtitutionem Synodalem, ut loquendo de Eccleſia receptitia tradit Mantic. *dict.* 229. *ſub num.* 3. *verſic. & quia Synodalis*, ita & per ſtatutum Eccleſiæ; ideoque ex eo non inducitur numerus aliquis certus ſive Canonicorum, ſive Præbendarum, aut portionum, ſed ſemper erit varius, & dependens ex quantitate redituum, qui creſcendo, vel deſcendendo augebunt vel diminuent numerum Canonicorum, & Præbendarum; unde hujuſmodi ſtatutum tanquam decernens id, quod a Jure ſubintelligitur in Eccleſiis non numeratis, potius confirmat, quam deſtruit qualitatem Eccleſiæ receptitiæ, ex nota regula, quod qui declarat quicquid de Jure ſubauditur, nihil diſponit, nihil variat, nihil immutat, ut in *leg. conditiones, quæ extrinſecus ff. de condit. & demonſtrat.* Caſtren. *conſil.* 142. *numer.* 4. Frider. de Sen. *conſ.* 263. *num.* 2.

Per tale enim ſtatutum bene dici poterit determinatus certus reditus portionum, non autem
32 certus earum numerus, quia ille reditus taxatus ex. gr. in ſcutis 25. pro quolibet, non dat numerum certum 10. 15. vel 26. portionum, dum ſi introitus Eccleſiæ creſcunt uno anno, ecce quod Canonici, qui erant 10. ad illam rationem ſcut. 25. pro quolibet, erunt 12. vel 15. juxta creſcentiam redituum, quæ alias portiones producit; & per contrarium, ſi iſti decreſcunt, alio anno decreſcunt in conſequentiam portiones, & Canonici, dum qui erant 15. reducentur ad 10. ex quo diminutis reditibus, portionum quoque numerus diminuitur, & conſequenter taxatio re-
33 ditus non eſt taxatio numeri certi, & determinati cum prohibitione alterationis ſicut requiritur, ut Eccleſia evadat numerata, ut docet Textus *in cap. cum M. Ferrarienſis de Conſtitut.* ubi numerus certus Præbendarum dicitur adeſſe, eo quia erat expreſſe, & taxative conſtitutus in 14. Præbendis ibi — *Quatuordecim Præbendarum numer. in Ferrarien. Eccleſia Inſtituto* — Fagnan. *ibid. num.* 3. ibi — *Quatuordecim Præbendas tantum ſtatuerunt* — & num. 46. ibi — *nam iſti Canonici fecerunt Conſtitutionem, ut Præbendæ eſſent quatuordecim tantum*, Panorm. *in dict. cap. dilectus* 19. *de Præbend.* ibi — *quando ex privilegio, vel ſtatuto fuit ſancitum, ut ex omnibus reditibus Eccleſiæ fierent* 12. *portiones* — Abb. antiquus *numer.* 4. ibi — *Puta, quia privilegium dicit tot portiones* — Azor. *inſtit. moral. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 11. *quæſt.* 6. ibi — *ita conſtituas, ut ex omnibus Eccleſiæ reditibus fiant verbi gr.* 10. *vel* 12. *portiones.*

Alias enim niſi ſtatutum cadat ſuper præfixione numeri portionum, dicendo fiant 10. vel 12. vel 15. portiones, numquam intelligitur præfigere numerum ex eo tantum, quod taxaverit reditus portionum: quia aliud eſt taxatio reditus portionum, aliud vero eſt taxatio earum numeri, qui certo non determinatur, nec fixatur per taxationem congruæ ſuſtentationis cuilibet Præs- 34
bytero aſſignatæ, ſed remanet ſemper variabilis juxta variationem redituum Eccleſiæ; & hoc puto clariſſimum, nec qui mereatur diſputationem imaginabilem; & qui diceret contrarium aut dubitaret, oſtenderet, ſe non intelligere qualitatem Eccleſiæ non numeratæ, & numeratæ, nec intelligere numerum tacitum Juris, & numerum expreſſum ab homine, ſeu ſtatuto juxta diſtinctionem ſupra firmatam per venerandas auctoritates tot inſignium Canoniſtarum; quod clarificatur ictu oculi ſignando caſum, quod reditus Eccleſiæ conſiſtant in ſcut. 300. annuis, & fiat ſtatutum dicens, quod tot ponantur in Eccleſia, quot ſuſtentari poſſunt ad rationem ſcut. 25. pro quolibet, utique recipi poterunt, & debebunt 12. Canonici de tempore ſtatuti; alio autem tempore ſi reditus Eccleſiæ creverint in ſcut. 400. annuis, ecce quod recipi poterunt, & debebunt 16. Canonici, deinde ſi creſcantur reditus ad ſcut. 500. annua, ecce Eccleſia habebit 20. Canonicos, & ſic in infinitum, creſcente reditu, creſcere poterunt Canonici in æternum, nec unquam iſta Eccleſia dici poterit numerata in numero certo Canonicorum; e contra reditus de tempore ſtatuti conſiſtentes in ſcut. 300. & capaces ſuſtentandi 12. Canonicos, ſi diminuantur in ſcut. 250. vel 200. annuis, Canonici reducentur ipſo Jure ad 10. vel 8. ergo ſolemniter erraret, qui hoc caſu dubitaret, an Eccleſia per d. ſtatutum facta foret numerata, & crederet, ſtatutum eſſe dubium, & interpretationi ſubjectum, & in puncto clare docet Gloſſ. *in dict. capit. ex parte de conceſſ. Præbendar. in verb. diſtincta*, ubi dicit, tunc Eccleſiam eſſe numeratam, & Præbendas effici numeratas, *ubi certum quid datur quotidie cuilibet perſonæ per ſe viventi, & ubi eſt certus numerus tantum conſtitutus* — ergo non ſufficit dari certum quid ſingulis Canonicis, hoc eſt taxari certus reditus, niſi ubi certus numerus *tantum* eſt conſtitutus, aut Præbendarum, aut Canonicorum.

Et male argueret, qui putaret per taxationem portionis cujuslibet Canonici, in conſequentiam determinari numerum in Eccleſia, ut ex. gr. ſi 35
reditus illius eſſent in ſcut. 300. annuis, diceret, quod ſtatutum determinans portionem cujuslibet in ſcut. 25. annuis; ergo ſupponit taxare numerum 12. Canonicorum, quippe eſſet argumentum erroneum in principiis, dum oſtenderet non intelligere, quid ſit numerus *certus*, & *in ſpecie*, & quid per contrarium ſit numerus *tacitus*, & *in genere*, cum una ſpecies numeri reddat Eccleſiam numeratam, alia vero non, ſicut diſtinctum eſt *ſupra*. Etenim verum quidem eſt, tale ſtatutum ex taxa portionis dare in conſequentiam numerum Canonicorum, ſed iſte numerus non erit *certus*, *ſtabilis*, ac *fixatus*, ſed mere *tacitus* & *in genere*, videlicet, dependens ex reditibus Eccleſiæ, & ſic variabilis juxta variationem redituum; ita & taliter, quod erit numerus temporalis & ſubjectus creſcentiæ, & decreſcentiæ in uno, vel alio tempore, ſecundum quod reditus Eccleſiæ ſunt varii, & mutationi obnoxii, ut ſupra ad ſatietatem explicatum eſt.

Et majus æquivocum foret, ſiquis exiſtimaret, quod taxatio portionis pro quolibet Canonico inducere Præbendas diſtinctas, quippe oſtenderet, 36
ſe non intelligere, quid ſit Præbenda diſtincta, ut verbis Lotherii utar *lib.* 1. *quæſt.* 19. *num.* 13. *verſ. & qui aliter*; diſtinctio enim Præbendarum ſit per erectionem tot Præbendarum in certo numero conſtitutarum, & quando, prævia diſmembratione bonorum communium Eccleſiæ, pro una Præbenda aſſignantur tot prata, tot vineæ, pro alia tot poſſeſſiones, ſeu cenſus, & ſic de ſingulis, ut ſuperius explicavi *ſub numer.* 3. quæ Præbendæ diſtinctæ ſunt numeratæ in numero certo, &

to, & invariabili, ut ſunt ex. gr. tot domus di-
ſtinctæ ædificatæ, itaut ſive reditus creſcant, ſive
decreſcant, non exinde numerus Præbendarum au-
getur, vel diminuitur; quod ſane nihil commu-
ne habet cum ſimplici taxatione congruæ ſuſten-
tationis cuilibet Canonico ex repartimento redi-
tuum Eccleſiæ, qui remanent indiviſi, cum iſta
taxatio non taxet numerum certum, qui ſolum
reſultat tacite, & in conſequentiam ex correſpe-
ctivitate ad quantitatem redituum Eccleſiæ majo-
rum, vel minorum, itaut ſecundum eorum men-
ſuram portiones creſcant, & decreſcant, ut in
ſpecie quod non vocetur Præbenda diſtincta ta-
xare cuilibet Canonico tot ſalmas frumenti, fir-
mat Fagnan. *in cap. cum M. Ferrarienſis de Con-
ſtit.* ubi eſt caſus, quod in Eccleſia Ferrarienſi
erat conſtitutus numerus certus 14. Canonicorum
& 14. Præbendarum, juxta communem intelle-
ctum Canoniſtarum, ut ait idem Fagnan. *numer.*
3. & quærit ibidem Fagnan. quomodo in tali
Eccleſia dari poſſent reditus ſupercreſcentes, &
dicit dari ex eo, quia omnis portio cuilibet Ca-
nonico fuerat taxata in 20. ſalmis frumenti, &
ſic, quicquid ultra hanc taxam creſcebat, erant
reditus ſupercreſcentes, ibique apertiſſime firmat,
quod iſta taxa 20. ſalmarum frumenti pro quoli-
bet Canonico non erat Præbenda diſtincta ibi –
*Præbendæ non erant hic diſtinctæ* – nam alias ſub-
jungit, quod ſi eſſent in Eccleſiis Præbendæ di-
ſtinctæ, non potuiſſent dari reditus ſupercreſcen-
tes, eo quia augmentum redituum ceſſiſſet com-
modo eorum Canonicorum, qui poſſidebant hu-
juſmodi Præbendas, ut legere eſt *numer. 4. & 40.*
& comprobat Panorm. *in cap. 1. de Inſtit. num. 5.
verſ. ſed tu conſidera, & verſ. quandoque Præben-
dæ non ſunt diſtinctæ.*

Quid autem diceres, ſi ſtatutum prædictum or-
dinando, quod reciperentur tot Canonici, quot
ſuſtentari poſſunt ad rationem ſcut. 25. vel 30. pro
quolibet, ſubjungeret, quod, creſcente reditu,
creſcerent Canonici, utrum ex quo ſolum deter-
minavit creſcentiam, non autem decreſcentiam,
voluerit fixare numerum in eo numero Canoni-
corum, qui ſuſtentari poterat ad illam rationem,
juxta facultates Eccleſiæ exiſtentes de tempore ſta-
tuti? dicas tuta fronte, quod non. Quoniam ex-
preſſio ſolius creſcentiæ redituum fieri ſolet tan-
quam de caſu ſolito, & regulariter contingibili,
37 dum reditus Eccleſiæ præſumuntur impoſterum po-
tius augeri, quam diminui, ut in puncto Eccle-
ſiæ innumeratæ, ait Lother. *lib. 1. qu. 1. num.* 24.
Panimoll. *dec. 98. annot. 1. numer.* 22. maxime, ſi
ageretur de reditibus conſiſtentibus in anniverſa-
riis, & miſſis legatis, quæ quotidie poſſunt Ec-
cleſiæ relinqui per pios teſtatores, & benefacto-
res; lex enim ad caſus ſolitos, & frequenter con-
tingibiles, non ad extraordinarios reſpicit, *l. nam
ad ea ff. de legib.* ceterum ex dicta expreſſione,
& permiſſione augmenti redituum, & Canonico-
rum male infertur, non fuiſſe proviſum in caſu
contrario, nempe ſuper decremento Canonico-
rum in eventu diminutionis redituum, quia clara
38 eſt regula, quod augmenti, & diminutionis ea-
dem eſt proportio, & ſtabilitum in augmento,
cenſetur ſtabilitum, & volitum etiam in decre-
mento, licet non exprimatur, tanquam in corre-
lativis, & pari paſſu ambulantibus, ad Text. *in
leg. ſi ex toto in princip. ff. de leg. prim.* Brun. *de
augment. Concluſ.* 23. & 24. Barboſ. *Axiom.* 34.
*numer.* 10. Gratianus *deciſione March.* 85. *numer.
ſexto.*

Immo eſſet æquivocum tali caſu deſiderare ex-
preſſionem decrementi, quia qui dicit, quod re-
cipiantur in Eccleſia tot, quot poſſunt ſuſtentari
ad rationem ex. gr. 25. vel 30. ſcutorum pro quo-
libet, cum non præfigat numerum certum, ſed
remittat illum ad capacitatem redituum Eccleſiæ,
utique tam ſi reditus conſervantur in ſuo eſſe,
quam ſi decreſcant, ſemper verificatur, quod ibi
recipiuntur tot, quot poſſunt ſuſtentari, & ſic
verba ſtatuti de per ſe, & de ſui natura inclu-
dunt decrementum, & licet eodem modo inclu-
dant augmentum, licet non fuiſſet expreſſum; ta-
men in caſu iſto ſubeſſe poteſt ratio, quare ſpeci-
fice ſtatutum debuerit exprimere augmentum Ca-
nonicorum ex augmento redituum, quia ſcilicet
Canonici de tempore ſtatuti exiſtentes in numero
capaci, & correſpectivo ad reditus Eccleſiæ, in
futurum potuiſſent fortaſſe prætendere reditus adau-
ctos, & ſupercreſcentes eſſe convertendos in fa-
bricam, luminaria, & generaliter in utilitatem Ec- 39
cleſiæ, ex infra citatis *num.* 44. ita defraudando,
& retardando alios Clericos ingreſſuros, & ma-
xime, ſi Jus deputandi Canonicos fuiſſet reſerva-
tum Epiſcopo, qui fecit ſtatutum, & ſic verte-
ret præjudicium ipſius ſtatuentis circa Jus eligen-
di, & deputandi novos Canonicos, ad quod du-
bium, ſeu prætenſionem tollendam cenſetur, ſta-
tutum expreſſiſſe ſpecialiter, quicquid de ſui na-
tura ſubintelligebatur, nempe, quod, creſcenti-
bus Eccleſiæ reditibus, deberent creſcere Canoni-
ci, itaut ſtante alia ratione, ob quam facta fue-
rit iſta expreſſio ſuper augmento, tanto minus
ea dici valeat reſtrictiva, & excluſiva decremen-
ti Canonicorum in eventum decrementi faculta-
tum Eccleſiæ, ad Textum *in leg. ultima Codice
ne uxor pro marito*, Menochius *præſumption. li-
ber 3. præſumption.* 115. *numer.* 10. & *conſil.* 195.
*numer.* 4. cum aliis apud Barboſ. *Axiom.* 12. *nu-
mer.* 22. & optime Merlin. *deciſione* 846. *numer.
vigeſimo.*

Ceterum in caſu iſto nullus doctor dicit, quod
neceſſarium ſit exprimere caſum decrementi, ne-
que ulla etiam doctrina inveniri poterit, quæ di- 40
cat ab expreſſione augmenti fixari numerum in
Eccleſia, quando iſte non fuit præſcriptus expreſ-
ſe, & in ſpecie: & potius contrarium eſt dicen-
dum, dum nec minus conſuetudo, juxta quam
tot ſemper Canonici recipi conſueverunt, nume-
rum certum determinat, ac fixat, ut *in d. cap. ex
part. conceſſ. præbend.* cum ſupra allegatis *num.* 15.
cumque expreſſio augmenti per augmentum redi-
tuum ſit præcipua circumſtantia, ſeu obligatio ne-
ceſſaria Eccleſiæ non numeratæ, eſſet nimis ine-
ptum aſſerere, quod expreſſio hujus circumſtantiæ
ſine alia decrementi faceret Eccleſiam numeratam,
quia, ſi eſt una circumſtantia propria Eccleſiæ re-
ceptitiæ, non poteſt operari circumſtantiam con-
trariam, alias eſſet ſtatutum contradictorium, dum
vellet numerum quotidie creſcentem, & eodem
tempore præſumeretur eum fixare, quando ipſa
ratio creſcentiæ excludit numerum certum, & fi-
xum; qui ſolum fixatur per ſtatutum, quod de-
terminat numerum certum cum prohibitione il-
lum alterandi, ut in Authentica *ut determina-
tus ſit numerus Clericorum* ibi – *dumtantum, ut
non tranſcendatur definita menſura, neque nume-
rus tranſeatur* – cum Lotherio, Barboſa & Far-
moſioo, quos ſupra retuli *numero undecimo*; quo-
modo ergo ſtare poteſt numerus certus, qui na-
ſcitur ex prohibitione illum alterandi, & traſcen-
dendi, cum numero quotidie creſcente juxta re-
dituum incrementum; ſunt enim iſta duo con-
tradictoria, numerus qui prohibetur tranſcen-
di, & alterari, & numerus, qui jubetur tran-
ſcendi, & creſcere indefinite, videatur Ro-
ta coram Coccing *dict. deciſione* 2902. *numero vi-
geſimoſecundo.*

Cum ergo ſtatutum dicens, quod in Eccleſia 41
recipiantur tot, quot poſſunt ſuſtentari ad ratio-
nem 25. vel 30. ſcutorum pro quolibet, & cum
expreſſione augendi Canonicos, ſeu Clericos per
augmentum redituum Eccleſiæ, ſit procul du-
bio limpidiſſimum, & clarum pro arguenda Ec-
cleſia receptitia, & haud numerata, *ex ſu-
pra firmatis*, utique nihil juvaret obſervantia
contraria deducta ex eo fortaſſe, quod Se-
des Apoſtolica de hujuſmodi Canonicatibus,

& Beneficiis providiſſet, uti de vacante in menſe reſervato, aut per reſignationem, quia cum Eccleſia clare ſit receptitia, proviſiones Apoſtolicæ ejus ſtatum immutare non dicuntur, Rot. *dec.* 234. *numer.* 24. *part.* 16. maxime, quia Papa in proviſionibus uti de reſervato apponit clauſulam — *dummodo collatio ad nos hac vice pertineat* — quæ denotat voluntatem non providendi, nec conferendi, ceſſante reſervatione, ut apud Adden. ad Gregor. *deciſ.* 314. *n.* 5. Rot. *dec.* 39. *num.* 5. poſt Vivian. *de Jurepatr.* & *dec.* 444. *n.* 19. *p.* 14. *rec.* & *in Bononien. Parochialis* 1. *Julii* 1678. §. *Minus relevante*, coram Viceeomite, & *in confirmatoria* 3. *Junii* 1678. §. *quod autem*, neque hic applicantur *dec.* 499. *n.* 8. *par.* 4. *tom.* 2. & *dec.* 515. *n.* 4. *part.* 4. *tom.* 3. *recent*, cum loquuntur in caſu, quo Vicarius Apoſtolicus præfixerat numerum certum in Eccleſia antea receptitia, & poſtea concurrebant proviſiones Apoſtolicæ, quas Rota tantummodo allegavit ad probandam effectuationem decreti ejuſdem Vicarii, non autem ad mutationem ſtatus Eccleſiæ, ut legitur dicta *deciſ.* 515. *n.* 9. & *ſeqq.* ubi ceteroquin *num.* 10. admittit concluſionem, quod proviſiones Apoſtolicæ ſtatum non mutant.

Ita, & taliter, quod etiamſi iſtæ proviſiones Apoſtolicæ de reſervato fuiſſent executæ a Capitulo, ſeu Ordinario habente Jus deputandi, & eligendi Canonicos in his Eccleſiis receptitiis, & non numeratis, non eſſent aptæ ad immutandum ſtatum Eccleſiæ, quia cum literæ ſint conditionatæ cum illa clauſula, *dummodo collatio ad nos*
42 *hac vice pertineat*, earum executio non tollit hanc conditionem, & mentem Papæ, ſed illi famulatur, & relinquit Eccleſiam in ſuo eſſe, ita ut, ſi illa eſt receptitia, & per 40. annos adeſſent collationes Apoſtolicæ etiam executæ, non per hoc præſcriptus eſſet, aut immutatus ſtatus de innumerato in numeratum, quia deficit mens Papæ, & animus Ordinarii, aut Capituli, qui exequendo gratiam conditionatam non præſumuntur in earum præjudicium voluiſſe mutare ſtatum Eccleſiæ, quem gratia ipſa ſic conditionata haud mutare profitetur, Calderin. *conſil.* 19. *verſ. & hoc patet ex eo de Prabend.* Lother. *de re benefic. libr.* 1. *quæſt.* 34. *num.* 57. & 58. immo exequendo literas, ac dando poſſeſſionem nulliter proviſo per Sedem Apoſtolicam dicuntur feciſſe novam proviſionem jure proprio, volendo ex ſe, ſeu vi ſuæ facultatis ex integro providere, quem Papa nulliter providit, itaut ille non conſideretur amplius proviſus per Papam, ſed per Ordinarium, ſeu Capitulum, ad quem, ſeu ad quod pertinet proviſio, & deputatio, ut bene Lother. *de re Benefic. lib.* 2. *quæſt.* 24. *numer.* 57. Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 4. *numer.* 47. Ancharan. *in cap. literas numer.* 2. *de ſupplen. negligent. Prælator.* & probat Text. *in d. cap. ex parte in fine de conceſſ. praben.*

Fortius in caſu iſto, quia, ſi Eccleſia eſſet receptitia Clericorum civium, & oriundorum loci, verteret in eorum præjudicium, & ſic requireretur ſcientia, & patientia univerſitatis intereſſe habentis, & quidem probata congregato Conſilio,
43 ut ait Roccha *diſput. Jur. cap.* 86. *num.* 31. Adden. ad Burats. *deciſ.* 285. *num.* 4. *lit. A.* & dixit Rot. me ſcribente in *Nullius Tupela ſeu Tiraſonen. Decimarum* 1. *Julii* 1697. §. *in nihilum*, coram R. P. D. Caprara, præjudicium nanque univerſitatis eſt clarum, quia, fixato numero, & Eccleſia facta numerata, poſſet quidem Capitulum voluntarie de communi conſenſu recipere alios per creſcentiam redituum, ſed non poſſet cogi ad eos recipiendum, ut ſupra probavi *numer.* 19. & 20. & reditus ſupercreſcentes caderent in utilitatem Eccleſiæ, ſcilicet in fabricam, paramenta, lumina-
44 ria, & ſimilia, ut apud Panormit. *in capit. cum omnes de conſtit. num.* 6. *verſ. quod ſuperfluit*, Berous *numer.* 60. *verſ. ad uſus pios*, Felin. *num.* 15. *in fin.* idem Panorm. *in cap.* 1. *de his quæ fiunt a major. part. Capitul. num.* 7. immo tali caſu non poſſet Epiſcopus, nec Capitulum Eccleſiæ receptitiæ eam reddere numeratam abſque conſenſu, & auctoritate Sedis Apoſtolicæ, ut firmat Rot. 45
*dec.* 27. *numer.* 10. *part.* 6. *Recent.* Pinnatell. *conſult.* 308. *tom.* 1. ubi refert, ita reſolutum per Sacr. Congregat. Concilii in *una Converſanen.* 3. *Febr.* 1652. *ad cap.* 2. *ſeſſ.* 21. *de reformat.* Ricc. *deciſ.* 74. *part.* 3. quicquid ſecus, ubi poſt immutationem concurreret obſervantia 30. annorum præſumens beneplacitum Apoſtolicum, vel ubi concurreret juſta cauſa, in quibus terminis loquitur Cardin. de Luc. *de Canonic. diſc.* 19. *numer.* 14. & *ſeqq.* & Rot. *deciſ.* 32. *numer.* 13. & *ſeqq. part.* 14. *Recent.*

Neque enim dari poteſt iſta ſpecies Eccleſiæ numeratæ, ubi ſit numerus Canonicorum conſtitutus cum ea lege, ut ſemper creſcat ipſo jure, creſcentibus reditibus; hoc enim repugnat qualitati numeratæ, quæ eſt, ut numerus præfigatur ea lege, ut nequeat alterari, & tranſcendi in menſura definita, ut ſupra probatum fuit ex Text. *in auth. ut determinat. ſint numer. Clericor.* & Lother. cum Barboſ. & Fermoſin. & optime probat Rota coram Coccino *dicta dec.* 1902. *numer.* 22. & licet ut dixi, Eccleſia numerata poſſit per creſcentiam redituum augere numerum Canonicorum; tamen neque hoc fit ipſo jure, neque ipſo jure numerus conſtitutus frangitur, ſed auctoritate Superioris erigentis novam Prebendam, novum- 46
que Canonicatum, ut ait Panormitan. *in d. cap. cum M. Ferrarienſis numer.* 22. *verſ. ſed vera concluſio*, neque Canonici poſſunt cogi ad faciendum augmentum, ſed ſolum voluntarie augere numerum de communi placito ut ſuperius dixi; dum ergo ſtatutum ordinat numerum in æternum creſciturum ipſo jure, creſcentibus reditibus, & cum obligatione Canonicorum, ut debeant recipere novos Canonicos, nunquam poteſt ſupponi Eccleſia numerata, niſi præſcribendo contra ſtatutum, & imprimendo novum ſtatum, juxta quem numerus figetur in tot Canonicis, itaut numerus nequeat augmentari ipſo jure, neque contra voluntatem Capituli, ſed cum facto Superioris, & de communi conſenſu Canonicorum, & conſequenter neque collationes Apoſtolicæ, ut ſupra emanatæ, & executæ etiam per Epiſcopum, aut Capitulum ſpatium quadragenarium implentes poſſunt Eccleſiam non numeratam redigere ad numeratam per viam præſcriptionis, deficiente voluntate Papæ, ac poteſtate, & bona fide Epiſcopi, & Canonicorum, late Lother. *lib.* 1. *quæſt.*
34. *numer.* 45. *cum pluribus ſeqq.* quodque dictum 47
eſt de quadragenaria collationum Apoſtolicarum, procedit etiam in quadragenaria proviſionum Ordinarii, aut Capituli, qui non haberent poteſtatem immutandi ſtatum clarum Eccleſiæ receptitiæ in præjudicium univerſitatis loci.

Verum ſupponamus, quod tali caſu ſtatutum dici poſſet dubium, prout impoſſibile eſt hujuſmodi ſuppoſitum, *ex prædictis*, & ſupponamus adeſſe proviſiones factas ab Ordinariis, & factas per ſedem Apoſtolicam promiſcue, & indifferenter in menſibus reſervatis, quæ obſervantia eſſet attendenda in titulo dubio? diſtinguendi ſunt duo caſus. Alter eſt, quando agitur in petitorio ad effectum declarandi, an Eccleſia ſit receptitia, vel numerata; & alter, quando agitur in judicio executivo executionis literarum Apoſtolicarum tanquam de reſervato, vel per reſignationem, aut permutationem, in qua procedatur tanquam de vacante.

Quoad primum caſum in petitorio crederem, eſſe attendendam obſervantiam proximam ſtatuto in concurſu remotæ, & præferendam eſſe eam, 48
quæ magis ſtatuto approximatur, Rota coram Greg. *deciſ.* 325. *num.* 1. & *in Rec. dec.* 115. *n.* 10. *part.* 7. *deciſ.* 220. *num.* 23. *part.* 11. & *deciſ.* 31. *num.* 13.

Digitized by Google

*num.* 25. *part.* 14. *& dec.* 352. *num.* 29. *part.* 16. &
coram Royas *deciſ.* 109. *num.* 10. *& deciſ.* 279: *n.*
12. obſervantiam namque legitime inductam, etiam ex unico actu, deſtruere non poſſunt actus remoti poſtea ſupervenientes, Royas *d. deciſ.* 274. *n.* 11. *& ſeqq.* Othobon. *dec.* 26. *n.* 14. *&* 15. *& in recent. deciſ.* 266. *n.* 22. *part.* 15.

An autem requiratur ſcientia, & patientia intereſſe habentis in hac obſervantia, regula quidem eſt affirmativa, ut in *deciſ.* 266. *num.* 25. *&* 26. *part.* 15. *recent.* ſed dupliciter limitatur. Primo, quando actus eſſent multiplices, & frequentes;
49 tunc enim iſta ſcientia, & patientia præſumeretur, Seraphin. *deciſ.* 306. *num.* 5. *&* 7. Rot. *deciſ.* 120. *num.* 1. *& deciſ.* 86. *num.* 4. *part.* 2. *& deciſ.* 295. *num.* 1. *part.* 10. *& deciſ.* 254. *n.* 3. *part.* 19. *rec.* & ſecundo, quando ageretur, ut in caſu iſto, de præjudicio Datariæ, quæ, ſi Eccleſia eſt numerata, poteſt conferre in vim reſervationum; ſi non eſt numerata, non poteſt: quia ſi ante ſtatutum, ſuper quo dubitatur, an Eccleſia fuerit facta numerata necne, eadem Eccleſia probaretur receptitia, & in qua non fuiſſet quæſitum ullum Jus Datariæ, & ſolum quæreretur, an ſtatutum abrogaſſet primævum ſtatum Eccleſiæ receptitiæ, inducendo novum, & numeratum; tunc pro inducenda obſervantia non eſſet neceſſaria ſcientia,
50 & patientia Datariæ quia hæc nullum jus quæſitum haberet, ſed requiritur ſola interpretatio eorum, qui fecerunt ſtatutum, relinquendo interpretationem eorum facto, & obſervantiæ, eo quia talis obſervantia non eſſet extenſiva in præjudicium Datariæ, ſed mere interpretativa, ut in ſpecie diſtinguit Card. de Luc. *de Beneſic. diſc.* 1. *n.* 15. ubi ponit objectum *& n.* 17. ubi illi reſpondet.

Rurſus ſcientia, & patientia Datariæ eſſet probata, quando in caſu provvifi per Ordinarium ſeu Capitulum in menſe reſervato aliquis tertius impetraſſet Canonicatum in Dataria, & poſtea non
51 probaretur, quod executor dediſſet executionem literis, ſed conſtaret, quod proviſus ab Ordinario ſeu Capitulo remanſiſſet in poſſeſſiona uſque ad obitum, quia tunc ſcientia reſultaret ex collatione Datariæ, patientia præſumeretur ex illius ineffectuatione, & continuatione actus poſſeſſionis proviſi ad Ordinario, Poſth. *de manut. obſerv.* 40. *ſub numer.* 30. *verſic. ſed ſi poſt contradictionem*, & actus qui non habuerunt effectum confirmant potius, quam deſtruant obſervantiam, Fagnan. *in cap. cum Eccleſia Sutrina num.* 36. *verſic. neque his obſtat de Cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Em. Cardin. Sacripantes virtute magis, quam Purpura eminentior *in tract. defenſion. Eccleſiaſt. cap.* 6. *n.* 15. *& cap.* 11. *n.* 3. Rot. *deciſ.* 143. *numer.* 16. *&* 18. poſt Vivian. *de Jurepatr. & deciſ.* 266. *numer.* 23. *part.* 15. *rec. &* me ſcribente *in Hieracen. Parochialis* 27. *Junii* 1708. *§. finali*, coram R. P. D. Muto.

Cum autem Beneficia Eccleſiæ non numeratæ non dicantur vacare, ſed per obitum poſſeſſoris deſinant, ceſſent, & per electionem alterius cree-
52 tur Jus quoddam de novo, juxta Text. *in cap. dilecto de praben. §. Præterea*, Bald. *conſ.* 472. *num.* 2. *lib.* 2. Mantic. *deciſ.* 229. *num.* 1. Barboſ. *de Canonic. cap.* 3. *num.* 8. &c., deficiente vacatione, non cadant ſub regula reſervatoria menſium, nec ſub qualibet alia generali reſervatione Apoſtolica; ut late Gonzal. *Gloſſ.* 9. *§.* 3. *per tot. numer.* 19. ubi, quod nec poſſunt permutari, & reſignari, Garz. *de beneſic. p.* 5. *cap.* 1. *num.* 550. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. allegat.* 57. *num.* 179. *& de Canonic. cap.* 3. *num.* 8. Caſtropal. *oper. moral. tract.* 13. *de beneſic. diſp.* 2. *punct.* 22. *numer.* 7. *verſic. nihilominus*, Filliucc. *tract.* 41. *de beneſic. cap.* 3. *numer.* 61. Quid dicendum de obſervantia, ex qua conſtaret, Ordinarium providiſſe Canonicatus Eccleſiæ receptitiæ per verbum, *conferimus*, & tanquam *de vacanti*; ſed tamen in menſe reſervato, an hæc obſervantia eſſet accipienda pro Eccleſia receptitia vel numerata? ut vides, Ordinarius in ſuis proviſionibus facit duos actus contradictorios. Unus eſt actus facti providendo in menſe reſervato, qui actus conſtituit obſervantiam Eccleſiæ receptitiæ, & non numeratæ. Alius eſt actus verbalis providendo tanquam *de vacanti*, & per verbum *conferimus*, qui actus conſtituit obſervantiam Eccleſiæ numeratæ; in hac ergo contradictione poſſet dici, obſervantiam non eſſe attendendam, neque pro una, neque per alia ſpecie Eccleſiæ: quia obſervantia debet eſſet univoca, non æquivoca,
turbida, incerta, & contradictoria. Rot. coram 53
Merlin. *dec.* 454. *num.* 7. *& in rec. dec.* 476. *numer.* 45. *part.* 5. *deciſ.* 29. *num.* 23. *part.* 8. *deciſ.* 165. *num.* 16. *part.* 10. *dec.* 150. *num.* 17. *& deciſ.* 153. *num.* 28. *part.* 16. Diſtinguas tamen in hoc puncto, & non errabis. Aut enim adeſt obſervantia pro Eccleſia numerata, quæ ſit univoca, & clara,
& tunc obſervantia deducta ex proviſionibus Or- 54
dinarii factis in menſe reſervato per verbum *conferimus*, & tanquam *de vacanti*, non eſſet attendenda ad arguendam Eccleſiam receptitiam, & non numeratam, eo quia eſſet obſervantia æquivoca, & ſaltem turbida, quæ non poſſet offuſcare, & retardare obſervantiam claram in contrarium; aut vero pro Eccleſia receptitia adſunt aliæ proviſiones Ordinarii in menſe reſervato per verba propria, & congruentia proviſioni Beneficiorum Eccleſiæ receptitiæ, nempe *eligimus*, *adſcribimus*, *& deputamus ad ſervitium Eccleſia*,
& tunc cum concurrat obſervantia clara etiam 55
pro Eccleſia receptitia, tali caſu cum iſta obſervantia clara uniri debent aliæ proviſiones factæ in menſe reſervato per verba impropria *conferimus*, & tanquam *de vacanti*, ea ratione, quod hujuſmodi proviſiones debent conciliari, & interpretari pro ea parte, quæ recipere poteſt conciliationem, & interpretationem; conciliari autem non poſſunt pro parte, quæ inducat obſervantiam Eccleſiæ numeratæ, dum verba illa *conferimus*, *& de vacanti*, quæ ſupponunt Eccleſiam numeratam, nequeunt concordari cum facto providendi in menſe reſervato, tanquam cadente in Beneficiis Eccleſiæ receptitiæ, & excludente vacationem Beneficiorum, & qualitatem Eccleſiæ numeratæ; ideoque tales proviſiones accipi debent pro obſervantia Eccleſiæ receptitiæ, dum pro hac parte poſſunt conciliari, & interpretari, eo quia factum providendi in menſe reſervato poteſt concordari cum verbo illo *conferimus*,
quod eſt generale, importans etiam electionem, 56
& admiſſionem ſeu dationem, & conceſſionem alicujus rei, ut apud Rebuff. *in l. cognoſcere §. diſpungere ff. de verbor. ſignificat. verſic. conferre* ibi — *Conferre, dare, tribuere, præſtare*, & plene Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 16. *numer.* 9. *&* 12. ubi, quod collatio aliquando obliquatur, & importat electionem, & omnem alium actum juxta ſubjectam materiam, & facit *deciſ.* 492. *numer.* 2. Seraphini, ubi in Eccleſia receptitia, & non numerata dicit, quod Beneficiati ſunt liberi *collatores*, quod ſane verbum *collatores* eſt improprie dictum, & ſumitur pro *electores*, ſeu *receptores*, juxta ſubjectam materiam Eccleſiæ receptitiæ.

Sic etiam verbum illud *vacare*, & *vacans* accipi poteſt proprie, & improprie: quia proprie loquendo intelligitur de vacatione ſupponente numerum certum, & Eccleſiam numeratam; ſed 57
improprie poteſt intelligi etiam de ceſſatione, & deſinentia, hoc eſt de eo, quod ab aliquo amplius non tenetur, nec poſſidetur, ut late Rebuff. *in l. Sylva §. Stipula ff. de verbor. ſignificat. fol. mihi* 180. ubi notabiliter dicit, quod dicuntur vacare etiam mulieres, quæ virum non habent, eo quia tunc forte vacat inſtrumentum inferius, ut legere eſt apud ipſum *ubi ſupra verſic. vacantem mulierem* per Text. *in leg. qui Cœtu §. qui vacantem ff. de vi publica*, neque eſt novum, aut repugnans, quod in Eccleſiis receptitiis

& innumeratis detur vacatio impropria, & collatio impropria, ex quo illa ceſſatio per obitum habetur loco vacationis, & illa receptio ad ſervitium Eccleſiæ habetur loco collationis, ut tradunt Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubrat. lib.* 10. *tit.* 19. *num.* 69. Gratian. *diſcept.* 397. *numer.* 75. quam interpretationem, & conciliationem factam per impropriationem vocabuli, tali caſu ſuaderent, explicarent, & declararent aliæ proviſiones Ordinarii factæ modo ſuo congruo, & proprio in menſibus reſervatis per verba *eligimus*, *deputamus*, *& adſcribimus ad ſervitium Eccleſiæ*, & per alia verba non facientia mentionem de vacatione, ſed de deſinentia per obitum poſſeſſoris, eoque facilius, ſi ſtatutum præcederet, quod eſſet clarum circa formulam providendi Eccleſiæ per verbum *eligimus*, ſeu *deputamus*, & per alia verba non exprimenda *vacationem*, ad quod proviſiones prædictæ ſeſe referrent; hæc enim relatio ſine dubio operaretur, ut illa verba *conferimus*,
58 *& de vacanti* eſſent intelligenda, & interpretanda impropriè, & impropriiſſime, & ad limites ſtatuti relati per Text. *in Auth. ſiquis in aliquo C. de eden.* Dec. *conſil.* 63. *numer.* 6. *verſ. nam tali caſu* Rot. *dec.* 4. *numer.* 6. *part.* 2. *Diverſ. & dec.* 62. *numer.* 2. *part.* 16. *& dec.* 213. *numer.* 13. *part.* 19. vel, ſi interpretatio nulla fieri poſſet, uti expreſſio erronea non noceret, & eſſet reducenda ad tenorem ejuſdem ſtatuti, perinde ac ſi cum ejus verbis fuiſſet proceſſum, ut probat Alex. *conſil.* 156. *ex numer.* 3. *ad ſeqq. libr.* 6. Barboſ. *Axiom.* 12. *numer.* 2. Cardin. Tuſc. *practic. concluſ. lit. A. concluſ.* 130. *numer.* 1. Rot. *dec.* 162. *num.* 3. *& 6. part.* 16. *Recent.* Maxime, cum multi Ordinarii, & Capitula ſeu Clerici hujuſmodi Eccleſiarum parum bibant de his ſubtilitatibus juris, circa modum, & formulam propriam providendi de his Beneficiis, & procedunt cum ſolita formula aliorum Beneficiorum Eccleſiæ numeratæ, ſed bene ſe gerunt circa factum, & ſubſtantiam providendi etiam in menſe reſervato, ſciendo, quod in quocunque tempore ad eos pertinet proviſio in his Eccleſiis receptitiis; ideoque ſicut factum præponderat verbis, & attenditur effe-
59 ctus, non modus: ita debet prævalere factum providendi in menſibus reſervatis, & ſperni cortex, ſeu formula verborum proviſionis, Roman. *conſil.* 291. *numer.* 4. Nevizzan. *conſ.* 76. *num.* 53. cum aliis apud Barboſ. *Axiom.* 93. *numer.* 9. 10. *&* 11. Marant. *reſponſ.* 57. *num.* 25. *part.* 4. Card. de Luc. *de feud. diſc.* 44. *num.* 17. *& de ſervit. diſc.* 88. *n.* 5. Rot. *dec.* 621. *n.* 16. *&* 17. *part.* 18. *tom.* 2. *Recent.*

Si autem in proviſionibus Ordinarii fieret mentio de Canonicatu, & Præbenda, hæc non eſſet conjectura excluſiva Eccleſiæ innumeratæ, quip-
60 pe Text. *in capit. ex parte* 10. *de conceſſ. præbend.* loquens de Eccleſia non numerata præciſe utitur eiſdem verbis, ut in principio, ibi – *cum quadam Præbenda* – & infra ibi – *Et ſi forte Haſten. Eccleſia Canonicorum pateretur defectum* – & in fine ibi – *prædictos Clericos pro Canonicis faciatis haberi* – ergo proprium eſt, nec contrarium qualitati Eccleſiæ non numeratæ exprimere in ea Canonicatus, & Præbendas, quia vere, & realiter adſunt ibi Canonici, adſunt Præbendæ, ſed nec Canonici ſunt numerati, nec Præbendæ ſunt numeratæ; unde Beneficia Eccleſiæ innumeratæ ſunt vere Beneficia Eccleſiaſtica, ſicut alia; excepto
61 quod non ſunt numerata, nec dicuntur vacare, Vivian. *de Jurepatr. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 116. Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubrat. lib.* 10. *tit.* 36. *n.* 12. *& tit.* 19. *num.* 69. *&* 70. Gratian. *diſcept.* 397. *num.* 74. *verſic. ſed Nihilominus.*

Unde ſi uniendo cum proviſionibus Ordinarii factis in menſe reſervato per verba congrua, & propria Eccleſiæ receptitiæ alias proviſiones, ut ſupra conciliabiles, adeſſet numeroſa ſeries proviſionum Ordinarii in menſibus reſervatis, inſurgeret grandis obſervantia ad præſumendum, quod Eccleſia eſſet receptitia, & ad declarandum titulum dubium, ut in ſpecie Card. de Luc. *de benef. diſc.* 63. *n.* 9.

Tranſeamus ad alium caſum, quando non eſſemus in petitorio, ſed in Judicio executivo executionis literarum Apoſtolicarum de reſervato, & proviſus Apoſtolicus peteret executionem, & per contrarium proviſus ab Ordinario ſeu Capitulo exciperet, quod Eccleſia eſſet non numerata; quo caſu proviſus Apoſtolicus tenetur probare, Eccleſiam eſſe numeratam pro verificatione ſuarum literarum, eo quia iſtæ impetrantur cum ſuppoſito, & narrativa, quod Beneficium vacaverit, & proinde ſit reſervatum; qui enim nar-
rat Beneficium *vacare* ſupponit, Eccleſiam eſſe 62
numeratam, & facit mentionem de numero, ut ait Jacob. Zocch. *in capit. conſtitutus de reſcriptis numer.* 3. *inter repetit. Canonic. diverſ. tom.* 2. *fol.* 206. ibi – *Præmitto, quod eo ipſo, quod quis impetrat ſuper Præbenda vacante, vel vacatura, eo ipſo intelligitur facere mentionem numeri Præbendarum. Ratio, quia, ex quo impetrat ſuper Præbenda vacante vel vacatura, per conſequens aſſerit, illam Eccleſiam habere Præbendam vacantem; nam in Eccleſia non numerata non datur vacatio Præbendæ* – ibique Bald. *numer.* 33. & probat Text. *in cap. dilecto §. præterea de Præbend. & in cap. ex parte* 10. *de conceſſ. Præbend.* Gonzal. *Gloſſ.* 9. §. 3. *numer.* 22. Lother. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 14. *numer.* 25. Tondut. *quæſt. benefic. part.* 2. *cap.* 2. §. 5. *num.* 4.

Proinde proviſus Apoſtolicus debet verificare hanc narrativam, quod Beneficium vacaverit, &
ſic quod Eccleſia ſit numerata, alias non poſſet 63
obtinere executionem literarum, quarum non verificavit narrativam, uti fundamentum reſervationis, & gratiæ, Roſ. *de execut. lit. Apoſt. p.* 1. *cap.* 7. *n.* 9. Lother. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 43. *n.* 3. Rot. coram Duran. *dec.* 208. *num.* 2. *& in Recent. dec.* 147. *n.* 2. *par.* 10. *dec.* 25. *num.* 10. *& dec.* 182. *num.* 3. *par.* 12. & coram Dunoz. Jun. *dec.* 88. *num.*
1. & quidem verificatio debet eſſe plena, & con- 64
cludens, alias in dubio non intrat reſervatio: ſed ad effectum denegandi executionem literarum ſatis eſt, poſſe aliquatenus dubitari, an Beneficium cadat necne ſub reſervatione, ut firmavit Rot. me ſcribente *in Parmen. Benef.* 28. *Januar.* 1701. §. *cum enim* coram R. P. D. Scotto, & tradunt Garz. *de benefic. part.* 6. *cap.* 3. *numer.* 10. *& ſeq.* Gonzal. *ad regul.* 8. §. *Proœmial. num.* 216. Duran. *dec.* 340. *num.* 2. *&* 3. Dunoz. Jun. *dec.* 769. *num.* 3. *verſ. quæ omnia, & in recent. dec.* 327. *num.* 2. *par.* 15. *& in Neapolitana Beneficii* 29. *Maii* 1677. §. *final.* coram Bourlemont.

Non obtineret autem Proviſus Apoſtolicus exe-
cutionem literarum, ſi probaret, Eccleſiam eſſe 65
numeratam cum ſtatuto dubio, & cum obſervantia duarum, vel trium proviſionum Apoſtolicarum, quando omnes ſtatus ultimi eſſent contra reſervationem, ut quia darentur proviſiones Ordinarii factæ in menſibus reſervatis; in hoc enim Judicio, ſi eſſent omnes ultimi ſtatus pro Eccleſia receptitia, & non numerata, Proviſus Apoſtolicus non poſſet obtinere executionem literarum, juxta conſilium Calderin. 23. *de Præbend.* communiter receptum in foro, ut apud Rot. coram Gregor. *deciſ.* 77. *num.* 9. *& in recent. deciſ.* 154. *n.* 3. *&* 4. *part.* 1. *& deciſ.* 359. *n.* 4. *par.* 4. *diverſor. Et in allegata Neapolitana Beneficii* 29. *Maii* 1677. §. *non obſtante cum ſeqq.* coram Bourlemont,
& ſolum hæc concluſio locum non haberet; ubi 66
ſtatus contrarius pro Eccleſia numerata eſſet clarus per publicum Inſtrumentum, rem judicatam, aut confeſſionem partis, ut in d. *Neapolitana Beneficii ubi ſupra*; hæc enim probatio requiritur ad removendum Proviſum ad Ordinario ſeu Capitulo de Beneficio Eccleſiæ, quæ juxta ultimos ſtatus reperitur in qualitate receptitia, & innumerata, & ubi Ordinarius, ſeu Capitulum eſt in ultima quaſi poſſeſſione providen-

di in

di in menſibus reſervatis cum titulo etiam du-
bio, & colorato Eccleſiæ recepticiæ, & non nu-
meratæ, intelligendo de proviſione Ordinarii fa-
cta, & conſummata ante proviſionem Apoſtoli-
cam.

Ex prædictis habes, quod Beneficia Eccleſiæ
numeratæ, cum non habeant numerum, & lo-
67 cum fixum, non dicuntur vacare per obitum poſ-
ſeſſoris, ſed ceſſare, deſinere, & extingui, &
per receptionem alterius creatur Jus quoddam de
novo, ut ait Text. *in capit. dilecte §. præterea de*
68 *præbend.* hinc ſequitur, ut non detur devolutio
ad ſuperiorem juxta Concilium Lateranen. *in cap.*
2. *de conceſſ. Præbend.* ſi illa non provideantur
intra ſemeſtre, ut eſt caſus deciſus in d. *capit. ex*
*parte Haſten.* 10. *de conceſſ. Præbend.* ubi cum
quædam Præbendæ per quatuor annos, & am-
plius vacaviſſent in Eccleſia Cathedrali Haſten.,
Epiſcopus Jure devoluto ibi quoſdam inſtituerat,
Inſtituti autem dubitantes de viribus eorum inſti-
tutionis, habito recurſu ad Archiepiſcopum Me-
diolanenſem, ab eo reportarunt proviſionem, &
ab eodem ſimul inducti fuerunt in poſſeſſionem,
Capitulo prædictæ Eccleſiæ Haſten. expreſſe con-
ſentiente, exceptis tantum tribus Canonicis, qui
contradixerunt, & cauſa delata ad Innocent. III.
confitente utraque parte Eccleſiam eſſe innumera-
tam, tam in Præbendis, quam Canonicis, ille
declaravit devolutionem non intrare in hujuſmo-
di Cannnicatibus, ſeu Beneficiis; ideoque nullam
fuiſſe inſtitutionem factam, tam ab Epiſcopo Ha-
ſten. quam Archiepiſcopo Mediolanen. ibi — *Nos*
*igitur intelleximus evidenter ſtatutum Lateranen.*
*Concilii de Beneficiis, ultra ſex menſes vacanti-*
*bus, locum in hoc articulo nullatenus habuiſſe, &*
*ſi forte Haſten. Eccleſia Canonicorum pateretur de-*
*fectum, unde inſtitutio per Archiepiſcopum, vel E-*
*piſcopum facta occaſione Concilii memorati carere*
*debet, robore firmatis* — deinde ſententiavit, quod
cum totum Capitulum deſideraret, ſeu affectaret
receptionem dd. Inſtitutorum ab Epiſcopo, &
Archiepiſcopo, quodque ſola contradictio alio-
rum trium Canonicorum non erat fundata in ul-
la cauſa rationabili, idcirco prædicti eſſent reci-
piendi in Canonicos, quatenus Eccleſiæ facultates
ſuppeterent, juxta conſuetudinem hactenus obſer-
vata ibi — *Quia vero totum Capitulum, tribus ex-*
*ceptis, prædictorum receptionem affectat, nec ab il-*
*lis tribus aliquid rationabile contra ipſos objectum*
*eſt, mandamus quatenus ſi Haſten. Eccleſia ſuppe-*
*tunt facultates ſecundum conſuetudinem hactenus ob-*
69 *ſervatam, prædictos Clericos pro Canonicis faciatis*
*habere* — ut igitur devolutio in his beneficiis, o-
portet, quod ſuperior immediatus ſtatuat termi-
num ei, ad quem ſpectat inſtitutio, ut intra il-
lum provideat Eccleſiæ ſecundum conſuetudinem,
quod ſi non fecerit, iſte ſuperior providebit, ut ait
Panorm. *in d. cap. ex parte n.* 15. ubi quod hoc
dicunt communiter Doctores.

Sequitur etiam, ut hujuſmodi Beneficia non ca-
dant ſub reſervationibus Apoſtolicis, ut dixi ſub
70 *num.* 52. quodque ſi impetrentur a Papa tanquam
vacantia, ſeu etiam non facta mentione Eccleſiæ
non numeratæ, gratia ſit nulla, juxta Bald. *conſ.*
71 472. *num.* 2. *lib.* 3. Tondut. *quæſt. benef. part.* 2. *cap.*
2. §. 3. *num.* 3. facta autem mentione Eccleſiæ non
numeratæ, ſi Papa provideat, non eſt dubium
valere proviſionem ex voluntate Papæ intenden-
tis diſponere, remoto Juris obſtaculo, Gonzal. *ad*
72 *regul.* 8. *Gloſſ.* 9. §. 3. *n.* 23. *&* 24. Lother. *lib.* 1. *q.*
14. *numer.* 31. Barboſ. *de Canonic. cap.* 3. *numer.* 8.
*in fine, & num.* 16. reſignari autem, & permutari
hujuſmodi Beneficia nequeunt, Gonzal. *ubi proxi-*
*me num.* 19. niſi Papa ex certa ſcientia, quod Ec-
cleſia eſſet innumerata, admitteret reſignationem,
& permutationem, & provideret, Gonzal. *ubi ſu-*
73 *pra num.* 27. ubi dicit, in his terminis intelligen-
dam eſſe opinionem Pariſ. & aliorum tenentium,
Beneficia Eccleſiæ non numeratæ poſſe reſignari,
& permutari, concordant Vivian. *de Jurepatron.*
*lib.* 1. *cap.* 1. *par.* 1. *num.* 116. Caſtropal. *tract.* 13.
*de benef. punct.* 22. *diſput.* 2. *nu.* 7. *verſic. ad ſecun-*
*dum* Barboſ. *d. cap.* 3. *n.* 8. *in fine.*

Si Eccleſia eſſet numerata quoad Canonicos,
non autem quoad Præbendas, ſiquis impetraret
a Papa ex capite reſervationis Canonicatum, & 74
Præbendam uti vacantes, & ſine mentione Ec-
cleſiæ non numeratæ, gratia eſſet valida quoad
Canonicatum, ſed nulla quoad Præbendam, jux-
ta Lapum *alleg.* 14. *num.* 6. quem refert, & ſequi-
tur Felin. *in cap. Conſtitutus de reſcript. ſub num.*
2. *verſic. adde etiam* Lother. *de re benef. libr.* 1.
*quæſt.* 14. *num.* 26. ſed in caſu converſo, ubi Ec- 75
cleſia eſſet numerata quoad Præbendas, & innu-
merata quoad Canonicos, impetratio, ut ſupra
facta, eſſet nulla, tam quoad Canonicatum, quam
quoad Præbendam, eo quia cum non poſſit quis
effici Canonicus vigore gratiæ nullæ quoad Cano-
nicatum, per conſequens nec poteſt habere Præ-
bendam, quæ datur ratione Canonicatus, ut be-
ne Jacobus Zocch. *in d. cap. Conſtitutus de reſcri-*
*pt. num.* 20. *inter repertit. Cons. diverſ. tom.* 2. *fol.*
*mihi* 207. ibi — *& cum non poſſit ex illa gratia ef-*
*fici Canonicus, cum impetratio ſit nulla, per conſe-*
*quens nec Præbendam habebit, quæ ratione Canoni-*
*catus datur.*

Nota, quod non obſtante, quod Eccleſiæ ſint
numeratæ in certo numero, & tamen non habeant
Præbendas diſtinctas, valet conſuetudo, quod E- 76
piſcopus pro jucundo adventu ſuo poſſit creare
novum Canonicum in qualibet Eccleſiarum ſuæ
Diœceſis, cui ſtatim provideatur de portione,
Rot. *deciſ.* 11. *de conſuetud. in antiquis*, quam re-
fert, & ſequitur Felin. *in cap. Conſtitutus de reſcri-*
*ptis n.* 23. ergo ſecus, ſi Præbendæ ſint diſtinctæ,
quia tunc non debebit ei providere de Præbenda 77
diſmembrando pro rata alias numeratas ſeu diſtin-
ctas, ſed expectabitur vacantia alicujus ex Præben-
datis, non tamen poſſet Epiſcopus creare Cano-
nicum cum promiſſione Præbendæ vacaturæ tan- 78
quam prohibitum per Concilium Lateranenſe in
*cap. dilectus* 19. *de Præben. & cap. dilecto eodem ti-*
*tulo*, ſed ſimpliciter illum creare poſſet, qui ha-
beret ſtallum in choro, vocem in Capitulo, nec 79
non diſtributiones quotidianas, & vacante dein-
de Præbenda, ea ſibi deberetur tanquam Canoni-
co, & ratione receptionis in Canonicum, per
Text. *in d. cap. dilectus* 19. *de Præben.* Fagnan. *in*
*cap. cum M. Ferrarienſis de conſtit. n.* 63. ſi tamen
Epiſcopus crearet Canonicum cum promiſſione
Præbendæ vacaturæ, ſeu futura ſucceſſione in
Præbenda, ſi collatio Canonicatus eſt pura, & 80
collatio Præbendæ in effectu eſt relata ad tempus
vacationis, tunc tenet collatio Canonicatus, &
vitiatur futura ſucceſſio in Præbenda, ut per Fa-
gnan. *in d. cap. cum M. Ferrarienſis num.* 9. ſed ni-
hilominus, vacante aliqua Præbenda, ea debetur
de Jure, non autem ex vi promiſſionis Canonico
jam recepto, Fagnan. *in d. cap. cum M. Ferrarien-* 81
*ſis num.* 63. Panorm. *num.* 39. *Innocent. n.* 5. *verſic.*
*ubi autem* & clare probat Text. *in d. cap. dilectus*
19. *de Præbend.*

Romana reſtitutionis mediæ Annatæ

PRO

DD. ANNATISTIS,

CUM

HÆREDIBUS COMITIS DE LOTESTEIN,

## ARGUMENTUM.

Media annata ſoluta pro gratia coadjutoriæ
non poteſt repeti, ſi coadjutor præcedat
coadjuto.

### *S U M M A R I U M.*

1 *Media annata ſolvitur contemplatione fructuum Beneficii ſeu Eccleſiæ.*

2 *Si proviſus decedat ante perceptionem fructuum, ea reſtituenda venit.*

3 *Annata eſt emolumenta fructuum primi anni Beneficii.*

4 *Neque ſolvitur ratione gratiæ proviſionis, vide n. 7.*

5 *Media annata ſoluta pro gratia coadjutoriæ non debet reſtitui, ſi coadjutor præcedebat coadjuto; vide etiam nu. 10. 11. 12. 13. 14. & ſeqq.*

6 *Annata eſt tributum ſummo Pontifici debitum in recognitionem dominii univerſalis.*

8 *Gratia coadjutoriæ eſt proviſio, quæ fit diſpenſative, non Jure ordinario, & n. 9.*

14 *Annata pro gratia coadjutoriæ ſolvitur ſtatim in actu expeditionis literarum, & quid in aliis proviſionibus? vide n. 15.*

17 *Exactio annatæ debetur ex momento vacationis Beneficii.*

18 *Annata ſolvitur etiam pro ſalario reſervato coadjutori ſuper diſtributionibus quotidianis in coadjutoriis Beneficiorum inferiorum.*

19 *Annata non debetur pro diſtributionibus quotidianis.*

20 *In coadjutoriis Epiſcopatuum ſolvitur annata tam pro Congrua reſervata coadjutori ſuper fructibus, quam etiam alia pro gratia coadjutoriæ.*

21 *Coadjutoria continet duos actus diſtinctos, alterum favore coadjuti, & alterum favore coadjutoris.*

22 *Componenda non reſtituitur ſoluta pro coadjutoria, ſi coadjutor præmoriatur coadjuto.*

23 *Annata in coadjutoriis non eſt onus reale fructuum.*

24 *Solutum pro diſpenſatione ad matrimonium, eo non ſecuto non repetitur.*

25 *In repetitione indebiti requiritur probatio clara ſuper indebito.*

26 *In dubio non eſt præſumenda unica cauſa.*

27 *Non eſt ſimoniacum pro gratia coadjutoriæ diſpenſativa, & exorbitanti a Jure recipere aliquod tributum.*

28 *Ad excludendam conditionem indebiti, ſufficit adeſſe omnem aliam cauſam, ex qua ſolutum ſuſtineri poſſit.*

29 *Cauſa & occaſio differunt inter ſe.*

30 *Gratia dicitur conſumpta per expeditionem literarum.*

31 *In præjudicium ſummi Pontificis factum Eminentiſſ. Camerarii non attenditur.*

32 *Etiam ſi ex ejus facto ſolum deduci velit aliqua obſervantia.*

## DISCEPTATIO XVIII.

CUm pro gratia coadjutoriæ in Eccleſia Olomuncen. per bo. me. Comitem Franciſcum Antonium de Joteſtein ſoluta fuerit media annata ſeu commune ſervitium in expeditione Bullarum juxta inveteratum ſtylum Cancellariæ, poſtea vero idem Comes coadjutor prædeceſſerit coadjuto, diſputare contingit, an reſtituenda ſit media annata hæredibus prædicti Comitis, & de rigore Juris affirmative pro ejus reſtitutione reſpondendum videtur.

1 Urget enim illud principium indubitatum, quod media annata ſolvitur contemplatione fructuum Beneficii, ſeu Eccleſiæ, non autem propter ipſum Beneficium, ſeu illius collationem, & proviſionem, ut probat Fagnan. *in cap. præterea ne Prælat. vices ſuas num.* 8. *&* 10. *in fine* 79. *&* 83. Cabaſut. *in not. Concilior. in appendice ad Concil. Baſilien. in annat. fol.* 462. *verſic. ſupponendum*; ideoque ſi proviſus decedat abſque eo quod aliquos fructus perceperit de 2 Beneficio ſeu Eccleſia, eſt locus repetitioni annatæ ex regula Juris, quod cauſa datum, cauſa non ſecuta condicitur, *l.* 1. *& l. filius ff. de condict. cauſa data, & l.* 1. *ff. de condit. ob turpem cauſ.*

Idque literaliter importare videtur etiam ipſum 3 nomen, ſeu vocabulum *annata*, qui ſunt fructus primi anni Beneficii, ſeu Eccleſiæ, ut ait Cherubin. *ad compend. Bullar. tom.* 1. *ad conſtit.* 17. *Pauli IV. Schol.* 1. ita, & taliter, quod ea dicitur onus fructuum, & ſic onus reale, quod non debetur, niſi fructus percipiantur ex re ſeu Beneficio, ut late probant Lother. *de re benef. lib.* 3. *quæſt.* 20. *n.* 34. *cum pluribus ſeqq.* Conrad. *de Benef. part.* 4. *cap.* 4. *n.* 53. Monet. *de diſtrib. part.* 3. *quæſt.* 9. *num.* 27. Burſatt. *conſ.* 126. *n.* 83. *lib.* 2. Rot. coram Manzan. *dec.* 842. *n.* 2. *&* 9.

Quodque annata nullo modo ſolvatur ratione 4 gratiæ collationis, ſeu coadjutoriæ cum futura ſucceſſione, videtur manifeſtum: quia nempe ſi daretur propter ipſam proviſionem, ſeu Beneficium, eſſet ſimonia, proindeque ad hoc evitandum neceſſario dicendum eſt, quod nulla alia ratione debeatur quam contemplatione fructuum ex Beneficio percipiendorum tanquam onus reale ipſi Beneficio inhærens, & per modum æris alieni ſolvendum per proviſum, ut tradit Cabaſut. ubi ſupra ibi – *ſupponendum quippe eſt cum* Proſpero Fagnano *tria in quovis Beneficio ſpectari. Primo ipſum Beneficium. Secundo proviſionem, ſeu collationem Beneficii. Tertio fructus Beneficii; ſi itaque propter Beneficium aut propter hujus collationem annata onus imponeretur, interveniret eo caſu manifeſta ſimonia, juxta cap. Si quis Epiſcopus* 1. *quæſt.* 3. *at annata ſolis fructibus imponitur.*

Accedit etiam obſervantia, & ſtylus Cancellariæ reſtituendi mediam annatam, ſeu commune hæredibus coadjutoris, qui prædeceſſit coadjuto, ut in duobus exemplis, & caſibus emanati *ſub die* 28. *Aprilis* 1667. *&* 21. *Novembris* 1677. ubi duo Cardinales Sacri Collegii Camerarii Borromeus, & Carafa, mandarunt eſſe reſtituendas hæredibus coadjutoris prædefuncti pecunias ab eo ſolutas pro gratia coadjutoriæ expreſſa ratione ibi – *eo quod deceſſerit, antequam factus ſit locus ſucceſſioni, & ſic ante perceptionem fructuum* – ut legitur in primo exemplo, & ibi – *quia cum deceſſerit nondum facto ſucceſſioni loco, & ſic nullis fructibus perceptis reſtituendum eſt commune* – ut legitur in ſecundo exemplo, qui duo punctualiſſimi caſus, ſive exempla habentia in ventre rationem expreſſam optime probant, mediam annatam etiam pro coadjutoriis ſolvi contemplatione fructuum ab Eccleſia percipiendorum, itaut eis non perceptis ſit locus reſtitutioni pecuniarum ſolutarum, *capit. ex literis de conſtitut. capit. in cauſis de re judicata*, Gigas *de penſion. quæſt.* 58. *numer.* 2. Gonzal. *ad regul.* 8. §. *proœmial. numer.* 136.

Quibus tamen non obſtantibus, ſuſtinendum videtur, pecunias ſolutas pro media annata ſeu communi non eſſe reſtituendas hæredibus Comitis co- 5 adjutoris, licet iſte prædeceſſerit coadjuto, & nullos perceperit fructus Eccleſiæ ob non factum locum futuræ ſucceſſioni; quod ut facilius oſtendam, nonnulla præmittere neceſſarium videtur.

Primo, quod annata ſeu commune ſervitium, nihil aliud eſt, quam tributum Summo Pontifici debitum in recognitionem dominii univerſalis Ec- 6 cleſiæ, ut clare diſponitur in *Conſtit.* 17. *Pauli IV.* §. 1. ibi – *communium ſervitiorum, & annatarum exactio in recognitionem univerſalis Dominii introducta* – & tradunt Lother. *de re benef. lib.* 3. *quæſt.* 20. *numer.* 23. *& ſeq.* Fagnan. *in d. capit. præterea, ne Prælati vices ſuas numer.* 47. *ſequentibus* Card. de Luc. *de Benefic. diſc.* 89. *numer.* 8. *&* 10.

Secundo, quod licet hujuſmodi tributum non exigatur intuitu collationis & proviſionis Beneficiorum,

rum, & Eccleſiarum, ex quo eſſet ſimonia, ſed ratione fructuum Sedi Apoſtolicæ reſervatorum ex
7 titulo præambulo reſervationis, quaſi hoc tributum ſit æs alienum, & onus reale deducendum ex fructibus Beneficii, ut explicant Fagnan. *in d. capit. propterea numer.* 80. *&* 81. Lother. *d. quæſt.* 20. *numer.* 30. *& ſeqq. lib.* 3. id nihilominus procedit in illis collationibus, & proviſionibus, in quibus Papa procedit jure ordinario, & pro quibus aliquid recipere eſſet ſimoniacum, ad quod propterea evitandum ſolutio pernecеſſe referri debeat ad alium reſpectum, & aliam licitam rationem; diverſum eſt autem in gratiis diſpenſativis, ubi Papa procedit jure extraordinario, mediante privilegio, ſeu indulto ſpeciali; hoc enim caſu eſt licitum, & non ſimoniacum aliquod onus imponere in his diſpenſationibus, ſeu gratiis diſpenſativis & exorbitantibus, quia diſpenſationes ſunt odioſæ, & oportet eas oneroſas reddere petentibus, ne facilitas obtinendi majorem licentiam tribuat petendi, & hac ratione fieri quoque poteſt, ut quo difficilior eſt diſpenſatio, ut rarior etiam ſit, majus pecuniæ onus habeat injunctum, ut notant a Spiritu Sancto *in director. confeſſ. tract.* 4. *diſp.* 4. *ſect.* 17. *ſub n.* 294. Caſtropal. *oper. moral.. tom.* 4. *tract.* 17. *diſp.* 3. *punct.* 12. *num.* 10. *in fine & n.* 11. Leſſ. *de juſtit. & jur. libr.* 2. *cap.* 25. *dub.* 9. *n.* 58. Suarez *de relig. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 20. *n.* 11. *&* 12. conſequenter ſolutio annatæ ſine ullo ſcrupulo poteſt referri ad cauſam ipſam proviſionis, ſeu diſpenſationis.

Tertio, quod gratia coadjutoriæ cum futura ſucceſſione eſt de illis proviſionibus, in quibus
8 Papa procedit non quidem Jure ordinario, ſed diſpenſative, & ex indulgentia ſpeciali, derogando videlicet diſpoſitioni Juris communis ordinarii, etiam ſi agatur de coadjutoriis Eccleſiarum Cathedralium; cum enim coadjutoriæ, quæ continent futuram ſucceſſionem, ſint multum exorbitantes, & odioſæ, uti continentes votum captandæ mortis, ad Text. *in cap.* 1. *&* 2. *de conceſſ. Præbenda & cap. ne captanda eodem titulo in ſexto*, & ſint contrariæ diſpoſitioni Juris communis ordinarii, quod ſolum permittit coadjutoriam temporalem, *ut in cap. unico de Clerico ægrotante in* 6. ſequitur, ut earum conceſſio ſoli Pontifici reſervata omnibuſque aliis prohibita, procedat ex mera indulgentia, & privilegio ſpeciali, ut in puncto probat optimus Text. *in Canon. petiſti* 7. *quæſt.* 1. ubi, poſtquam Summus Pontifex fecit Archiepiſcopo Moguntino gratiam coadjutoriæ cum futura ſucceſſione, ſtatim adjecit hæc verba – *hoc nulli concedi alii patimur, quod tibi, charitate cogente, largiri cenſuimus* – quæ oſtendunt, conceſſionem coadjutoriæ cum futura ſucceſſione proceſſiſſe ex privilegio ſpeciali, quod propterea alteri concedi prohibuit, ut optime notat ibi Gloſſa in figuratione caſus ibi – *licet eſſet contra jus Eccleſiæ, concedit tamen ei ſpeciali privilegio* – Præpoſitus *ibidem* in princip. – *Ex ſpeciali privilegio* – & *num.* 1. & plene examinat Fagnan. *in cap. nulla de conceſſ. Præbendæ n.* 49. ibi – *gratia dici poteſt juri communi contraria in quantum conceditur a Papa non Jure ordinario, ſicut conceditur coadjutoria temporalis &c. ſed ex ſpeciali privilegio, & diſpenſatione: & hoc ſenſu veriſſimum eſt, coadjutoriam perpetuam etiam pro Cathedralibus, & Monaſteriis exorbitare a Jure communi etiam reſpectu Summi Pontificis.*

9 Et probatur hoc idem ex Textu *in cap. accepimus de pact.* ubi pactum futuræ ſucceſſionis in Eccleſia dicitur iniquum, & Sacris Canonibus inimicum, & ibi Canoniſtæ in repetitione id limitant reſpectu Summi Pontificis, quem dicunt poſſe concedere hujuſmodi futuram ſucceſſionem ex indulgentia ſpeciali, ita conciliando Text. *in d. cap. accepimus*, cum altero Textu ſupra relato in *Canone petiſti* 7. *quæſt.* 1. ut obſervat Bellamer. *in eodem cap. accepimus in princip.* ibi – *non obſtat d. quæſt.* 1. *petiſti, quia ibi fuit ſpecialis indulgentia* – Butr. *numer.* 8. Joann. Andr. *in fin.* Hoſtienſ. *numer.* 2. *in verb. omnino frivolas* Joan. de Anania *num.* 3. ibi – *Nota, quod in beneficiis non habet locum ſucceſſio, quod eſt verum, niſi de ſpeciali licentia hoc aliquando concedatur, & ita loquitur* 7. *quæſt.* 1. *petiſti* – & optime, quod de jure communi non reperiatur receptus uſus hujuſmodi coadjutoriarum cum futura ſucceſſione, quam vocat deteſtabilem, Gonzal. *in cap. Conſultationibus, num.* 4. *ver. Coadjutoria vero perpetuo de Clerico ægrotante*, & quod ſolus Papa eas concedere poſſit ex ſua plenaria auctoritate, tenet idem Gonzal. ibi *num.* 5.

His præmiſſis, dico, commune ſervitium non 10
eſſe reſtituendum ob prædeceſſum coadjutoris, eo quia illud non fuit ſolutum, nec debitum ratione perceptionis fructuum, poſtquam futuræ ſucceſſioni factus fuiſſet locus, intelligendo hoc de ratione finali, & principali, qua ceſſante, ceſſare debeat effectus; ſed fuit debitum, & ſolutum principaliter, & finaliter tanquam onus a Papa diſpenſante injunctum coadjutoriæ, utpote odioſæ & a jure communi exorbitanti ex adductis *ſupra num.* 7. *&* 8. quando tamen, etiam ubi dici poſſet, ſolutionem proceſſiſſe ex duabus cauſis, & rationibus æque principalibus, & æque finalibus, non idcirco ſolutum reperi valeret ob defectum unius ex cauſis, ob quas ſolutio facta fuit, ad Text. *in* §. *Affinitatis inſtit. de Nuptiis* Tiraquell. *in tract. ceſſante cauſa limit.* 22. *n.* 1. Rocc. *diſp. Jur. cap.* 111. *n.* 53.

Agitur enim de condictione ſeu repetitione ſoluti, in qua præſumptio eſt pro Cancellaria, ſeu Dataria, quod licite receperit; quod ſolutum eſt, niſi condicens, probet notorie, & manifeſte, pe- 11
cunias fuiſſe datas reſtrictive, & taxative, & finaliter ex aliqua cauſa, quæ ſecuta non fuerit, itaut etiam probet negativam coarctatam, quod ex alia cauſa poſſibili dari non potuerit, nec ex alia ratione imaginabili ſolutio debita cenſeri valeat, ut in *l. cum de indebito ff. de probat.* cum enim ſolutio pure facta fuerit in ipſo actu expeditionis literarum, nulla expreſſa cauſa de futuro, utique cenſetur facta pro ipſa cauſa de præſenti, ſcilicet pro gratia coadjutoriæ, quam coadjutor recipit, ſeu reportat in expeditione literarum, non autem pro alia cauſa non expreſſa, & de futuro, non de præſenti, ad Text. *in l.* 3. §. *Si quis in fine ff. de condict. cauſa data, & l. ſi repetendi Cod. de Condiction. cauſa datorum.*

Cumque non habeamus aliquem Textum, ſeu conſtitutionem ſpecialem, quæ dicat annatas, & communia ſervitia, in quibuſcunque proviſionibus, & gratiis deberi conditionate, quatenus percipiantur fructus beneficiorum, & Eccleſiarum, 12
ſed bene habeamus regulam generalem, & indifferentem, quod annata eſt tributum Papæ debitum in recognitionem dominii univerſalis, & ſolum ſit quæſtio inter doctores, an ſolvatur annata ratione fructuum, vel ratione collationis ſeu proviſionis, & iſti ad evitandam labem ſimoniæ dicant deberi ratione fructuum, & non proviſionis, ut apud Fagnan. *in d. cap. præterea numer.* 79. *& ſeqq.* Lother. *d. quæſt.* 20. *num.* 30. *& ſeqq.* utique in caſu, quo ceſſat labes iſta ſimoniæ, & poteſt annata referri ad ipſam proviſionem, non debet neceſſario referri ad cauſam fructuum, niſi tanquam accidentalem, & demonſtrativam, quæ, ſi non ſequatur, non facit ceſſare debitum, nec repetitioni locum præbet, quia coadjutor tali caſu emit aleam incertam conſequendi Eccleſiam per obitum coadjuti, & proinde ſi caſu mere fortuito præmorientiæ ipſius coadjutoris, Eccleſia haberi non poſſit, nec fructus percipi, exinde non condicitur tributum, quod fuit ab initio pure debitum, & pure ſolutum Principi pro obtinenda gratia coadjutoriæ cum futura ſucceſſione exorbitante a jure communi, & odioſa, & conceſſa ex plenaria auctoritate Papæ per modum indulti, & privilegii ſpecialis, ad Text. *in l. pecunia*

10. *Cod. de condict. cauſa data ibi - pecuniam a te
datam, ſi hæc cauſa, pro qua data eſt, non culpa
accipientis, ſed fortuito caſu non eſt ſecuta, mini-
me repeti poſſe certum eſt, & l. final. Cod. eodem,*
13 Quod autem commune ſervitium ſolvatur, non
habita ratione principaliter, & taxative ad perce-
ptionem fructuum, ſed bene tanquam onus a ſum-
mis Pontificibus imponi ſolitum in conceſſionibus
hujuſmodi coadjutoriarum cum futura ſucceſſio-
ne, videtur evidentiſſimum; & primo quia d.
commune in gratiis coadjutoriæ ad differentiam
omnium aliarum proviſionum eventualium ſolvi-
tur in ipſo actu expeditionis literarum tanquam
14 tunc pure, & ſimpliciter debitum; quæ quidem
ſolutio arguit clare, non deberi commune pro-
pter fructus futuros ab Eccleſia percipiendos, ſeu
conditionaliter, quatenus illi percipiantur; quia ſi
illud ex tali cauſa fructuum, & non ex alia de-
bitum foret, certe non ſolveretur pure & anti-
cipate in actu expeditionis literarum coadjuto-
riæ, ſed practicaretur id, quod practicatur in a-
liis ſupradictis proviſionibus Beneficiorum, in quo-
15 rum poſſeſſione reperiuntur intruſi, vel in gra-
tiis factis ſub aliqua conditione de certo corpo-
re Beneficii, ut ſunt ingreſſus, & proviſiones e-
tiam ſimplices, ubi fructus ſunt alii reſervati, in
quibus omnibus non fit ſolutio annatæ in ipſo
actu expeditionis literarum, ſed ſolum fit mera
obligatio de ſolvendo *in eventum habitæ pacificæ
poſſeſſionis, vel ceſſationis penſionis, aut reſerva-
tionis fructuum*, ut patet ex lectura exemplorum,
& caſuum mihi oſtenſorum, & tradunt com-
muniter Galeſ. *de annat. ſub num.* 30. *verſic. dif-
fertur autem*, Cardinal. de Luc. *de benefic. diſc.*
130. *num.* 1. ubi firmavit, quod Cancellaria non
poterat prætendere ſolutionem annatæ in actu ex-
peditionis literarum, quando in poſſeſſione bene-
ficii aderat intruſus, ſed ſolam obligationem de
ſolvendo in eventum &c. & bene Lother. *de re
benefic. lib.* 3. *quæſt.* 20. *num.* 40. Fagnan. *in d. cap.
præterea n.* 88. *& ſeqq.* Rot. coram Gregor. *deciſ.*
440. *n.* 6.
16 Proinde cum nemo præſumatur petere, & ſol-
vere indebitum, eo ipſo, quod tam Dataria, ſeu
Cancellaria, quam proviſi de coadjutoriis, ſemper
inconcuſſe petierunt, & reſpective ſolverunt com-
munia ſervitia, ſeu medias annatas in expeditio-
ne literarum, & in iſtis coadjutoriis ad differen-
tiam aliarum proviſionum eventualium nunquam
practicata fuerit obligatio de ſolvendo *in even-
tum &c.* ſed jure, & ſimpliciter ſemper practi-
cata fuerit actualis ſolutio, exinde certius argu-
mentum dari non poteſt ad demonſtrandum, quod
annata non ſolvatur conditionaliter propter fru-
ctus futuros ab Eccleſia percipiendos, ſed bene
pro ipſa gratia coadjutoriæ diſpenſativa, & de-
rogatoria Juris communis Ordinarii, ut ſuperius
dixi; nam alias Cancellaria non practicaret ſolu-
tionem ſeu receptionem communis in actu expe-
ditionis literarum, dum illa tali caſu eſſet omni-
17 no indebita, dum exactio annatæ non fit ratio-
ne alicujus obligationis perſonalis ortæ in ipſius
collationis articulo, ſed ratione debiti realis fru-
ctibus infixi, itaut propterea locus prædictæ exa-
ctioni non fieret niſi ex momento vacationis Ec-
cleſiæ, ſeu beneficii per obitum coadjuti, ſeu pa-
cificæ poſſeſſionis obtentæ per coadjutorem effe-
ctum titularem, Campeg. *de annat. ſub num.* 11.
*verſic. conſtat enim* Lother. *de re benef. lib.* 3. *qu.*
20. *num.* 36. dum ergo actualis exactio fit in ipſa
expeditione literarum, ſignum evidens eſt, ſolu-
tionem non deberi ex cauſa finali fructuum per-
cipiendorum, ſed tanquam onus impoſitum a ſum-
mo Pontifice gratiæ diſpenſativæ, & exorbitanti.
Secundo, quia ſi in coadjutoriis Beneficiorum
inferiorum reſervetur coadjutori, durante ejus offi-
cio, pro ſalario portio aliqua diſtributionum quo-
tidianarum, quæ excedat 24. ducatos auri de Ca-
18 mera, ſolvitur annata etiam ratione hujus ſalarii,
unde aſſequitur, quod annata in coadjutoriis
non ſolvitur ratione fructuum percipiendorum a
Beneficiis, ſeu Eccleſiis, quia ſi tali reſpectu de-
beretur, prætendi ſane non poſſet ejus ſolutio pro
dicto ſalario coadjutoris aſſignato in diſtributio-
nibus, cum annata ex diſtributionibus quotidianis
non debeatur, juxta Extravagan. *cum nonnullæ in* 19
*prima §. præterea de præbendis inter Communes*,
Fagnan. *in prædicto cap. præterea num.* 44. *&* 45.
Lother. *de re benefic. lib.* 3. *quæſt.* 20. *num.* 43. Mo-
net. *de diſtrib. d. cap.* 9. *n.* 25. *&* 29. ubi ampliat,
etiam ſi omnes reditus Beneficii conſiſterent in di-
ſtributionibus quotidianis.
Tertiò, quia etiam in coadjutoriis Epiſcopa-
tuum, ſi aſſignetur coadjutori ſuper fructibus Ec- 20
cleſiæ congrua, ſeu alimenta, ſolvitur nedum com-
mune pro gratia coadjutoriæ, ſed etiam annata
pro d. congrua, & alimentis, quod pariter oſten-
dit non fieri ſolutionem pro fructibus ab Eccleſia
percipiendis, poſtquam factus fuerit locus futuræ
ſucceſſioni, ſed tanquam onus propter exorbitan-
tiam gratiæ coadjutoriæ cum futura ſucceſſione,
pro qua ſolvitur nedum commune ratione diſpen-
ſationis ſpecialis, quam ſecum fert talis gratia,
ſed etiam annata pro congrua, ſeu alimentis;
neque adhuc monſtruoſa videri poteſt talis ſolu-
tio duplicis tributi pro una eademque gratia,
quia coadjutoria continet duos actus diſtinctos,
duaſque gratias; alteram, quæ concernit favo-
rem coadjuti circa ſervitium Eccleſiæ præſtan-
dum, & alteram, quæ concernit favorem ipſius 21
coadjutoris circa futuram ſucceſſionem, ut expli-
cant Gonzal. *ad regul.* 8. *Gloſſ.* 5. *§.* 9. *numer.* 53.
Tondut. *quæſt. benef. part.* 2. *cap.* 1. *§.* 13. *num.* 40.
*& ſeqq.* Rot. coram Merlino *deciſ.* 768. *ſub num.*
3. *&* me ſcribente *in Novarien. Præbendæ* 15. *Ju-
nii* 1693. *§. nec adverſari*, coram R. P. D. Ma-
nuel. impreſſa apud Remocamp. *de Coadjutor. de-
ciſ.* 13. *ſub num.* 11. & propterea ſi prima gratia
reſpiciens favorem coadjuti ſit mixta etiam cum
favore coadjutoris, ex quo illi reſervatur con-
grua, per conſequens etiam reſpectu illius ſolvitur
tributum, & ſic duplex onus in Jure non abhorret
pro duplici gratia, ſeu pro una continente plures
indulgentias, & plures ſpecialitates.
Quarto demum, quia in Beneficiis inferioribus, 22
ſi pro coadjutoria ſolvatur componenda, & con-
tingat, coadjutorem præcedere coadjuto, non re-
ſtituitur componenda, nec eadem compenſatur,
ſi novus petatur coadjutor, ſed exigitur nova com-
ponenda, & ſi pluries iſte caſus contingat, pluries
componenda repoſcitur, quod ſane evidenter de-
monſtrat in ſolutionibus, quæ fiunt pro coadju-
toriis non haberi reſpectum ad futuram ſucceſſio-
nem, quatenus nempe illa ſequatur, & utilitatem
ex fructibus percipiat proviſus: ſed id tantum con-
ſiderari, quod reſpicit conceſſionem gratiæ, pro
qua tanquam exorbitanti a Jure communi ordina-
rio ſummus Pontifex poteſt recipere tributum in
recognitionem dominii univerſalis Eccleſiæ pro
ſubveniendo indigentiis ſuis & pauperum, ut pon-
derat Lother. *d. lib.* 3. *quæſt.* 20. *n.* 26. *&* 27. Re-
ginald. *in praxi fori pœnitent. tom.* 2. *lib.* 23. *cap.*
18. *quæſt.* 4. *n.* 271.
Iſta enim reiterata ſolutio componendæ in coad- 23
jutoriis licet non effectuatis, mediante futura ſuc-
ceſſione, probat, quod in earum gratiis uti privi-
legiativis, & diſpenſativis aliud non attenditur,
quam ſola conceſſio, & pro ea duntaxat fiunt ſo-
lutiones in ſubſidium Principis indictæ, quodque
gratia dicitur conſumpta per ſolam expeditionem
literarum, in cujus actu ſolutio eſt debita, nec
requiritur, quod ſuccedat eventus effectuationis
futuræ ſucceſſionis dependentis ab obitu coadju-
ti: quia ſi caſus ferat prius decedere coadjuto-
rem, quam coadjutum, hoc non operatur, ut
quod antea fuit debitum, evadat indebitum ex
poſt facto caſuali, quia annata in coadjutoriis non
eſt onus reale fructuum, ut in aliis proviſioni-
bus eventualibus, ſed eſt tributum perſonale in-
cumbens proviſo de coadjutoria pro ipſa repor-

ratio-

Digitized by Google

ratione gratiæ exorbitantis, & diſpenſativæ, qua
habita & conſumpta per explicationem literarum,
non eſt locus repetitioni, ſi gratia non fuerit poſt-
modum effectuata cum utilitate volita, ſeu ſpe-
rata per coadjutorem, cum hoc tribuendum ſit
caſui fortuito, qui non attenditur ex citatis *n. 22.*
*in fine*, & plene Tiraquell. *in tract. ceſſante cau-*
*ſa limit.* 2. *num.* 15. ſicut videmus, quod ſi quis
obtineat diſpenſari pro contrahendo matrimonio
in gradu prohibito, & pro diſpenſatione aliquid
24 ſolvat, non exinde, quod matrimonium ſecutum
non ſit ob ipſius diſpenſati prædeceſſum, reſtitui-
tur ſolutum, & paſſim id ſuccedit in aliis gratiis,
quæ executione damnari non potuerunt ob fortui-
tos caſus, cum Papa ſe non obliget *ad caſus for-*
*tuitos* in conceſſione gratiarum, ſeu, ut ita dicam,
*de Evictione*.

Ex quibus cum pateat ſolutionem communis
poſſe referri ad aliam cauſam, quam perceptionis
fructuum Eccleſiæ, non debet ea retractari, ſi
fructus non fuerint percepti ob defectum futuræ
ſucceſſionis, quia cum agatur, non quidem de
exigendo debitum communis in vim præexiſten-
tis obligationis de ſolvendo, ſed de repetendo jam
ſolutum, & ſic de reddendo conditionalem, &
cauſalem ſolutionem, quæ conditionata non fuit,
25 ſed pure facta ab initio, utique requiritur proba-
tio clara, quæ oſtendat ſolutionem factam fuiſſe
ex unica tantum ratione, & ex unica tantum cau-
ſa, itaut alia excogitari non valeat, Rot. me ſcri-
bente *in Mediolanen. pecuniaria* 15. *Januar.* 1691.
§. *etenim*, & 16. *Januar.* 1692. §. *ea efficaciſſima*,
coram Rev. D. meo Molines Decano, quod in
præſenti minime probatur, aut probari poteſt,
cum cauſa perceptionis fructuum non ſit expreſ-
ſa per aliquam conſtitutionem, vel legem, ſed ſo-
lum tacite deducatur ex opinione doctorum, qui
præciſe non tangunt quæſtionem iſtam, ſcilicet
de ſolutione annatæ pro gratia coadjutoriæ, ſed
loquuntur in terminis aliarum gratiarum, in qui-
bus non militat illa ratio, quæ militat in gratia
coadjutoriæ, ut ſuperius inſinuatum eſt; & pro-
pterea inferri non poteſt, quod, ceſſante cauſa
perceptionis fructuum, ceſſare debeat annata, ſeu
repeti, quod ab initio fuit pure ſolutum, quid-
quid ſecus, ubi ſolutio ex alia cauſa ſuſtineri non
poſſet, quam ex illa perceptionis fructuum, jux-
ta diſtinctionem, de qua Tiraquell. *in tract. ceſ-*
*ſante cauſa limit.* 21. *numer.* 1. 7. 8. 11. *& ſeqq. &*
*limit.* 29. *num.* 1. ubi de cauſa præſumpta, & ta-
cita, prout eſt illa deducta ex dicta opinione do-
ctorum, quod ea ceſſare non faciat effectum ſi ceſ-
ſet, eo quia non reſtringit diſpoſitionem genera-
lem, ſeu prout hic non excludit aliam cauſam,
quæ poteſt ſubaudiri; quodque in dubio non ſit
præſumenda unica cauſa, tradit Tiraquell. *d. limi-*
26 *tat.* 21. *n.* 11. etiam Alexandr. *conſ.* 63. *n.* 11. Surd.
*deciſ.* 173. *n.* 23. Rocc. *diſput. Jur. cap.* 11. *n.* 54.

Hinc oritur reſponſio ad contraria; nam, quod
annata deberi non poſſit niſi propter fructus per-
cipiendos, non autem propter collationem, eo
quia alias eſſet ſimoniacum, tollitur ex ſuperius
deductis *ſupra numer.* 6. *in fine* ubi dixi, non eſſe
ſimoniacum, nec illicitum pro gratia diſpenſati-
va coadjutoriæ imponere aliquod onus, & non
27 eſſe ſimoniacum, quod quis mediante pecunia
obtineat coadjutoriam, tametſi cum futura ſucceſ-
ſione probant a Spiritu Sancto *in direct. confeſſar.*
*tom.* 3. *tract.* 4. *diſput.* 4. *Sect.* 21. *n.* 342. Caſtropal.
*oper. moral. tom.* 3. *tract.* 17. *diſput.* 3. *punct.* 13.
*num.* 14.

Quod autem vocabulum *annatæ* importet fru-
ctus primi anni, & ſic onus reale eiſdem fructi-
bus inhærens, nihil adverſatur, quidquid enim ſit
in aliis proviſionibus, & gratiis, ubi ex nulla alia
cauſa reddi poteſt licita, exactio annatæ, quam
eam referendo ad onus reale fructuum; ſecus pro-
fecto eſt in gratiis diſpenſativis, ut ſunt coadju-
toriæ, in quibus cum concurrat exorbitantia ad-
verſus jus commune ordinarium, & interveniat
ſpeciale privilegium in earum conceſſione, pro
quo poteſt licite aliquid onus imponi citra labem
ſimoniacam ex jam probatis, non eſt reſervanda an-
nata, eademque reſtringenda ad merum onus, &
intuitum fructuum percipiendorum, niſi occaſio-
naliter, & demonſtrative, non autem finaliter,
& taxative; in Jure enim non repugnat, quod
tributum debitum ex aliqua cauſa finali, ut hic
pro gratia diſpenſativa coadjutoriæ habet intui-
tum ad illam cauſam ſecundariam, ſeu demon-
ſtrativam, nempe ad fructus primi anni ab Ec-
cleſia percipiendos, & adhuc, iſta ceſſante, ceſ-
ſare non debeat propter ſubſiſtentiam cauſæ fina-
lis, & principalis, quæ ſola attenditur in omni
actu, & multo magis in actu ſolutionis jam con-
ſummato, de cujus retractatione agitur, prout eſt
repetitio pecuniæ ſolutæ pure, & libere, quo ca-
ſu ad eam excludendam ſufficit omnis alia cau-
ſa poſſibilis, ex qua ſolutio ſuſtentari valeat ex
ſupra animadverſis *numer.* 11. & 25. & tradit Ti- 28
raquell. *in tract. ceſſante cauſa limit.* 13. *per tot.*
Rot. *in dicta Mediolanen. pecuniaria* 26. *Janua-*
*rii* 1692. §. *nec juvat*, coram R. P. D. Molines
Decano.

Et ratio eſt, quia in Jure noſtro ſunt inter ſe 29
totaliter diſtincta iſta duo, nempe *cauſa*, & *oc-*
*caſio*; cauſa enim conſiſtit in Jure, & eſt illa fi-
nalis, quæ ſola regit actum; occaſio autem con-
ſiſtit in facto, quæ etiam ſi deficiat, actum non
reſolvit, ut optime probat Text. *in cap.* 1. §. *Por-*
*ro verſic. & ideo nos ut Eccleſiaſtica Beneficia*, &c.
Tiraquell. *d. limitat.* 13. *n.* 4. 5. & 6. & *ſeq.* unde
licet annata ſeu commune in coadjutoriis debea-
tur, & ſolvatur occaſione fructuum primi anni
Eccleſiæ, quando futuræ ſucceſſioni factus fuerit
locus, tamen ſolvitur, & debetur principaliter tan-
quam onus ipſius conceſſionis, ſeu gratiæ coad-
jutoriæ a Jure communi ordinario exorbitantiſſi-
mæ; ideoque quantumvis ceſſet factum, hoc eſt
illa occaſio propter quam annata impoſita eſt,
ſcilicet perceptio actualis fructuum; non exinde
tamen ceſſat ipſum Jus, hoc eſt cauſa debendi ra-
tione conceſſionis diſpenſative factæ cum deroga-
tione Juris communis ordinarii, habitæ, & con-
ſumptæ per ſolam expeditionem literarum, in qua
proviſus dicitur reportare proviſionem, Roſa *de* 30
*execut. literar. Apoſt. par.* 1. *cap. numer.* 14. & 16.
Pariſ. *de reſignat. lib.* 10. *quæſt.* 1. *num.* 30. *& ſeqq.*
Amayden. *de Styl. Dataria num.* 1. *cap.* 32. *n.* 11.
*& ſeqq.*

Demum nihil obſtant allegata duo exempla in
contrarium de annis 1664. & 1677. de quibus ſu-
pra *ſub num.* 4. §. *accedit etiam*, quia hujuſmodi
exempla tanquam emanata ex facto Cardinalis Ca- 31
merarii, non autem totius Sacri Collegii, in nul-
la conſideratione haberi merentur, ut in ſpecie
firmat Card. de Luc. *de Benefic. diſc.* 89. *num.* 13.
*in fine*, immo neque ſufficeret factum totius Sa-
cri Collegii, ſed requireretur ipſum factum Sum-
mi Pontificis, cui exactio annatæ debetur in re-
cognitionem dominii univerſalis, ut probat Card.
de Luc. *ubi proxime diſcurſ.* 89. *num.* 14. & adeſt
notoria *conſtitutio* S. M. Innocen. X. 50. *Bullar.*
*nov. tom.* 6.

Nec propterea hujuſmodi exempla trahi poſ-
ſunt ad firmandam obſervantiam talem, quæ præ- 32
judicet Summo Pontifici, & Sacro Collegio, ut
optime firmavit Rot. *dec.* 842. *n.* 18. coram Man-
zanedo.

Neo-

Digitized by Google

Neocaſtren. Beneficii,

## PRO
## JOANNE DOMINICO CALVERIO
## CUM
## ANTONIO GRASSO.

## ARGUMENTUM.

Reſtrictio, & immutatio Juriſpatronatus activi in ſecundo Inſtrumento, utrum influat etiam in paſſivum in primo Inſtrumento reſervatum; & an poſſit fundator immutare, ſeu reſtringere Juspatronatus paſſivum in præjudicium etiam filiorum, & deſcendentium, & alia, de quibus in corpore.

## *SUMMARIUM.*

1 *Habens Juspatronatus paſſivum ſi non præſentetur, ſed negligatur per patronum, eſt tamen admittendus, ſi compareat.*
2 *Inſtrumentum fundationis auctorizatum ex decreto Ordinarii eſt ſervandum.*
3 *Mutatio Juriſpatronatus activi non infert mutationem paſſivi, junct. n. 4.*
5 *Uxor augendo dotem Beneficii antea fundati per maritum cum Jurepatronatus paſſivo favore deſcendentium ipſius mariti, & reſervando ſibi, & ſucceſſoribus Juſpatronatus activum in turno ſeu per alternativam cum marito, utrum in ſua alternativa cenſeatur ſe ligaſſe Juripatronatus paſſivo adjecto per maritum; vide etiam n. 6.*
7 *Juſpatronatus reſervatum pro filiis, & deſcendentibus cum conſenſu Ordinarii, non poteſt in eorum præjudicium immutari per fundatorem etiam cum novo conſenſu Ordinarii.*
8 *Rejicitur diſtinctio inter Juſpatronatus reſervatum filiis, vel extraneis.*
9 *Fundator non ligatur ex ſuo Jurepatronatus paſſivo, & n. 11.*
10 *Unicus actus præſentationis conſtituit obſervantiam pro Jurepatronatus paſſivo.*
12 *Non poteſt facto proprio contraveniri.*
13 *Sententiæ ſtricti juris non extenduntur de caſu ad caſum.*
14 *Recipiunt interpretationem a jure.*
15 *Per appellationem licet devolvantur id tantum, quod fuit judicatum, fallit tamen in Curia, ubi per appellationem in poſſeſſorio, devolvitur Judici* ad quem *cognitio etiam ſuper petitorio.*
16 *Hæres, & executor poteſt declarare verbum æquivocum* Fundatores.

## DISCEPTATIO XIX.

HAbet hæc cauſa tres articulos diſputabiles. Primum, an ex lege fundationis hujus Beneficii concurrat Juſpatronatus paſſivum favore illorum de familia Calveria fundatoris; itaut præſentatio facta per Felicitam Calveriam in perſonam Antonii Graſſi extranei ſit nulla ipſo jure, & per contrarium ſit debita Joanni Dominico. Alterum, an adſit in contrarium, ſeu obſtet aliquis ultimus ſtatus, ſeu obſervantia ſubſecuta. Tertium, an quia cauſa in partibus fuit reſtricta ad merum poſſeſſorium, poſſit R. P. D. Vicentinus Judex *ad quem*, pronunciare etiam ſuper petitorio. Super quibus omnibus mature conſideratis cenſen, ut infra, reſpondendum.

Quo enim ad primum, præmiſſa concluſione, quod ubi quis eſt de vocatis in Jurepatronatus paſſivo, etiamſi fuerit per patronum neglectus, ſeu non habeat ejus præſentationem, eſt tamen admittendus, & inſtituendus ad Beneficium tanquam præ- 1 ſentatus ex ipſa lege fundationis, quæ per patronum præteriri non poteſt uti habentem in hoc manus ligatas, juxta theoricam Panorm. *in cap. cum in cunctis §. Inferior. numer.* 10. *& ſeq. de elect.* & plene Card. de Luc. *de jurepatronat. diſc.* 18. *num.* 3. *diſc.* 39. *numer.* 2. *diſc.* 49. *ſub num.* 9. *& diſc.* 70. *numer.* 2. cum pluribus apud Rot. *in Valentina Beneficii 9. Januar.* 1693. §. *mori*, & 3. *Aprilis ejuſdem Anni §. finali*, coram R. P. D. Molines impreſſa ſupra *diſcept. 7. n.* 32.

Dico, quod Joannes Dominicus Calverius eſt de vocatis in jurepatronatus paſſivo hujus Beneficii, & proinde inſtituendus, non obſtante præſentatione indebite facta in perſonam extraneam, & hæc vocatio deducitur clare, & literaliter ex tenore primi inſtrumenti fundationis, quod, tanquam approbatum, & auctorizatum ex decreto Ordinarii, eſt inviolabiliter ſervandum, Vivian. *de jurepatr. lib. 4. c. 2. num.* 37. Lother. *de re benefic. lib. 1. quæſt. 31. numer.* 1. Alexand. *conſ.* 107. *n. 5. & ſeq. lib.* 2. Cardin. de Luc. *de benef. diſc.* 95. *n. 8. &* 10.

Non obſtat ſecundum, & poſterius inſtrumen- 2 tum fundationis, in quo fundator reſtrinxit Juſpatronatus activum ad familiam Octaviani Calverii ejus fratris, & ſimul illud reſervavit uxori, ejuſque hæredibus, & ſucceſſoribus, cum alternativa præſentationum inter utranque familiam; Quoniam, cum hoc novum inſtrumentum nihil deroget primo, niſi quoad reſtrictionem Juriſpatronatus activi ad familiam Octaviani Calverii, 3 quando in primo erant vocati omnes de familia Calveria, utique non poteſt inferri fuiſſe exinde derogatum, aut reſtrictum Juſpatronatus paſſivum, cum correctio, & mutatio voluntatis non præſumatur in fundatore, niſi in eo, quod literaliter expreſſit, & non ultra, ut tradit Card. de Luca *de jurepatr. diſc. 16. n. 5. verſ. Correctio & diſc.* 21. *num.* 7. Rot. *deciſ.* 113. *numer.* 10. *par.* 11. *Recent. & in Bononien. fideicommiſſi de Bedoris 24. Aprilis* 1693. §. *idque fortius*, coram R. P. D. Muto, & in terminis fundatoris firmavit eadem Rot. *in Januen. Abbatiæ 6. Decembris* 1689. §. *Et ſane*, coram Reverendiſſimo Zamorenſi *verſ. Rurſus præſumenda eſſet variatio voluntatis in fundatore &c.*

Neque hic intrat præſumpta derogatio Juriſpatronatus paſſivi ex derogatione, ſeu reſtrictione Juriſpatronatus activi facta ex cauſa removendi 4 diſſidia; quia talis illatio, & præſumptio in Jure eſt reprobata, cum ex mutatione Juriſpatronatus activi non valeat argumentum ad mutationem paſſivi, ut egregie ſcribit Card. de Luc. *de donat. diſc. 70. n. 9. & de jurepatr. diſc. 20. ante num.* 11. *verſ. neque, & diſc. 28. num.* 12. multoque minus valeat idem argumentum de ſimplici reſtrictione Juriſpatronatus activi ad totalem abrogationem Juriſpatronatus paſſivi; immo quod non valeat illatio, nedum a reſtrictione Juriſpatronatus activi ad paſſivum, ſed nec minus e contra, nempe ex reſtrictione paſſivi ad activum, firmavit Rot. *in Lauretana Canonicatus* 20. *Junii* 1692. §. *Attamen*, coram R. P. D. Muto, quicquid ſecus, ubi ageretur de ſimplici declaratione; tunc enim declaratio adjecta in activo influeret in Juſpatronatus paſſivum, Card. de Luc. *de Jurepatr. diſc.* 45. *n.* 4. Rot. *deciſ. 49. & 84. par. 4. tom. 2. & deciſ.* 374. *n. 20. par.* 11. *Recent.* ſicut paſſivum reſtrictum ad certas perſonas non extenditur ad alias vocatas in activo, ex firmatis per Rot. *in Terulon. Benefic.* 25. *Junii* 1696. §. *minime*, coram R. P. D. Muto, ſed bene in dubietate quænam perſonæ ſint in paſſivo comprehenſæ hoc reſtringi, & ampliari poteſt ex activo, & e contra, ut per Rotam *in Majoricen. Beneficii 8. Febr.* 1699. §. *licet etenim*, coram R. P. D. Tremouille.

Sicut

Digitized by Google

Sicut urgere non poteſt nova reſervatio Jurif-
patronatus ad favorem uxoris ex cauſa augmen-
ti dotis Beneficii per ipſam factæ, quia ſemper
recurrit eadem reſponſio, quod hoc reſpicit ſo-
lum Juſpatronatus activum, nec proinde ex eo
poteſt inferri ad paſſivum, de quo eſt quæſtio,
vel ad omne pejus abrogatio Jurispatronatus paſ-
5 ſivi ſolum præſumenda eſſet reſpectu uxoris, ac
ejus hæredum, & ſucceſſorum, quod nempe, ubi
ex lege turni ſeu alternativæ præſentatio ad illos
pertineat, non teneantur præſentare unum de fa-
milia Calveria mariti fundatoris ea ratione, quia
uxor obtinuit Juſpatronatus ex titulo oneroſo do-
tationis per ipſam augmentatæ, itaut veriſimile
videatur, fuiſſe illi ac ſucceſſoribus relictam præ-
ſentationem in ſuo turno liberam, & abſque vin-
culo Jurispatronatus paſſivi adjecto pro illis de fa-
milia mariti; nunquam autem Juſpatronatus paſ-
ſivum cenſetur abrogatum, & immutatum reſpe-
ctu hæredum fundatoris de familia Calveria, quo-
6 ties præſentatio ad ipſos pertineat virtute alterna-
tivæ, cum in hoc caſu nulla excogitari poſſit præ-
ſumptio, aut conjectura talis immutationis, & de
jure potius præſumatur perſeverantia in eodem pro-
poſito, quam in eadem voluntate, ad tradita per
Corn. *conſ. 275. ſub num. 5. ad fin. lib. 4.* Dec. *conſ.
515. n. 5.* & in terminis noſtris Rot. *in d. Jamen.
Abbatia 5. Et ſæpe ubi ſupra.*

Ceterum intrat dilemma inevitabile, quod, aut
non conſtat de certa voluntate fundatoris abro-
gandi Juſpatronatus paſſivum, & ſtandum eſt in-
ſtrumento primævæ fundationis, quod nunquam
in dubio præſumitur correctum ex punctuali do-
ctrina Card. de Luc. *in allegato diſc. 16. num. 5. de
Jurepatr.* Aut vero dicendum eſt, conſtare de cer-
ta voluntate (quod eſt falſiſſimum) & adhuc ſe-
cundum inſtrumentum fundationis non valeret tan-
7 quam ipſo Jure nullum ex defectu poteſtatis; Cum
enim fundator per actum inter vivos devenerit
ad fundationem cum reſervatione Jurispatronatus
activi, & paſſivi favore omnium de familia Cal-
veria, & fundatio fuerit perfecta per conſenſum
Ordinarii, ejuſque decretum deſuper interpoſitum,
itaut fuiſſet Jus quæſitum omnibus de d. familia
Calveria, non potuit poſtea idem fundator, li-
cet cum conſenſu ejuſdem Ordinarii, immutare,
alterare, aut derogare leges præcedentes perfectæ
fundationis, præjudicando Juri quæſito agnato-
rum de familia Calveria, ut tradunt Tondut.
*quæſt. benef. par. 1. cap. 91. num. 1. & ſeqq.* Cardin.
de Luc. *de Jurepatron. d. diſc. 16. num. 2. & ſeqq.*
ubi in terminis de immutatione Jurispatronatus
paſſivi Rot. *deciſ. 37. num. 1. & ſeqq. par. 7. & de-
ciſ. 118. num. 3. & deciſ. 220. n. 33. par. 11. recent.*
etiam ſi auxiſſet dotem beneficii, Penia *deciſ. 73.
num. 6. & 7.*

Non obſtante diſtinctione, communiter tradi ſo-
lita in hac materia, quod nempe, aut agitur de
8 extraneis, & vera ſit concluſio prædicta circa ir-
revocabilitatem fundationis; aut agitur de filiis,
& adhuc fundator poſſit immutare fundationem in
eorum præjudicium, quia nec ſumus in terminis
filiorum, ſeu conſanguineorum de univerſa fami-
lia Calveria, etiam tranſverſalium, qui reputan-
tur extranei, neque quando eſſemus in terminis fi-
liorum præallegata diſtinctio eſſet attendenda tan-
quam erronea, & nulla juris ratione fundata,
dum quando agitur non de fundatione ordinata
in teſtamento, ſed per actum inter vivos, & quan-
do fundatio eſt jam perfecta cum conſenſu Ordi-
narii, tunc ea redditur irrevocabilis per fundato-
rem, etiamſi agatur de præjudicando filii, ut re-
probatis omnibus contrariis, & examinatis ratio-
nibus, plene fundat Cardin. de Luc. *de Jurepatr.
diſc. 16. num. 7. & ſeqq. & diſc. 21. n. 3.* & latius
ac materia bene diſtincta *in diſc. 60. ex n. 16. ad
ſeqq. ſignanter n. 19. & 20.*

9 Firmato, quod conſtet de Jurepatronatus paſ-
ſivo favore illorum de familia Calveria fundato-
toris, remanet altera inſpectio ſuper ultimo ſtatu,
ſeu obſervantia, utrum obſtet, vel adſit in con-
trarium, & in hoc firmiter concludo, nullam ob-
ſervantiam eſſe in contrarium; quatuor enim ſunt
proviſiones, quæ poſt erectum Beneficium factæ
fuerunt.

Prima eſt facta in perſonam Petri Antonii Maſ-
ſarii, & hæc (licet facta extra familiam Calve-
riam) nihil obſtat, quia in primo inſtrumento fun-
dationis, ipſe fundator reſervavit Juſpatronatus paſ-
ſivum pro d. familia, excepto tamen primo Capel-
lano, quem ipſe nominavit, & iſte Capellanus ab
ipſo nominatus fuit d. Petrus Antonius Maſſarius;
unde hæc prima proviſio ad caſum noſtrum non
facit, nec obſtat.

Secunda proviſio eſt illa facta in perſonam A-
lexandri Jeſi ad præſentationem Angelæ Maſſariæ:
hæc proviſio ex duplici capite non obſtat; tum
quia facta per d. Angelam uxorem fundatoris,
& condotatricem, ſeu confundatricem, quæ non
ligabatur ex Jurepatronatus paſſivo, ut in pun-
cto Card. de Luc. *de Jurepatron. diſc. 90. per totum
ſignanter num. 4.* tum etiam, quia præſentatio fa-
cta fuit per uxorem in ſuo turno juxta legem fun-
dationis, in qua dictum fuit, ipſi viventi deberi
præcedentiam in præſentando, & ſic non con-
cludit ad ſpeciem caſus noſtri, ubi quæſtio eſt de
Jurepatronatus paſſivo, quando præſentatio fit per
hæredes fundatoris, non ejus uxorem, cum ex præ-
dictis poſſit ſtare ſimul, quod reſpectu uxoris ejuſ-
que hæredum fuerit ſublatum Juſpatronatus paſſi-
vum, non autem reſpectu hæredum fundatoris, ita
præſertim ſuadente obſervantia.

Tertia proviſio eſt facta in perſonam Antonii
Calverii ad præſentationem Felicitæ Calveriæ: &
hæc non ſolum non obſtat, ſed conſtituit ultimum 10
ſtatum, & obſervantiam pro Jurepatronatus paſſi-
vo favore illorum de familia Calveria, dum præ-
ſentatus fuit d. Antonius de hac familia, & iſte
unicus ſtatus ſufficit *juxta notoriam cap. conſidera-
tionibus de Jurepatron.*

Quarta proviſio eſt illa facta in perſonam Joan-
nis Graſſi ad præſentationem prædictæ Angelæ Maſ-
ſariæ ſcriptam in ejus teſtamento; & hæc pro-
viſio nihil obſtat, ſed patitur eaſdem reſponſio-
nes adductas ſupra, quoad ſecundam, nempe, 11
quod uxor confundatrix, ſicut etiam ipſe maritus
fundator non ligabantur ex Jurepatronatus paſſi-
vo, ac etiam, quia in hoc caſu præſentatio non
fuit facta per hæredes fundatoris, quibus tantum
directum fuit præceptum præſentandi unum de fa-
milia Calveria, quod præceptum non legitur ex-
preſſum in ordine ad uxorem ejuſque hæredes.

Unde patet, ultimum ſtatum eſſe pro Jurepa-
tronatus paſſivo, & quod conſiderabile eſt, indu-
ctum ex facto ipſiuſmet Felicitæ, quæ hodie præ-
ſentavit Antonium Graſſum; Cum enim prima
vice, quia ipſa præſentavit, fecerit præſentationem
in unum de familia fundatoris, ſine ulla ratione
hodie præſentavit perſonam extraneam, reſiſtente 12
lege fundationis, reſiſtente ultimo ſtatu, reſiſtente
etiam facto proprio, contra quod male in præſen-
ti recalcitrat, ad Text. *in l. generaliter C. de non
numerat. pecun.* verſ. *iniquum eſſe judicamus, quod
ſua quiſque voce dilucide proteſtatus eſt, id in eun-
dem caſum infirmare, teſtimonioque proprio reſi-
ſtere.*

Hinc inutile eſt allegare ſententias emanatas
contra quoſdam de familia Calveria, & precipue
contra Joannem Dominicum occaſione ſecundæ,
& quartæ præſentationis factæ per Angelam Maſ-
ſariam, ſuper quibus fit magnus ſtrepitus; quia
cum ſententiæ ſint ſtricti Juris, & recipiant inter-
pretationem a Jure, certum eſt, quod cum illæ e-
manaverint contra Joannem Dominicum, & alios
de familia Calveria, non quidem ſuper Jurepa-
tronatus paſſivo, ſed ſolum ſuper activo, quod
iſti prætendebant excluſive ad Angelam, neſcitur,
quomodo iſtæ ſententiæ trahantur per capillos ad
quæſtionem hodiernam, quæ reſtricta eſt ad ſo- 13
lum Juſpatronatus paſſivum contra omnem regu-
lam

lam juris, juxta quam ſententiæ non poſſunt extendi de caſu ad caſum ex firmatis per Rotam *in Burgen. Juriſdictionis 7. Maii 1688. §. ideo non comprehenditur, & §. nec adverſatur*, coram Eminentiſſimo Mediolanen. Card. de Luc. *de praem. diſc. 4. num. 4.* Seraph. *deciſ. 463. n. 7. & deciſ. 667. n. 3.* Buratt. *deciſ. 788. n. 5.*

Immo loquendo per modum erronei diſcurſus, etiamſi dici poſſet, ſententias emanaſſe ſuper Jurepatronatus paſſivo (quod eſt ab omni veritate alienum) nihilominus non obſtarent uti non loquentes in caſu noſtro, quia nimirum tunc temporis præſentabat Angela Maſſaria confundatrix, quæ vel non ligabatur ex Jurepatronatus paſſivo directo ad ſucceſſores, & non fundatores, ex doctrina Card. de Luc. *ſuperius allegata*, vel tale Juſpatronatus, ſeu ligamen non aderat in ejus hæredibus, & multo minus in ipſa, ſed ſolum in ſucceſſoribus fundatoris, quibus tantum illud legitur adjectum ex ſuperius diſtinctis, & ſuadet ipſa etiam obſervantia, de qua dixi; Cum igitur in caſu noſtro nec agatur de præſentatione facta per uxorem confundatricem, nec de facto per ejus hæredes in ſuo turno, ſententiæ non applicantur,
14 cum recipiant interpretationem a jure, Cardin. de Luc. *de praem. diſc. 21. num. 18. & de dote diſc. 19. num. 3.* de jure autem certiſſimum eſt, quod ubi adeſt diverſitas inter unum, & alterum caſum, quia nempe in primo non adeſt neceſſitas præſentandi unum de familia Calveria, ſicut in ſecundo, ubi viget lex fundationis præciſe adjecta conſanguineis fundatoris in ſuo turno; tunc ſententiæ latæ in caſu diverſo, & contra perſonas diverſas non faciunt ſtatum in alio caſu, cum aliis diverſis perſonis jure diverſo agentibus, Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. Gloſſ. 9. n. 178.* Cravett. *conſ. 84. n. 10.*

Tranſeundo ad ultimum articulum, an Judex *ad quem* poſſit judicare in petitorio per appellationem a judicato in poſſeſſorio tantum (prout in præſenti petitur judicari etiam in petitorio) dico, quod ipſe habet juriſdictionem bene fundatam; Quamvis enim regula ſit, ut per appella-
15 tionem id dicatur devolutum, quantum judicatum, itaut Judex *ad quem* habeat tantum juriſdictionem circa ea, quæ decrevit Judex *a quo*; hæc tamen limitatur, ubi agitur de appellatione commiſſa in curia, ſeu in tribunalibus urbis, in quibus per appellationem in poſſeſſorio, devolvitur tota Cauſæ cognitio, & poteſt Judex *ad quem* pronunciare in petitorio, licet Judex *a quo* pronunciaverit in ſolo poſſeſſorio, ut optime Royas *deciſ. 392. num. 9.* & plene firmavit Rot. *in Bononien. fideicommiſſi de Bedoris 24. Aprilis 1693. §. Nullitas, & §. verum*, coram R. P. D. Muto.

Et ſecundum prædicta fuit judicatum per R. P. D. Horatium Vicentium Romanæ Curiæ Prælatum digniſſimum, & poſtea per R. P. D. Petram, nunc A. C.

Adde ad materiam, quod ſi fundator in teſtamento requireret Juſpatronatus activum, ſeu paſſivum illis *de parentela*, quod verbum latius pa-
16 tet, & complectitur agnatos, & cognatos, poſſet executor teſtamentarius, ſive heres declarare hoc verbum in ſignificatu ſtricto reſtringendo *parentelam* ad ſolos agnatos, quia quando fundator profert verbum æquivocum, quod accipi poteſt in ſignificatu largo, & ſtricto, & executor, ſeu heres poteſt illud declarare tanquam informatus de mente fundatoris, & hæc declaratio ſi fiat in ſenſu ſtricto, non dicitur reſtringere mentem fundatoris, nec ejus diſpoſitionem immutare, Card. de Luc. *de jurepatr. diſc. 27. num. 8. & 9.* Rot. *dec. 156. num. 7. & 8. par. 13. & dec. 299. num. 9. & 10. part. 15. recent.* & coram Ninot. *deciſ. 22. ſub num. 3.* hinc cum quidam fundator reliquiſſet Capellaniam laicalem pro *magis idoneo*, & ejuſque filius hæres, & executor relictus hujus diſpoſitionis, explicaſſet *magis idoneum*, in eo, qui eſſe *magis doctus, & bonæ vitæ*, quidam Judex nolebat intelligere, quod hæc eſſet declaratio, & explicatio, ſed credebat, quod eſſet immutatio legis fundationis, in quo ſane errabat, dum *idoneus* in ſenſu proprio naturali, & ſtricto dicitur *doctus, & bonæ vitæ*, ut docet Text. *in l. 1. C. de offic. Magiſtr. Officior.* ibi — *idoneus probitate morum ac bonis artibus præditus* — & in Can. *licet ergo 8. quæſt. 1.* ibi — *qui doctior, qui ſanctior* — & in cap. *innotuit de elect.* ibi — *literarum ſcientia, morum honeſtas* — Lambert. *de jurepatron.* qui licet verum *idoneus* dicat poſſe verificari largo modo in 47. requiſitis ab ipſo enumeratis *part. 1. lib. 2. quæſt. 10. ex numer. 2. & ad ſeq.* tamen vere, & proprie firmat idoneitatem eſſe duplicem; aliam nempe intrinſecam, quæ conſiſtit in probitate morum, & aliam extrinſecam, quæ conſiſtit in literatura, ut *par. 1. lib. 2. quæſt. 10. artic. 2. num. 4.* ibi — *duplex eſt idoneitas, intrinſeca, ut caſtitas, ſobrietas, & hujuſmodi, & extrinſeca, ut ſcientia, literatura, & ſimilia* — Paul. de Cittadin. eodem *tract. par. 6. num. 10.* Bald. *in cap. tua de cohabit. Clericor.* ibi — *dicitur quis idoneus moribus, & ſcientia* — Gloſſ. *in cap. final. de præſumpt. in verb. præſumatur idoneus*, & in cap. *ſi forte 11. de elect. in verb. ſcientiæ*, & tamen ille Judex dicebat, quod executor, & hæres non potuiſſet reſtringere idoneitatem ad hæc duo, quando hæc verificabatur etiam in majoritate ætatis, quod erat æquivocum, non ſolum, quia id procedebat in ſenſu largo, & tamen executor poteſt declarare in ſenſu ſtricto idoneitatem: ſed etiam, quia agebatur de Capellania laicali ſeu mero legato pio cum onere Miſſarum, juxta *deciſ. 101.* Dunozz. jun. ubi non attenditur ætas major & proximior ad Sacerdotium, cum hujuſmodi Capellaniæ ſint capaces etiam laici, & feminæ, nec in ea requiratur ætas conciliaris 14. annorum, Gonzal. *Gloſſ. 5. num. 26. & 27.* & Miſſæ celebrentur per alium, &, his non obſtantibus, noluit attendere declarationem hæredis filii, & executoris, & denegavit Capellaniam præſentato a majori parte patronorum, & conceſſit præſentato a minori parte, ex quo iſte ſuperabat alium præſentatum in quatuor annis, dum unus erat novem, & alter decem annorum, *tam venerabile erat præcedere quatuor annis*. Juvenal.

## BURGI S. SEPULCHRI

Juriſdictionis.

PRO

ABBATE S. MARIÆ IN BALNEO

CUM

Epiſcopo Burgi S. Sepulchri.

## ARGUMENTUM.

Patet ex dubiis inferius legendis in corpore, quæ concernunt controverſiam Juriſdictionalem inter Abbatem, & Epiſcopum.

## *SUMMARIUM.*

1 *Series facti.*
2 *Dare atteſtationes ſuper ſtatu libere nubentium pertinet ad Abbatem in loco, ubi habet juriſdictionem ordinariam.*
3 *Epiſcopus, reſervatis ſibi tantum Pontificalibus concedendo Abbati omnimodam Juriſdictionem ac merum, & mixtum ſpirituale dominium, dicitur ſe ſpoliaſſe omnibus iis, quæ ſunt juriſdictionis, & quorum Prælatus inferior eſt capax.*

4. *Dare*

Digitized by Google

4 *Dare atteſtationes ſuper ſtatu libero nubentium eſt Juriſdictionis, non Ordinis.*

5 *Quicquid Epiſcopus non exceptuavit in inveſtitura facta Abbati, dicitur ei conceſſiſſe.*

6 *Præſertim, ſi inveſtitura emanavit ob rationem, quæ militat in caſu non exceptuato.*

7 *Epiſcopus propter incommodum, & diſpendium populi tenetur in remotioribus partibus ſuæ Diœceſis deputare perſonas, quæ recipiant depoſitiones teſtium ſuper ſtatu libero nubentium.*

8 *Obſervantia declarat, quid fuerit in inveſtitura conceſſum.*

9 *Quod Abbas concedat atteſtationes ſuper ſtatu libero non prohibetur ex Concilio Tridentino.*

10 *Explicatio Concilii Trident. ſeſſ. 24. capit. 2. de reform.*

11 *Quando aliquid pertinet ad Epiſcopum privative, non prohibetur Abbas illud exercere Vicario nomine illius, & ſub numer. 31.*

12 *Abbas poteſt dare teſtimoniales de vita, & moribus Presbyterorum recedere volentium de locis Abbatiæ, ubi illi ſunt Abbati ſubjecti in criminalibus ſaltem cumulative cum Epiſcopo.*

13 *Prohibitio exercendi actum alicui facta præſupponit, iſtum eſſe in poſſeſſione faciendi actum.*

14 *Epiſcopus nequit prohibere Parochis, ne extra eorum Parochias audiant confeſſiones ſuorum Parochianorum, & de ratione n. 15.*

16 *Nec minus prohibere poteſt, ne in eorum Parochiis audiant confeſſiones non ſuorum Parochianorum, tam ſi agatur de Parochis Secularibus quam Regularibus Vicariis, & numer. 17.*

18 *Maxime quando Parochi, de quorum intereſſe agitur, non reclamant.*

19 *Caſus, in quibus quis confiteri poteſt Parocho non ſuo.*

20 *Epiſcopus nequit in edictis ſeu decretis nuncupare diſtrictum Abbatiæ* propriæ ordinariæ Juriſdictionis, *quando ſe ea ſpoliavit per inveſtituram factam Abbati.*

21 *Abbas poteſt ſe intitulare Judicem ordinarium in diſtrictu Abbatiæ, ſi per inveſtituram aut concordiam conſecutus eſt Juriſdictionem ordinariam.*

22 *Stante cumulativa inter duos Judices, ab uno ad alium non datur appellatio.*

23 *Aliud eſt ſe intitulare* Ordinarium *loci, & aliud ſe intitulare ſimpliciter* Ordinarium.

24 *Epiſcopus non poteſt ſe denominare Ordinarium Monaſterii, & Eccleſiarum ab eo dependentium.*

25 *Abbas poteſt dare licentiam Presbyteris, & Clericis ſui diſtrictus ſe ſubjiciendi foro laico, ſi habet Juriſdictionem ordinariam.*

26 *An Abbas poſſit benedicere Concionatores deſtinatos pro Eccleſia Monaſterii, & aliis Parochialibus intra diſtrictum Abbatiæ.*

27 *Vicarius Monachus exercens curam animarum Eccleſiæ Monaſterii, quæ eſt Parochialis, non debet examinari & approbari ab Epiſcopo.*

28 *Reſolutiones S. Congregationis Concilii in hac controverſia.*

29 *Epiſcopus transferens pleno jure Eccleſiam in Abbatem, quid transferre cenſeatur? & n. 30. & 31.*

## DISCEPTATIO XX.

ABbatia S. Mariæ in Balneo cum ſuo diſtrictu, & territorio fuit antiquis temporibus 1
Nullius Diœceſis, & deinde fam. mem. Leo X. eam cum ſuo territorio ſubjecit Epiſcopo Burgi S. Sepulchri illiuſque Diœceſi. Et quia poſtmodum variæ exortæ fuerant controverſiæ inter Epiſcopum, & Abbatem, iſtæ remanſerunt ſopitæ, mediante concordia anni 1541. confirmata anno 1581. in qua Epiſcopus non ſolum ceſſit omni juri in Monaſterio S. Mariæ de Balneo, illiuſque regimini, & adminiſtrationi ſibi quomodolibet competenti: ſed etiam propter itineris difficultatem a Civitate S. Sepulchri ad Caſtrum S. Mariæ de Balneo, inter quæ ſunt Alpes, pro Epiſcopi, & populi commoditate dicto Abbati conceſſit, & tranſtulit omnimodam juriſdictionem, ac illius merum mixtum imperium, ſpirituale dominum, & poteſtatem ipſi, & ſucceſſoribus in Caſtro prædicto, eumque, & Congregationem Camaldulenſem de hujuſmodi Juriſdictionem inveſtivit, reſervatis tamen favore ejuſdem Epiſcopi Pontificalibus, & annuo cenſu librarum 2. ceræ ſolven. per Abbatem, & Congregationem.

Quia vero, non obſtante hujuſmodi concordia authoritate Apoſtolica confirmata, aliæ controverſiæ ſucceſſivis temporibus pullularunt inter eundem Epiſcopum, & Abbatem ſuper ſubjectione dicti Caſtri Sant. Mariæ, & annexorum, exercitio Juriſdictionis in dicto territorio, nec non collatione Beneficiorum, pro illis componendis factum fuit compromiſſum in clara mem. Cardinales Pamphilium, & Sacchettum, qui de anno 1625. in eorum laudo declararunt, Caſtrum S. Mariæ in Balneo, una cum Caſtro S. Petri, totoque territorio eſſe, & eſſe cenſeri in Diœceſi Burgi S. Sepulchri, & conſequenter Epiſcopum, uti proprium Ordinarium poſſe d. territorium, viſitare, Ordines conferre, Eccleſias conſecrare, & reconciliare, olea ſancta tradere, dimiſſorias Clericis ſecularibus concedere, nec non alia Pontificalia exercere; & rurſus declararunt, quod omnimoda collatio Eccleſiarum, & Beneficiorum cum cura, vel ſine in d. territorio exiſten. pertineret ad Abbates S. Mariæ uti inferiores collatores, hac tamen conditione, quod in ordine ad Parochiales ſolitas conferri in titulum collatio fiat, prævio concurſu ad præſcriptum *Sac. Concil. Trident. & Conſtitutionum Apoſtolicarum.* Quo vero ad Vicarias perpetuas, quæ abſque concurſu poſſunt provideri, Abbas per ſe ſolus abſque alio concurſu providere valeat de idoneo Vicario per ſe, vel ejus Vicarium examinando. Et inſuper declararunt, Epiſcopum habere cumulativam Juriſdictionem cum Abbate in criminalibus, & civilibus excedentibus certam ſummam; & in non excedentibus certam ſummam Abbatem habere Juriſdictionem privativam. Et denique, quod in non contentis, & ſpecifice diſpoſitis in laudo ſervaretur concordia anni 1581. Quod laudum fuit per partes acceptatum, & Apoſtolica authoritate confirmatum.

Cum autem modernus Epiſcopus occaſione viſitationis diſtrictus Abbatiæ prædictæ diverſa decreta, & edicta promulgaverit, prohibendo dari atteſtationes ſuper ſtatu libero nubentium, eas ſibi ſpecialiter reſervando, inhibendo Parochis, ne confeſſiones Parochianorum extra proprias Parochias audiant, ne Parochianos non ſuos abſolvant, interdicendo Presbyteris ſe abſentare abſque ipſius teſtimonialibus, de vita, & moribus, & Abbati, ne ſe intitulet Judicem Ordinarium, nuncupando ſe in omnibus dd. ordinationibus, ſeu decretis *Ordinarium Monaſterii, & locorum Abbatiæ*, illaque eſſe propriæ ejus ordinariæ Juriſdictionis.

Hinc propterea habito recurſu ad Sac. Congregatio-

gationem Concilii data fuerunt infraſcripta dubia, nempe,

*Stante diſpoſitione laudi anni 1635. authoritate Apoſtolica approbati.*

Primo Dub. *An licitum ſit Abbati S. Mariæ in Balneo, ejuſque Vicario dare atteſtationes ſuper ſtatu libero nubentium, prævio examine teſtium in ejus Cancellaria.*

Secundo. *An idem Abbas, ſeu ejus Vicarius poſſit concedere literas teſtimoniales de vita, & moribus Presbyterorum ſui diſtrictus recedere volentium a locis Abbatiæ.*

Tertio. *An Epiſcopus poſſit prohibere Parochis, & Vicariis Parochialium Eccleſiarum, tam ſecularibus, quam Regularibus, ne extra eorum Parochias audiant confeſſiones ſuorum Parochianorum.*

Quarto. *An poſſit prohibere eiſdem Parochis, & Vicariis, ne in eorum Parochiis audiant confeſſiones non ſuorum Parochianorum.*

Quinto. *An in edictis, ſeu decretis Epiſcopus poſſit nuncupare loca, & diſtrictum Abbatiæ* propriæ noſtræ ordinariæ juriſdictionis.

Sexto. *An Abbas, ſeu ejus Vicarius poſſit ſe intitulare Judicem Ordinarium diſtrictus Abbatiæ.*

Septimo. *An Epiſcopus ſit Ordinarius Monaſterii, & Eccleſiarum dependentium a dicto Monaſterio S. Mariæ in Balneo, & talem ſe poſſit denominare.*

Octavo. *An Presbyteris, & Clericis diſtrictus Abbatiæ poſſit Abbas, ſeu ejus Vicarius dare licentiam ſe ſubjiciendi examini in foro laico.*

Nono. *An Abbas habeat facultatem benedicendi Concionatores deſtinatos pro Eccleſia Monaſterii, & aliis Parochialibus intra diſtrictum Abbatiæ.*

Decimo. *An Vicarius Curatus Monachus exercens curam animarum Eccleſiæ Monaſterii, quæ Parochialis exiſtit, debeat examinari, & approbari ab Epiſcopo.*

Quæ omnia dubia ſavore Abbatis, pro quo ſcribebam, ut infra reſolvenda eſſe ſuſtinendam.

Et quidem *affirmative* quoad primum concer-
1 nens atteſtationes ſuper ſtatu libero nubentium. Habet enim Abbas intentionem fundatam in laudo anni 1635. diſponente, quod in reliquis controverſiis, de quibus in eo facta non fuerit mentio ſpiritualis, ſervetur concordia anni 1581. Et proinde cum talis controverſia, ſeu facultas dandi atteſtationes prædictas non legatur expreſſa in laudo, per conſequens ea decidenda, & deſumenda eſt reſpective ex d. concordia. Cumque in iſta Epiſcopus ceſſerit ſavore Abbatis omnimodam juriſdictionem, ac merum mixtum ſpirituale dominium per viam inveſtituræ, & ſub annuo cenſu libr. 2. ceræ, utique ad ipſum Abbatem ſpectat dare hujuſmodi atteſtationes, & recognoſcere datas ab aliis. Quæ atteſtationes conſiſtunt in examine teſtium ſuper libertate contrahentium, juxta formulam San. Officii Inquiſitionis, & in fide, quod ex depoſitionibus dd. teſtium conſtet de
2 ſtatu libero nubere volentium, & propterea pertinet ad juriſdictionem ordinariam eidem Abbati conceſſam ab Epiſcopo, *cap. conquerente, & capit. dilectus de Offic. ordinar.* ubi Gloſſ. *in verb. de lege Juriſdictionis*, Fagnan. *in cap. poſt ceſſionem num. 3. & ſeqq. de probat.* Lother. *de re benef. lib. 1. quæſt. 21. num. 48.*

Præſertim, quia Epiſcopus in prædicta inveſtitura ſe ſpoliavit omnimoda juriſdictione ibi — *omnimodam Juriſdictionem, ac merum mixtum ſpiri-*
3 *tuale dominium, & poteſtatem* — & ſolum ſibi reſervavit Pontificalia, hoc eſt jus chriſmandi, conſecrandi, & benedicendi, & alia hujuſmodi, cum hac etiam expreſſione, quod in defectum Epiſcopi iſta facere ceſſantis, liceat Abbatis alium Epiſcopum extraneum ad ea exercenda introducere;
4 unde edocemur, Epiſcopo fuiſſe duntaxat reſervata Pontificalia, hoc eſt ea, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis, & quorum Prælatus inferior non eſt capax, ita ut ad ea peragenda habeat neceſſitatem operæ alterius Epiſcopi, & per conſequens fuiſſe in Abbatem translata omnia alia jura, quæ non ſunt Ordinis, ſed Juriſdictionis, ut in ſpecie tradit Innocent. *in cap. Paſtoralis ſub num. 1. de Donat.* communiter relatus per Canoniſtas ibidem, & notant Jo. Andr. *in capit. de Monachis de Præben. num. 10.* Imola *num. 7.* Butr. *num. 10.* Lother. *de re benef. lib. 2. q. 12. n. 18.* Rot. *in Pampilonen. Vicaria 14. Mar. 1689. §. minus & §. fin.* coram. bon. mem. Emerix. Et in puncto noſtræ concordiæ Fagnan. omnino viden. *in cap. cum dilectus de Religioſ. Domib. n. 37. & ſeqq.*

Cumque dare controverſas atteſtationes non ſit de illis, quæ reſpiciunt Ordinem, nec quorum Prælatus inferior dici poſſit incapax, ut probat Text. *in cap. poſt ceſſionem de probation.* ibique Panorm. *num. 1.* Fagnan. *num. 8. & 9.* utique talis facultas controverti non poteſt Abbati, cum Epiſcopus in inveſtituram eam non exceperit ſicut alia, quæ ſunt Ordinis exceptuavit, ut per Text. 5
*in Can. quales diſtinct. 25. verſ. Quod enim de uno negatur*, in terminis terminantibus noſtræ concordiæ obſervat Fagnan. *in capit. cum dilectus numer. 38. de Religioſ. Domib.* Rota *decif. 191. ſub numer. 5. verſ. cum enim Juriſdictio par. 19. recentiorum.*

Ultra tenorem inveſtituræ hanc facultatem fuiſſe Abbati conceſſam, probat etiam fortiſſime ipſa
ratio finalis, propter quam Epiſcopus motus eſt 6
ad inveſtiendum ipſum Abbatem de juriſdictione, quia nimirum propter Alpes intermedias adeſt difficultas itineris a Civitate Burgi S. Sepulchri ad Caſtrum S. Mariæ, & ad evitandum incommodum, tam Epiſcopi exercendi Juriſdictionem in dicto Caſtro, & annexis, quam populi, & habitatorum adeundi d. Civitatem, quorum commoditati fuit conſultum. Quæ ratio præciſe militat in caſu noſtro, dum nubere volentes, & teſtes ſuper eorum ſtatu libero examinandi, qui ut plurimum ſunt pauperes, & diurno labore vivunt, hoc modo liberantur ab incommodis, expenſis, & damnis, quibus eſſent obnoxii, ſi cogerentur accedere ad Curiam Epiſcopalem per vias inacceſſibiles Alpium intermediarum, contra *text. in leg. 3. §. Teſtes ff. de Teſtibus*; ideoque cum iſte caſus comprehendatur ſub ratione concordiæ, perinde eſt, ac ſi fuiſſet in ea literaliter expreſ-
ſus, ut in puncto, quod propter iſtam rationem 7
evitandi incommoda, & diſpendia populi, ſaltem de æquitate Epiſcopi teneantur in remotioribus locis ſuarum Diœceſum deputare alias perſonas, quæ memoratas teſtium depoſitiones ſuper ſtatu libero recipiant, agendo præciſe de inſtructionibus Sacr. Congregationis S. Officii hac de re promulgatis, firmat Pignatell. *conſult. Canonic. tom. 8. Conſult. 79. numer. 9.* & generaliter notant Canoniſtæ *in capit. ſane de Foro competenti* & in puncto noſtro Fagnan. *in d. cap. cum dilectus numer. 39.*

Quæ omnia clariſſima evadunt ex obſervantia continua ſubſecuta, juxta quam ſemper Abbas exercuit d. facultatem dandi atteſtationes ſuper ſtatu libero, ut probatur ex Regeſto Cancellariæ Abbatialis, in quo illæ annotatæ reperiuntur per longam ſeriem. Quæ fuerunt pacifice effectum ſortitæ, dum ab Epiſcopis, in quorum territoriis matrimonia contrahebantur, fuerunt admiſſæ, & receptæ; idemque comprobatur ex pluribus licentiis Epiſcoporum, & Ordinariorum viciniorum, quæ reperiuntur in eadem Cancellaria Abbatiali, ex quibus apparet ſtatus liberos, eorumque atteſtationes recognoſci in ipſa Cancellaria Abbatiæ, quia alias illæ conſervarentur in Cancellaria Epiſcopali, non autem in Abbatiali.

Ex quibus ſane actibus ultra centenariam exercitis, licet poſſit deduci præſcriptio inferiori Prælato ſufficiens adverſus jura Epiſcopi *capit. auditis, & cap. cum olim de præſcript.* inde fortius

oritur

oritur obſervantia interpretativa concordiæ, & in-
veſtituræ ſuperius relatæ, quæ cum habeat verba
capaciſſima pro includendi facultatem dandi con-
troverſas atteſtationes, vel ſaltem talia, quæ ſubja-
ceant interpretationi, ſine dubio remanſit declarata
ex prædictis actibus ſubſecutis ad Text. *in l. ſi de
interpretatione ff. de legibus*, & in terminis pun-
ctualiſſimis concordiæ Juriſdictionalis inter Epiſco-
pum, & Abbatem, firmavit Rot. *deciſ.* 723. *n.* 5.
coram Cerro. Et in hoc præciſo caſu Fagnan. *in d.
cap. cum dilectus num.* 39. *verſ. quæ omnia*. Immo
8 talem obſervantiam tanto tempore roboratam eſſe
adeo efficacem, ut inveſtitura Juriſdictionis, de
qua ſupra, intelligi debeat eo modo, quo fuit a
partibus obſervata, licet contrarius ejus intellectus
eſſet de jure verior, optime tradunt Adden. ad
Gregor, *deciſ.* 184. *n.* 8. coram Dunoz. Jun. *deciſ.*
966. *n.* 17. Rot. *in Barchinonen. Vexilli* 16. *Februar.*
9 1685. §. *Ceterum*, coram R. P. D. Florez. *& in
Marſicana, ſeu Montis Caſſinen. Juriſd.* 22. *Martii*
1686. §. *final.* coram Card. Matthæjo, *& in Urba-
nien. Canonicatus* 23. *Januarii* 1697. §. *Omiſſo in
fin.* coram R. P. Olmo.

Hinc non reſiſtunt decreta Concilii Tridenti-
ni *ſeſſ.* 24. *capit.* 7. *&* 29. *de Reform.* quod enim
attinet ad *cap.* 7. ſatis eſt reflectere, quod ibi ſo-
lum diſponitur de licentia concedenda vagabun-
dis ad contrahendum matrimonium; unde conti-
net materiam extraneam a terminis noſtris, cum
licentia præfata ad contrahendum matrimonium
longe diſtet ab atteſtatione ſtatus liberi facienda
proprio ſubdito; Quo vero *ad capit.* 30. illud lo-
10 quitur ſuper cognitione cauſarum matrimonialium,
& ſic ſuper re diverſa a puncto, de quo agitur;
Ultra quod cum habeamus tam concordiam ab
Apoſtolica Sede confirmatam, quam immemora-
bilem, dictum decretum *capit.* 30. nihil adverſa-
tur, ut in ſpecie notat ibi Barboſ. *numer.* 53. *&*
54. Gonzal. *ad regul. Cancell. gloſſ.* 33. *numer.* 5.
Ricc. *in prax. cognit. Cauſ. matrimon. tom.* 5. *re-
ſol.* 252. *num.* 1. *& ſeqq.* Rota coram Coccino *de-
ciſ.* 346. *num.* 2. *& dec.* 860. *numero primo*. Prout
etiam dictum decretum Conciliare non compre-
hendit Abbates Regulares, ſed ſolum Decanos,
Archidiaconos, alioſque Prælatos ſeculares Epi-
ſcopos ſubjectos, juxta *dec. in Salamantina Juriſ-
dictionis* coram Card. Aldobrandino, quam re-
fert, & ſequitur Rot. *dec.* 41. *num.* 1. poſt Tam-
burin. *de jure Abb. repetit.* apud Ricc. *ubi ſupra re-
ſolut.* 171. etiam ſi Abbates Regulares nullum ha-
beant territorium ſeparatum, *juxta declarationem
Sac. Congregationis Concil. Trid.* de qua articulo
diſcuſſo Rot. *deciſ.* 42. *&* 44. poſt Tamburin. *de
jur. Abb.* Barboſ. *ad Concil. dicto cap.* 20. *num.* 55.
*verſic. Sed an Abbates*.

11 Præter quam quod ubi etiam hæc facultas dici
poſſet privative ſpectans ad Epiſcopum, & ab eo
inabdicabilis, & adhuc vigore ſupradictæ concor-
diæ poterit ſemper, & poteſt per Abbatem exer-
ceri Vicario jure Epiſcopi, ut firmat Joan. Andr.
*in cap. de Monachis de Prebend. ſub. num.* 10. *verſ.
Verum ſi pleno jure*, Ancharan. *n.* 7. *verſ. Secundo
caſu*, Lothær. *de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 12. *num.* 13.
Barboſ. *de poteſtat. Epiſcop. allegat.* 72. *numer.* 185.
*&* 186. *verſ. Poteſt reſponderi*, qui loquuntur in
terminis Inſtitutionis auctorizabilis, quæ poteſt
eſſe penes Prælatum inferiorem non jure proprio,
ſed vicario nomine Epiſcopi, Innocen. *in cap. in
Lateranenſi num.* 3. *de Prebend.* licet hoc dicatur
ex abundanti, dum Prælatus inferior non eſt inca-
pax dandi atteſtationes, de quibus agitur, & di-
ctum eſt *ſupra n.* 5.

Tranſeundo ad ſecundum dubium, illud etiam
affirmative reſolvendum. Cum enim Presbyteri
locorum Abbatiæ ſint ſubjecti Abbati in crimi-
nalibus, ſaltem cumulative cum Epiſcopo, tum
attenta concordia, tum etiam diſpoſitione lau-
12 di, ubi diſponitur, quod in cauſis criminalibus
cognitio pertineat cumulative ad Epiſcopum, &
Abbatem cum prævantione inter ipſos; inde ine-
vitabiliter ſequitur, quod poſſit Abbas dare teſti-
moniales de vita, & moribus eorundem Presbyte-
rorum recedere volentium de locis Abbatiæ, tan-
quam in hac parte proprius Ordinarius; immo non
ſolum poteſt idem Abbas dictas atteſtationes con-
cedere, ſed neceſſarium videtur, quod eas dare de-
beat, nec ſufficiat ſola atteſtatio Epiſcopi. Quia
poteſt eſſe, quod in Curia Epiſcopi tales Presbyte-
ri non ſint proceſſati, & per contrarium in Curia
Abbatiali ſint inquiſiti de aliquo crimine, ſuper
quo pendeat cognitio, ut in ſpecie firmant Fermo-
ſin. *de poteſt. Cap. Sede Vacante, tract.* 1. *quæſt.* 20.
*num.* 13. Marcheſ. *de Vicar. tit.* 15. *numer.* 45. Ro-
maguer, *ad Conſtit. Gerunden. lib.* 1. *tit.* 2. *cap.* 5.
*num.* 12.

Aſſiſtit etiam Abbati in hoc puncto obſervan-
tia, dum pro tempore Abbates dederunt pacifice
hujuſmodi licentias, ut probatur in facto, & ſup-
ponit etiam ipſum præceptum prohibitivum Epi-
ſcopi, ut tradit Rot. *deciſ.* 42. *ſub numer.* 1. *par.* 13
7. *recent.* & melius Fagnan. *in capit. irrefragabili
§. Exceſſus ſub numer.* 31. *verſ. Dum vero de Offic.
Ordin.*

Ad tertium negative omnino reſpondendum,
quoniam eſt concluſio communiter excepta apud
omnes ſcribentes, quod Parochi poſſint ubique 14
locorum, etiam extra Parochiam audire confeſſio-
nes ſuorum Parochianorum, ut in puncto viden-
di Fagnan. *in capit. ne pro dilatione numer.* 29. *&*
30. *de pœnitent. & remiſſ.* Barboſ. *ad Concil. ſeſſ.*
23. *cap.* 15. *num.* 20. *de reformat. & de offic. & po-
teſt. Paroch. cap.* 19. *numer.* 5. Valer. *de different.
inter utrumque forum in verb. juriſdictio differen.*
10. *numer.* 6. ubi quod etiam Vicarius Parochi id
facere poteſt, *& in verb. ſententia differen. ff.
verſ. at Parochus ubique locorum*, Ripa *in tract.
de peſte cap. fin. num.* 47. *& ſeqq.* Pellizar. *in ma-
nual. tom.* 2. *tractat.* 8. *capit.* 4. *ſect.* 4. *ſub. numer.*
131. *verſ. Addo Regulares Parochos*, a Spiritu San-
cto *in Direct. Confeſſar, de Sacram. pœnit. tract.* 5.
*diſput.* 11. *ſect.* 3. *n.* 737.

Cujus infallibilis concluſionis ratio eſt, quia a-
ctus audiendi confeſſiones non eſt juriſdictionis
contentioſæ, ſed voluntariæ, quæ exercetur ſine
ſtrepitu, & figura judicii; ideoque poteſt in alie-
no territorio exerceri, ut dicunt omnes prællega-
ti, & in terminis juriſdictionis voluntariæ quoad 15
forum internum exercibilis ubique locorum, San-
chez *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 19. *num.* 8. *&* 14. *&
diſput.* 34. *numer.* 1. & in ſpecie confeſſionum ultra
citatos dicunt Fragoſ. *de regimin. Reipub. tom.* 2.
*par.* 2. *lib.* 9. *diſp.* 21. §. 1. *num.* 21. Capon. *diſcept.*
144. *n.* 10. Romaguer. *ad Conſtit. Synodal. Gerun-
den. lib.* 3. *tit.* 11. *cap.* 4. *num.* 8. Leandr. *oper. mo-
ral. tom.* 1. *tract.* 5. *diſp.* 11. *quæſt.* 41. Cardin. de
Lugo *de pœnit. diſp.* 19. *n.* 8. ac etiam, quia juriſ-
dictio fori pœnitentialis non terminatur loco, ſic-
ut illa fori exterioris, ſeu judicialis, ut patet in
Archiepiſcopo, qui viſitando Provinciam poteſt
omnium confeſſiones audire, per Text. *in cap. fin.
de cenſib. in* 6. Ventrigl. *de juriſdict. Archiepiſcop.
cap.* 69. *num.* 1. & in puncto raciocinatur Valer. *in
verb. juriſdictio, & num.* 8. & concordat a Spiritu
Sancto, *ubi proxime d. ſect.* 3. *num.* 737. Baſſeus *in
verb. Confeſſarius n.* 1.

Ad quartum pariter danda eſt reſolutio negati-
va; etenim in ordine ad Parochos, ſeu Vicarios
Regulares nullo modo poteſt Epiſcopus eis prohi-
bere quo minus audiant confeſſiones non ſuorum 16
ſubditorum, dum Regulares, etiam ſi non curati
eo ipſo, quod ab eorum Superioribus deputantur
ad excipiendas ſecularium confeſſiones, & ab E-
piſcopo approbantur, poſſunt indiſtincte audire
confeſſiones cujuſlibet fidelis, ex privilegiis Apo-
ſtolicis, quæ reſtringi nequeunt ab Epiſcopis, ut
optime Gobat. *ſuper Theolog. Sacramen. tract.* 7.
*caſ.* 3. *n.* 99. Fagnan. *in cap. Omnis num.* 57. *& ſeqq.
de pœnit. & remiſſ.* ubi *n.* 73. ampliat, etiam invi-
to Epiſcopo, & latiſſime Ceſped. *de exemption. re-
gular. dub.* 116. *n.* 2. *&* 3.



Digitized by Google

Quo vero ad Parochos, & Vicarios ſeculares, licet eorum Juriſdictio ſit limitata ad ſuos Parochianos, attamen ex conſuetudine poteſt legitime introduci, ut ſubditus unius Parochi alteri Parocho confiteatur, ab eoque valide abſolvatur. Quæ conſuetudo non ſolum hodie eſt fere univerſalis
17 in orbe chriſtiano, dum videmus paſſim quemcunque Chriſti fidelem Parocho non ſuo valide confiteri, ſed etiam eam habemus particularem in diſtrictu, & locis noſtræ Abbatiæ, juxta quam, concurrente reciproco conſenſu inter ipſos Parochos totius diſtrictus indifferenter, unuſquiſque audit confeſſiones incolarum alterius Parochiæ hoc modo invicem ſe adjuvando in adminiſtratione ſacramenti pœnitentiæ; idque poſſe per conſuetudinem introduci teſtatur, & exemplificat Barboſ. *ad Concil. ſeſſ. 23. cap. 15. num. 19. verſ. refertque* Gobat. *ubi ſupra d. caſ. 3. n. 96.*

Præterea multi ſunt caſus, in quibus poteſt quis
18 Parocho non ſuo confiteri, puta ſi ſit vagus ſeu viator, ac ſimiles, de quibus Theologi, & Morales & præſertim Gobat. *ubi ſup. n. 76. & ſeqq.* De Lugo *de Pœnitent. d. diſput. 19. ſect. 2. n. 7. 10. & ſeqq.* Tamburin. *Oper. moral. tom. 2. lib. 5. cap. 4. §. 3. per tot.* Caſtropal. *par. 4. tract. 23. diſput. unica punct. 13. n. 11. & 13.* Ut propterea prohibitio Epiſcopi, ita abſolute concepta de non audiendo confeſſiones non ſubditorum nullo modo ſuſtineatur. Et in ſumma, cum in hoc puncto agatur de intereſſe aliorum Parochorum, quorum Juriſdictio tangitur ſine ullo juridico fundamento, Epiſcopus ad dictam prohibitionem proceſſit, quando ipſi
19 Parochi intereſſati non ſolum non reclamant, ſed petunt ſervari conſuetudinem hactenus retentam, ut in ſpecie, quod in hoc caſu ſufficiat etiam tacitus conſenſus aliorum Parochorum, probat Sanchez. *de matrim. lib. 3. diſput. 27. n. 17. verſ. ſecundo probatur*, Caſtropal. *d. tract. 23. diſp. unica punct. 13. n. 12. verſ. ea præcipue*, Layman. *Theolog. Moral. lib. 5. tract. 6. cap. 10. n. 9.*

Ad quintum pariter negative reſpondendum. Quia loca diſtrictus Abbatiæ non ſunt propriæ ordinariæ Juriſdictionis Epiſcopi, & perperam iſte hanc denominationem ſibi arrogavit in ſuis de-
20 cretis & edictis: ſed loca prædicta, & territorium Abbatiæ juxta tenorem laudi ſunt cumulative ſubjecta ordinariæ Juriſdictioni Abbatis, unde reſultat, quod Epiſcopus poſſit quidem ſe nuncupare Ordinarium dictorum locorum, non autem, quod ea loca ſint propriæ ejus ordinariæ Juriſdictionis, quia hujuſmodi verba ſonant in abſolutam, & privativam Juriſdictionem, quando tamen Epiſcopus vigore laudi non habet niſi meram cumulativam, & vigore concordiæ Caſtrum fuit exemptum ab ordinaria Juriſdictione, ut bene Fagnan. *in dicto cap. cum dilectus n. 35.* Et optime, quod ex illa dictione *proprium* importante proprietatem inferatur dominium abſolutum, & plenum ex doctrina Barthol. *in leg. ſi quis vi §. Differentia n. 4. ff. de acquir. poſſeſſ.* probat Barboſ. *appellat. 225. n. 9. & ſeqq. & num. 12.* Caſtil. *de uſufruct. cap. 75. n. 4.* Mareſcott. *var. lib. 1. cap. 29. n. 64. & ſeqq.* Proindeque corrigendus eſt titulus iſte, quem ſibi arrogavit Epiſcopus reſpondendo negative, ut ſupra Epiſcopum poſſe tantum ſe intitulare Ordinarium dd. locorum.

21 Ad ſextum affirmative. Quia cum laudum præſervet Abbati in locis Abbatiæ Juriſdictionem cumulative cum Epiſcopo in cauſis criminalibus, & mixtis, & privative in civilibus pecuniariis uſque ad certam ſummam, & concordia præcedens in eundem Abbatem transtulerit Juriſdictionem omnimodam, ac merum, & mixtum ſpirituale dominium, pro ut etiam, attento antiquo ſtatu, quando Abbatia erat nullius, idem Abbas haberet Juriſdictionem ordinariam. Ex his omnibus venit in neceſſariam conſequentiam, quod ipſe habea Juriſdictionem ordinariam in prædictis locis, & per conſequens congrue, & rationabiliter poſſit ſe intitulare Judicem Ordinarium abſque eo, quod poſſit iſte titulus ab Epiſcopo prohiberi, dum dicta Juriſdictio non exercetur jure delegato, ſed Jure proprio ratione inveſtituræ factæ in concordia anni 1581. cujus vigore dicitur habere Jura Epiſcopi inveſtientis, & ſic Jura Ordinarii. Quam inveſtituram non abrogavit laudum ſubſequens, ſed ſolum effecit, ut utrique Epiſcopo ſcilicet, & Abbati competeret Juriſdictio in cauſis majoribus, Rota coram Cerr. *deciſ. 744. numer. 12. &* 22
*13.* plene Fagnan. *in capit. irrefragabili §. exceſſus de offic. ordinar. num. 25. & ſeqq.* ubi, quod ſtante cumulativa ab uno ad alium Judicem, non datur appellatio tanquam ad partem *& ſuper numer. 31. verſ. hinc etiam*, ſicut in caſu noſtro appellatio non datur ad Epiſcopum, quando tamen ſi Juriſdictio competeret Abbati Jure delegato daretur appellatio ad Epiſcopum delegantem *cap. ſuper queſtionem §. fin. de Offic. Delegat.* Fagnan. *in d. cap. irrefragabili n. 29.*

Non obſtat, quod de anno 1696. 5. Decembris Sac. Congregatio Concilii ad dubium propoſitum — *An Abbas poſſit ſe nuncupare Ordinarium locorum Abbatia* — reſponſum dederit negative. Quoniam valde differunt inter ſe iſta duo: 23
nempe ſe intitulare *Ordinarium* loci, & ſe intitulare *Judicem ordinarium* loci: quia primus Titulus eſt abſolutus, & proprius Epiſcopi per antonomaſiam ſignificans abſolutam poteſtatem generalem Epiſcopo competentem in ſua Diœceſi; ſecus vero reſpectu alterius Tituli: Quia nuncupare Ordinarium, ſeu ſimplicem Judicem, qui Titulus omnino permittendus eſt Abbati, eo ipſo, quod vigore concordiæ, & laudi revera fuit factus Judex ordinarius cumulative, & privative per inveſtituram; nec eſt credendum, quod Sac. Congregatio in dicto decreto anni 1616. voluerit ſub involucro verborum abdicare ab Abbate Juriſdictionem ordinariam, quam habet ex dicta concordia, & laudo Apoſtolica auctoritate confirmato, & per partes acceptato.

Ad ſeptimum negative. Quia cum Monaſterium Balnei, & aliæ Eccleſiæ ab eo dependentes gaudeant exemptione per ſummos Pontifices conceſſa Eccleſiis, & locis Regularibus, indubitatum 24
eſt, quod in illis, in quibus exercetur cura animarum perſonarum ſecularium Epiſcopus non habet Juriſdictionem ordinariam, niſi quoad ea, quæ dictam curam, & adminiſtrationem ſacramentorum concernunt; in aliis vero actibus, prout, & in ceteris Eccleſiis non curatis nullam habeat Juriſdictionem, quam delegatam, ut omiſſis generalibus docet in individuo Monaſterii, & Eccleſiarum, de quibus agitur Fagnan. *in d. cap. cum dilectus numer. 41. & ſeq. de Religioſis Domibus*. Et revera incongruus omnino videtur Titulus Ordinarii ſibi arrogatus ab Epiſcopo in Monaſterium, dum nemo poteſt vocari Ordinarius Conventus Regularis, niſi ejus proprius, & particularis Prælatus, qualis eſt Abbas, non autem Epiſcopus, *Canon. nullum 16. q. 1.* & late Corneus *conſil. 193. per tot. tom. 2.*

Ad octavum affirmative. Quia quamvis perſonæ Eccleſiaſticæ non poſſint ſe ſubjicere examini in foro laico, niſi prævio præcepto Superioris Eccleſiaſtici, Farinac. *de Teſtibus quæſtion.* 
*61. numer. 97.* hujuſmodi tamen licentia non eſt 25
privativa Epiſcopi, ſed competit cuicunque Judici Eccleſiaſtico habenti Juriſdictionem in perſonas Eccleſiaſticas, & proinde pertinere debet cumulative etiam ab Abbatem, qui eſt Judex ordinarius Eccleſiaſticus in cauſis criminalibus mixtis, & aliis, & habet merum, & mixtum ſpirituale dominium virtute inveſtituræ in concordia factæ. Cumque hanc facultatem ſibi Epiſcopus non retinuerit, ſicut alias retinuit, & ſpecificavit, cenſetur transtuliſſe in Abbatem inveſtitum, ut in puncto noſtræ concordiæ Fagnan. *in dicto cap. cum dilectus numer. 37. & 38. de Religioſ. Domib.* & clare oſtendit obſervantiam ſubſecutam, juxta quam licentiæ, de quibus agitur,

fuerunt

fuerunt conceſſæ per Abbates. Quæ obſervantia quanti valeat, docent allegati ſuperius in primo dubio *num.* 8.

Ad nonum, quidquid ſit de jure communi, & Conſtit. Gregorii XV. attenta tamen diſpoſitione laudi, in quo talis facultas non fuit ſpecialiter Epiſcopo attributa, videtur affirmative reſponden-
26 dum, cum vigore concordiæ id poſſe Abbas explere, tanquam in ea non reſervatum, & concurrente etiam inveterata conſuetudine ex partitis librorum Abbatiæ, in quo ſane rem non novam aggredimur, dum favore Abbatis Farſen. licet non habentis territorium ſeparatum, nec Juriſdictionem in Parochum, & populum reſpectu Eccleſiarum Diœceſis Montis Alti, de quibus in concordia inter ipſum, & Epiſcopum inita, alias in hoc præciſo articulo affirmative reſpondit Sacra Congregatio Concilii *in Nullius Farſen. juriſdictionis* 15. *Januarii* 1684. *ad primum dubium*.

Ad decimum tandem, & ultimum dubium negative reſpondendum: Quia habemus in hoc apertiſſimam diſpoſitionem laudi anni 1635. ubi decernitur, quod Abbas ſolus, & ſine approbatione Epiſcopi, poſſit per ſe providere Eccleſiis, in quibus ſine concurſu exercetur cura per Vicarium,
27 qualis eſt ipſa Eccleſia Monaſterii, cujus cura ineſt Abbati, & exercetur per Vicarium Monachum, & de qua etiam Eccleſia Monaſterii intelligi debet diſpoſitio laudi, licet de ea ſpecialem mentionem non faciat, ut apud Rot. coram Cerro *dict. deciſ.* 723. *numer.* 1. *& deciſ.* 744. *ante numer.* 1.

Non enim eſt inconveniens, ut in aliquibus caſibus Rectores Parochialium præſertim earum, quarum cura ineſt Monaſterii, non examinentur ab Epiſcopis, ſed per Abbates, ut de Abbatibus habentibus utranque Juriſdictionem in loco, & de Monaſteriis, quæ ſunt capita Ordinum, diſponit S. Conc. Trid. *ſeſſ.* 23. c. 11. *de regul.* & proinde non eſt auferenda Abbati hæc prærogativa ei ſpecialiter conceſſa in laudo per Sedem Apoſtolicam in forma ſpecifica confirmato.

Immo in terminis præciſis juris communis hoc ipſum firmat Henriquez. *in ſumma lib.* 6. *tit. de Sacram. Pœnitent. cap.* 6. *litt.* E. ibi – *Pro Parochia annexa Monaſterio Prælatus Regularis aſſignat Vicarium ſine alia Epiſcopi approbatione* – Et allegat alios concordantes, & relato Henriq. idem ſuſtinet Ceſped. *de exempt. regul. dub.* 172. *num.* 3. cujus tamen opinionem impugnat Pellia. *in Manual. tom.* 2. *tract.* 8. *ſect.* 4. *cap.* 4. *num.* 131. *verſ. at Modo*.

Propoſita Cauſa in Sacr. Congregatione ſub
28 die .... Auguſti 1698. emanarunt ſequentes reſolutiones.

*ad* 1. *Ad Sac. Congr. S. Officii.*
*ad* 2. *Indigere teſtimonialibus Epiſcopi, & Abbatis.*
*ad* 3. *Negative.*
*ad* 4. *Negative.*
*ad* 5. *Affirmative ad formam laudi.*
*ad* 6. *Affirmative in illis cauſis, in quibus habet cognitionem ad formam laudi.*
*ad* 7. *Negative.*
*ad* 8. *Dilata.*
*ad* 9. *Negative.*
*ad* 10. *Negative ad formam laudi.*

ADde ad ea, quæ ſuperius dicta ſunt *numer.* 3. circa reſervationem Pontificalium, ſeu eorum, quæ ſunt Ordinis factam in inveſtitura Abbatis, quod talis reſervatio ineſt de Jure, quia, cum Abbas non ſit capax eorum, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis, ſequitur, ut ſi Epiſcopus transferat aliquam Eccleſiam in Abbatem pleno jure, non dicantur translata quæ ſunt Ordinis, quicquid ſecus ſi transferas Eccleſiam in alterum Epiſcopum, quo caſo veniunt omnia tam Juriſdictionis, quam Ordinis Epiſcopalis, juxta theoricam Innoc. *in cap. in Lateranen. de Præb. ſub numer.* 4. *& in cap. Paſtoralis num.* 6. *&* 7. *de donat.* ubi Hoſtien. *numer.* 6. Anchar. *num.* 1. Zabarell. *num.* 17. Imol. *num.* 24. Butr. *num.* 6. Joan. Andr. *n.* 5. *in fin.* Jo. Andr. *in cap. de Monachis de præben. num.* 10. ubi Anchar. *num.* 2. Zabarell. *num.* 19. *&* 20. Imol. *num.* 7. Lapus *alleg.* 139. *num.* 14. Ratio eſt, quia ſecundum qualitatem recipientis facta cenſetur Eccleſiæ translatio, ut dicunt præallegati, Rot. *in Pampilon. Vicariæ* 14. *Martii* 1684. §. *minus, &* §. *fin.* cor. Emerix.

Ex quo principio videmus, quod ſi Epiſcopus concedit Eccleſiam alicui Archidiacono ſitam intra limites Archidiaconatus, in qua idem Archidiaconus nullum jus, vel uſum habebat, cenſetur Eccleſiam ipſi tanquam Archidiacono ſubjeciſſe, In- 30
nocent. *in dict. capit. Paſtoralis numer.* 1. Imol. *num.* 30. Hoſtien. *num.* 1. Aoania *num.* 7. ſic etiam ſi donat Eccleſiam Monaſterio exempto cum Capellis habitis, & in futurum habendis, donaſſe illam cenſetur, ut ſit exempta, non autem proventus temporales ipſius Epiſcopi, ea ratione, quod ex qualitate Monaſterii recipientis tanquam exempti etiam cum Capellis acquirendis metiri debemus donationem, ut Eccleſia noviter acquiſita ejuſdem juris eſſe cenſeatur, cujus ſunt ceteræ ejuſdem Monaſterii exempti Capellæ, Innoc. *in eodem cap. Paſtoralis num.* 1. Jo. Andr. *num.* 2. Hoſtien. *num.* 1. *verſ. ſi vero*, Butrius *num.* 4. Anchar. *num.* 6. Zabarell. *num.* 5. Barbat. *num.* 15. & pari fundamento ſi Princeps donet aliquod Caſtrum alteri Principi paris dignitatis, transfert in ipſum majorem Juriſdictionem; ſecus ſi donatio fiat ſubdito inferiori, Rolan. a Valle *conſ.* 4. *num.* 39. *cum ſeqq. lib.* 3.

Circa inſtitutionem auctorizabilem, hæc non tranſit in Prælatum inferiorem in generali conceſſione, quam facit Epiſcopus, quantumcunque enim generaliter Eccleſiam a ſua Juriſdictione eximat; nihilominus remanent ſemper penes eum cer- 31
ta jura Epiſcopalia, veluti correctio, viſitatio, jus reverentiale, charitativum ſubſidium, inſtitutio auctorizabilis, & tandem ea omnia, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis, a quibus eximere ſubditos ſuos Epiſcopus non valet, niſi Pontificis auctoritate id faciat, vel talis conceſſio per Pontificem confirmetur, Gonz. *eod. cap. Paſtoral. ſub num.* 2. Inſtitutio autem auctorizabilis eſt licentia, quam dat Epiſcopus proviſo ab inferiori Prælato, ad quem pertinet collatio, licentia, inquam, adminiſtrandi ſacramenta in populum, & exercendi curam animarum, Gonzal. *in cap. cum ſatis numer.* 3. *verſic. tandem de offic. Archidiac.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. allegat.* 72. *num.* 173. *verſ. alium*.

Si tamen Epiſcopus concedat inferiori Eccleſiam cum clauſula *pleno Jure* utranque inſtitutionem ſcilicet collativam tituli, & auctorizabilem manere penes inferiorem, ait Lother. *lib.* 2. *quæſt.* 12. *num.* 13. & dixi ſupra *num.* 11. non tamen jure proprio, ſed Vicario Epiſcopi, credo tamen, quod conceſſio debeat confirmari per Papam, alias non valeret, ut dixi ex Gonz. *in d. cap. Paſtoralis ſub num.* 2.

In quadam cauſa cum perſona ſuſpecta de uſurpatione prætenderet probare juſpatronatus in Parochiali præſumptive per immemorabilem, & præſentationes 50. annorum effectuatas, juxta formam Concilii Tridentini, allegabat antiquiſſimam conceſſionem ejuſdem Parochialis factam ab Epiſcopo favore Prælati inferioris auctoritate Apoſtolica confirmatam, in qua dicebatur transferri jus *inſtitutionis*, *correctionis*, *& reformationis*, & credebat probare ex illis verbis – *inſtitutionis* – quod uſque tunc Eccleſia eſſet patronata, ex quo inſtitutio ſupponit Eccleſiam conferri ad præſentationem, quod tamen erat æquivocum manifeſtum, dum illa verba ſignificabant jus inſtitutionis auctorizabilis, quod Epiſcopus videbat concedere inferiori in Eccleſia curata ſpecifice

ad tollendum dubium, quin cenſeretur translatum, cum alias in generali conceſſione non veniat ex prædictis, junctis aliis circumſtantiis, quæ id evidentiſſime manifeſtabant; & quod inſtitutio auctorizabilis non veniat in donatione, ſeu conceſſione Eccleſiæ, etiam ſi Papa eam eximat ab Epiſcopo, & inferiori Prælato concedat, docet Innoc. *in dict. cap. Paſtoralis ſub num. 2. verſic. non intelligo populum exemptum*, Hoſtien. *numer.* 6. Zabarell. *num.* 14. Ancharan. *num.* 9. Butrius *num.* 4. *in fine*, Barbatia *num.* 15.

## PROVINCIÆ HISPANIÆ

Confirmationis Electionis

## INTER PRÆLATUM

## REGULAREM,

& Inferiores eligentes.

## ARGUMENTUM;

Plene diſceptatur, quando poſſit nec ne caſſari electio valida ex parte formæ, & perſonæ ex cauſa tantum extrinſeca nota Prælato ex notitiis ſecretis, & ad bonum publicum ſpectante.

## *SUMMARIUM.*

1 *Ex triplici cauſa poteſt caſſari electio.*
2 *Ut caſſari poſſit ex cauſa extrinſeca reſpiciente bonum publicum, hoc debet probari.*
3 *Nemo repente mutatur de bono in malum, ſed paulatim.*
4 *Quando dici nequeat relaxata Provincia Religionis.*
5 *Materia objectiva non eſt de facili credenda, & præſumenda.*
6 *Quando electus præſumi debeat habilis, & dignus.*
7 *An Prælatus ex notitiis privatis poſſit caſſare electionem; vide num.* 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. *&* 18.
19 *Raro accidit, ut electio caſſetur ex cauſa extrinſeca.*
20 *Sola dubietas cauſæ extrinſecæ ſufficit ad hoc, ut electio caſſari nequeat, & numero* 21.
22 *Non poteſt Prælatus coarctare electores ad eligendum unum ex ſex propoſitis ab ipſo ſub pœna nullitatis.*
23 *Reſolutio Cauſæ.*

## DISCEPTATIO XXI.

PRocedendo etiam cum theorica, quam tradit Paſſerinus *de Election. cap.* 33. *num.* 150. quod nempe ex triplici tantum genere cauſarum, electiones caſſari valent. Primo ex defectu formæ.
1 Secundo ex defectu Perſonæ electæ; & tertio ex cauſa extrinſeca ſpectante ad bonum publicum, etiam nullo præſuppoſito defectu vel in forma, vel in perſona, quam cauſam exemplificat *num.* 63. ex Panorm. *in cap.* 1. *num.* 8. *de election. & aliis*; utique in caſu, de quo agitur, electionem Superioris, cui nulla ex hujuſmodi tribus cauſis obiici poteſt, cenſeo fuiſſe injuſtiſſime caſſatam per Prælatum, cujus propterea caſſatione circumſcripta, ea venit omnino confirmanda ad Text. *in capit. poſtquam* 3. *de election.* ubi Gloſſ. *in verbo impleantur*, Butr. *num.* 5. Panormit. *num.* 1. Barboſ. *num. eod.* Paſſerin. *d. cap.* 33. *quæſt.* 9. *num.* 55. *&* 56. *& quæſt.* 11. *numer.* 135. *in fine* Peyrin. *tom.* 1. *de Offic. Subdit. Regular. quæſt.* 31. §. 11. *verſ. dico undecimo*, Caſtellin. *de Elect. capit.* 14. *numer.* 36. Pignatell. *conſult.* 46. *numer.* 4. *&* 5. *tom.* 10.

Non enim huic electioni opponi poteſt aliquod vitium ex parte formæ, ſeu perſonæ, minuſque cauſa extrinſeca pertinens ad bonum publicum, ſuper qua tantum reſtringitur hodierna contradictio, & quæſtio; Quoniam pro cauſa extrinſeca allegatur ſuppoſita relaxatio Provinciæ circa diſciplinam Regularem, & neceſſitas habendi Superiorem aptum reformationi ſubditorum; & tamen hujuſmodi ſuppoſitum eſt merum figmentum, quod nec plene, nec ſemiplene probatur, ſed ſolum oretenus circumfertur contra omnem Juris regulam, quæ in judiciis probationes expoſcit, & 2
maxime in hac materia, ubi agitur de caſſando actu electionis legitime, & canonice facto, quo caſus opus eſt, ut cauſa extrinſeca reſpiciens bonum publicum, ſit concludentiſſime probata, ut optime, diſcuſſo articulo, firmat Paſſerin. *de elect. d. cap.* 33. *quæſt.* 11. *ex num.* 132. *ad plur. ſeqq.* & præcipue *num.* 143. ubi obſervat ſufficere dubietatem cauſæ non bene, & ſufficienter probatæ, ad hoc, ut electio caſſari non debeat ibi — *neque caſſare poteſt electionem alias validam ex cauſa dubia extrinſeca conducente ad bonum commune, neque enim electus, aut eligentes privandi ſunt Jure certo, quod habent ad confirmationem ex dubia neceſſitate boni communis, & in dubio potior eſt conditio poſſidentis Jus certum.*

Immo non ſolum talis relaxatio Provinciæ non probatur, ſed potius duæ ſingulares demonſtrationes illam penitus excludunt; quarum prima eſt, quod Prælatus tribus retro annis hanc Provinciam declaravit obſervantiſſimam. Unde præſumptio eſt, quod Provincia hodie ſit eadem, ac prius in obſervantia Regulari, cum non poſſit excogitari, & præſumi caſus adeo enormis, inſolitus, & extravagans, quod breviſſimo trium annorum ſpatio univerſum Provinciæ corpus evaſerit vitioſum, & relaxatum, quia *nemo repente fuit turpiſſimus, accipient se paulatim &c.* inquit Juvenal. *Sa-* 3
*tyr.* 2. *verſ.* 83. & probat Text. *in leg. non omnes* §. *a Barbaris ff. de re milit. & auth. ſed quamvis C. de rei uxor. act.* Everard. *in loco a tempore ad tempus num.* 4. *&* 8.

Altera eſt, quod Prælatus ante electionem propoſuit electoribus ſex Religioſos eligendos tanquam zelantiſſimos, & maxime dignos officio Provincialatus, de quo agitur; unde hoc factum mirabiliter retorquetur ad excludendum ſuppoſitum Provinciæ relaxatæ; Nemo enim ſenſati judicii ſibi ſuadere poteſt relaxatam eam Provinciam; cujus etiam unicus Conventus producere valet tot homines dignos, juxta argumentum de parte ad to- 4
tum in Jure receptiſſimum, de quo in *l. quæ de toto ff. de rei vendic.* Rimin. Jun. *conſ.* 510. *n.* 171. *tom.* 5. *& conſ.* 633. *n.* 48. *tom.* 6. Rot. *dec.* 174. *n.* 5. *part.* 1. *rec.*

Quæ duæ demonſtrationes elicitæ ex facto & verbis ipſius Prælati, junctis atteſtationibus ſuper diligenti obſervantia Provinciæ nonnullorum Epiſcoporum, excludunt totaliter ſomniatam relaxationem Provinciæ, quæ ceteroquin uti materia objectiva, non eſt de facili credenda, & præſumenda, ſed contra illam capienda eſt omnis interpretatio, ad Text. *in cap. fin. de præſumpt.* & optime 5
in terminis Pignat. *conſult.* 18. *n.* 6. *tom.* 1.

Verum ubi etiam verificari poſſet talis decantata relaxatio Provinciæ, adhuc exinde non ſequitur eſſe caſſandam electionem jam electi, niſi probetur eum totaliter inhabilem fore ad effectum reformandi Provinciam: quod tamen non ſolum minime probatur, ſed potius conſtat, illum eſſe habiliſſimum, ut ex copioſis requiſitis plene probatis, eandemque ſtabilitatem oſtendit judicium, & conſenſus tot electorum, qui in ejus favorem 6
conſpirarunt, tam in actu electionis, quam in mandato procuræ ad petendam confirmationem; Tanta enim multitudo religioſiſſimorum hominum non debet præſumi allucinata ad conſentien-

dum

dum in viro minus habili, ſeu inſufficienti, ut in puncto conſiderat Pignat. *Conſult. Canon. tom.* 10. *Conſult.* 38. *num.* 8. *verſ. de laudabili*, & generaliter Text. *in leg. hac conſultiſſima in fine C. qui Teſtam. facere poſſit*.

Neque adverſantur notitiæ privatæ, ex quibus Prælatus ſupponit, ſe eſſe inſtructum de inhabilitate electi, quodque ex eiſdem privatis notitiis agnoſcat futuras diſſenſiones, & ſcandala in Provincia, ſi jam electus confirmetur; ideoque hujuſmodi notitiæ ſufficiant, licet privatæ, & ex-
7 trajudiciales ad caſſandam electionem, juxta doctrinam Bannes 22. *queſt.* 67. *art.* 2. & alios ejus ſectatores.

Quoniam reſpondeo, opinionem Bannes eſſe
8 communiter reprobatam; ſupponit enim ex privatis notitiis poſſe Superiorem ſuo arbitrio, & conſcientia ceſſare electionem etiam canonice factam, quod dictum, ſi eſſet verum, Sacra Congregatio, quæ præciſe contra violentiam Superiorum Regularium fuit inſtituta, remaneret in hac parte fruſtratoria, & ſine ulla Juriſdictione; Nam contra omnes recurſus, qui fierent adverſus caſſationes, vel confirmationes electionum factas per Superiores Regulares, poſſent iſti opponere, ſe bene proceſſiſſe ex cauſa rationabili animum eorum movente, habita ex notitiis privatis, de qua ſoli Deo rationem reddere tenentur, ut male putavit Barboſ. *lib.* 1. *voto* 3. *num.* 36. & 56. ita, & taliter, quod eſſet dare campum eiſdem Prælatis Regularibus impune committendi exceſſus, nem-
9 pe præficiendi gubernio indignos, & per contrarium ab eo excludendi meritiſſimos, ac dignos, & ſimul dare illis iniquam licentiam judicandi, parte inaudita, & indefenſa, quæ ceteroquin ſi ſciret atteſtationes, & inſtructiones privatas, ex quibus movetur confirmator, poſſet eas redarguere de mendacio, vel reddere ſuſpectas, vel alia exceptione elidere; Et propterea merito opinionem Bannes late confutavit Paſſerin. *de election. cap.* 33. *queſt.* 11. *ex num.* 132. *ad plur. ſeqq.* ſignanter *num.* 144. & 148. & cum eo concordat Peyrin. *ad Conſtitut. Minim. tom.* 3. *in formular. Litt.* C. *cap.* 17. *numer.* 7. *in fin.* dicens ibi, *quod eſt valde rationabile & ad obviandum fraudibus optimum remedium* – Portell. *in dub. regular. part.* 2. *caſ.* 5. *num.* 3. Lavor. *de elect. cap.* 23. *numer.* 59. A Spiritu Sancto *in director. Regular. tit. de election. tract.* 5. *diſp.* 5. *ſect.* 4. *numer.* 56. *verſ. Contrariam*.

Quamobrem ſpernendi ſunt Barboſa *dict. Voto* 4. & Donat. *tom.* 2. *tract.* 7. *queſt.* 9. & quotquot alios ſectatores habuit opinio Bannes; Quippe eorum aſſumptum erronee fundatur in *cap. indemnitat.* §. *ſane de elect. in* 6. & *in Clem. exivi de verb. ſignif.* §. *Demum*, ubi cum diſponatur, quod Superior, antequam confirmet, vel irritet electionem, inquirat ſine ſtrepitu, & figura judicii non ſine manifeſto equivoco crediderunt, quod idem eſſet procedere ſine figura judicii, ac pro-
10 cedere ex notitiis privatis, atque ſecretis, itaut non poſſit moveri quæſtio contra confirmatorem, quod male egerit, nec minus acquiratur citatio, ut peſſime inter alios equivocavit Barb. *dict. Voto* 4. *num.* 36. Quando tamen præallegati Textus nihil aliud concludunt, quam quod confirmator non teneatur procedere cum ſolemnitatibus, & ſcrupuloſis rigoribus telæ judiciariæ, ſed neque per umbram excludunt ea ſubſtantialia judicii, quæ ſunt de Jure naturæ, & conſiſtunt in tribus, ſcilicet citatione; probationibus, & defenſionibus, quæ quidem ſubſtantialia ſervare tenetur etiam ille, qui procedere poteſt abſque ſtrepitu, & figura judicij, ſola facti veritate inſpecta, & iis attentis certum eſt, quod pars debet oculariter videre probationes in publicum deductas, contradicere illis, ac ſeſe defendere, non autem pati condemnationem in bona fide Prælati, qui dicat, ita ſibi conſtare ex documentis in mente, vel in ſacculo retentis, ut egregie redarguendo contrarios ratiocinatur Paſſerin. *de Election. dict. cap.* 33. *numer.* 141. & *ſeqq. ſignanter numer.* 152. *verſic. nec obſtat*, & *numer.* 153. *verſic. Etenim modus*.

Ceterum tam memorati Textus, quam opinio Bannes, & aliorum non applicantur caſui noſtro, eo quia loquuntur tantummodo in prima inſtantia, quando videlicet negocium ventilatur coram 11
confirmatore, tunc enim tranſeat, quod ille moveri poſſit ex notitiis privatis, ac ſecretis; ſecus vero eſt in ſecunda inſtantia, ſeu in gradu recurſus in Sacra Congregatione, ut eſt caſus hodiernus, quia tunc ſi Prælatus prætendit ſe bene proceſſiſſe ad caſſationem electionis ex cauſis reſultantibus ab aliqua notitia privata, debet eas manifeſtare, & probare concludenter in foro externo, & ſupremo, in quo non gerit amplius figuram Superioris, ſed partis contradicentis, & intereſſatæ, cui proinde ad ſuſtinendum proprium actum, non creditur circa cauſas, ex quibus aſ- 12
ſerit irritaſſe electionem, ut bene omnia evacuando obſervat Paſſerin. *in allegat. capit.* 33. *numer.* 149. & *numer.* 147. *in fine*, ubi adducit opinionem Barboſæ contrarium tenentis, eamque reprobat *in ſeq. num.* 148. idque probant etiam dicta quamplurium ex contrariis doctoribus, qui licet ſuſtineant poſſe Superiorem caſſare electiones ex cauſa deſumpta ex notitiis ſecretis, tamen ſubjungunt, quod eadem cauſa debeat eſſe gravis, & rationabilis, ac quæ apta ſit juridice probari, ſi fuerit neceſſe, quæ neceſſitas intelligi nequit, niſi in gradu recurſus, ubi reddenda eſt ratio tribunali ſupremo, ut legere eſt apud Donat. 13
*dict. tract.* 7. *queſt.* 9. *num.* 7. Caſtellin. de *Elect. cap.* 14. *num.* 56. Peyrin. *in dict. formular. litt.* C. *cap.* 18. *num.* 6. *verſic. intelligunt*, Lavor. *de Elect. tit.* 4. *cap.* 25. *num.* 59. A Spiritu Sancto *in Directorio Regular. tit. de Election. tractat.* 5. *diſputat.* 5. *ſect.* 4. *numer.* 55. Pellizar. *in manual. tom.* 3. *tract.* 9. *cap.* 1. *numer.* 59. *verſic. Quem tamen*.

Et patet ratione, quia quando negocium eſt delatum coram Judice ſupremo, tunc propter op- 14
poſitionem partis procedendum eſt judicialiter, & ideo judicialiter probandæ ſunt cauſæ, ob quas electio fuit caſſata, ut tenent Mareſcott. *var. reſol. car.* 52. *numer.* 30. *lib.* 1. Sigiſmund. *de election. dub.* 44. *numer.* 8. Donat. *part.* 3. *tract.* 7. *queſt.* 5. *num.* 9. Paſſerin. *ubi proxime numer.* 140. *verſ. quod tamen*, ſive etiam quia tam Judici, quam alteri Superiori aſſerenti, ſe aliquid feciſſe ex juſta cauſa, non creditur, niſi iſta probetur, & quidem juridice, ſeu publice, & palam in Judicio, non autem latenter, & ſub cappa, ne alias aperiatur via paſſionibus privatis, quibus etiam Superiores Regulares eſſe obnoxios, cum ſint homines ſicut alii, ponderat in hoc articulo Paſſerin. *dict. capit.* 33. *num.* 146. *verſic. Et eſſet explanata via paſſionibus &c.* Peyrin. *ubi ſupra numer.* 7. *in fine*. Et 15
in ſpecie, quod Superiori Regulari, aſſerenti, ſe aliquid feciſſe ex juſta cauſa, non credatur, niſi de ea legitime conſtet, tradunt Navar. *conſ.* 56. *n.* 2. *lib.* 3. *tit. de regular.* Donat. *tom.* 3. *tr.* 12. *queſt.* 58. *num.* 4.

Sed extra difficultatem, quando notitiæ privatæ, quas habere ſupponit Prælatus, tendunt ad probandam inaptitudinem, & inhabilitatem noſtri electi, quo caſu cum ei, & electoribus irrogetur infamia, ſine dubio probationes eſſe debent juridice probatæ, ut admittit, ſe limitando idem Donatus in contrarium allegatus *dict. tractat.* 7. *diſputat.* 9. *numer.* 10. prout etiam ſupradictas probationes eſſe debere concludentiſſimas pro indubitato ſcripſerunt Pignatell. *conſultat. Canonic. tom.* 10. *conſult.* 18. *numer.* 4. & *Conſ.* 40. *numer.* 18. Paſſerin. *dict. cap.* 33. *num.* 153. & 164. Caſtellin. *de elect. cap.* 4. *n.* 30. Barb. *vot.* 35. *num.* 15. *lib.* 2.

Accedit prædictis aut inveriſimilitudo, aut inſubſiſtentia prætenſarum notitiarum, quas allegat

Prælatus, dum ex illis prætenditur eſſe juſtificatum, quod noſter electus non ſit habilis ad gubernium hujus Provinciæ, quodque ſi confirmetur, timeantur ſciſſuræ, & ſcandala, & tamen circa inhabilitatem electi, ſatis docetur, eam eſſe
17 inſubſiſtentem ex graviſſimis atteſtationibus deſuper datis, quæ prævalere debent aſſertis notitiis ſecretis, ut in puncto notavit Pignatell. *in citata Conſul.* 18. *num.* 6. *verſic. idque maxime*, *tom.* 10. circa vero diſcordias, & ſcandala, neſcitur a quibus naſci poſſint, dum major pars electorum Provinciæ dederunt ſuffragium electo, omneſque pacifice eum recognoverunt in electum, ut in terminis, quod diſcordiæ non poſſint allegari, præſumi, & timeri, quando, ut in caſu noſtro, electio facta eſt in magno exceſſu votorum, &
18 quando poſtea etiam alii convenerunt in electum recognoſcendo illum, tradunt Peyrin. *in formul. litt.* C. *dict. cap.* 18. *num.* 6. *verſic. putant*, *& verſic. quod tamen*, Donat. *tom.* 2. *tract.* 7. *quæſt.* 9. *numer.* 5. Caſtellin. *de Election. cap.* 14. *num.* 58. a Spiritu Sancto *in Director. regul. ubi ſupra num.* 53. nunquam enim præſumi poteſt, quod electores veniant contra proprium conſenſum, obſtante diſpoſitione Text. *in capit. nulli de Elect. in* 6. Paſſerin. *de Electio. cap.* 32. *num.* 34. Lezan. *conſult.* 53. *numer.* 73. & præſertim, cum electio fuerit adeo voluntaria, pacifica, & canonica in perſonam electi, quem electores cenſuerunt eligere ut digniſſimum.

Et demum urget in hoc puncto conſideratio Paſſerin. *de Election. dict. cap.* 33. *num.* 35. *verſic. ſed ſolum*, *& num.* 159. *in fine*, ubi advertit, quod
19 raro in praxi contingit, electionem validam in parte formæ, & perſonæ caſſari, ex rationabili cauſa extrinſeca reſpiciente bonum publicum ibi – *Raro evenit, quod electiones valida ex parte electionis, & electi caſſentur, cum nec poſſint caſſari, niſi ex rationabili cauſa extrinſeca, quæ de raro evenit* – unde neſcitur, quo juridico fundamento hodie prætendatur caſſari electio validiſſima ex parte formæ, & perſonæ ex cauſa extrinſeca nullibi juſtificata, & ſolum retenta in abſcondito, ſeu in mente Superioris Regularis. Quando tamen ea etiam in judicium plene devoluta poteſt everti, ſeu
20 reddi fallax ejus probatio, aut ſaltem minus concludens, & talis, ut res evadat dubia, quod ſatis eſt ad intentum, cum ſufficiat ſola dubietas cauſæ extrinſecæ ad hoc, ut electio valida ex parte ſui, & electi caſſari non poſſit, ut inquit Paſſer. *de Elect. dict. cap.* 33. *num.* 143. cujus verba ſuperius tranſcripſi *num.* 2.

Cujus concluſionis duplex eſt ratio; Altera,
21 quam aſſignat Paſſerin. *ubi proxime*, ſcilicet, quia electus, & eligentes ex dubia cauſa extrinſeca privari nequeunt jure certo, quod habent ad obtinendam confirmationem electionis canonice factæ; Altera vero ratio eſt, quia quod talis electio nullum habens vitium ex parte formæ, ſeu perſonæ, adhuc poſſit caſſari ex cauſa extrinſeca, eſt violenta indulgentia juris, quod propter bonum publicum patitur ſe relaxari, privando eligentes, & electum jure ſuo, ut notat Roman. *conſ.* 332. *numer.* 13. Ideoque talis cauſa pleniſſime & juridice probanda venit, alias in dubio electio canonice facta caſſari non valet, & huc pertinet illud, quod in propoſito optime obſervat Paſſerin. *de Election. in ſæpe citato cap.* 33. *num.* 159. quod nempe ibi – *Non eſt tam facile, ut electiones ex ſola extrinſeca neceſſitate boni communis caſſentur*.

Non inſiſto ſuper Propoſitura facta per Præla-
22 tum de eligendo unum ex ſex ab ipſo expreſſis, cum ea fuerit notorie nulla ex defectu poteſtatis in coarctanda electione; maxime ſub comminatione nullitatis actus, quod fuit contra expreſſum Textum in *cap. cum Terra de Elect.* imo contra ipſa Religionis ſtatuta, in quibus cavetur, quod ſi electores eligant alium dignum, qui non ſit de contentis in Propoſitura, Superior debet electionem confirmare, ut in puncto legi poteſt Donat. *tom.* 2. *tract.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 15. non potuit ergo infirmare ab initio id, quod factum poſtea confirmare tenebatur, & ſumma quidem ratione, quia libertas eligentibus reſtringi nequit ad paucos, urgente notiſſimo dicto Plinii Jun. in Panegyric. ad Trajan. nempe ibi – *Imperaturus omnibus, eligi debet ex omnibus* – Quod dictum refert Gonz. *in cap.* 1. *numer.* 5. *de Election.* & plene dixerunt Portell. *in dub. regul. part.* 2. *cap.* 48. *verſic. ultimo dico*, Pignatell. *conſult.* 78. *num.* 9. *tom.* 10. *&* alii paſſim.

Juxta prædicta obtinui in S. Congreg. Epiſcoporum, & Regularium ad relationem Eminentiſſimi D. Cardin. Aciajoli, quæ ſub die 13. No- 23
vemb. 1699. reſpondit, *Electionem eſſe confirmandam*.

Similis huic quæſtioni eſt illa de Epiſcopis, qui negant aliquem ordinare, quamvis enim Concilium Tridentin. *ſeſſ.* 21. *cap.* 2. *de reform.* reponat in arbitrio Epiſcoporum aſſumere ad Ordines eos, quos ipſi judicaverint aſſumendos; unde inferunt doctores, quod ſi Epiſcopi injuſte recuſent ordinare, ſolum Deum judicem habebunt, nec proinde detur appellatio, quia Superior non poteſt animum, & conſcientiam inferioris immutare, ut dicunt Barboſ. *in dict. capit.* 2. *ſeſſ.* 21. *numer.* 54. Ricc. *in prax. reſol.* 587. Covar. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 3. *verſ. at ab eo*, nihilominus paſſim ab injuſta denegatione Ordinis fit recurſus ad S. Congregationem Concilii, vel Epiſcoporum, cui Epiſcopi tenentur reddere rationem denegationis Ordinum, neque ipſis licet allegare, quod ita arbitrati ſint ex ſecretis, & extrajudicialibus notitiis, niſi probent cauſam juſtam per atteſtationes, & legitima documenta; nam alias non probata juſta cauſa S. Congregatio decernit eſſe locum Ordinationi, ut in pluribus caſibus vidi practicatum, & teſtatur Card. de Luc. *de benef. diſc.* 71. *num.* 5. bene verum eſt, quod in dubietate ſuſtineri deberet judicium Epiſcopi, de quo Concilium Tridentinum omnino confidit, & cujus arbitrio hoc negotium commiſit.

Corduben. Juſpatronatus

PRO

CARDINALI DE SALAZAR

ET CHRISTOPHORO PARDO

CUM

FRANCISCO DELLA ROA

## ARGUMENTUM:

**Aperitio oris conceditur ex ſimplici fumo læſionis. Juſpatronatus an acquirat, qui præliatur pro fide Catholica reportando** victoriam de hoſtibus, tam ſi Eccleſiæ, quarum prætenditur Juſpatronatus, ſint in loco liberato ab hoſtibus, quam extra. Reſtricto Jurepatronatus ad vacationem in octo menſibus, ceteris quatuor remanentibus ad liberam collationem Ordinarii per concordiam inter partes ab Apoſtolica Sede confirmatam, ſi Papa, non obſtante concordia, concedat Juſpatronatus etiam in prædictis quatuor menſibus, conceſſio dicitur ex privilegio ſubjecto reſervationi regulæ 8. hodie 9. Cancellariæ; necnon aliæ quæſtiones in corpore ad materiam Juriſpatronatus.

SUM-

*S U M M A R I U M.*

1 *Aperitio oris conceditur, quando conſtat de ſimplici ſumo læſionis, & num.* 2.

3 *Privilegia limitata per concordiam ſubſecuta inter partes non poſſunt allegari tanquam non habentia amplius ſtatum primævum.*

4 *Privilegium Juriſpatronatus gratioſum cadit ſub Regola octava.*

5 *Verbum* conſiderans *oſtendit cauſam finalem.*

6 *Privilegium Juriſpatronatus conceſſum ex cauſa reparationis Eccleſiæ derogatorium tranſactionis, ut ſubſiſtat, probanda eſt cauſa reparationis.*

7 *Maxime, quia reparatio intelligenda eſt de reædificatione ſufficiente ad acquirendum Juſpatronatus.*

8 *Corruente cauſa finali, impulſiva non ſuffragatur.*

9 *Privilegium dicitur omne id, per quod aliquo modo ereditur jus partis.*

10 *Reſcriptum Principis derogatorium tranſactionis, vel non valet, vel remanet gratioſum.*

11 *Juſpatronatus conceſſum contra jus dicitur ex mero privilegio.*

12 *Tranſactio debet eſſe nulla ipſo jure ad hoc, ut Princeps contra illam aliquid concedens dicatur proceſſiſſe ex juſtitia, & non gratia.*

13 *Secus ſi fuit valida; tunc enim Princeps dicitur proceſſiſſe ex mera gratia.*

14 *Ad ſuſtinendam tranſactionem ſufficit dubietas juris, & quævis cauſa etiam non juridica.*

15 *Sententia lata juxta opinionem doctorum, quæ de eo tempore vigebat, non retractatur ex nova opinione poſtea introducta, & declarata.*

16 *Juſpatronatus valide non acquiritur niſi ex tribus ſolis cauſis, nempe fundationis, conſtructionis, & dotationis.*

17 *Extra has cauſas conceſſio Juriſpatronatus dicitur ex mero privilegio.*

18 *Titulus meritorum in debellando infideles, & effundendo proprium ſanguinem pro fide Catholica, dicitur oneroſus in aliis materiis indifferentibus, veluti exemptionis, conceſſionis in feudum, decimarum, & ſimilibus.*

19 *Secus in materia Juriſpatronatus.*

20 *Concilium præſervans Jurapatronatus ex titulo oneroſo intelligitur prout de jure, nempe de titulo proveniente ex una ex tribus cauſis in jure ſcriptis.*

21 *Ratio concluſionis.*

22 *Reſponſio ad auctoritates in contrarium.*

23 *Etiam liberans loca beneficiorum ab hoſtibus non acquirit Juſpatronatus ex juſtitia.*

24 *Beneficii dotati ex decimis Juſpatronatus acquiritur ei, ad quem ſpectant decimæ.*

25 *Non eſt idem recuperare regna pro fide Catholica, ac dotare beneficia quantum ad effectum acquirendi Juſpatronatus.*

26 *Declarationes, & expreſſiones ſummi Pontificis contra veritatem juris reputantur dicta per fictionem, & ex privilegio.*

27 *Si Papa teneat opinionem contra communem, an ejus opinio ſit ſequenda, dummodo non faceret animo legis condendæ?*

28 *Quanto magis concurrunt clauſulæ pregnantiores, tanto plus ſonare dicuntur in privilegium.*

29 *Non eſt neceſſaria aperitio oris contra privilegium Juriſpatronatus, quod cadit ſub regula octava.*

30 *Ad quem ſpectet probare privilegium Juriſpatronatus ex augmento dotis eſſe necne præponderans ſeu æquivalens ad proviſum Apoſtolicum vel Patronum, ejuſque præſentatum, vide num.* 31. 32. & 33.

34 *An in turno Eccleſiaſtici beneficium Juriſpatronatus mixti cadat ſub reſervationibus, reſolvitur negative, & num.* 35. & 36. *vide num.* 37.

38 *In paritate vocum præfertur præſentatus de familia fundatoris, ac de genere patronorum, vide alias quæſtiones ex numer.* 39. *ad* 44.

## DISCEPTATIO XXII.

DIcebam in hac Cauſa, quod agebatur de ſimplici conceſſione aperitionis oris adverſus Indulta Apoſtolica impetrata cum clauſula *ſublata*, & Decreto *irritanti*, ad quod aſſequendum, neceſſarium non eſt, quod merita Cauſæ rigoroſe diſcutientur, quodque clare, & manifeſte conſtet
de bono jure Eminentiſſimi Ordinarii, ejuſque 1
proviſi, ſed ſufficit quod doceatur de tali quali læſione reſultante ex ſupradictis Apoſtolicis Indultis, ut communiter ſcribunt Mareſcot. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 2. *numer.* 111. *& ſeq. & cap.* 37. *num.* 67. *&* 69. Spada *conſ.* 278. *ex numer.* 2. *lib.* 2. Cardin. de Luca *de penſion. diſc.* 50. *numer.* 4. *& de Juriſd. diſc.* 8. *num.* 6. Rot. *deciſ.* 621. *num.* 1. *& ſeqq. par.* 3. *& dec.* 779. *numer.* 4. *&* 5. *part.* 18. *rec.* & cor.
Celſ. *deciſ.* 27. *num.* 4. *&* 5. & punctualiter, quod 2
pro aperitione oris ſufficiat docere duntaxat de ſimplici fumo læſionis, recedendo ab antiquis deciſionibus, eſt noviſſima opinio Sacræ Rotæ firmata *in Ferrarien. nullitatis Concordiæ* 12. *Maii* 1687. §. *Siquidem*, *&* §. *final.* coram bon. memor. Emerix, *& in Januen. aperitionis oris* 16. *Maii* 1689. §. *Inſpecta verſ. vel datur fumus*, *&* §. *Primum in fine*, coram Reverend. Turonen. *& in Romana aperitionis oris* 16. *Jan.* 1691. §. *final.* coram bon. mem. Benincaſa.

Porro in caſu iſto non ſolum concurrit fumus læſionis, ſed læſio manifeſta; Prætenditur enim, quod Beneficium, de quo proviſus fuit Chriſtophorus, non potuerit eidem conferri ab Eminentiſſimo Ordinario tanquam reſiſtentibus privilegiis Juriſpatronatus conceſſis per Summos Pontifices DD. Comitibus de Cabra: & tamen iſta privilegia non obſtant, quominus collatio ſpectaret ad eundem Eminentiſſimum Ordinarium, ſive reſpiciatur ad privilegia eiſdem Comitibus conceſſa ante Concilium Tridentinum, ſive etiam ad illa poſteriora Concilio.

Quo enim ad privilegia ante Concilium conceſſa ab Alexandro Sexto, & Clemente Septimo dicebam, iſta non eſſe habenda in conſideratione, dum publicato eodem Concilio, fuit mota lis ab Ordinario ſuper illorum revocatione, & annullatione inducta ex diſpoſitione Conciliari, quæ lis fuit poſtea ſopita mediante ſolemni tranſactione inita inter Comites de Cabra, & Ordinarium Corduben. in qua aſſignati fuerunt ad liberam collationem Ordinarii quatuor miſerabiles anni menſes, & per contrarium conceſſum Juſpatronatus præfatis Comitibus in octo menſibus quoad omnia Beneficia in Apoſtolicis privilegiis expreſſa; Unde cum Beneficium controverſum vacaverit in uno ex menſibus Ordinario aſſignatis, utique obſtare non valent privilegia prædicta, tanquam reſtricta, & modificata per ſupradictam concordiam maxime confirmatam in forma ſpecifica per ſan. mem. S. Pium V. itaut poſt illam dicantur non habere amplius ſtatum, ut docet Textus *in cap.* 1. *de tranſact.* Mohedan. *deciſ.* 3. *eodem tit.* Mantic. *deciſ.* 241. *num.* 8. Dunoz. Jun. *deciſ.* 298. *num.* 5. Celſ. *deciſ.* 188. *num.* 3. *& deciſ.* 24. *num.* 16. poſt Urcel. *de tranſact.*

Quo vero ad duo privilegia Juriſpatronatus poſteriora Concilio conceſſa per ſan. mem. Grego-

tium XIV. & Clementem VIII, ſuper quibus reſtringebatur difficultas, dicebam iſta eſſe penitus læſiva, & præjudicialia Eccleſiæ Cordun. tanquam derogatoria prædictæ tranſactionis, qua mediante fuerat illi Jus quæſitum in quatuor menſibus, & proinde in caſu, de quo agebatur non ſuffragari ex duplici fundamento, Primo tanquam nulla ex defectu intentionis Papæ concedentis; Et ſecundo, quia ubi etiam eſſent valida, adhuc tanquam conceſſa ex mera gratia, & de plenitudine poteſtatis, non autem ex juſtitia, cadunt ſub reſervatione Regulæ octavæ, hodie nonæ Cancel- 4 lariæ, itaut Beneficium controverſum vacatum in menſe reſervato fuerit bene collatum ab Eminentiſſimo Ordinario vigore Indulti conferendi reſervata, ad tradita per Lothet. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 21. *num.* 226. Card. de Luc. *de Benef. diſc.* 1. *num.* 27. *& diſc.* 101. *numer.* 5. *& diſc.* 109. *numer.* 8. *in ſupplement.* Rot. *deciſ.* 110. *num.* 8. *part.* 8. *& deciſ.* 329. *numer.* 4. *par.* 9. & cor. Othobon. *deciſ.* 197. *num.* 15. *& ſeqq.*

Quantum igitur ad primum fundamentum, quod prædicta duo Indulta corruerent ex defectu intentionis Papæ, probabam, quod iſte defectus manifeſte concurreret in præſenti, dum poſt aſſignatos quatuor menſes Ordinario in tranſactione ſolemniter ſtipulata inter partes, & confirmata per ſan. memoriæ S. Pium Quintum, Summus Pontifex motus fuit ad illam abrogandam, & tollendum Jus quæſitum Eccleſiæ Corduben. ex certo ſuppoſito, ſeu cauſa finali omnino inſubſiſtenti, ut legitur in Indulto Gregor. XIV. ibi – *Conſiderans tam Comites, & Duces &c. in reparatione ipſarum Eccleſiarum maximam ſummam pecuniarum expendiſſe* – Ex qua cauſa finali Summus Pontifex deduxit rationem, & conſequentiam ibi – *cum indignum cogitatu eſſe Eccleſiam cum aliena* 5 *jactura ditari velle* – Quod ſuppoſitum, ſeu cauſa, quam eſſe finalem, demonſtrat verbum illud *conſiderat*, ut ait Rota coram Dunozett. Jun. *deciſion.* 292. *numer.* 19. corruit in facto, & in jure.

In facto, quia Comites de Cabra nullam Eccleſiam repararunt, ſed ſolum Altare majus unius Eccleſiæ, ſcilicet B. Mariæ Villæ de Baena, ut ex confeſſione ipſius Comitis emiſſa in privilegio Alexandri VI. In Jure autem, quia non ſtatur aſſertioni Summi Pontificis etiam emiſſæ in motu proprio circa probandam cauſam reparationis, ſed iſta plene juſtificanda venit ab allegante, quando agitur de abroganda tranſactione, quæ con- 6 tinet conſenſum naturalem partium, & contractum de Jure gentium, cujus vigore fuerat Jus quæſitum Eccleſiæ Corduben. & præſertim, cum dicta tranſactio fuiſſet adeo ſolemniter confirmata per ſan. mem. S. Pium V. ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione, ut in puncto firmat Ripa *in cap.* 1. *num.* 7. *de reſcript.* ibi – *Non eſt præſumenda cauſa in Principe controveniente Juri naturali, niſi de ea appareat &c. immo non ſufficit, quod in diſpoſitione contra Jus naturale ſit expreſſa cauſa, ſed neceſſe eſt quod probetur, quod illa cauſa ſit vera, ne ſit in facultate Papæ, vel Principis exprimendo cauſam pro arbitrio tollere Jus naturale* – & optime de Angel. *de Confeſſ. in opuſcul. edit. poſt tract. opuſc.* 2. *num.* 146. ibi – *Non ſufficit, expreſſam eſſe cauſam, ſed neceſſe eſt, quod probetur illam cauſam eſſe veram* – Boſſ. *in tit. de Principe, & Privil. ejus num.* 189. Franciſ. Top. *in tr. de poteſt. Princip.* §. 8. *num.* 47. *&* 48. & Modern. Jovius *de ſolemnit. in Contract. Minor. gl.* 8. §. 6. *num.* 49. *verſ. Verum non me latet.*

Tanto magis autem ſupradicta concluſio procedit, quando Summus Pontifex exprimendo cauſam expenſarum magnæ quantitatis pro reparatione 7 Eccleſiarum, præſumendum eſt intellexiſſe non de ſimplici reparatione, ſed de totali reædificatione, & ideo probanda eſt talis circumſtantia reædificationis totalis; nam alias ex ſimplici reparatione de Jure non acquiritur Juſpatronatus, nec Papa ex hoc moveri potuit ad illud concedendum cum derogatione tranſactionis, ut docet Gloſſ. *in cap.* 3. *in verb. fundatores de Jurepatr.* ibi – *Et refectione, ſeu reparatione non acquiritur* – Burat. *deciſ.* 931. *num.* 6. ibi – *Non ſufficit reparatio* – Lambert. *de Jurepat. lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 6. *art.* 1. *num.* 1. *& ſeqq.* Rocc. de Curt. *eodem tract. in verb. Conſtruxit num.* 12. Card. de Luca *de Jurepat. diſc.* 55. *num.* 16. *& Summ. num.* 19. *verſ. & ſecundo*, Rot. *deciſ.* 58. *num.* 5. *part.* 1. *recent.*

Abſque eo quod obſtaret, Gregorium XIV. ultra cauſam reparationis expreſſiſſe etiam aliam meritorum, & geſtorum inſignium DD. Comitum de Cabra in debellando infidelem Regem Granatæ, & effundendum proprium ſanguinem pro Sede Apoſtolica, & fide Catholica; reſpondebam enim, quod iſta non potuit eſſe cauſa abrogandi tranſactionem, dum hujuſmodi merita jam fuerunt plene recompenſata in Privilegiis Alexan. VI. & Clem. VII. Unde ſi illis non obſtantibus fuit poſtea concordatum, & in concordia omnia merita de conſenſu partium fuerunt etiam ſufficienter, immo exceſſive renumerata, mediante conceſſione Juriſpatronatus tot Beneficiorum in octo menſibus anni cum approbatione ſan. mem. S. Pii V. utique Gregorius non potuit moveri ex hujuſmodi meritis tanquam pro cauſa finali derogandi conſenſum naturalem, ſed ad ſummum eadem 8 conſiderari potuerunt pro cauſa impulſiva, quæ, corruente finali, nihil operatur, ut docet Barthol. *in leg. demonſtratio* §. *Quod autem num.* 13. *verſ. quædam eſt Cauſa ff. de cond. & demonſtrat.* Lother. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 18. Jovius *de ſolemn. in contract. minor. gloſ.* 20. §. 2. *num.* 59. *&* 60. Rot. *dec.* 229. *num.* 13. *&* 14. *par.* 12. *rec.*

Verum quando etiam cauſa meritorum fuiſſet 9 principaliter conſiderata, adhuc Indulta derogatoria tranſactionis ſubſiſterent quidem de plenitudine poteſtatis, & ex mera gratia, non autem ex juſtitia, & conſequenter caderent ſub cenſura Regulæ (quod erat ſecundum hujus Cauſæ fundamentum) Cum enim DD. Comites de Cabra pro ſupradicta Cauſa meritotum acceptaverint recompenſationem ſufficientem in concordia, utique Summus Pontifex abrogando tranſactionem, & Jus quæſitum Eccleſiæ Corduben. abſque nova Cauſa ſupervenienti, dicitur proceſſiſſe ex mero 10 privilegio, quale dicitur omne id, per quod aliquo modo læditur Jus partis, ut ait Lother. *de re benef. lib.* 3. *quæſt.* 32. *num.* 22. *& ſeqq.* Veſtr. *in prax. cap.* 3. *num.* 1. *lib.* 1. Mandoſ. *de Signat. Gratia in princ. verſ. gratiam facere.*

Et in puncto, quod reſcriptum Principis derogatorium tranſactionis, vel ſit omnino invalidum vel ſi ex ſuprema poteſtate ſuſtineatur, remaneat 11 ſemper ex gratia, ſeu contra Jus, cum exhauriat in totum Jus alterius ex tranſigentibus, docuit Gloſ. *in leg. Cauſas Cod. de tranſact. in verb. oportet*, ibique Caſtrenſ. *numer.* 2. *verſic. & tunc* Jaſon. *numer.* 6. *&* 7. Dec. *conſ.* 198. *num.* 7. *verſic. ſed ex conſenſu*, Cephal. *conſ.* 631. *numer.* 15. Bardellon. *conſ.* 2. *numer.* 51. Gaill. *obſervat.* 70. *num.* 8. *lib.* 2. Gratian. *diſcept.* 731. *num.* 36. Cyriac. *controv.* 128. *numer.* 33. & optime Urceol. *de tranſact. in exord. ſeu præfat. num.* 16. *& in cap.* 6. *num.* 62. *& cap.* 68. *num.* 34.

Et in terminis Juſpatronatus, quod quicquid Princeps concedit contra Jus (prout magis eſſe non poteſt contra Jus, quam ubi eſt contra tranſactionem) ſemper dicatur ex gratia, ſeu privilegio, tenet Rot. *deciſ.* 221. *numer.* 12. *part.* 8. *recentior.*

Neque adverſari poterat, quod cum ante tranſactionem Domini Comites de Cabra acquiſiviſſent totum Juſpatronatus ex juſtitia, & titulo oneroſo meritorum, proinde Summi Pontifices proceſſerint ex juſtitia, videlicet reſtituendo eiſdem ex juſtitia integritatem Juriſpatronatus, ita per viam declarationis tollendo de medio tranſactionem tanquam erroneam, & invalidam, ut deduci

præ-

prætendebatur ex verbis privilegii Gregoriani,
ibi – *Quodque ſucceſſores illorum, quibus ob bene-
merita &c. Juſpatronatus hujuſmodi a Summis Pon-
tificibus integre conceſſum extitterat, quaſi dimi-
diatam poſt tot profuſas pecunias a Sede Apoſtolica
gratiam reportarent, nec illa integre, prout æquum
erat, frui poterant* & ibi – *Non minori Sedis Apo-
ſtolicæ gratia Regna recuperando dignos fuiſſe, quam
ſi Eccleſias, & Beneficia in dictis locis fundaſſent,
& dotaſſent.*

Quippe reſpondebam, objectum procedere poſ-
ſe, ubi tranſactio fuiſſet doloſa, vel ipſo Jure nul-
la tanquam facta ſuper Jure claro, juxta Text. *in
leg. Præſes C. de tranſact.* cujus nullitatem Sum-
mus Pontifex declaraſſet cauſa cognita, & auditis
12 partibus in judicio formali intentato ſuper ejuſ-
dem concordiæ nullitate, & poſt declarationem
adjudicaſſet Comitibus de Cabra Juſpatronatus in
totum, ut notat Jaſon. *in dict. leg. Cauſas num. 8.
C. de tranſact.* Rot. *deciſ.* 192. *num. 3. verſ. tum
etiam part. 1. recent.*

Secus vero, ubi tranſactio fuit valida, & facta
ſuper Jure valde dubio, & diſputabili; hoc enim
caſu cum illa fuerit rite, ac recte celebrata, de-
claratio Pontificis ſubſecuta, etiamſi fuerit vera,
13 & legalis, adhuc non retrotrahitur ad infringen-
dam tranſactionem medio tempore valide celebra-
tam, & proinde ſi Papa deroget tranſactioni,
derogatio non dicitur procedere ex juſtitia, ſed
ex mera gratia, dum tollit Jus medio tempore
quæſitum partibus ex concordia, ut in puncto de-
clarationis factæ per Summum Pontificem motu
proprio, firmavit Gomeſ. *ad regul. de Jur. quæſit.
non tollend. quæſt.* 13. *num.* 11. 12. & 13. Roland.
*conſ.* 46. *num.* 38. *lib.* 2. Cyriac. *controv.* 210. *num.*
34. & plene Modernus Jovins *de ſolemnit. in con-
tract. minor. gloſſ.* 8. §. 6. *num.* 46. & 47. non ob-
ſtante doctrina Lother. *de re benef. lib. 2. quæſt.* 54.
*num.* 66. & *ſeqq.* tanquam loquentis in diverſis ter-
minis gratiæ revalidatoriæ; quam dicit præjudica-
te etiam impetrationi medio tempore factæ, ul-
tra quod in hoc puncto opinionem Lother. re-
fellunt Amayden. *de ſtylo Datar. cap.* 14. *num.* 9.
Tondut. *quæſt. benef. tom. 1. cap. 4. §. 4. numer.* 7.
Roſa *de execut. litt. Apoſt. part. 1. cap. 6. num.* 333.
& *ſeqq.*

Et ratio eſt, quia cum ad ſuſtinendam tranſa-
ctionem ſufficiat dubietas Juris, imo quævis cau-
ſa etiam non juridica, Bald. *in leg. cum proponas
num. 2. C. de reb. credit.* Othob. *deciſ.* 25. *num.* 13.
14 & *ſeqq.* Rot. *deciſ.* 267. *num.* 2. & *ſeqq. part.* 2. &
*deciſ.* 273. *num.* 2. *part.* 3. *deciſ.* 67. *numer.* 5. *part.*
11. & *deciſ.* 262. *num.* 14. *part.* 19. *rec.* Inde ſequi-
tur, ut declaratio nunquam poſſit ex juſtitia tol-
lere tranſactionem. Si enim qui declarat, oſten-
dit rem dubiam ab initio, & ſola dubietas vali-
dam reddit tranſactionem, utique ſemper declara-
tio erit deſtructiva actus legitimi medio tempore
facti, & conſequenter gratioſa tanquam contra
concordiam habentem in ſe Jus naturale, ſeu æ-
quitatem Juris gentium, propter quam rationem
plures dixerunt, non valere reſcriptum derogato-
rium tranſactionis, ut ait Bald. *in dicta leg. Cauſas
num.* 2. ibi – *tranſactio habet in ſe æquitatem Juris
gentium, & ideo non poteſt tolli per reſcriptum* –
cum aliis ſupra allegatis *num.* 10. (licet hujuſmodi
invaliditas reſcripti non ſubſiſtat reſpectu Papæ
derogantis conventioni initæ inter perſonas Eccle-
ſiaſticas ſuper juribus Eccleſiarum, quia ipſe ha-
bet in Clericos plenitudinem poteſtatis, & ſua
poteſtas in omnibus intelligitur excepta, ut firmat
Panorm. *in cap. ex multiplici 3. numer. 6. de decim.*
ubi contrarium tenet, ſi eſſet conventio ſuper Ju-
re privato; tunc enim putat, quod Papa, vel
Imperator non poſſit ſine cauſa illa conventionem
deſtruere) ſed poſita etiam validitate reſcripti
Papalis ſuper derogatione tranſactionis ſemper
tamen erit conceſſio gratioſa, non ex juſti-
tia.

Simile videmus in multis opinionibus, quæ an-

tiquitus vigebant, & quæ hodie amplius non vi-
gent; quod ſi fuerit lata aliqua ſententia ſecundum
illam opinionem, quæ de eo tempore vigebat, iſta 15
non ſit nulla, nec retractatur ex nova opinione
contraria poſtmodum declarata, ut ait Imperator
*in l. jubemus C. de Teſtam.* ubi allegat hanc ratio-
nem – *Quid enim antiquitas peccavit, quæ præſen-
tis legis inſcia priſtinam ſecuta eſt obſervationem* –
juncto Text. *in authen. ut cum de appell. cognoſc.* §.
1. & *ſeqq.* & firmavit Rota *in Piſauren. Succeſſio-
nis 11. Martii 1689. §. per eaſdem*, coram Rev.
Turonen. & *late in Æſina cenſus 10. Junii 1697.* §.
1. *ad plur. ſeqq.* cor. R. P. D. Priolo.

Ita etiam in caſu noſtro, dum concordia ſecuta
eſt de tempore, quo valde dubium erat, an Juſ-
patronatus fuiſſet valide, vel invalide quæſitum ex
titulo meritorum, & an fuiſſet revocatum ex diſ-
poſitione Concilii, & attento iſto tempore eadem
concordia fuit valida maxime confirmata in for-
ma ſpecifica per b. mem. S. Pium Quintum; de-
claratio Papæ ſubſecuta tempore non habili non
potuit ex juſtitia declarare nullam tranſactionem
legitime factam. Quid enim peccavit Ordinarius,
qui de tempore tranſactionis inſcius futuræ de-
clarationis Papæ bona fide ſtipulatus eſt concor-
diam cum auctoritate Summi Pontificis in maxi-
ma dubietate articuli, ſuper quo pendebat contro-
verſia judicialis, ut dicit Text. *in dict. l. jubemus*
in verbis ſupra relatis, & facit *cap. factum legiti-
me de regul. jur. in 6.* & *leg. in ambiguis* §. *non eſt
novum ff. eodem leg.* & *ſi pluribus* §. & *ſi placet. ff.
de verb. obligat.* Trobat. *de effect. immemorab. quæſt.*
14. *art. 5. num.* 112. & 117.

Quod autem tranſactio facta inter Ordinarium,
& Comites de Cabra fuerit valida, eſt evidentiſ- 16
ſimum non ſolum, quia valde dubium erat, an
Juſpatronatus illis conceſſum per Summos Ponti-
fices fuiſſet revocatum per Concilium, ſed etiam,
quia probabilius dici debebat, fuiſſe revoca-
tum; Cum enim de jure communi Juſpatronatus
valide acquiri non poſſit, niſi ex tribus ſolis
cauſis, nempe fundationis, conſtructionis, & do-
tationis, ultra quas cauſas nulla alia ſcripta repe-
ritur, ut ſcribit Panorm. *conſ.* 59. *num.* 2. *lib.* 2. ibi
– *Alius autem modus Juſpatronatus acquirendi a ju-
re traditus non eſt* – Lambert. *de Jurepatr. lib.* 1.
*part. 1. quæſt. 6. art. 2. num.* 2. ibi – *& alia cauſa non
ſunt & quæſt. 10. art. 1. num.* 2. ibi – *Revera a jure
alia cauſa non reperitur data, & num. 3. in fine* ibi
– *& ex his conclude nullam aliam cauſam, nec mo-
dum reperiri &c. niſi fundatio, conſtructio, & dota-
tio, & art. 5. num. 30. in fine fol.* 230. ibi – *non repe-
ritur a Jure alius titulus acquirendi jus præſentandi,
niſi Juſpatronatus, nec alter titulus acquirendi Juſ-
patronatus, niſi ex fundatione, conſtructione, ſeu do-
tatione*, Et punctualiter Lother. *de re benef. lib.* 2.
*quæſt.* 8. *n.* 3. Cardin. de Luc. *de Jurepatr. diſc.* 55. *n.*
2. Adden. ad Burat. *dec.* 1. *num.* 13. Rot. cor. Coc-
cin. *dec.* 1613. *num.* 4.

Inde ſequitur, ut acquiſitio Juriſpatronatus fa-
cta per Comites de Cabra, abſque ulla ex prædi-
ctis cauſis, ſed ex mero titulo meritorum, qui
non eſt in jure ſcriptus ad illud acquirendum, di-
catur gratioſa, & ex ſimplici privilegio, & con-
ſequenter revocata ex diſpoſitione Conciliari an-
nullante omnia Juſpatronatus quæſita aliunde, 17
quam ex cauſis in jure ſcriptis fundationis, con-
ſtructionis, & dotationis, Rot. cor. Coccin. *dict.
deciſ.* 1613. *num.* 4. ibi – *Jus autem Patronatus ex
privilegio ſatis deprehenditur, quia illud de jure
communi non acquiritur, niſi ex fundatione, vel
dotatione, aut ex conſtructione* Lambertin. *dicto
lib. 1. part. 1. quæſt. 10. artic. 1. numer. 3. verſic.
ſublatis, & quæſt. 6. artic. 2. numer. 4. in fine, &
numer.* 5. Fraſſo *de Regio Patronat. cap. 3. num.* 52.
& 53. Conrad. *in prax. benef. lib. 4. cap. 4. num.* 33.
*in fine.*

Non relevante, quod titulus meritorum in de-
bellando infideles, & effundendum proprium ſan-
guinem pro Fide Catholica ſit oneroſus, nec pro-

inde cadat ſub Cenſura Concilii præſervantis Jurapatronatus provenientia ex titulo oneroſo *ſeſſ. 25, cap. 9. de reform.*

Quoniam, quicquid ſit in aliis materiis indifferentibus, veluti decimarum, exemptionis, con-
18 ceſſionis in feudum, & ſimilibus, in quibus titulus oneroſus dicitur ille, qui provenit etiam ex aliquo facto, & meritis conceſſioni æquivalentibus, ut apud Bald. *in leg. qui ſe patris numer.* 43. *Cod. unde liberi*, Afflict. *deciſ.* 128. *num.* 10. *ibique* Adden. *lit. A* Capic. Latr. *conſult.* 108. *per tot.* Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 28. *num.* 22. *&* 23. Peregrin. *de Jur. Fiſc. lib.* 1. *tit.* 3. *num* 28. Sanch. *de matrim. lib.* 9. *diſp.* 33. *num.* 3. Burat. *dec.* 191, *num.* 8.

Certe in materia Jurispatronatus omnino differenti, & in qua jura noſtra reſtrinxerunt illius acquiſitionem ad tres ſolas cauſas, nempe fundationis, conſtructionis, & donationis, titulus oneroſus nunquam dicitur, neque intelligitur,
19 niſi ille, qui derivat ab una ex prædictis cauſis ſaltem per æquiparationem, prout eſt titulus augmenti dotis, reædificationis Eccleſiæ, & ſimilium, quæ numerantur per modum æquiparationis inter cauſas conſtructionis, & dotationis, ut in ſpecie Lambertin. *de. Jurepatron. lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 6. *art.* 2. *num.* 2. *verſ. quarta*, & facit Rot. *deciſ.* 630. *numer.* 65, *part.* 4. *tom.* 3. *rec.*

Unde Concilium præſervans Jurapatronatus ex titulo oneroſo non intelligitur largo modo de qualibet oneroſitate, ſed ſtricto modo, & prout
20 de jure juxta ſubjectam materiam, ſcilicet de titulo augmenti dotis reſtaurationis, ſeu reædificationis Eccleſiæ, qui ſunt modi provenientes ex illis tribus cauſis in jure ſcriptis, ut probat ipſa litera Concilii *dict. ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *de Reform.* ibi – *ſeu ex augmento dotis, ſeu nova conſtructione &c.* & explicat Cardin. de Luc. *de jurepatr. diſc.* 65. *numer.* 9. *& in Summ. numer.* 20. Conrad. *in prax. benef. lib.* 5. *capit.* 4. *numer.* 35. Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 9. *num.* 120. *&* 121. Rot. coram Seraph. *deciſ.* 907. *num.* 2.

Et ratio diverſitatis eſt, quia in aliis materiis ſufficit, quod titulus oneroſus reſpiciat utilitatem ſolius Principis concedentis; ſecus in materia Jurispatronatus, in qua neceſſarium eſt ad illius acquiſitionem ex cauſa oneroſa, quod ille reſpiciat utilitatem ſolius Eccleſiæ, quæ in ſervitutem redigitur; itaut onus, quod ſubit patronus, ſit
21 commenſurabile cum damno ſervitutis Eccleſiæ illato, alias, licet iſte benefacit Principi, vel mediantibus meritis etiam extraordinariis, vel mediante pecunia, dummodo hæc non redundent in utilitatem Beneficii redacti in ſervitutem Jurispatronatus, ſemper conceſſio dicitur gratioſa, & non oneroſa, ut in puncto Lother. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 68. *& ſeqq. ex gratia viden.* Et propterea licet titulus Comitum de Cabra dici valeat oneroſus reſpectu ipſorum, qui ſanguinem effunderunt, & reſpectu Papæ concedentis ob debellationem infidelium, nihilominus talis dici non poteſt reſpectu Eccleſiarum, & Beneficiorum, quæ fuerunt redacta in ſervitutem Jurispatronatus, cum iſta ex prædictis meritis Comitum de Cabra nullam utilitatem habuerint, ſive dotationis, ſive fundationis, & conſtructionis; Idque ſuadet etiam illa conſideratio, quod patronus dicitur quaſi pater, eo quia fundando, & ædificando, deducit Eccleſiam, de non eſſe ad eſſe, & dotando, ad bene eſſe, ut ait Lambertin. *lib.* 1. *par.* 1. *quæſt.* 6. *art.* 2. *num.* 4. *verſ. ſexta, & num.* 5. Et ſic Comites de Cabra de jure non potuerunt effici patroni ex ſuis meritis, cum quibus non dederunt Eccleſiis patronatis eſſe, aut bene eſſe, ut docet Lother. *ubi proxime numer.* 62. *& ſeq.*

Auctoritates autem in contrarium allegabiles ſunt omnes extraneæ, & inapplicabiles; nam Mandoſ. *in regul.* 13. *Cancell. quæſt.* 8. *num.* 7. *& ſeqq.* non loquitur de materia Jurispatronatus; Seraph. *deciſ.* 1293. *numer.* 1. agit de materia diverſa conceſſionis decimarum, Gonzal. *gloſſ.* 9. §. 2. *num.* 49. *&* 50. loquitur pariter de materia diverſa,
& ulterius ſe retractat a ſua opinione, ut lege- 22
re eſt ibidem *num.* 67. *in fine*, *& gloſſ.* 36. *numer.* 42. *verſic. Immo*. Prout etiam auctoritas Sacræ Rotæ *deciſ.* 725, *part.* 18, *recent.* agit de acquiſitione patronatus habita ex cauſa conſtructionis certæ turris, ſeu fortalitii cum manutentione continui præſidii militaris ad effectum tuendi bona Eccleſiæ, ſeu Monaſterii, quæ cauſa reſultat ex titulo veræ dotationis redundante in beneficium Eccleſiæ, ut notat Card. de Luca, qui in ea Cauſa ſcripſit *de jurepatr. in ſupplement. diſc.* 83. *num.* 12. *verſ. quinimmo*. Aliæ denique auctoritates loquuntur de cauſa oneroſa, eam intelligendo de augmento dotis, reædificatione, vel alia ſimili cauſa deſcendente ex aliqua ex illis tribus cauſis in jure ſcriptis, quales ſunt Spad. *conſ.* 21. *numer.* 3. *lib.* 2. Lother. *dict. lib.* 2. *quæſt.* 8. *numer.* 12. 20. *&* 21. Adden. ad Gregor. *deciſ.* 397. *ſub num.* 9. Dunoz. Jun. *deciſ.* 397. *num.* 1. *& in rec. dec.* 221. *num.* 9. *part.* 8.

Quæ omnia procedunt non ſolum, quando debellatio hoſtium facta fuit extra locum Beneficiorum (prout in caſu noſtro, ubi Comites de Cabra mediante eorum victoria liberarunt ſolum Regnum Granatæ, in quo non exiſtunt Beneficia,
de quibus agitur, & Regem Granatæ devicerunt 23
in alio loco, quam Comitatus de Cabra) ſed etiam in fortioribus procederent, & locum haberent, etiamſi liberata fuiſſent ipſamet loca Beneficiorum, ea ratione, quod cum invaſio hoſtium ſit merum impedimentum, ſive obſtaculum temporale non extinctivum tituli Beneficialis, juxta doctrinam Innocen. *in cap. cum ex injuncto de nov. oper. nunc. num.* 2. Hoſtien. *num.* 3. Panorm. *numer.* 4. Zabarell. *num.* 5. Fagnan. *num.* 12. Lother. *lib.* 1. *quæſt.* 14. *numer.* 108. *& lib.* 3. *quæſt.* 4. *numer.* 60. Inde reſultat, quod, remoto tali impedimento Eccleſiæ recuperent ſua bona non ex novo eſſe, ſed ex primæva natura, quaſi jure poſtliminii, ut in *Canone prima actione*, *& Can. porro* 16. *quæſt.* 3. Unde liberator locorum Beneficii erit quidem auctor, ut illarum dotes reviviſcant, non autem dotator, nec propterea valide ex hoc ſolo acquirit Juspatronatus ex cauſa in jure ſcripta, ut articulo diſcuſſo firmavit Rota coram Coccino *deciſ.* 1613. *numer.* 11. 12. 70. *&* 72. Lother. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 82. *&* 86. Spad. *conſil.* 33. *ſub num.* 2. *verſ. & ideo lib.* 2. Aliud enim eſt eſſe dotator, & fundator, aliud vero auctor ſeu cauſa dotationis, & fundationis, Panorm. *conſ.* 57. *ſub num.* 5. *lib.* 1.

Et noviſſime judicavit Sacra Congregatio particularis EE. Cardinalium Carpinei, claræ memoriæ Spinulæ, & Panciatici, & Albani de menſe Decembris anni 1690. in qua cum Sereniſſima Reſpublica Veneta ob expulſionem Turcarum ab Illyrico peteret Juspatronatus omnium Eccleſiarum, quas liberaverat de manibus hoſtium, ſedente etiam Alexandro VIII. Pontifice Veneto, adhuc illud obtinere non potuit; niſi cum onere dotandi quoad ſolas Cathedrales erectas, & erigendas, relictis aliis Dignitatibus, Canonicatibus, Præbendis, aliiſque Beneficiis curam animarum habentibus ad liberam Ordinariorum collationem, & ita etiam practicarunt alii Summi Pontifices in Indultis conceſſis Regibus Hiſpaniarum, quibus non aliter conceſſerunt Juspatronatus in Eccleſiis recuperatis ſignanter in Regno Aragoniæ, niſi prævia illarum dotatione, ut dicunt Gutierez *practic. quæſt. lib.* 3. *quæſt.* 13. §. *Veruntamen verſic. cum autem*, Solorzan. *de jure Indiar. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 11. *&* 13. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *numer.* 33. *verſic. facilis*, *& verſ. ex dictis*, & Vaſquez. *contr. Illuſtr. lib.* 1. *cap.* 22. *ſub numer.* 15, *verſ. ipſi vero Gothorum Reges.*

Ex

Ex quibus dilucide oſtendebam non ſolum fuiſſe valde dubium, ſed potius claram revocationem controverſi Juriſpatronatus ex diſpoſitione Concilii Tridentini, & proinde concordiam fuiſſe omnino validam & potius præjudicialem Ordinario, quem Comitibus de Cabra. Verum ad tollendam omnem rationem dubitandi addebam aliud fundamentum, per quod demonſtrabam, concordiam fuiſſe validam etiam independenter ab articulo, an titulus meritorum fuerit ſufficiens ad acquirendum ex juſtitia Juſpatronatus.

Et hujuſmodi fundamentum erat, quod ex Privilegio Alex. VI. & ex confeſſione ipſius Comitis ſupplicantis probabatur Capellaniam principalem, & majorem, *Abbatiam* nuncupatam Villæ de Baena fuiſſe dotatam ex decimis loci de Ruthe ſpectantibus ad Ordinarium Corduben. prout etiam alia Beneficia ejuſdem Villæ de Baena. Unde aſſignatio quatuor miſerabilium menſium ad liberam collationem Ordinarii facta in concordia reddebatur
24 tur juſta, & valida etiam ex hac cauſa dotationis ex decimis; nam alias certum erat, quod in omnibus anni menſibus univerſum Juſpatronatus dictæ Abbatiæ, quod eſt Beneficium pinguius, & principale, ac etiam aliorum Beneficiorum, ſpectabat ad ipſum Ordinarium, ſive ejus Eccleſiam Epiſcopalem, ad quam decimæ pertinebant, ad Text. *in capit. 3. de Eccleſ. ædific. Can. Apoſtolicos 12. quæſt. 2. in fine*, Felin. *in capit. cum venerabilis numer. 37. in fine de Except.* Rocch. de Curt. *de Jurepatr. in verb. dotavi numer. 26.* Lambert. *eodem tract. lib. 1. par. 1. q. 8. art. 2. n. 5. & art. 7. n. 2. & art. 8. num. 2.*

Firmata ex prædictis validitate tranſactionis recurrebat concluſio ſuperius inſinuata, quod conceſſio Juriſpatronatus facta per Pontifices ſucceſſores in univerſum favore Comitum de Cabra eſſet mere gratioſa, & ex privilegio, non autem ex juſtitia, & ideo ſubjecta reſervatione Regulæ octavæ, quantumvis in conceſſione Papa fecerit declarationes, & aſſertiones ſuper prætenſa validitate acquiſitionis Juriſpatronatus ex titulo meritorum, dicendo *eandem gratiam mereri qui dotat, ac qui recuperat Regna*, & alias rationes; Omnia enim tolluntur ex reſponſione, quod etiamſi declaratio eſſet vera, & legalis, adhuc non poteſt revocare ex juſtitia concordiam legitime, & valide celebratam tempore, quo jus, ſuper quo fuit concordatum, erat dubium ex doctrinis ſupra allegatis.

Facilius autem, quando hujuſmodi declarationes, & aſſertiones de jure non ſubſiſtunt, cum non ſit idem *recuperare Regna* pro Fide Catholica; ac *dotare* Beneficia quantum ad effectum acquirendi Juſpatronatus ex juſtitia, quicquid ſecus in aliis materiis, cum iſta cauſa non ſit ſcripta
25 in jure, & repugnet eſſentiæ Juriſpatronatus, cum Beneficia nullam utilitatem ſentiant ex meritis, quæ non redundant in proprium commodum ipſorum Beneficiorum, alias exempli gratia aliquis recuperando Regnum Neapolitanum poſſet acquirere ex juſtitia Juſpatronatus Beneficiorum in Regno Siciliæ, vel Portugalliæ, & dux Bavariæ poſſet prætendere Juſpatronatus in Beneficiis ſuæ Ditionis ex debellatis Turcis in Ungaria, vel alibi, & illud reſervare poſſent omnes Epiſcopi, qui circa reſervationem illius ex juſtitia ex cauſis in jure ſcriptis habent eandem poteſtatem, ac Papa, excepto jure præſentandi in Conventuali principalem Prælatum; *capit. nobis de Jurepat.* & dixi *diſcept. 4. num. 37.*

Ideo non eſt inſiſtendum in declarationibus, & aſſertionibus Summorum Pontificum emiſſis in pri-
26 vilegiis, de quibus agitur, quando enim illæ ſunt contra veritatem juris reputantur dictæ ex privilegio, & per fictionem, ut ait Rot. *in Placentina Parochialis* apud Garz. *de benef. par. 5. cap. 9. num. 117.* ibi – *Princeps veritatem mutare non poteſt, licet poſſit contra veritatem fingere* – & in terminis aſſertionis Pontificis, qua declaratur, Juſpatronatus alicui competere vere, & realiter ex fundatione, & dotatione, non autem per fictionem, quod, adhuc Juſpatronatus dicatur ex gratia, ſeu privilegio, & aſſertio reſolvatur in fictionem, tradunt Gonzal. *ad regul. 8. gloſſ. 36. num. 37.* Lother. *de re benef. lib. 2. quæſt. 8. num. 23. & 24.* Maſſobr. *in prax. haben. Concurſ. tit. de Eccleſ. patron. prælud. 7. dub. 3. numer. 8. & 10.* Vivian. *de Jurepatr. lib. 4. cap. 10. num. 13.* & in terminis ampliſſimarum literarum conceſſarum Marchioni Aſtoricen. cum hujuſmodi effrænatis declarationibus, dixit Rot. *dec. 58. num. 3. in fine, & num. 6. & dec. 88. numer. 2. & 3. par. 1. recent.* & coram Coccino *d. dec. 1613. num. 62. & 67.* immo dicunt nonnulli,
quod ſi Papa teneret opinionem contra commu- 27
nem, ejus opinio ſequenda non foret, dummodo tamen non faceret animo legis condendæ, ut apud Decian. *conſ. 50. numer. 38. verſ. quod etiam lib. 4.* Marta *in præfat. ad Conſil. Sit. de Methodo ſcriben. in jure numer. 30.* (quod tamen non firmo, & ponderandus eſt Text. *in cap. in cauſis de ſent. & re judicat.*)

Propterea ad hoc evitandum in ſubjecta materia ſemper verba Summi Pontificis trahi debent ad
privilegium, itaut quanto magis concurrunt clau- 28
ſulæ, & declarationes effrænatæ, tanto plus ſonare dicantur in merum privilegium, ut ait. Card. de Luca *de Jurepatr. diſc. 65. num. 22.* & in ſpecie de clauſula, *quod Juſpatronatus derogari non poſſit etiam per vacationem Beneficiorum apud Sedem*, Maſſobr. *dicto prælud. 7. dub. 3. numer. 23. quod Juſpatronatus cenſeatur, ac illud Regum*, Card. de Luca *d. diſc. 65. numer. 5.* Gonzal. *gloſſ. 18. numer. 97.* Garz. *de benef. par. 5. cap. 9. num. 117.* de clauſula derogatoria Indultis Epiſcoporum pro tempore Cardinalium, etiamſi Beneficia vacaverint in menſe reſervato, & de aliis clauſulis prægnantibus; Maſſobr. *d. prælud. 7. dub. 3. numer. 24. 25. & 88.* Vivian. *dicto lib. 4. cap. 10. n. 24.* Rota *dec. 88. num. 7. par. 1. recent.*

Exemplum ſan. mem. Pauli V. qui occaſione alterius litis, illam ad ſe avocavit, extinxit, & perpetuum ſilentium impoſuit proviſo ab Ordinario nihil adverſari dicebam, quia hoc ſucceſſit, eo quia Epiſcopus non erat Cardinalis habens indultum, nec Beneficium vacaverat in menſe reſervato, ſed in ordinario, ideo obſtabat clauſula *ſublata* adjecta in privilegio Apoſtolico, & ex hac ratione non poterat audiri Epiſcopus, niſi prius obtenta aperitione oris, ut expreſſe declarat Paulus V. in ejus Bulla; ideo non obſtabat in præſenti perpetuum ſilentium, ut ſupra impoſitum, dum in præſenti petebatur aperitio oris, & multo magis, quia Beneficium vacavit in menſe reſervato, & Eminentiſſ. Ordinarius contulit vigore indulti, itaut intret cenſura regulæ octavæ, quæ etiam ſine neceſſitate aperitionis oris de per
ſe derogat privilegiis in contrarium; non ob- 29
ſtantibus derogatoriis derogatoriarum, & per conſequens tollit de medio etiam clauſulam *ſublatam* tanquam acceſſoriam, & famulatoriam, ad Text. *in Clement. unic. de conceſſ. præben.* Gabriel. *de clauſul. concluſ. 3. numer. 82.* Caſſador. *ſuper regul. Cancell. deciſion. 10. numer. 4.* Rot. *deciſion. 32. numer. 12. part. 6. & deciſion. 247. numer. 9. part. 11. recent.*

Propoſita Cauſa ſub die 19. Aprilis 1697. reſolutum fuit intrare arbitrium pro aperitione oris coram R. P. D. Priolo.

AD materiam Juriſpatronatus ex privilegio quæro, an, ſtante privilegio ex augumento dotis, necnon obſervantia præſentationum effectuatarum etiam poſt Concilium Tridentinum, ſi vacet Beneficium in menſe reſervato, & concurrat proviſus Apoſtolicus cum præſentato per patronum, ad quem pertineat onus probandi, quod augumentum dotis præponderet gratiæ necne? certa eſt enim concluſio, quod ut Juſpatronatus ex

aug-

augmento non cadat ſub reſervationibus Apoſto-
30 licis, vel debet eſſe majus antiquo reditu, ſeu dote Eccleſiæ, vel ſaltem debet eſſe æquale, itaut Beneficii fructus pro medietate conſtituantur a dote antiqua, & pro medietate a novo augmento, ut ait Card. de Luc. *de jurepatr. diſcurſ.* 65. *num.* 26. Lother. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 29. Vivian. *de jurepatr. lib.* 4. *cap.* 10. *ſub numer.* 22. *verſ. inſuper*, Adden. ad Gregor. *deciſ.* 397. *numer.* 6. *in fine*, Panimoll. *deciſ.* 10. *annot.* 4. *num.* 23. Coccin. *deciſ.* 1056. *numer.* 10. Garz. *de benef. par.* 5. *capit.* 9. *num.* 127.

In hoc articulo Card. de Luca *ubi proxime num.* 27. *&* 28. dicit adeſſe variationem inter Doctores; nam aliqui tuentur, quod onus probandi præponderantiam cauſæ oneroſæ ſpectet ad præſentatum, ſeu patronum, non obſtante longæva
31 quaſi poſſeſſione præſentandi, ut apud Lother. *lib.* 2. *q.* 8. *numer.* 74. *& ſeqq.* ita & taliter, quod in dubio intret reſervatio regulæ; proviſus enim Apoſtolicus habet intentionem fundatam in regula reſervante Jurapatronatus ex privilegio, unde eo ipſo, quod excipiens de cauſa oneroſa, illam non probat plene cum ſua qualitate, & requiſito, regula operatur effectum ſuum, ut ait Coccin. *deciſ.* 1056. *numer.* 30. *& ſeqq.* Lother. *ubi ſupra num.* 74. *& ſeqq. & num.* 60. *&* 61. & quod adverſus regulam octavam non ſuffragetur quaſi poſſeſſio, ſed opus ſit, ut allegans privilegii oneroſitatem, eam probet, Gonzal. *gloſſ.* 18. *numer.* 23. *in fine*, *& num.* 24. Contrarium vero, quod non æquivalentia cauſæ oneroſæ probari debeat per proviſum Apoſtolicum, tenet Rot. *dec.* 302. coram Dunoz. Senior. quam contrarietatem opinionionum Card. de Luc. *ubi ſupra* componit cum diſtinctione actoris, & rei, ut legere eſt *num.* 28. *in fine*.

Diſtingue, & non errabis; aut enim patronus eſt in longæva quaſi poſſeſſione præſentandi in menſibus ordinariis, & hæc cum non relevat ab
32 onere probandi oneroſitatem, ſeu præponderantiam, aut æquivalentiam augmenti, & in his terminis procedit opinio Lotherii, & aliorum; ratio eſt, quia hæc duo ſtare poſſunt ſimul, quod nempe Juſpatronatus ex augmento ſit validum, neque cadat ſub derogatione Sacri Concilli Tridentini, adeout in menſibus ordinariis bene potuerint fieri præſentationes, quodque ex diverſo illud cadat ſub reſervatione regulæ octavæ, Card. de Luc. *de jurepatr. diſc.* 10. *num.* 21. *& diſc.* 91. *num.* 2. Coccin. *dec.* 1056. *num.* 37. *& deciſ.* 1077. *num.* 37. in hoc enim caſu agitur de minori præjudicio patronorum, quia regula non revocat Juſpatronatus, ſed reſervat, eo cæteroquin manente illæſo in menſibus ordinariis, ad inſtar quidem Juriſpatronatus Eccleſiaſtici, cujus beneficium licet provideatur ad præſentationem in menſibus ordinariis, cadit tamen ſub reſervationibus Apoſtolicis, Adden. ad Gregor. *dec.* 397. *ſub num.* 6. *verſ. & omnia*; Juſtum eſt enim, quod ſi Papa largitus eſt privilegiative Juſpatronatus, quod de Jure non poterat haberi, fruatur Jure conferendi in menſibus reſervatis; quod autem privilegium ex augmento poſſit non cadere ſub Concilio Tridentino, etiamſi illud non coæquet antiquam dotem, eſt evidens, quia Concilium mandat ſolum Ordinariis reviſionem hujuſmodi Juriſpatronatuum conceſſorum intra 40. annos ante ejuſdem Concilii publicationem ſecuta anno 1564. Conſtitutio autem Innocentii VIII. de anno 1485. loquitur de illis Juriſpatronatibus conceſſis a 25. annis citra; Illa vero Adriani reſtringitur ad privilegia conceſſa ab anno primo Pontificatus Innocentii VIII. itaut multa eſſe poſſint Jurapatronatus ex privilegio ob augmentum dotis, quæ non ſubjaceant dd. Conſtitutionibus Innocentii, & Adriani, multoque minus Concilio, quod demandando reviſionem Juriſpatronatuum intra 40. annos, ut ſupra, illa conceſſa ante 40. annos in ſuo robore reliquiſſe videtur; alia vero ſtante obſervantia præſentationum, præſumuntur reviſa, & approbata, tanquam cognitio, quod augmentum fuerit in evidentem Eccleſiæ neceſſitatem, ut firmavit Rot. me ſcribente in *Cuſentina Abbatiæ* 4. *Maii* 1693. §. *comprobata* coram bo. mem. Benincaſa.

Aut vero patronus eſt in longæva quaſi poſſeſſione præſentandi etiam in menſibus reſervatis, & non tenetur probare æquivalentiam, ſeu præponderantiam cauſæ oneroſæ, ſed hoc pertinet ad 33
proviſum Apoſtolicum, & in his terminis loquitur Dunoz. Jun. *deciſ.* 302. *numer.* 11. ubi aderant continuatæ præſentationes ultra centum annos, & *in recen. deciſ.* 725. *numer.* 6. *& ſeqq. par.* 18. *& in Neapolitana Beneficii* 19. *Martii* 1677. *&* 15. *Febr.* 1678. coram Bourlemont. ubi aderant præſentationes etiam in menſibus reſervatis per 90. annos; hoc autem intelligas, ſi poſſeſſio eſt longæva; nam ſi eſſet unicus actus in menſe reſervato, non poſſet operari prædictum effectum contra regulam reſervatoriam & proviſum Apoſtolicum, alias eſſet canonizare omnia Jurapatronatus ex privilegio in præjudicium reſervationis Apoſtolicæ, in qua agitur de minori præjudicio patronorum habentium menſes ordinarios; cum difficilimum ſit probare non æquivalentiam augmenti, ex quo debet juſtificari quanti eſſent reditus antiquæ dotis Beneficii de tempore conceſſi privilegii ex augmento, & rari ſunt caſus, in quibus fiat bene hæc probatio in antiquis; ideoque cum iſta quaſi poſſeſſio præſentandi in menſibus reſervatis ſit quædam obſervantia, quæ præſumit æquivalentiam augmenti, & per hanc præſumptionem transfert onus probandi contrarium in proviſum Apoſtolicum, neceſſe eſt, quod actus præſentationum in menſe reſervato ſint multiplices, ut præſumantur facti cum ſcientia, & patientia Datariæ Apoſtolicæ, quod requiſitum concurrere debet in obſervantia *deciſ.* 266. *num.* 25. *par.* 15. *recen.* nam alias unicus actus, ignorante intereſſato, factus, non poteſt dare prædictam præſumptionem, & producere effectum adeo pernicioſum reſervationis, eoque fortius ſi adeſſet aliquis actus in contrarium, nempe proviſionis Apoſtolicæ, uti de reſervato.

Sequor genium in hac materia Juriſpatronatus, & quæro, an diviſo exercitio Juriſpatronatus mixti inter patronum laicum, & Eccleſiaſticum per alternativam, ſi Beneficium vacat in turno Eccle- 34
ſiaſtici, cadat ſub reſervatione? Opinio eſt controverſa. Nam Garz. *de benef. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 614. putavit tali caſu Juſpatronatus in turno Eccleſiaſtici cenſeri Eccleſiaſticum, & ideo includi ſub reſervatione, ejuſque opinionem ſecuti ſunt Vivian. in ſua Miſcellanea *de Jurapatr. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 18. *& par.* 3. *lib.* 14. *cap.* 1. *num.* 113. nec non Collector maximus Barboſ. *de jur. Eccleſ. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 17. Pater Moneta *de Commut. ultim. volunt. cap.* 10. *ſub num.* 286. *circa finem verſ. declaratur tertio*; contrariam vero ſententiam egregie ſuſtinet Lother. inſignis Beneficialiſta in immortali *tract. de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 10. *numer.* 97. *& ſeqq.* ubi acriter reprehendit tam Garziam, quam Monetam, dicens, utrunque fuiſſe deceptum, & eſſe erroneum aſſerere, quod Juſpatronatus in turno Eccleſiaſtici cenſeatur Eccleſiaſticum, & cadat ſub reſervatione; & veriorem eſſe opinionem Lotherii contra Garziam optime firmat Card. de Luc. *de Jurepatr. diſc.* 65. *num.* 34. at nihilominus placuit Sacræ Rotæ ſequi opinionem Garziæ contra Lotherium, ut coram Priol. *deciſ.* 362. *num.* 11. *dec.* 383. *num.* 15. *& dec.* 432. *num.* 20. & hæc tenetur in foro propter auctoritatem doctiſſimi, & ſapientiſſimi Auditorii S. Rotæ Romanæ.

Verum, ſi punctus iſte in hoc Tribunali iterum ventiletur, credo, quod recedet a deciſis, quoniam ſi pondere auctoritatum moveri volumus, certe plus valet conſummatum judicium Lotherii, ac ſublime ingenium Card. de Luc. quam Garziæ curia ſupellex; de ejus ſequacibus non

curo,

curo, tanquam collectoribus, qui faciunt ſolum
numerum; ſi vero inſpiciamus rationis momenta,
clare detegitur aſſumptum Garziæ eſſe erroneum;
putavit enim turno Eccleſiaſtici Juſpatronatus cen-
ſeri mere Eccleſiaſticum, quando tamen mixtura,
ſeu communio Juriſpatronatus inter laicum, & Ec-
cleſiaſticum remanet indiviſa, ac eo modo, quo
prius, licet diviſum ſit exercitium Juris præſentan-
di, & præſentatio, quæ fit ab Eccleſiaſtico in ſuo
turno, dicitur fieri nomine communi, ut obſer-
vat Card. de Luc. *de Jurepatr. d. deciſ.* 65. *numer.*
34. Lother. *dicta quæſt.* 10. *num.* 99. & eſt Text. *in*
35 *cap. finali de Præben. in* 6. ubi Gloſſ. *in verb. Capi-*
*tuli*, Rot. coram Seraphin. *deciſ.* 980. *numer.* 11. &
coram Duran. *deciſ.* 245. *num.* 40. Neque enim tur-
nus ille dividere poteſt aut Juſpatronatus, aut jus
præſentandi, quorum utrunque eſt individuum,
& conſequenter ſi diviſio meri exercitii non di-
vidit Juſpatronatus, & præſentandi; ſed facit il-
lud remanere, ut prius indiviſum, mixtura, ſeu
communio inter patronum laicum, & Eccleſiaſti-
cum dicitur adeſſe, ut prius, & dicitur Juſpatro-
natus mixtum, ut prius, quod ſub reſervatione
non cadit.

Neque urget reſponſio Priol. *deciſ.* 383. *num.* 18.
quatenus reprobando Lotherium firmat ſatis eſſe
36 ad hunc effectum, quod ſit diviſum exercitium,
a quo reſervatio ſubſtantiatur, quippe ſi hoc exer-
citium expletur ab Eccleſiaſtico nomine commu-
ni, & ſociali, non poteſt reſervatio in eo intra-
re ob conſortium laici, quod adhuc ibi perſeve-
rat, perinde ac ſi Laicus conſtituiſſet Eccleſiaſti-
cum in procuratorem ad præſentandum etiam no-
mine ſuo, ac etiam quia, non obſtante diviſione
exercitii, adhuc intrat intereſſe, & præjudicium
Laici, dum intrantibus reſervationibus, frequentiſ-
ſime ſuccedit, quod provideatur de Beneficio pa-
tronali perſonæ Romanam Curiam ſequentes, per
quarum obitum in Curia continuare ſolent provi-
ſiones cum derogatione Juriſpatronatus etiam Laica-
lis, ut notat Card. de Luc. *d. diſc.* 65. *numer.* 34.
*circa finem* Lother. *lib.* 2. *q.* 8. *numer.* 58. *verſiculo*
*potiſſimum*, unde ſi ratio, quare non intrant re-
ſervationes in Jurepatronatus mixto eſt propter fa-
vorem Laici, utique dum hæc durat, & conſidera-
ri poteſt etiam diviſo exercitio, durare debet ex-
cluſio reſervationum.

Dicas igitur, etiam diviſo exercitio reſervatio-
nes non intrare in turno Eccleſiaſtici, bene tamen
37 poteſt Papa ſciens turnum Eccleſiaſtici conferre
jure concurſus, ubi non tam conſumitur turnus,
quam derogatur Juripatronatus in totum, ut docte
ſundat Lother. *d. lib.* 2. *q.* 10. *num.* 102. *verſic. quod*
*ſi Papa*.

Tranſeo ad alia. In paritate vocum inſtituen-
dus eſt præſentatus, qui eſt de familia fundatoris
ad excluſionem extranei, & ſi iſte obtineret pro-
viſionem Apoſtolicam cum derogatione medietatis
vocum, necnon gratificationem, proviſio eſſet
38 ſubreptitia, ſi non foret expreſſa circumſtantia
compræſentati de familia fundatoris, juxta deciſio-
nem Sac. Rotæ in *Mediolanen. Juriſpatronatus* 3.
*Julii* 1684. coram Pauluccio, & dixi ſupra *diſcep.*
4. *num.* 29. *in fine*, quod procedit, etiamſi præſen-
tatus non ſit de familia fundatoris, ſed de genere
ipſorum patronorum, immo & exiſtentium in quaſi
poſſeſſione præſentandi, Lambertin. *de Jurepatr.*
*lib.* 2. *par.* 3. *quæſt.* 5. *artic.* 4. *numer.* 11. *in fin. fol.*
*mihi* 946.

Ex lege fundationis Beneficium erat debitum
Clerico oriundo, & pauperi: vacavit, & fuit
collatum Clerico non oriundo, neque pauperi, qui
per multum tempus pacifice poſſedit; volebat
quis impetrare Beneficium in Dataria, ex quo pro-
viſus non erat qualificatus, ego reſpondi, impe-
trationem, ſi obtineretur, eſse inſubſiſtentem, ad
quem effectum diſtinguebam duos caſus. Alter eſt,
quando qualificatio vocati reſpicit ſavorem Eccle-
39 ſiæ, & Beneficii, ut ex. gr. quando vocantur
graduati, Doctores, Theologi, & ſimiles, quo
caſu favor Eccleſiæ eſt, ut Beneficium providea-
tur de perſonis melius, & magis idoneis, & in
his terminis dicebam poſse impetrari, ſi proviſio
ſecuta foret in perſonam non qualificatam ea ra-
tione, quia collatio neceſsario facienda eſt quali-
ficato, nec aliter facta valet, etiam ſi nullus qua-
lificatus peteret ſibi conferri, ut apud Garz. *de be-*
*nefic. par.* 7. *cap.* 15. *num.* 10.

Alter vero caſus eſt, quando qualificatio reſpicit
favorem perſonarum, ut ex. gr. conferre oriundo,
pauperi, conſanguineo, & ſimilibus; & in hoc
caſu dicebam, proviſionem de non qualificato non
eſse nullam, nec impetrabile Beneficium, eo quia,
cum nemo qualificatus comparuiſset tempore, quo
proviſio ſecuta eſt, hæc fuit valida, cum voca-
tio qualificati intelligatur, quatenus ille adſit, &
compareat; alias ſi conſtet, proviſionem de non
qualificato factam fuiſse abſque oppoſitione, &
comparitione qualificati, ea remanet valida, ne-
que enim Ordinarius tenetur requirere qualifica-
tos, nec expectare, donec talis reperiatur, ut in
ſpecie Conrad. *in prax. benef. lib.* 2. *cap.* 12. *numer.*
59. 60. & 61. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 56. *numer.*
88. & *ſeqq.* Rebuff. *de nomin. quæſt.* 17. *num.* 37. &
*ſeqq.* Garz. *de benef. d. par.* 7. *cap.* 15. *num.* 10. &
11. Rot. *deciſ.* 343. *num.* 17. & 18. *par.* 16. *recent.*
ubi de proviſione facta per Papam; Ratio eſt,
quia cum proviſio emanaverit de non qualificato
abſque ulla comparitione qualificati, præſumitur,
quod de eo tempore, vel nullus adeſset qualifica-
tus, vel ſi adeſset, noluerit uti favore ſuo; un-
de, ſi poſtea qualificatus compareat, non retra-
ctatur proviſio rite, & recte facta, Pax Jordan.
*tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 27. *num.* 24. debet enim ille re
integra comparere, hoc eſt ante ſecutam provi-
ſionem, alias non auditur, juxta *deciſ.* 1314. *num.*
6. coram Penia, & ſupradicta procedunt, etiamſi
fundatio diceret, quod Beneficium conferatur pau-
peri, & ſi poſt proviſionem quandocunque ac-
quirat aliud Beneficium, quantumvis ſimplex &
compatibile, ex quo deſinat eſse pauper, ſtatim
vacet Beneficium primum; hæc enim lex proce-
dit in eo, qui ab initio fuit proviſus ut pauper,
& qualificatus, non in eo, qui ab initio non fuit
qualificatus, ſeu pauper; nam tali caſu uti non
qualificatus continuat in ſtatu non qualificati, ſi
novum Beneficium compatibile aſsequatur, neque
lex fundationis, quæ ei non applicatur ab initio,
poteſt applicari ex poſt facto, & cum deficiat ab
initio ſuppoſitum, cum quo fundatio loquitur,
ceſsare debet diſpoſitio derivativa ſuper eodem ſup-
poſito fabricata, *l.* 1. *C. de liber. præteritis l. unica*
*verſ. nulla, ubi gloſſ. in verb. primordium C. de im-*
*pon. lucrat. de ſcript. lib.* 10.

Fundator in erectione Capellaniæ pro celebra-
tione Miſsarum appoſuit pactum, quod patroni
non arctarentur termino Juris ad præſentandum,
ſed eſset in eorum libera facultate non præſentare 40
pro quocunque tempore ſibi placito, an valeat hoc
pactum? Affirmative reſpondet Card. de Luc. *de*
*jurepatr. diſt.* 93. *num.* 8. quia non agitur de Ec-
cleſia Cathedrali, vel Parochiali, vel alias tali,
quod indigeat ſponſo, & Rectore ob ſibi annexam
curam, & adminiſtrationem Sacramentalem, vel
juriſdictionalem, ſed de Eccleſia, ſeu Capella con-
ſtructa pro Sacrorum celebratione; adeo ut ſtare
poſſit ſine ſponſo, & Rectore; & ego addo, quod
ſi Capellanus requiritur pro celebratione Miſsarum
pro anima fundatoris, multo magis valere poteſt
hujuſmodi pactum; nam dilatio providendi de Ca-
pellano præjudicat ipſi fundatori, qui pactum fe-
cit, ſeu ejus animæ, quæ non habet ſuffragia Miſ-
ſarum; Ego tamen ſentio, quod per hoc pactum
non debeat in perpetuum, aut per magnum tem-
pus ſtare Capella ſine Capellano; ſed pactum re-
cipit interpretationem Juris arbitrio boni viri, ſeu
Ordinarii, qui debebit elapſo quadrimeſtre præfi-
gere patronis terminum longum pro ſuo arbitrio
conformem, & quanto plus fieri poteſt concilia-
bilem cum pacto prædicto, addita pœna devolu-
tionis

tionis liberæ per ejus lapſum: ante autem præfi-
xionem hujus termini, licet Capella diu vacaſſet,
non poſſet impetrari valide in Dataria ob lapſum
temporis ad præſentandum, quia a pœna devolu-
tionis excuſatur patronus ex credulitate, quod pa-
ctum prædictum eoocedat ſibi in tempus quodcun-
que differre præſentationem, Card. de Luc. *de ju-
repatr. diſc.* 93. *n.* 7.

Pactum, quod ſemper proviſio Capellaniæ fieri
debeat ad præſentationem & hæc ſemper exerceri
debeat etiam in caſu reſervationum Apoſtolicarum,
41 nec ullo caſu, aut quavis de cauſa etiam legiti-
ma poſſit Papa, aut Ordinarius conferre ſine præ-
ſentatione, an impediat conferre libere ob negli-
gentiam patroni in præſentando infra quadrime-
ſtre? Credo, quod impediat, quia ſi Superior in
nullo caſu, aut quavis de cauſa etiam legitima pot-
eſt providere ſine præſentatione; ergo etiam in
caſu negligentiæ in præſentando, erit tamen locus
præfixioni termini arbitrio Ordinarii, eo modo,
quo ſuperius dixi, Panorm. *in capit. ex parte de
conceſſ. Præbend. numer.* 15. elapſo autem termino
hominis proviſio fieri poterit jure devoluto, quia
eſt contra naturam, & ſubſtantiam Beneficii, quod
debeat eſſe tale, & vacare in perpetuum, ſeu per
magnum tempus, & ſic non eſſe Beneficium in
actu, ſed inutile in habitu, & in nomine, non
re, Rot. *dec.* 10. *de teſtam. in antiq.* Barboſ. *de po-
teſt. Epiſcop. alleg.* 72. *num.* 187. & in puncto Card.
de Luc. *de jurepatr. d. diſc.* 93. *num.* 2. & 3. Lam-
bertin. *eodem tract. par.* 2. *lib.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 7. *n.*
2. *in fine fol. mihi* 686. crederem tamen, quod,
etiam incurſa pœna devolutionis poſt lapſum ter-
mini, patronus eſſet admittendus ad purgationem
moræ, ſi ſtatim præſentare vellet, dummodo res eſ-
ſet integra, hoc eſt non ſecuta proviſio libera jure
devoluto.

Valet lex fundationis, quod Beneficium non poſ-
ſit cadere ſub reſervationibus, nec poſſit conferri
niſi per certum Prælatum, Card. de Luc. *de ju-
repatr. diſc.* 93. *num.* 8. quidquid dicat Tondut. *qu.
benef. lib.* 1. *num.* 5. *cap.* 4. qui ſupponit, hoc eſſe
42 contra naturam, & ſubſtantiam Beneficii, quod
ſuppoſitum eſt falſum; tunc enim eſſet contra na-
turam illius, quando dictum foret, quod nec Or-
dinarius, nec Papa, nec ullus Superior poſſit con-
ferre, ut per Gonzal. *Gloſſ.* 6. *num.* 42. & optime
obſervat Card. de Luc. *ubi ſupra*, inſtitutio autem
debet reſervari Epiſcopo, & non alteri inferiori,
non obſtante contraria lege fundationis, ſi iſta ſit
poſt Concilium Tridentinum; ſecus ſi ante, ut re-
ſolvit S. Congregatio Concil. *in Civitatis Caſtelli
Canonicatuum* 31. *Martii* 1685. & *in Vulteranen.
juris inſtituendi* 8. *Auguſti* 1686. niſi Papa talem
legem admitteret, prout arbitrio ſuo admittere pot-
eſt, & ſolet, ne laici retrahantur a fundationibus
Beneficiorum, teſte Conrad. *in prax. benef. lib.* 4.
*capit.* 3. *numer.* 26. *verſ. tamen* & niſi inſtitutio
fuiſſet reſervata inferiori, qui haberet juriſdictionem
ordinariam cum omnimoda exemptione ab Epiſco-
po, ut reſolvit S. Congregatio apud Conrad. *ubi
proxime num.* 26. *verſ. Aliæ*.

Redeo ad Juſpatronatus ex privilegio, & dico,
quod cum in Eccleſia Collegiata, ſeu Conventua-
li ad acquirendum jus præſentandi principalem Præ-
laturam non ſufficiat fundatio, & dotatio, niſi il-
43 lud in limine fundationis reſervetur ex privilegio
Apoſtolico, *ut dixi diſcept.* 4. *num.* 73. ſequitur,
ut ſi in limine fundationis non fuerit obtentum pri-
vilegium, principalis prælatura eſt liberæ collatio-
nis, quod ſi Papa ſucceſſive ex intervallo conce-
dat jus præſentandi ad illam per privilegium, erit
conceſſio gratioſa, Rota *dec.* 564. *ſub num.* 7. *par.*
4. *diverſ.* & cadet ſub revocatione S. Concilii
Tridentini, ut ibi per Rotam concordat Puteus *dec.*
379. *num.* 4. & 5. *lib.* 2. nec non ſub reſervatione
Apoſtolica.

Perſona potens in loco fundavit, & dotavit Ec-
cleſiam Conventualem, & hoc conſtat per inſtru-
mentum, ſed non conſtat, quod circa jus præſen-
tandi principalem Prælatum obtinuerit privilegium
Apoſtolicum in limine fundationis, quæro, an
jus præſentandi probari debeat juxta formam rigo- 44
roſam Sacri Concilii Trident. præſcriptam in per-
ſonis potentibus, nempe per immemorabilem, &
præſentationes effectuatas per 50. annos? S. Rota
in *Albanen. Prioratus* variavit; nam prius reſpon-
dit affirmative, ut *in dec.* 564. *par.* 4. *diverſ.* po-
ſtea contrarium reſolvit *in dec.* 1037. & 1058. co-
ram Penia; veritas eſt, quod non iotrat forma
Conciliaris in hoc caſu; ratio eſt, quia Conci-
lium figurat duos caſus. Unus eſt, quando agitur
de probando Juſpatronatus per modum verum, &
tunc non diſtinguendo inter perſonas potentes, vel
non potentes contentatur inſtrumento fundationis,
& dotationis, & aliis Jure requiſitis. Alter eſt, ubi
agitur de probando Juſpatronatus per modum fi-
ctum, & præſumptivum, & in hoc ſolum caſu di-
ſtinguit potentes a non potentibus, volendo quod
potentes probent immemorabilem cum præſenta-
tionibus 50. annorum. Cum ergn perſona potens
oſtendit inſtrumentum fundationis, & dotationis,
juxta primum caſum Coocilii, noo includitur ſub
ſecundo, ubi agitur de probando patronatu præ-
ſumptive, quando deficit fundationis, & dotatio-
nis inſtrumentum; & ideo ſatis erit potenti pro-
bare in hoc caſu privilegium Apoſtolicum, per fa-
mam, per teſtes, & alios modos, juxta diſpoſi-
tionem Juris communis, ut clare loquitur Conci-
lium in primo caſu, ubi præter inſtrumentum fun-
dationis, & dotationis addit ibi – *& aliis Jure re-
quiſitis* – & ita ego conſului in dicta cauſa *Alba-
nen. Prioratus*, in qua pro veritate ſcribendo bo.
me. Advocatus Buzzius juxta ſenſum meum re-
ſolvit.

Derogatio Apoſtolica medietatis vocum cum aſ-
ſertiva præſentationis ab altera medietate valet, li-
cet de tempore gratiæ præſentatio non adeſſet, ſed 45
ſupervenerit, ut eſt de ſtylo Datariæ, Card. de
Luc. *de jur. patr. diſc.* 42. *per tot.* & *diſc.* 71. *num.*
17. Intellige, ſi ſupervenerit intra quadrimeſtre,
Rot. *in Nolana Benefcii* 20. *Jun.* 1690. §. *nec con-
trarium*, coram R. P. D. Caprara, & fiat coram
Superiore intra dictum tempus, ut ibi §. *nec refra-
gatur*; coram Papa autem debet exhiberi nomina-
tio in Camera ſeu Cancellaria intra eundem termi-
num, *dec.* 352. *num.* 15. *par.* 16. ſi gratia emanaſſet
ſuper præſentatione jam facta, ſed invalide, adhuc
ſubſiſteret, ſi intra terminum nova, & valida præ-
ſentatio ſuperveniret, licet contrarium firmaverit
Rot. *in Syracuſana*, de qua ſupra *diſcept.* 13. *n.* 47.
cujus opinionem ſequi non poſſum.

## FLORENTINA HOSPITALIS

## PRO

## ALEXANDRO

## N. N.

## ARGUMENTUM.

**Agitur de impetratione Apoſtolica certi Ho-
ſpitalis, cui fuerat Præpoſitus Regularis
Monaſterii, ad quod illius collatio perti-
nere ſupponitur, & reſolvitur pro execu-
tione literarum impetrationis.**

## *SUMMARIUM.*

1 *Monaſterium, ad quod pertinet collatio Ho-
ſpitalis Secularis, non poteſt hoc conferre ſuo
Religioſo.*
2 *Allegatur ratio.*
3 *Licet Hoſpitale poſſit regi per laicos, & fe-
minas, non tamen poteſt per Regulares.*
4 *Centenaria dicitur, etiamſi deficiant ſex anni.*
5 *Probatur, Hoſpitale eſſe Seculare ex admini-
ſtra-*

Digitized by Google

*ſtratione illius facta per Seculares per centenariam,*

6 *Et impetranti Hoſpitale contra Regularem ſufficit probare fuiſſe illud gubernatum per ſeculares ſpatio 40. annorum,*

7 *Et Regularis, contra quem facta eſt impetratio, tenetur probare ſtatum regularitatis in contrarium.*

8 *Contrarius ſtatus precedenti ad hunc effectum non probatur legitime per quadragenariam, niſi etiam probentur tria requiſita, nempe bona fides, poteſtas, & voluntas Superioris.*

9 *Prior Regularis non habet poteſtatem immutandi ſtatum ſecularem Hoſpitalis deputando Regulares.*

10 *Et ſoli Papæ id eſt reſervatum, & n. 12.*

11 *Legatus de Latere non habet facultatem diſpenſandi, ut Regularis præficiatur Beneficio ſeculari,*

13 *Deputationes Regularium ad Hoſpitale ſeculare, ad effectum immutandi ſtatum ſecularis, debent eſſe facta animo imprimendi hunc novum ſtatum.*

14 *Animus hujuſmodi excluditur, quando fuerunt deputati Regulares ad vitam, & ſic, ut ſeculariter, & non amovibiliter ad nutum, & ſic ut regulariter.*

15 *Concordia partium non poteſt imprimere novum ſtatum regularem.*

16 *Ad præſcribendum actum cui reſiſtit Decretum irritans, requiritur immemorabilis, nec ſufficit centenaria.*

17 *Excluditur immemorabilis, ſtante initio ex concordia,*

18 *Et quando allegatus fuit titulus infectus.*

19 *Unio Hoſpitalis ſecularis facta Monaſterio non facit, ut illud evadat regulare, ſtante præſertim obſervantia in contrarium.*

20 *Quando Papa cenſeatur conferre Hoſpitale uti officium, non Beneficium.*

21 *Dicitur inducta devolutio per lapſum termini etiamſi patroni præſentaverint intra illum, ſed incapacem perſonam.*

22 *Patronis Hoſpitalis præfixus eſt terminus duorum menſium ad præſentandum.*

23 *Papa conferendo Hoſpitale cenſetur ſuppoſuiſſe ejus manualitatem.*

24 *Non expreſſio manualitatis Beneficii non reddit gratiam ſubreptitiam, ſed vide n. 25.*

26 *Quando centenaria tollatur ex productione tituli vitioſi.*

## DISCEPTATIO XXIII.

CErtiſſima eſt concluſio, quod ubi Monaſterium Regularium habet Jus conferendi Hoſpitale Seculare non poteſt illi præficere perſonam Regularem, ut fuit opinio originalis *Gloſſ. in Cle-*
1 *ment. quia contingit in verb. Secularibus de Religioſ. domib.* ubi Panorm. *numer.* 12. ibi – *Religioſi autem talibus præfici non poſſunt* – Vitalin. *ibid. numer.* 37. & 38. Lap. de Caſtilion. *in tract. de Hoſpitalit. n.* 3. *in fine* ibi – *Si autem Hoſpitale &c. requirit certum Rectorem per ſe, tunc dico, quod licet ſit certæ Religionis, ad quam ſpectat illud conferre, non credo, quod proſit Religioſo, quia non ceſſat prohibitio.*

Hanc opinionem tanquam veriſſimam, & communem refert, & ſequitur Zabarell. *in cap. de Xenodochiis num. 4. de Religioſ. domib. ibique* Ancharan. *num.* 4. late Fagnan. *in cap. ad hæc numer.* 50. *de Religioſ. domib.* Gambar. *de Offic. & poteſt. legat. in Regular. numer.* 43. & 44. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. univerſ. lib. 2. capit. 11. num.* 39. Amoſtaz. *de cauſ. piis lib. 4. capit. 11. num.* 38. Rot. *deciſion.* 202. *ſub numer. 3. verſ. conſequenter par. 1. rec.* Frideric. de Sen. *conſil.* 134. *num.* 1. Roderic. *quæſt. Regul. tom. 2. q. 85. art. 3. in princip.*

2 Ratio concluſionis eſt, quia Monacho, & Religioſo indiſtincte prohibetur extra ſuum Monaſterium manere, & divagari ex interdictio Concilii Lateranenſis relato *in cap. 2. de ſtat. Monach.* quæ prohibitio procedit non ſolum, quando Monachus intitulatur extra Monaſterium ad Beneficia ſecularia, ſed etiam, ſi obtineat aliquod Hoſpitale in ſolum regimen, & adminiſtrationem, ut inquit Vitalin. *in d. Clement. quia contingit n.* 37. & 38. ibi – *Monacho, vel Canonico Regulari non poteſt conferri Hoſpitale, aut alius locus pius in titulum, vel regimen, ne maneat extra ſuum Monaſterium.*

Non relevante, quod cum agatur de officio non perpetuo, nec Eccleſiaſtico, cujus capaces ſunt laici, & feminæ, idcirco poſſit etiam per Regulares gubernari ex *deciſ.* 161. *numer.* 4. coram Cerro.

Quia ratio prædicta nihil concludit, dum ſtat ſimul, quod Hoſpitale poſſit gubernari per laicos, 3
& feminas, non autem per Regulares, ut in puncto reſpondet Ancharan. *in d. capit. de Xenodochiis numer.* 4. ibi – *quæro, an iſta loca pia &c. poterunt gubernari per laicos, & Regulares? dico, quod non per Regulares, per laicos vero ſic* – Et expreſſe firmat ipſa Gloſs. *in Clement. quia contingit in verb. ſecularibus,* ubi, quod prohibitio cadit in Regularibus, non autem in laicis, ut legere eſt in *verſ. de laicis autem.*

Deciſio vero 161, coram Cerro nihil applicatur; loquitur enim de Hoſpitali Regulari erecto, & dotato per Conventum S. Dominici, ut colligitur ex *principio deciſionis in narrativa,* & patet ex eo, quod fundatur in *d. Clementina quia contingat. §. præmiſſa,* ubi Textus ſolum loquitur de Hoſpitalibus Regularibus,

Hoc præmiſſo, unica, & principalis difficultas hujus Cauſæ mihi in eo conſiſtere videtur, an Hoſpitale, de quo agitur, ſit Seculare, vel Regulare; nam primo caſu literæ Apoſtolicæ erunt ſine dubio exequendæ tanquam verificata narrativa ſubſtantiali, quod illud indebite occupatum detineatur per Regulares omnino incapaces adminiſtrandi Hoſpitale ſeculare, & conſequenter adhuc vacet de jure ex perſona Jo. Baptiſtæ Tozzi ultimi adminiſtratoris ſecularis; Altero vero caſu non erunt exequendæ, tanquam non verificata eadem narrativa,

Stricte igitur ſuper hujuſmodi difficultate dico, Hoſpitale prædictum eſſe Seculare, & non Regulare, quia fuit a primæva ſui inſtitutione fundatum, & dotatum de bonis ſpectantibus ad ſeculares, nempe ad Capitaneos, & homines, ſocietatis S. Petri Martyris, & Miglioratum Simonem de S. Caſſiano reſervato Jurepatronatus ad favorem, tum ſocietatis, quam Migliorati; & ab anno 1427. uſque ad annum 1521. ſemper deputati fuerunt regimini Hoſpitalis Clerici Seculares, & ſic Alexander ad probandum ſtatum ſecularitatis Hoſpitalis habet centenariam, quæ talis dicitur, etiam ſi deficiant aliquot anni. Rot. *deciſ.* 4
309. *numer. 1. par. 5. & dec. 284. numer. 3. part. 6. recent.* & coram Dunoz. Jun. *deciſ.* 809. *num. 6. & deciſ. 17. num. 4. & deciſ. 18. numer. 6.* poſt Vivian. *de Jurepatr.* & ſatis eſt, quod tempus ſit ſupra 90. annos, Card. de Luc. *de Jurepatr. diſcurſ. 57. numer.* 33. Balducc. ad Roman. *in obſer. ad Conſil. 24. numer. 63.*

Ex adminiſtratione autem Hoſpitalis facta per ſeculares ſpatio centenariæ dubitari non poteſt, 5
quin ſecularitas remaneat plene probata, cum ad hunc effectum ſufficiat ſola quadragenaria, ut eſt Text. *in cap. cum de Beneficio de Præben. in 6.* Lother. *de re beneficiar. lib. 1. quæſtion. 34. numer.* 45. Adden. ad Gregor. *deciſ.* 434. *numer.* 20. Hojed. *de incompatib. Benef. cap. 24. num.* 92. Pax Jordan. *lucubrat. tom. 2. lib. 10. tit. 27. num.* 6. Garz. *de Beneſ. part. 7. cap. 10. numer. 37. verſ. Idque principaliter.*

Et in ſpecie, quod impetranti ſufficiat probare Hoſpitale fuiſſe gubernatum per ſeculares ſpatio 6
40. annorum, dicunt Geminian. *in d. cap. cum de*

*Bene-*

*Beneficio numer.* 8. *verſ. Et tunc impetratio*, Rot. *dec.* 2. *ſub numer.* 1. *ver. Bene adſtringitur de Præbend. in novis* Maſcard. *de probat. concl.* 172. *numer.* 9. & 10. Mareſcott. *variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 55. *num.* 67.

Probatur igitur primævo ſtatu anteriori ſecularitatis, impetrans aliud probare non tenetur, ſed reus tenetur probare contrarium ſtatum regularitatis poſteriorem, cum in hac exceptione ſit actor, ut in puncto Coccin. *annot.* 304. *n.* 16. *verſ. cum impetrans & n.* 17. *& ſeq.*

Iſte autem ſtatus regularitatis ex adverſo concludenter non probatur; centenaria enim, quæ prætenditur ad illum probandum, non ſubſiſtit in fa-
7 cto, ex quo deputationes Regularium in regimine Hoſpitalis incipiunt ab anno 1521. & terminant anno 1567. de quo tempore inſurrexit Clericus Secularis deputatus ab Hoſpitalario S. Mariæ Novæ patrono adverſus Regularem deputatum per Societatem Sancti Petri Martyris, & inſtructa lite, emanavit ſententia contra d. Regularem, quæ fuit confirmata in gradu appellationis; unde patet, non adeſſe centenariam, ſed ſolam quadragenariam, quæ non ſufficit in caſu noſtro, ubi agitur
8 de mutando ſtatu anteriori ſecularitatis, niſi etiam concurrat bona fides, poteſtas, & voluntas Superioris, qui fecit deputationem Religioſorum, ut de bona fide Rot. *deciſ.* 188. *num.* 1. *in fine*, & *deciſ.* 229. *num.* 8. *par.* 1. *recent.* & de omnibus tribus requiſitis Lother. *d. q.* 34. *numer.* 46. 49. & 52. Tondut. *quæſt. benef. par.* 3. *cap.* 166. *numer.* 6. Rot. coram Pen. *dec.* 1392. *num.* 3. & 4. Adden. ad Gregorium *dec.* 434. *n.* 20.

In præſenti deficit bona fides, & poteſtas Superioris, quia Prior Regularis non habebat pote-
9 ſtatem immutandi ſtatum Secularem Hoſpitalis, & ideo omnes deputationes Religioſorum fuerunt factæ nulliter, & mala fide, & iſti dicuntur adminiſtraſſe per intruſionem, & uſurpationem manifeſtam, ut in puncto Prob. ad Monach. *in d. cap. cum de Beneficio ſub num.* 10. *verſ. Quid autem dicendum*, ubi ponit caſum de Impetrante Eccleſiam ſolitam regi per ſeculares per ſtatum anteriorem, & quæ per ſtatum poſteriorem fuerat gubernata per Monachos ſpatio 43. annorum ſub narrativa, quod illa indebite occupata detineatur per Monachos, ut præciſe eſt caſus præſens; & firmat hoc temporis ſpatio iſtos non potuiſſe præſcribere ſtatum ſecularem anteriorem, eo quia non fuerant proviſi per Papam, aut Ordinarium medio diſpenſationis Apoſtolicæ, & ſic non concurrebat bona fides, nec poteſtas Superioris, ut legere eſt apud ipſum *numer.* 20. ibi — *quod ſi non habuerint proviſionem ipſi Monachi modo præmiſſo* (ſcilicet a Papa) *fuerunt intruſi occupatores, & uſurpatores, & ſic in mala fide, quæ, ut deduxi, ipſam præſcriptionem impedit; ergo neceſſario requiritur, quod inſtitutionem habuerint, aut a Papa, aut ab Ordinario, medio diſpenſationis Apoſtolicæ, quæ in eis bonam fidem cauſaverit, & modum utendi qualificaverit, ſuper qua qualitate fundata eſt intentio Monachi, & ſic plene probanda* — Quam doctrinam Probi refert, & ſequitur Coccin. *d. annot.* 304. *n.* 13. *ſeq.*

Quodque Superior Regularis non habeat facultatem immutandi ſtatum Hoſpitalis ſecularis, ultra Probum *d. cap. Cum de Beneficio num.* 4. & 20. tradunt Geminian. *ibidem num.* 7. & 9. Joan. Andr. *numer.* 2. Franch. *numer.* 6. Fridericus de Senis *conſ.* 136. *n.* 3. ibique impugnator *n.* 3. Card. de Luc. *de Benef. diſc.* 63. *n.* 13.

Immo, quod ſolus Papa poſſit immutare ſtatum ſecularem per Gloſs. *in Clement. Quia contingit verb. Apoſtolicæ de Relig. Domib.* firmavit
10 Rot. *in Olomucen. Juriſdictionis* 13. *Februarii* 1688. §. *Neque ad tollendum*, & 15. *Junii* §. *nec ſubſiſtit* coram bo. me. Emeria & 10. *Decembris ejuſdem anni* §. *fin.* coram R. P. D. Caprara.

Idque agnoſcente Superiores Conventus S. Mariæ Novellæ exprimunt in formula deputationum, ſe habere facultatem a Legato a Latere, ſed neque hæc facultas probatur, nec probata relevaret, cum Legatus non habeat facultatem diſpenſandi, ut Re- 11
gularis præficiatur Hoſpitali ſeculari, Sanchez *ad præcept. Decal. lib.* 7. *capit.* 29. *numer.* 76. Garz. *de Benef. par.* 7. *cap.* 10. *numer.* 24. & *ſeqq.* Conrad. *in praxi diſpenſ. lib.* 6. *cap.* 1. *numer.* 2. Gonzal. *ad regulam* 8. *Gloſſ.* 7. *num.* 53. Suarez *de Relig. tom.* 4. *lib.* 3. *cap.* 19. *n.* 26.

Et conſequenter nec minus poſſit immutare ſtatum ſacultatem Hoſpitalis in Regularem, cum hoc 12
ſit ſoli Papæ reſervatum, ut in puncto Zabarell. *in dict. Clementina Quia contingit num.* 12. *de Relig. Domib.* & generaliter Rot. *in d. Olomucen. Juriſdictionis, ubi ſupra.*

Ultra bonam fidem, & poteſtatem Superioris Regularis faciendi deputationes Religioſorum in Hoſpitali Seculari, deficit etiam illius voluntas, 13
hoc eſt, quod eas fecerit animo imprimendi novum ſtatum, ſicut requiritur, Probus ad Monachum, *ubi ſupra num.* 4. & *ſub num.* 19. Geminian. ad Calderinen. *conſ.* 1. *in fine de conſuetud.* Lother. *d. q.* 34. *n.* 52. Penia *d. deciſ.* 1392. *n.* 4. Adden. ad Gregor. *d. dec.* 434. *ſub n.* 20.

Quæ voluntas, ſive animus in caſu iſto non probatur, immo excluditur eo ipſo, quod factæ fuerunt deputationes Regularium, non tanquam Clauſtralium, hoc eſt amovibiliter ad nutum, ſed ad vitam deputati, immo diſpenſative ex facul- 14
tate Legati a Latere expreſſa in formula deputationum, quo caſu non cenſetur per illas mutatus ſtatus ſecularis in regularem, quia dicuntur Regulares deputati, ut ſeculariter, non ut regulariter juxta opinionem Friderici de Senis *conſ.* 136. *num.* 4. *in reſponſione verſ. Nec mutatus*, Lapus *in d. cap. cum de benef. numer.* 2. Probus ad Monach. *numer.* 19. *verſ. Pro his* Geminian. *numer.* 9. *verſ. Unde* Franch. *num.* 9. *verſ. ſecundo* Felin. *in capit. in noſtra n.* 41. *verſ. & ſubdit. de reſcriptis* Lother. *d. lib.* 1. *q.* 34. *n.* 59.

Quæ ſi procedunt etiam ubi ad favorem Regularium adeſſet quadragenaria pacifica, & ſine aliqua declaratione in contrarium, quanto magis procedere debent, ubi poſt illam completam fuit in Judicio declaratum per duas conformes, Religioſum eſſe expellendum de regimine Hoſpitalis, quæ judicata ſine dubio ſuſtulerunt de medio præſcriptionem ſeu praxim antecedentem, tanquam ipſo Jure nullam, & introductam per abuſum & uſurpationem.

Nihil obſtante, quod hujuſmodi judicata, ſeu ſententiæ ſublatæ fuerint per concordiam ſubſecutam de anno 1570. in qua fuit confirmatus in gubernio Hoſpitalis Religioſus antea rejectus, qui rexit Hoſpitale uſque ad annum 1625. itaut concurrat centenaria ab anno 1521. uſque ad 1625.

Quia concordia probat totum oppoſitum, dum in ea per viam pacti ſpecialis adjectum fuit, ut gubernium Hoſpitalis committi deberet Religioſis, & ille, qui fuerat rejectus per ſententias, fuit deputatus de novo, quæ conventio, & nova deputatio excludit Jus Religioſorum, quod, quia per antea non habebant, opus fuit quærere ex pacto dictis ſententiis contrario; ex quibus proinde ſententiis, & pacto reſultat fuiſſe revocatam, & annullatam præſcriptionem antecedentem, & novam inceptam ex titulo concordiæ, quæ nova præſcriptio non ſuffragatur, quia quatenus eſſet quadragenaria ab anno 1570. uſque ad 1625. 15
non relevaret, deficientibus requiſitis, de quibus ſupra, nempe requiſito bonæ fidei, & poteſtatis, dum nititur titulo ſeu principio concordiæ apertiſſime nullo, quæ tanquam inita auctoritate privata, non potuit imprimere novum ſtatum regularitatis, quod eſt ſoli Papæ reſervatum, ut inquit, Rot. *in d. Olomucen. Juriſdictionis* 15. *Junii* 1688. §. *Nec ſubſiſtit.* cor. Emeria & 10. *Decembris ſubſequentis* §. *fin.* cor. R. P. D. Caprara ibi — *Nec qualitatem regularitatis imprimere valet donatio &c. & erectio in commendam, ſiquidem &c. non*

ſunt

*ſunt apta mutare ſtatum ſeculare Beneficiorum in Regularem, cum hoc ſit ſoli Papæ reſervatum.*

Plus addo, quod ubi etiam ex erroneo ſuppoſito adeſſet centenaria ad favorem Religioſorum, iſta nec minus relevaret ex duplici fundamento;
16 & primo, quia cum pro illorum incapacitate reſiſtat non ſolum jus commune, juxta cujus diſpoſitionem ſecularia Regularibus conferri prohibetur, ſed etiam ipſa diſpoſitio Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ. 14. cap. 10. & 11. de reform.* quod habet decretum irritans, ut in puncto ait Coccin. *d. annotat. 104. num. 13. verſ. Et adeſt*; inde ſequitur, ut ad præſcribendum ſtatum ſecularem ſola immemorabilis ſufficiat, ut in puncto, quando in diſpoſitione adeſt decretum irritans, firmant Geminian. *in d. cap. cum de Beneficio num. 5. & 6.* Joan. Andr. *ante numerum primum* Franch. *num. 3. & 4.* Garz. *de benef. par. 7. capit. 10. num. 36.* ubi quod non ſuffragetur centenaria, Pax Jordan. *tom. 5. elucubr. lib. 10. tit. 27. n. 11.*

Quæ immemorabilis excluditur eo ipſo, quod conſtat de initio, nimirum de deputatione Reli-
17 gioſorum incœpta de anno 1521. ac etiam attenta concordia anni 1570. ut in ſpecie, quando conſtat de initio, Rota *dec. 542. num. 3. par. 4. deciſ. 153. numer. 19. par. 11. & dec. 363. num. 6. par. 18. recent.* Et quando adeſt tranſactio, Panimoll. *dec. 10. annot. 5. n. 12.* Royas *dec. 259. n. 7.* ubi quod eſt impoſſibile dare immemorabilem poſt tranſactionem.

Secundo, quia Religioſi allegarunt titulum infectum centenariæ, nempe concordiam anni 1570.
18 & facultatem Legati a Latere expreſſam in formula dd. deputationum, ac etiam, quia conſtat de principio invalido primæ deputationis anni 1521. factæ ſine authoritate Papæ, quibus ſtantibus, corruit centenaria fundata in hujuſmodi titulis vitioſis, & in d. principio infecto, Garz. *de Benefic. par. 5. cap. 9. num. 311.* Genuen. *in prax. Archiep. cap. 16. n. 15.* Gonzal. *ad regul. 8. gloſs. 18. n. 48.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 6. ex n. 60. uſque ad 74.*

Pariter non obſtat unio bonorum Societatis S. Petri Martyris facta Monaſterio S. Mariæ Novellæ, quia per unionem fuit quidem translatum
19 juſpatronatus, quod Societas habebat in Monaſterium, ſed exinde Hoſpitale non evaſit regulare, ſtante præſertim obſervantia, dum tam ante, quam poſt unionem ſecutam de anno 1440. deputati fuerunt ſeculares in Hoſpitali ab anno ſcilicet 1427. uſque ad 1521. ut in ſpecie notant Felin. *in d. cap. in noſtra ſub num. 44. de reſcript.* Pax. Jordan. *d. lib. 10. tit. 27. numer. 5.* Card. de Luc. *de benef. diſcept. 63. numer. 13.* Gonzal. *gloſſ. 8. num. 38.* Rot. *dec. 46. numer. 1. de reſcript. in antiquis* Lother. *d. q. 34. numer. 8.* Rot. *dec. 578. n. 2. verſ. Nam eſto, par. 1. & dec. 369. numer. 4. par. 3. dec. 156. num. 8. par. 10. & deciſ. 65. num. 15. par. 11. recent.*

Demum non adverſatur, quod proviſio Joan. Baptiſtæ de Tozzis ultimi adminiſtratoris ſecularis non habuerit effectum, ut *ex dec. 222. penes* Poſth. *de manut.* quia hoc evenit non ex eo, quod fuerit canonizatum Hoſpitale pro Regulari, ſed quia proviſus cœperat poſſeſſionem illius attentate poſt interpoſitam appellationem a Conventu S. Mariæ Novellæ, propter quod fuit illi ſimpliciter denegata manutentio, ut videre eſt *in d. deciſ. 222. numer. 1.* ergo iſta deciſio emanata ſuper mero incidenti, non tollit jus, quod proviſus habebat.

Non obſtat primum objectum, quod fuerit expoſitum Papæ, Hoſpitale eſſe collativum, & ſimplex perpetuum Beneficium, quia ex literis Apoſtolicis ad favorem Alexandri conceſſis hoc non
20 ducitur, immo patet, Summum Pontificem conſideraſſe Hoſpitale tanquam merum, ac ſimplex officium, & non Beneficium, ut in proœmio ibi — *Gerentes in deſideriis &c. ut Hoſpitalia &c. ſub bono, & felici regimine gubernentur* — & infra ibi — *talibus perſonis committi volumus, per quas Hoſpitalia &c. valeant &c. feliciter gubernari* — Idemque legitur in diſpoſitiva ibi — *Per obitum q. Joan. Baptiſta Rectore ſeu adminiſtratore careat &c. dummodo &c. alicui alteri canonice commiſſum non exiſtat* — Ex quibus dicitur, Papam dediſſe Hoſpitale cum ſuppoſito, quod eſſet merum officium, & adminiſtratio non autem Beneficium, ut in puncto Rot. *deciſ. 714. num. 1. & ſeqq. part. 1. diverſor.* Pignatell. *conſult. Canon. tom. 4. conſult. 143. n. 9.* ubi hoc ampliat, etiam ſi Papa feciſſet commiſſionem Hoſpitalis cum expreſſione Beneficii, Lapus *de Hoſpitalit. n. 24. inter tractatus magnos tom. 14.*

Secundum, quod fuit falſo Papæ narratum, lapſum fuiſſe tempus ad præſentandum, quando Ho- 21
ſpitale nunquam ſtetit ſine adminiſtratore, pariter convincitur erroneum, quia hæc narrativa optime verificatur, cum præſentatio facta fuerit de Religioſis incapacibus Hoſpitalis ſecularis, quæ proinde tanquam nulla habetur pro non facta, & ea non obſtante, dicitur factus locus devolutioni ob lapſum temporis ad præſentandum a Jure ſtatuti, ut bene Lambertin. *de Jurepatr. part. 1. lib. 2. q. 10. art. 4. num. 18. fol. 668.* ubi dicit, quod in hoc concordant omnes, & *par. 2. lib. 2. q. 1. art. 18. n. 2. fol. 707.* ubi quod tali caſu patronus reputatur negligens, allegando notabile dictum Joannis Andreæ *in cap. cum vos de officio Ordinarii*; Et Papa hoc intellexit, nec aliter intelligere potuit, dum fuit illi expreſſum, Hoſpitale fuiſſe indebite occupatum per Regulares incapaces; Etenim ex hac narrativa agnovit fuiſſe lapſum tempus patronis, eo quia intra illud non præſentaverant perſonam capacem, ſed Regulares incapaces, quarum præſentatio habebatur pro non facta nec impediebat devolutionem.

Non obſtat tertium, quod ſuppoſitum fuerit
Papæ lapſum fuiſſe tempus patronis laicis a Jure 22
præfinitum ad præſentandum, & tamen agitur de Beneficio manuali, ſeu Hoſpitali, in qua Sacri Canones nullum præfigunt terminum patronis ad hunc effectum; Quoniam reſpondeo, quoad expreſſa Conſtitutio *Urbani V.* in qua præfixi fuerunt patronis hujuſmodi Hoſpitalium duo tantum menſes ad faciendam commiſſionem Hoſpitalium, quam Conſtitutionem regiſtravit per extenſum Lap. *in d. tract. de Hoſpitalit. inter tract. magn. to. 14. fol. 167. Col. 1.* & poſt lapſum duorum menſium Hoſpitale poteſt committi per Papam Jure devoluto, ut ibi dicit Lapus *n. 93.*

Et probatur hoc ipſum ex *d. Clementina quia contingit de Religioſ. Domib.* ubi in caſum negligentiæ poteſt Ordinarius ſupplere etiam circa commiſſionem Hoſpitalis juxta intellectum illi datum per Lap. *ubi proxime n. 63. verſ. Item faciat.* Ergo multo magis Papa, qui eſt Ordinarius Ordinariorum, & omnium Beneficiorum, & Hoſpitalium collator ordinarius, Lap. *d. num. 63. verſ. non eſt dubium.*

Non obſtat quartum, quod Papæ narratum non fuerit Hoſpitale eſſe manuale, quia Papa qui Jura
ignorare non præſumitur, intellexit manualitatem 23
ſine expreſſione, eo quia de Jure Hoſpitalia ſunt manualia, ut firmat Gloſſ. *d. Clement. quia contingit §. ut autem in verb. Committatur*, quæ licet circa finem advertat, quod conſuetudo generalis ſervat contrarium, ut nempe perpetui Rectores Hoſpitalibus præficiantur, tamen hodie vigore Concilii Tridentini Rectores Hoſpitalium non poſſunt deputari perpetuo, nec ultra triennium, ut in *ſeſſ. 25. cap. 8. de reform.* ubi Barboſ. *num. 2.* Garz. *de Benef. par. 1. cap. 3. num. 7.* Pax Jordan. *tom. 2. elucubrat. lib. 7. tit. 9. n. 36.*

Ultra quod manualitas Beneficii Papæ non ex-
preſſa non reddit gratiam ſubreptitiam, eo quia 24
ille non tollit, ſeu non derogat reſcribendo qualitati manualitatis, ut firmat Cocc. *dec. 1061. n. 14.* ubi ex Milis *in Repert. in verb. beneficia manualia* firmant, quod Abbas poteſt removere proviſum a

Papa

Papa de Beneficio manuali, niſi ille contrarium mandaverit in literis Apoſtolicis, vel niſi ex certa ſcientia conferat Beneficium manuale, quod ta-
25 men patitur difficultatem circa primum membrum, quando nempe Papa contrarium mandavit, quia Papa ignorando manualitatem, ſi conferat perpetuo, ſeu quoad vixerit, ſupponit Beneficium eſſe perpetuum, & tunc ſubreptio eſt clara: quia ſi ſciviſſet manualitatem, perpetuo non contuliſſet in præjudicium Abbatis; ergo concluſio, quod Abbas nequeat removere proviſum, quando Papa contrarium mandat in literis Apoſtolicis, non videtur procedere, niſi in caſu ſcientiæ manualitatis in Papa, qui nunquam dici poteſt mandaſſe contrarium in ſuis literis (ſcilicet conferendo perpetuo, & exinde oſtendendo velle proviſum non removeri) niſi ſciat poſſe removeri, & ſic niſi ſciat manualitatem; non autem ſi ignoret.

Dicendum eſt igitur, quod aut Papa ſimpliciter confert Beneficium, quod eſt manuale, cujus manualitas ei non fuit expreſſa, & collatio non redditur ſubreptitia, quia ſimpliciter conferendo Papa, non cenſetur alterare naturam Beneficii, itaut proviſus poſſit ab inferiore removeri, ut docuit Lapus *alleg. 9. numer. 1. & ſeqq.* Alex. de Nevo *in cap. ad noſtram de confirm. util. vel inutil. numer. 10. & 13.* Panorm. *ibidem numer. 7. & 8.* aut vero Papa confert perpetuo quoad vixerit, & tunc, quia juxta ſenſum verborum, inferior non poteſt proviſum removere, ut per Panorm. *ubi proxime num. 7. in fin.* gratia remanet ſubreptitia, ſi non fuit expreſſa Papæ manualitas, cum non præſumatur Summus Pontifex voluiſse alterare naturam Beneficii, & præjudicare inferiori, ad cujus nutum proviſus poteſt removeri niſi prævia ſcientia manualitatis, Alex. de Nevo *ubi ſupra n. 13. verſ. ego tamen.*

Juxta prædicta fuit judicatum pro executione literarum Apoſtolicarum ab Ordinario earum executore.

Supra dictum fuit, centenariam non ſuffragari ubi conſtat, eam eſſe originatam ex initio tituli infecti; nunc quæro, quales ſint caſus, in quibus centenaria, ac immemorabilis deſtruitur ex produ-
36 ctione tituli infecti? Primus eſt, ubi productio fit per procuratorem habentem mandatum ſpeciale, Rota, Dunoz. Sen. *dec. 303. num. 7.* & me ſcribente *in Cuſentina Abbatia 4. Maii 1693. §. quantum enim*, coram Benincaſa. Secundus, ſi fiat excluſive ad alios titulos meliores; ſecus ſi facta fuerit cumulative Jura Juribus addendo, vel ex abundanti, vel alio modo, ex quo pateat, titulum non fuiſſe productum uti unicum, principalem, & meliorem, Card. de Luc. *de Jurepatr. diſc. 65. num. 4.* Tertius, ſi productio facta fuerit de ſcriptura non authentica ſive in forma non probanti, Dunoz. Sen. *dec. 302. n. 8. 9. & 10.* Quartus, ſi facta fuerit in eodem Judicio; ſecus ſi in diverſo, Dunoz. Sen. *dec. 303. n. 8.* Rot. *dec. 29. numer. 46. par. 7.* Quintus, quod ſit facta partem ſaltem tacite acceptante per non contradictionem; ſecus ſi pars contradixit *d. dec. 29. n. 47. par. 7.* Sextus, quod ſit facta ad eum finem, qui conducat ad intentionem; nam alias facta ad alium effectum ſeu extra finem, ad quem intenditur, non poteſt operari, *d. dec. 29. num. 49. par. 7.* & Dunoz. Sen. *d. dec. 303. n. 8.* Septimus, quod titulus infectus producatur ab illo, qui ſe fundat in centenaria, ſeu immemorabili; ſecus ſi fiat ab adverſario, Adden. ad Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 6. n. 6. column. final. verſ. quæ intelligo*, Roſa *conſult. 12. num. 49. & 50.* Cancer. *var. lib. 3. cap. 3. ſub num. 126.* Creſcent. *dec. 22. numer. 4. de probat.* Bich. *deciſ. 185. num. 14.* Duran. *deciſ. 143. num. 3.* Coccin. *dec. 3139. num. 22. cum aliis in dicta Cuſentina Abbatia ubi ſupra §. adhuc.* Circa tamen primum caſum adverte, quod ſi eſſent talis ſcriptura ſeu titulus, qui aliunde haberi non potuiſſet, quam ab ipſo principali, productio iſti præjudicaret ob præſumptum mandatum ad producendum ſcripturam conſignatam, Adden. ad Gregor. *dec. 331. num. 20. verſ. ſed ad Concordiam* Rot. *dec. 285. ſub num. 4. verſ. accedit. par. 2. recent.* ſed contrarium tenet Card. de Luca *de Regalib. diſc. 47. ſub num. 5.* nota hæc in productionibus privilegiorum ex augmento dotis inſufficienti, quæ fiunt ad probandum Juſpatronatus, & adverte, quod ſi fiat productio alicujus privilegii Juriſpatronatus in genere non ſpecificato, an ſit augmento inſufficienti, ſi non reperiatur in actis privilegium productum, ut ſæpe contingit in antiquis, non ſufficit, quod pars adverſa exhibeat privilegium ex augmento inſufficienti, dum, ſtante centenaria præſentationum, poteſt ſemper dici, quod privilegium productum non eſt illud, quod pars adverſa exhibuit, ſed aliud ex coæquali dotatione reſultans præſumptive ex centenaria, Card. de Luc. *de Jurepatr. diſc. 91. ſub n. 4. verſ. quoniam* Rot. *in Leodien. Juriſdictionis 9. Decembris 1682. §. minus*, coram Emerix; quod ſi in præſentatione aliqua pro tempore facta enuncietur aliquod privilegium in genere, & in proceſſu Inſtitutionis reperiatur inſertum privilegium inſufficiens, hoc non concludit eſse illud privilegium enunciatum in præſentatione, cum potuerit inſertio fieri ab Ordinario in præjudicium patroni, ut firmavit Rot. *in d. Cuſentina ubi ſupra §. quantum enim*, in ſumma raros eſse caſus, in quibus fiant hujuſmodi productiones præjudiciales, notat Card. de Luca *de Jurepatr. dicto diſcurſ. 65. numer. 5.*

## LEODIEN. SEU AQUISGRANEN.

## *DECANATUS*

## PRO

## BARONE ADRIANO

## CAROLO DRAECH

## CUM

## GUILIELMO MORES

## ARGUMENTUM.

Electio impropria, in qua non ſervatur ſcrutinium nec forma *cap. quia propter de elect.* licet non valeat facta per majorem partem Capituli comparative ad minorem; tamen ſi eam ita factam omnes Capitulares acclament, & approbent, ſuſtinetur ex novo conſenſu Collegiali. Item ſuſtinetur ex Eccleſiæ conſuetudine. Plura de materia devolutionis, & Regulæ de triennali.

## *SUMMARIUM.*

1 *Series facti.*

2 *Electio impropria, in quo unuſquiſque alta voce dicit ſuffragium ſuum in Capitulo, reſolvitur in meram nominationem Capitularem.*

3 *Et pro ejus validitate ſufficit merus conſenſus naturalis ſive verbis, ſive factis datus.*

4 *In ea ſervatur jus naturale, & n. 16.*

5 *Electio licet facta per unum valet, ſi omnes non reclamant, & tacite conſentiunt, & num. 8.*

6 *Ratio concluſionis.*

7 *Explicatur concluſio deducta* ex cap. auditis de elect. *quod electio nulla ab initio, nequit poſtea reconvalidari ex ſuperveniente aliorum conſenſu.*

9 *Quando ſufficiant conſenſus ſingulares Canonicorum.*

10 *Electio nulla convalidatur ex novo conſenſu, licet tacite deducto ex deportatione electi ad Se-*

*ad Sedem, ubi ea non eſt propria, ſed impropria.*

11 *Votum poteſt explicari etiam manu, & pedibus.*

12 *Decretum Capituli pro petenda confirmatione electionis eam revalidat.*

13 *Traditio poſſeſſionis habet vim novæ electionis.*

14 *Quando tolerantia Superioris det Jus in Beneficio, nulliter collato.*

15 *Reſpondetur objecto, quod publicato ſcrutinio non ſit attendendi conſenſus, qui accedunt, & num. 18. 19.*

17 *Conſenſus poteſt intervenire ante negocium, in negocio, & poſt.*

20 *Deciſiones ſatis eſt, quod applicentur in concluſionibus, & rationibus.*

21 *Ratihabitio æquiparatur mandato.*

22 *Non poteſt allegari ignorantia quantitatis votorum in electione, in qua unuſquiſque manifeſtat votum ſuum.*

23 *Ex conſenſibus directis in aliquem velut electum intelligitur facta electio.*

24 *Electio per majorem partem comparative valet ex conſuetudine.*

25 *Ex quibus dicatur probata hæc conſuetudo, & num. 26.*

27 *Canonici ſunt teſtes idonei de geſtis in Capitulo.*

28 *Quando ſufficiat quadragenaria ſimplex.*

29 *Statutum reſtrictum non extenditur ad alia.*

30 *Statutum diſponens, quod in actibus Capitularibus ſufficiat conſenſus majoris partis, intelligi poteſt de majori parte etiam comparative.*

31 *Quando concludat probatio contra conſuetudinem eligendi per vota comparativa.*

32 *Teſtes declaratorii ſcripturæ attenduntur, etiam ſi patiantur exceptiones, quando illa eſt capax interpretationis.*

33 *Una ſcriptura aliam declarat.*

34 *Confirmatio electionis præſumitur facta, cauſa cognita.*

35 *Qui conſenſit electioni, non poteſt eam impugnari, & num. 36.*

37 *Collatio facta Jure devoluto per Papam juxta Lateranen. ſtatuta Concilii non valet, niſi probetur devolutio gradatim.*

38 *Quando intret devolutio gradatim, & n. 39.*

40 *Non eſt probanda devolutio gradatim, ubi Papa adjecit clauſulam,* dommodo non ſit alteri Jus quæſitum, *ſecus quando adjecta fuit clauſula,* & de devolutione detur diſpoſitive.

41 *In Eccleſia exempta devolutio Beneficii fit immediate ad Papam.*

42 *Eccleſia Aquiſgranen. non eſt exempta ab Epiſcopo Leodien.*

43 *In Eccleſiis exemptis confirmatio ſpectat ad Papam.*

44 *Devolutio pertinet ad eum Superiorem, qui habet Jus confirmandi electionem.*

45 *Exceptio Juris ipſo jure excluſiva actoris dari poteſt per reum, & poſſeſſorem.*

46 *Regula de triennali defendit poſſeſſorem etiam adverſus proviſum Apoſtolicum.*

47 *Citatio, & lis nulla ex defectu Juriſdictionis non interrumpit poſſeſſionem triennalem.*

48 *Moleſtiæ extrajudiciales, & de facto, ut interrumpant poſſeſſionem triennalem neceſſe eſt, quod ſint illatæ circa ipſam poſſeſſionem, & perceptionem fructuum, & n. 49.*

50 *Citationes nullæ non interrumpunt triennalitatem.*

51 *Productio monitorii, & ſimplices citationes non habent vim moleſtiarum turbativarum poſſeſſionis.*

52 *Ut triennalis interrumpatur per moleſtias extrajudiciales, iſtæ debent eſſe turbativæ de facto ipſius poſſeſſionis.*

53 *Quando lis dicatur nulla ex defectu Juriſdictionis.*

54 *Citatio nulla etiam ex alio capite, quam ex defectu Juriſdictionis, interrumpit poſſeſſionem triennalem, & num. 55. & 56.*

57 *Citatio valida reſpectu Juriſdictionis, ſed male executa, non interrumpit triennalem.*

## DISCEPTATIO XXIV.

IMpetraverat Guilielmus Moers Decanatum ſecun-
dam Dignitatem Eccleſiæ Collegiatæ B. Virgi- 1
nis Aquiſgrani contra Baronem de Draeck tan-
quam non electum a majori parte totius Capituli,
ſed a majori parte comparative ad minorem, &
obtinuerat in Rota coram R. P. D. Caprara deci-
ſionem ſuper executione literarum Apoſtolicarum
die 20. *Martii* 1669. me tamen non ſcribente pro
Barone, ſed aliis; aſſumptus ego poſtea ad defen-
ſam obtinui receſſum a deciſis, & poſt duas deci-
ſiones Cauſa terminavit.

Scribens ergo pro Barone electo dicebam, quod
literæ Apoſtolicæ per Moers piſcatorie extortæ fun-
dantur in aſſerta nullitate electionis tanquam factæ
per majorem partem Capituli comparatione mino-
ris, non autem reſpectu omnium Capitularium: &
tamen hujuſmodi nullitas nullo modo ſubſiſtit in ca-
ſu præſenti, quoniam præmiſſo infallibili principio,
quod hic agitur de Decanatu ſecunda Dignitate,
non autem de principali Prælatura per cujus vaca-
tionem Eccleſia viduatur, quodque conſequenter
non agitur de electione propria, & rigoroſa per
viam ſecreti ſcrutinii, aliarumque ſolemnitatum,
de quibus in notorio *Cap. quia propter de elect.* &
enumeratis per Fagnan. *ibidem n. 26. & ſeqq.* ſed
de quadam electione impropria, & larga, in qua
unuſquiſque ex eligentibus publice, & palam in Ca-
pitulo manifeſtat votum ſuum, itaut potius reſol-
vatur in ſimplicem nominationem Capitularem, 2
juxta Gloſſ. *in l. Nominationum C. de Decurion. lib.*
10. ibi *Nominationum ideſt electionum* & in pun-
cto obſervant Innocent. *in cap. quod ſicut nu. 7. &
8. de elect. ibique cæteri Canoniſtæ,* Card. de Luc.
*de Canon. diſcur. 26. n. 4.* Paſſerin. *de election. cap.
1. n. 26. & 38.* Lother. *de re beneſic. lib. 2. q. 19.
nu. 10. & ſeqq.* Nec propterea ad ejus validitatem
aliud requiratur, quam purus, & ſimplex conſen-
ſus naturalis Collegii quomodolibet explicatus, ſive 3
verbis, ſive factis; ut in terminis firmarunt Hoſtien.
*in cap. in Geneſi n. 14. de election.* ibique Zabarell.
*num. 2. verſ.* & dictus Panormitan. *in d. cap. quia
propter n. 9. verſ. in electionibus ergo aliorum,* Bel-
lamer. *in cap. Eccleſia veſtra 48. n. 8. eodem titul.*
Lother. *de re beneſic. lib. 2. q. 19. num. 10. & ſeqq.*
Rota *in Leodien. Decanatus* coram Manzaned. *dec.
890. n. 2. & in dec. 210. n. 9. & ſeqq. par. 9. rec.*
nuper *in Adrien. Canonicatus 3. Aprilis* 1699. *§.
Altera,* coram R. P. D. Lancetta.

Sequitur, ut electio licet facta per majora ſuffra-
gia comparatione aliorum, fuerit omnino valida,
quando hunc eligendi modum omnes Capitulares
approbarunt, & acceptarunt; Quippe ubi verſamur
extra formam *cap. quia propter,* quam prætcrire
non eſt facultate etiam totius Capituli, in aliis im-
propriis electionibus, ubi ſervatur ſolum Jus natu-
rale ſine ulla forma Juris poſitivi, *ut ait* Innocent. 4
*in d. cap. quod ſicut n. 7. & 8.* Capitulum poteſt in
eligendo procedere, & conſentire modo ſibi bene-
viſo, ſive verbo, ſive facto, ſive ante, ſive poſt
electionem, & quandocumque ex intervallo, dum-
modo conſenſus, vel omnium, vel majoris partis Vo-
calium accedat, & ita velit; & ideo quoties in Ca-
pitulo facta fuit electio per majorem partem dun-
taxat comparatione minoris, & omnes deinde Ca-
pitulares eam approbant, ſive adverſus eam non re-
clamant, nemo unquam ex ſcribentibus dubitavit,
quin ſtante hoc univerſali placito totius Capituli
valeat electio ita celebrata, cum in fortioribus ter-
minis non ſolum ea ſubſiſtat, ſi facta fuerit per
hanc majorem partem, ſed etiamſi fuiſſet facta per

tulo ſeu loco electionis ; quidquid ſecus , ſi facta foret extra Capitulum , & in Camera privata per
9 Canonicos uti ſingulares , ut in ſpecie , quod ſufficiant conſenſus ſingulares Canonicorum , dummodo fuerint præſtiti in ipſo loco , ubi ſunt capitulariter coadunati , tenet Calderin. *in cap. cum in Jure de election. num.* 14. *repetition. Canonicar. diverſ. tom.* 2. ibi - *dic verum &c. quantum ad hoc, quod omnes ſimul debent eſſe coadunati in uno loco, ſed ex quo ſic ſunt coadunati , ſufficient ſingulares eorum conſenſus* - & docuit Gloſſ. punctualis *in Cap. ſicut de election. in* 6. *in verb. formam*, ubi diſtinguendo advertit , quod , quando in electione ſervari debet forma , requiritur communis pronunciatio ; ſecus ubi forma non requiritur , ut in Canonicatibus, & aliis Beneficiis ibi - *quod hic dicitur de communi pronunciatione habere locum in iis, in quibus ſervanda eſt prædicta forma, in Canoniis vero vel Beneficiis aliis ſecus , quia ibi ſufficiunt ſingulares conſenſus , quod verum eſt , ſi illi ſunt Capitulum , ſi conſenſus præſtent in Capitulo* - Innocent. *in capit. in geneſi numer.* 7. Panormitan. *num.* 3. *in fin. & ceteri de election.* Donat. *in prax. quæſt. regular. tom.* 2. *tr.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 3. & in ſpecie , quod iſta acclamatio in Capitulo poſt electionem factam cum majori parte reſpectu minoris, eam convalidet, & legitimam reddat , ſæpe deciſum fuit per Rotam *in d. Leodien. Præpoſituræ* 5. *Martii* 1684. §. *finali* , coram Albergato , & 2. *Junii* 1687. §. *finali &* 26. *Januarii* 1681. §. *finali*, coram Benincaſa, *& in Leodien. Decanatus* 11. *Decembris* 1677. §. *quibus omnibus* coram bon. memor. Paluccio.

Tertius conſenſus Collegialis eſt , quod omnes Capitulares aſſociarunt in communi Baronem uti Decanum electum ad Altare B. M. Virginis , ibique cantarunt Hymnum Ambroſianum, quæ ſole-
10 nnitas aſſociationis electi , necnon cantandi Hymnum in Eccleſia, induxit præciſum novum conſenſum Capituli, qui, licet reſultans ex facto, eſt tamen ſufficiens pro convalidanda hujuſmodi electione , in qua uti exempta ab omni ſolemnitate, & forma Juris poſitivi, ſatis eſt conſenſus etiam tacite deductus ex facto, ut probat a contrario ſenſu Text. *in capitul. Eccleſia Veſtra* 48. *de election.* ubi cum in electione ſubjecta ſcrutinio , & formæ *cap. quia propter* diſponatur, ut ſolemnitas deportationis nulliter electi ad ſedem, non inducat novam electionem ; arguunt exinde Canoniſtæ, quod in aliis electionibus, in quibus hujuſmodi forma non ſervatur, ſufficit iſta ſolemnitas deportationis electi ad ſedem , & rationem differentiæ aſſignant , quod nempe ubi agitur de electione, juxta formam *capit. quia propter* , tunc requiruntur verba , & expreſſus conſenſus in eligendo ; nec ſufficit factum deportationis ad ſedem , & ſic conſenſus tacitus ; in aliis vero electionibus ab hujuſmodi forma exemptis , ſatis eſt factum , & conſenſus tacitus, qui non minus ex verbis, quam facto deducitur , ut punctualiſſime firmat Panormitan. *in d. cap. Eccleſia veſtra* 48. *numer.* 3. *ibiq.* Bellamer. *numer.* 8. Adden. ad Abbatem antiquum *lit. B.* & pleniſſime Gonzalez *numer.* 4. ubi quod extra formam *capit. quia propter* ſufficit dare conſenſum in electione etiam tacite ex facto , ita, & taliter , quod votum poſſit explicari ab electoribus, etiam mediantibus nutibus , & ſignis ex. gr. vultu , manuque , imo ipſis etiam pedibus , idque probat exemplis, tam Eccleſiaſticis, quam propha-
11 nis, in quibus habetur, quod in Comitiis conſenſus dabatur vultu , manu , & pedibus , & refert Tacit. *lib.* 14. *annal.* ibi - *Et poſtquam diſceſſionem Conſul permiſſerat PEDIBUS in ſententiam ejus iere* - & *lib.* 4. *hiſtoriar.* ibi - *eaque omnia Valerius Aſiaticus Conſul deſignatus cenſuit , ceteri VULTU, MANUQUE &c. aſſentiebantur* - *Titus Livius lib.* 5. ibi - *in quam ſententiam cum PEDIBUS iretur , ceteri Tribuni militum nil contradixere* - & *Vopiſcus in Aureliano* ibi - *aliis MANUS porrigentibus, aliis PEDIBUS in ſententiam euntibus* , *pleriſque verbo conſentientibus , conditum Senatuſconſultum*, & concordat Rota *in d. deciſ.* 210. *n.* 11. *par.* 9. *recent.*

Quartus conſenſus Collegialis eſt magis præciſus , & clarus , dum poſtquam electus acceptavit electionem , Capitulum denuo congregatum capitulariter decrevit expediendas eſſe literas præſentatorias ad Celſiſſimum Epiſcopum Leodien. pro confirmatione electionis , prout expeditæ fue- 12
runt , qui actus ſine dubio importat novum conſenſum explicitum , & indubitatum totius Capituli, & novam electionem ex integro. Eſto etiam , quod prima non valeret , ut individualiter ſenſit Innocent. *in cap. cum dilecti* 32. *de election. numer. primo* ibique Bellamer. *numer.* 17. *verſic. vel aliter*, ſolvit Innocentius , & probat. Card. de Luca *de beneficiis diſcurſ.* 13. *num.* 6. *verſic. ſcribentes in Curia* ; Immo talis actus præcipue , & principaliter conſiderandus, quia dicta electio prima remanſit ſuſpenſa uſque ad conſenſum electi , quo proinde ſucceſſive conſentiente , & Capitulo conſenſum acceptante, orta eſt perfectio electionis , quæ ex eligentium , & electi conſenſu perfici dicitur, *capitul. cum inter Canonicos* 10. *de elect.* Abb. *ibidem numer.* 4. & *in capit. cum in jure eodem num.* 6. Barboſ. *ibidem numer.* 2. Paſſerin. *de elect. c.* 20. *numer.* 1. & 8. Fagnan. *in cap. nobis numer.* 26. *de Simon.*

Quintus conſenſus Collegialis eſt, quod poſt reportatam confirmationem ab Epiſcopo Leodien. Capitulum decrevit & dedit poſſeſſionem Dignitatis Decanalis Baroni cum omnibus ſolemnitati- 13
bus , quod decretum traditionis poſſeſſionis habere vim novæ electionis firmavit punctualiter Rota in nunquam ſatis laudata *deciſ.* 210. *numer.* 7. & 8. *part.* 9. *recent.* ibi - *Sub hoc enim decreto eſt virtualiter incluſa electio, cum alias ad traditionem poſſeſſionis deveniri non poſſet , niſi præceſſiſſet electio &c. habet enim tale decretum vim novæ electionis* , & egregie fundat Lother. *de re benefic. libr.* 2. *quæſtion.* 24. *numer.* 57. ubi quod ſi Capitulum tradat poſſeſſionem alicui nulliter electo, hæc traditio poſſeſſionis habet vim novæ electionis , & idem firmat *lib.* 2. *quæſtion.* 2. *numer.* 24. & *quæſt.* 21. *num.* 85. & *ſeqq.* Garzias *de Benefic. p.* 5. *cap.* 4. *numer.* 47. ubi plures Concordantes , Achill. de Graſſ. *deciſ.* 4. *numer.* 3. & 4. *de Præbend.* Puteus *deciſ.* 119. *libr.* 3. *in correct.* Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſ.* 5. *numer.* 54. Rota *dec.* 139. *numer.* 3. *part.* 7. *recent.* qui tamen conſenſus ſolum venit corroborando , & explicando præcedentes , dum nec iſte , nec alius ſubſequens conſenſus potuit dare Jus electionis, ex quo deficit confirmatio , quæ jam præceſſit.

Sextus demum , & ultimus conſenſus Collegialis conſiſtit in tolerantia continua , & pacifica ejuſdem Capituli, quod per biennium , & ultra permiſit , electum poſſidere , eum uti Decanum admittendo in choro , & Eccleſia, omnibuſque actibus , & functionibus ejus Dignitati competentibus ; quæ tolerantia ſine dubio declaravit totius Capituli conſenſum præcedentem , cum in fortioribus ſit apta dare novum titulum , novamque electionem Baroni , etiamſi ab initio dici poſſet nulliter electus , 14
quia iſta appellatur tolerantia approbationis , ſufficiens, ut per eam acquiratur Jus & titulus in Beneficio, ut eſt Textus *in capitul. Literas de ſupplenda negligentia Prælatorum* ibi - *de tolerantia permittentis* : & notat ibi Gloſſ. in figuratione caſus in fin. dicens ibi - *nota , quod collatio quæ non tenet , de patientia &c. tenet , alias non valeret* - & in verbo *patientia* ibi - & *ſic nota , quod ſola patientia dat hoc Jus talibus inſtitutis, non ex illa inſtitutione , ut ex tunc , ſed ex nunc ex tali patientia* , & plene examinat videndus Lother. *libr.* 2. *quæſt.* 24. *numer.* 56. & *ſeq.* Rot. coram Achil. de Graſſ. *deciſ.* 4. *numer.* & *ſeq. de Præbend.* quod tamen , ut dixit, inſervit ad magis clarificandos conſenſus præcedentes , non ad efformandam novam electionem.

His non adverſatur, quod ſupradicta omnia procederent, ſi approbationes Capituli factæ fuiſſent nondum completo, & publicato ſcrutinio, tunc enim ceteri adhærere potuerint electo; ſecus poſt publicatum ſcrutinium, ubi actus conſiderantur tanquam ſingulares, & non Collegiales, juxta ſancita *in c. Eccleſia veſtra 48. de elect.* & ibi Gloſſ. *verb. proceſſus, verſ. & ideo non valuit*, ibique Bald. *n.* 2. *verſ. deportationis ſolemnitas*, Butr. *n.* 3. & 7. Abb. *n.* 3. *verſ. unde non ſuffic.* Ancharan. *num.* 3. Jo. Andreæ *n.* 5. & 6. ac Imol. *n.* 3. Card. de Luc. *de beneſ. diſcurſ.* 13. *n.* 14.

Nam iſta reſponſio non poteſt excuſari ab æquivoco, dum ſupponit in caſu iſto fuiſſe proceſſum per viam ſcrutinii ſecreti, poſt cujus publicationem
15 ſpeciale eſt, ut conſenſus non attendantur, & ſic præſupponit rem verſari in electione facta ad tenorem *cap. quia propter*, in cujus tantum caſu prohibitam eſſe variationem publicato ſcrutinio, firmat Fagnan. *in cap. publicato de election. numer.* 45. & 46. unde objectum de per ſe corruit ex facto, ubi habemus quod electio celebrata fuit publice, & palam, ſingulis de Capitulo manifeſtantibus in voce ſuffragium ſuum, ſine ulla prorſus forma rigoroſæ electionis, cui proinde inapplicabile eſt ſcrutinium ſecretum, & regula de non admittendo conſenſum poſt ejus publicationem, ut in puncto, immo in fortioribus, quod ubi electio non eſt ſubjecta formæ *Capituli quia propter*, quamvis electores proceſſerint per viam ſcrutinii, tamen eo etiam publicato liceat aliis variare, & conſentire in electum firmat Bellamer. *in cap. publicato numer.* 22. & 23. *de elect.* ibi - *Si Capitulum ad electionem Canonicam proceſſerit per formam ſcrutinii, quod publicatum eſt, nunquid licebit variare? videtur, quod ſic, cum iſti non arctentur ad formam* - Fagnan. *ibidem num.* 45. & 46. & bene declarat Card. de Luc. *de Canon. diſcurſ.* 26. *n.* 8.

Facilius ergo, quando non fuit proceſſum per viam ſcrutinii, ſed electio celebrata eſt ab initio *publice, & palam*, ſingulis Canonicis in voce exprimentibus votum ſuum, ſicut faciunt Univerſitates laicorum, hoc enim caſu, cum in tali electione ſolum attendatur Jus naturale requirens nudum, ac ſimplicem conſenſum eligentium, & electi, ſicut
16 in aliis contractibus, ut firmat Innocent. *in dicto cap. quod ſicut, num.* 7. & 8. *in fin. verſ. ſi autem nulla fiat electio*, Bellamer, *numer.* 33. & 50. *verſ. ſolvit* Innocent. Panormit. *n.* 16. *verſ. ut enim dicit*, Innocent. fruſtra quæritur, an conſenſus eligentium ſit datus, ſcrutinio publicato, vel non publicato, & an electores præſtent votum ſuum in actu, vel poſt actum, incontinenti, vel ex intervallo; hæc enim omnia pertinent ad formam rigoroſæ electionis, & inutilia ſunt in terminis electionis impropriæ, in qua conſenſus electorum poteſt intervenire quandocunque, ſive verbo, ſive facto, ſive ante actum, ſive in actu, ſive poſt actum, dummodo interveniat collegialiter, hoc eſt præſtetur per Canonicos in loco congregatos, & in formam Collegii, ut egregie notat Bald. *in capit. ſi aliquis* 59. *de election, num.* 5. ibi - *Conſenſus habet*
17 *iſtam naturam, quod poteſt intervenire ante negocium, in negocio, & poſt*, & loquendo in illis termini noſtris in *cap. auditis n.* 37. *de electione* ibi, *item novus conſenſus poteſt adhiberi quandoque*, & dixit Rota *deciſ.* 210. *ſub num.* 15. & 16. *part.* 9. *recent.*

Et in hoc præciſo caſu loquuntur omnes allegatæ deciſiones *in Leodien. Præpoſitura*, de quibus ſupra *n.* 5. ibi enim conſenſus reputatus fuit ſufficiens pro conſtituenda nova electione, licet deductus ex actu acclamationis Capituli ſecuto poſt concluſam, & publicatam electionem, & clare dictum fuit in allegata *Leodien. Decanatus* 11. *Decembris* 1677. §. *Quibus omnibus*, coram Pauluccio, ibi *Quibus omnibus, cum poſt publicatum ſcrutinium acceſſerit acclamatio in favorem Philippine, quæ acclamatio vim habet communis conſenſus*, Rota *dec.* 210. *&c. legitima omnino apparet electio*.

Non obſtant doctrinæ in contrarium allegatæ, nam omnes procedunt in electione, ubi proceditur per viam ſcrutinii ſecreti, ad formam *cap. quia propter*, de qua forma loquitur alter Text. in *cap. Eccleſia veſtra* 48. ſicut præciſe declaravit Rot. *in Adrien. Canonicatus* 3. *Aprilis* 1699. §. *Altera*, coram R. P. D. Lancetta, & in eodem ſenſu loquun- 18
tur Canoniſtæ *in eodem* Text. nempe Bald. Butr. & alii, dicentes, quod ſolemnitas deportationis electi ad ſedem non inducit novam electionem, eo quia tale factum deportationis non ſufficit, ſecundum formam *capit. quia propter*, requirentis conſenſum verbis expreſſum, ut ſuperius explicatum eſt *n.* 10. & docet ipſa Gloſſ. *in d. c. Eccleſia veſtra in verb. Proceſſus*.

Pariterque in his terminis accipiendus eſt Card. de Luc. *de beneſ. diſcurſ.* 13. *n.* 14. dum loquitur de ſcrutinio, ejuſque publicatione, ac ſe fundat in auctoritate Text. *in cap. Eccleſia veſtra, & capit. In Geneſi de elect.* qui, ut diximus, procedunt in electionibus requirentibus formam *capit. quia propter*, proindeque caute intelligi debet illa ratio per ipſum adducta, quod nempe electionem nullam publicatam revalidare non poſſunt ſubſequentes actus facti extra Capitulum, ſeu actum eligendi; hæc enim propoſitio ita generice dicta patitur æquivocum, & explicari debet mediante diſtinctione, quod nempe, aut electio requirit formam, & tunc ea publicata, & nulla exiſtente, actus ſubſequentes eo ipſo ſemper reputantur extra Capitulum, ſeu actum eligendi, & ſic inſufficientes, quoties de novo hoc non congregatur cum debita forma pro facienda nova electione ſolemniter, juxta doctrinam Bellamer. *in dict. cap. Quod ſicut numer.* 54. ſuperius allegata *numer.* 7. & tradit Bald. *in cap. Eccleſ. veſtra* 87. *numer.* 5. *de elect.* Aut vero electio nullam requirit formam, & tunc actus ſubſequentes nunquam reputantur ſingulares, & extra Capitulum, ſeu actum eligendi, niſi quando fiunt particulariter per Canonicos diviſos in eorum camera privata; ſecus quando fiunt per ipſos in univerſum congregatos, uti facientes Capitulum, ut in caſu noſtro; tunc enim actus ſubſequentes reputantur Collegiales, ſeu Capitulares, & conſequenter ſufficientes ad ratificandam, & de novo faciendam electionem ab initio nullam, ut bene explicat Panormitan. *in cap. Quia propter num.* 12. ibi: *Non enim ſufficeret conſenſus eligentium ſingulariter præſtari, puta ſi quilibet conſentiret in camera ſua, ſed oportet, quod collegialiter conſentiant*. Et quod ſolum conſenſus ſingulariter ex poſt facto datus non validet electionem ab initio nulliter celebratam, probant Fagnan. *in dict. cap. Quia propter numer.* 37. Moneta *de commutat. ultim. volunt. cap.* 12. *num.* 236. Gonzal. *in d. cap. Auditis num.* 3. ibi - *Quia conſenſus ſupervenit ſingulariter, non collegialiter*, & Panormitan. *num.* 5. ibi - *Item nota, quod electio a principio nulla, puta, quia facta a minore parte Capituli, non poteſt convalidari per ſubſequentes conſenſus aliorum particulariter præſtitos, & numer.* 7. *in fin.* ibi: *Quia electio debet fieri in communi, & ſic collegialiter, non autem ſingulariter; conſenſus autem particularis ſuperveniens non poteſt validare electionem*.

Neque deciſiones *Leodien. Præpoſituræ*, de quibus ſupra *num.* 5. evitantur; ex quo in earum caſu præcedebat compromiſſum de eligendo per majorem partem comparative ad minorem, tum quia firmant noſtram concluſionem etiam præſcindendo a compromiſſo, & ſatis eſt quod rationes, & fundamenta illarum caſui noſtro conveniant, 20
Priol. *deciſion.* 101. *num.* 6. tum etiam ratio compromiſſi nihil derogat noſtræ concluſioni, ſed immo coincidit; Enim vero compromiſſum nihil aliud eſt, quam conſenſus præcedens electioni faciendæ per vota comparativa; approbatio autem electionis factæ per vota comparativa eſt conſenſus ſubſequens, unde uterque caſus eſt correlativus inter ſe, quia in electione impropria, ubi purus

rus

rus conſenſus naturalis deſideratur, nihil refert,
quod iſte præcedat vel ſubſequatur, quoniam iſta
ratihabitio ſubſecuta æquiparatur mandato præce-
21 denti, ut optime Compoſtell. *in cap. quia propter*
*numer.* 14. *&* 15. ibi - *quia ratihabitio mandato*
*æquiparatur* - ſequitur Lother. *lib.* 2. *q.* 19. *numer.*
39. ibi - *Sive præcedat mandatum Capituli ſive*
*ſubſequatur ex tacito conſenſu, qui ex non reclama-*
*tione deducitur* - Rot. *deciſ.* 210. *num.* 16. *&* 17.
*par.* 9. *recent.*

Minuſque adverſari poteſt, quod omnes ſupe-
rius relati actus emanaverint in ſequelam erronei
ſuppoſiti, & credulitatis Capituli, quod electio fa-
cta fuiſſet legitime per majorem numerum comple-
tive, & non comparative, quoniam electio, ut
toties dixi, fuit celebrata alta, & intelligibili vo-
ce per Canonicos, quorum quilibet manifeſtavit
votum ſuum coram omnibus; & Canonicus ſub-
22 ſenior poſt relegit publice ſingula vota, nume-
rum collationando, & concludendo, quod Ba-
ro eſſet electus per majora ſuffragia, quo ſtante
erroneum eſt allegare, quod Capitulum non ha-
buerit notitiam quantitatis votorum, ſeu qualiter
intelligeretur illa majoritas ſuffragiorum expreſſa
per Canonicum ſubſeniorem, ut notat Panormi-
tan. *in capit. cum in Jure* 33. *ſub numer.* 5. *verſ.*
*Et tunc aut ſit electio cunctis audientibus &c.* da-
ta autem ſcientia quantitatis votorum, & ſic
ſcientia facti non poteſt negari ſcientia Juris,
quod nempe Canonici ſciverint nullitatem electio-
nis, & adhuc voluerint eam valere ex novo con-
ſenſu.

Stante igitur hac præciſa notitia electionis con-
cluſæ per majorem numerum comparative, &
non completive, approbatio illius facta per Capi-
tulum remanet evidentiſſima ex ſerie tot actuum
ſuperius relatorum, qui induxerat iteratos con-
ſenſus directos in Baronem, velut in electum, ut
præter numeroſas auctoritates ſupra deductas do-
cet Innocent. *in cap. cum in Jure numer.* 2. *elect.*
dicens, quod conſenſus directi in aliquem, *ve-*
23 *lut in electum*, inducunt electionem hodie, quan-
do agitur de minoribus Dignitatibus, ſicut olim
practicabatur ſecundum jura antiqua in electioni-
bus Epiſcoporum ibi: *Hic conſenſit electioni factæ,*
*& hoc non poteſt eſſe, cum electio ejus non teneat,*
*quia in eum major pars non conſenſit: &c. Reſpon-*
*deo, quod hic conſenſit electioni de ſe factæ, nam*
*ſecundum antiqua jura ex ſolis conſenſibus in ali-*
*quem directis, VELUT IN ELECTUM, intel-*
*ligitur facta electio Epiſcopi, vel Prælati &c. & ſe-*
*cundum moderna jura hoc idem hodie obſervatur in*
*minoribus Dignitatibus, cum non ſit immutatum.* Ex
quibus omnibus corruit gratia fundata ſuper nar-
rativa vacationis Decanatus, ejuſque devolutionis
ob non factam validam electionem, ad Textus *in*
*cap. Poſt electionem de conceſſ. Præbend. verſ. Ar-*
*chidiaconatus non vacans non potuit, nec debuit in*
*alium rite transferri.*

Ex altero etiam fundamento, electio, de qua agi-
tur, fuit legitima, quia nempe modus eligendi per
majorem numerum comparative, non completive
eſt approbatus per conſuetudinem ſpecialem vigen-
tem in Eccleſia Aquiſgrani, quo caſu electionem
24 ita factam ſubſiſtere indubitati Juris eſt, ut gene-
raliter circa conſuetudinem electionum firmat In-
nocent. *in capit. coram* 36. *num.* 1. *de election.* &
in terminis noſtris Zipeus *in Jur. Pontific. nov. tit.*
3. *de his quæ fiunt a major. par. cap. numer.* 1. *fol.*
104. Card. de Luc. *de benef. diſcurſ.* 13. *n.* 6.

Hæc autem conſuetudo in præſenti probatur
concludentiſſime per depoſitiones Canonicorum
formiter examinatorum, unanimiter concluden-
tium, quod non ſolum ipſi hoc practicaverint in
electionibus noſtræ Eccleſiæ, ſed etiam ita audi-
verint a Canonicis prædeceſſoribus, abſque eo
quod reperiatur memoria in contrarium, qui te-
ſtes probantes conſuetudinem particularem hujus
Eccleſiæ, non ſolum plenam fidem merentur tan-
quam Presbyteri, Nobiles, & inter quos adſunt
duo Protonotarii Apoſtolici, & tres Theolo-
giæ doctores, & plerique Eccleſiæ ſeniores, ſed 25
etiam quia pleniſſime adminiculantur, & ma-
gis veridici redduntur, attenta ipſa conſuetudi-
ne generali omnium Eccleſiarum Germaniæ, in
quibus hujuſmodi eligendi forma ſervatur, &
de eadem conſuetudine teſtatur etiam Zipeus *in*
*Jure Pontific. nov. titul.* 3. *ubi ſupra*, non obſtan-
te reſponſione, quod conſuetudo non extendi-
tur de Eccleſia ad Eccleſiam, quando tamen hæc
regula ex duplici capite non ſubſiſtit, tum ad
effectum, ut ex conſuetudine generali coadjuve-
tur probatio conſuetudinis ſpecialis, ut in ſpecie
probat Text. *in cap. cum olim de conſuetud. & in*
*capit. ad Apoſtolica de Decim.* Menoch. *conſil.* 96.
*numer.* 22. & punctualiter Rota coram Dunoz.
Junior. *deciſ.* 541. *num.* 3. *& in recent. deciſ.* 786.
*numer.* 6. *part.* 8. *tom.* 2. tum etiam in fortioribus
ad effectum, ut ſola conſuetudo generalis Provin-
ciæ ſufficiat ad probandam conſuetudinem alicu-
jus loci particularis in Provincia contenti, ut ſin-
gulariter docuit Joan. de Anan. *in capit. in Geneſi*
*numer.* 5. *de elect.* ibi - *Et probatur hic, quod*
*concludendum conſuetudinem particularem alicujus*
*loci ſufficit probare conſuetudinem univerſalem to-*
*tius Provinciæ*, licet hæc conſuetudo in aliqui-
bus Eccleſiis non ſervetur, cum attendatur quic-
quid facit major pars, *Gloſſ. in capitul. ex par-*
*te de cenſib. in verbo primo caſu*, ſaltem ad ef- 26
fectum coadjuvandi teſtes deponentes de conſue-
tudine particulari unius loci contenti in Provin-
cia.

Et in Jure etiam evaneſcit objectum, quod te-
ſtes uti Canonici, & intereſſati non probent, quia
cum agatur de probanda conſuetudine in electio-
ne Capitulari, de qua teſtari non poſſunt cives,
& alii extranei de Eccleſia, ſed illi tantum, qui
Capitulo interveniunt, & conſequentes ſoli Ca-
nonici, utique eo ipſo, quod non datur con-
trarium teſtimonium aliorum Canonicorum, ſunt
teſtes integerrimi, & ſufficientiſſimi etiam illi,
qui votarunt in favorem Baronis, & qui agunt 27
de ſuſtinenda propria electione, ut in puncto de
teſtibus electoribus ad ſuſtinendam propriam ele-
ctionem deponentibus, eſt Gloſſ. ſingularis *in cap.*
*cum dilectus in verb. & ſi tres, verſic. Unde me-*
*lius videtur de election.* quam valde commendat
Panormitan. ibidem *numer.* 12. his aureis verbis:
*Tene menti, quod ubi ex natura negocii non poteſt*
*haberi talis probatio, admittuntur teſtes non idonei,*
*nam iſti Compromiſſarii non ſunt judicandi idonei,*
*cum ex iſto facto poſſent reportare laudem, & vi-*
*tuperium; cederet enim ad eorum vituperium, ſi*
*eorum electio retractaretur, & e contra ad laudem,*
*ſi approbaretur &c. ſed admittuntur iſti, quia cum*
*in ſecreto fuerit factum ſcrutinium, non poterunt*
*alii præter eos in hac re perhibere teſtimonium*; &
dictum fuit *in Hiſpalen. Jubilationis ſuper Manu-*
*tentione* 19. *Januarii* 1695. *§. non obſtante*, Rev.
P. D. Priolo.

Extra difficultatem, quando concurrunt atteſta-
tiones etiam ſeniorum Capituli, & fere omnium
Canonicorum, & ulterius, quando juſtificatur,
quod iſte modus eligendi per majorem numerum
comparative, nec tempore electionis, nec poſt, fuit
unquam controverſus ab aliis, ſed immo omnes
Capitulares illum approbarunt per conſenſus, &
actus toties iteratos, de quibus ſupra; hoc enim
caſu redditur imperceptibile, quomodo teſtimo-
nium Canonicorum debeat criticari ex capite non 28
idoneitatis, & ſuſpicionis, cum ceteroquin me-
lius teſtimonium de iſta conſuetudine ingenuum,
& clarum dari non poſſit, quam reflectere,
quod totum Capitulum non reclamavit, ſed
approbavit electionem factam per majoritatem nu-
meri comparativam, ſignum evidens, quod ita
fieri poterat ex conſuetudine, & quod proinde
nemo reclamavit, & per contrarium omnes ap-
probarunt; neque conſuetudo iſta debet eſſe imme-
morabilis, ſed ſatis eſt, quod ſit completa per

Lother. *dicto libr. 2. quæſtion. 24. num. 43. & ſeq.*
Nec ſubſiſtit reſponſio, quod ſtante illa clauſu-
40 la, *dummodo non ſit alteri Jus quæſitum*, Papa cen-
ſeatur voluiſſe providere Jure præventionis con-
currendo cum ordinariis collatoribus ex Coccin.
*deciſion.* 2129. *numer.* 14. Quippe objectum ceſſat
apertiſſime, dum apparet in literis, fuiſſe adje-
ctam illam alteram clauſulam, quæ removet o-
mnem difficultatem, ibi: *& de devolutione detur
diſpoſitive*, per quam dicitur Pontifex declaraſſe
ſe nolle concurrere cum ordinariis collatoribus,
eoſque prævenire, ut apud Mandoſ. *in regul. de an-
nal. quæſt. 90. numer. 5. verſic. in calce*, late Ro-
ſa *de Executorib. liter. Apoſtol. in addition. ad
cap. 7. par. 1. num.* 226. & 229. ubi, quod ſtante
tali clauſula, devolutio probanda eſt per gradus di-
ſtinctos de inferiori ſcilicet ad proximum Superio-
rem, donec ad Papam deveniat, ut bene Tondut.
in terminis hujus clauſulæ probat. *quæſt. 7. beneſ.
par. 2. cap. 3. §. 4. n.* 13. Lother. *de re beneſ. lib.
2. q. 24. n.* 37.

Minus relevat, quod Eccleſia Aquiſgranen. ſit
41 exempta, & ita devolutio immediate eſſet facienda
ad Papam, juxta Lother. *de re beneſic. libr. 2. q.
24. numer.* 47. & Tondut. *quæſtion. Beneſic. lib. 2.
part. 2. cap. 3. §. 4. numer.* 5. quia nullum datur
legitimum documentum ad probandam hujuſmo-
di exemptionem; immo per contrarium addu-
co plures actus, & conjecturas probantes ſubje-
ctionem dictæ Eccleſiæ Epiſcopo Leodienſi; pro-
batur enim, quod iſte confirmat ſtatuta Eccle-
ſiæ, præſtat auctoritatem alienationibus illius bo-
norum, approbat concordias, facit uniones,
recipit juramentum fidelitatis ab omnibus Cano-
nicis, necnon Decano, & demum confirmat e-
lectiones, quæ fiunt pro tempore Decanorum
Eccleſiæ, quæ confirmatio cum fiat Jure ordina-
42 rio, ut probatur ex actu confirmationis contro-
verſæ electionis, ibi - *auctoritate noſtra ordinaria
laudamus, confirmamus, approbamus*, & ſine alia
probatione in dubio præſumatur fieri Jure ordina-
rio, non autem ſpeciali, & extraordinario, niſi
contrarium oſtendatur, profecto ea ſola manifeſte
excludit prætenſam exemptionem; nam alias con-
firmatio ſpectaret ad Papam, ut tradit in terminis
43 Gloſs. *in capit. cum Monaſterium 13. de elect. in
verb. confirmamus, verſ. vel ideo quia*, Panormit.
*ibidem num. 3. verſ. etſi ſecundum formam Juris*,
Gonzal. *n.* 2. Fagnan. *in cap. nihil n. 10. de elect.*
Paſſerin. *in de elect. cap. 43. n.* 74.

Nihil urgente depoſitione teſtium ex parte Ba-
ronis examinatorum; quia exemptio probari debet
per publicum documentum privilegii, ex quo pen-
det cognitio illus qualitatis, juxta Text. *in c. por-
ro, & cap. recipimus de privileg. cap. ut accepimus
de fid. Inſtrum. & cap. cum perſona de privileg. in*
6. Neque proinde in hac materia deferri poteſt te-
ſtibus generice deponentibus, qui nihil concludunt,
cum non diſtinguant, qualis ſit exemptio, quan-
do in Jure noſtro ea poteſt eſſe multiplex, nempe
mutila, plena, & pleniſſima, juxta late firmata per
Lother. *lib. 1. q. 24. per tot.* itaut bene ſtare poſſit,
quod Eccleſia ſit exempta quoad aliqua tantum,
& ſic verificentur dicta teſtium; per contrarium
vero non ſit exempta totaliter, & quoad alia ne-
gocia, nempe circa Jus conferendi, & providen-
di Jure devoluto, & ſic exemptio ſit mere partia-
lis, ſeu mutila, & trunca, ut ait Lother. *de re be-
neſ. lib. 1. q. 24. n.* 266. ex Geminian. *in capit. ſi
Papa §. idem numer. 2. & 3. de Privileg. in* 6. &
quod exemptio vere & realiter, vel non ſit vera,
44 vel ſaltem ſit trunca, nec extendatur circa Jus con-
ferendi Jure devoluto, probatur ſufficienter ex ſo-
lo, & ſimplici Jure confirmandi electiones, quod
habet Epiſcopus Leodienſis Jure ordinario; hoc enim
caſu regula eſt, ut devolutio pertineat ad illum Su-
periorem, ad quem ſpectat confirmatio, ut optime
Paſſerin. *de elect. cap. 31. num.* 42. Barboſ. *in cap.
quoniam 18. num. 1. de elect. in* 6. Lavor. *de elect.
cap. 21. n.* 47.

Immo, etiam ſi confirmatio ſpectaret ad Epiſco-
pum Leodienſem Jure ſpeciali, adhuc ad ipſum de-
volutio pertineret, non autem ad Papam, ut pro-
bat Panorm. *in c. cum vos de offic. ordin. num.* 6.
Lambertin. *de Jurepatr. lib. 2. par. 3. qu. 7. artic.
11. per tot. fol.* 966.

Tanto magis autem præfati teſtes nihil probare
valent, quando nec enunciant privilegium exem-
ptionis, nec præſcriptionem aliquam Canonicam
cum requiſitis concludunt, & quando deponunt de
re tendente in præjudicium Ordinarii, contra quem
illi examinati non fuerunt, nec proinde eidem præ-
judicant, nec conſequenter præjudicant etiam Ba-
roni, cui tanquam reo, & poſſeſſori licitum eſt ſe
defendere, & excipere de Jure tertii vel Ordinarii
ad tuendam propriam poſſeſſionem, quando agitur
de exceptione, quæ eſt ipſo Jure excluſiva actoris
ad Text. *in l. final. C. de rei vendicat.* Rot. coram
Othob. *dec. 225. n. 3. & 4. & in recent. dec. 286.
n. 20. par. 9. & dec. 404. n. 12. par. 14. & deciſ.* 45
*270. n. 5. & 6. par.* 10.

Quartum fundamentum eſt, quod Baro habet pro
ſe regulam de triennali, dum cœpit poſſeſſionem
die 29. Decembris 1690. Moers autem reportavit
gratiam piſcatoriam ſolum quinto Kalendas Decem-
bris 1694. non habita ratione alterius gratiæ præ-
cedenter reportatæ die 2. Decembris 1692. dum iſta
fuit nulla ob ſubreptionem, quia Moers Papæ non
expoſuit, quod ipſe ultra Canonicatum in eadem
Eccleſia detinebat Beneficium ſimplex ſine diſpen-
ſatione Apoſtolica, propter quod obtinuit novam
gratiam *perinde valere* de dicto anno 1694. in qua
Summus Pontifex adjecit conditionem, quod ante-
cedentes literæ, & acta deſuper facta non valerent
niſi a die datæ poſterioris gratiæ, & conſequenter
cum de hoc tempore Baro eſſet poſſeſſor trienna- 46
lis, gratia remanet inexequibilis, cum regula de
triennali defendat poſſeſſorem etiam adverſus pro-
viſum Apoſtolicum, ut tradunt Caſſador. *deciſ. 5.
num. 5. de reſtit. Spoliator.* Rebuff. *de pacific. poſ-
ſeſſ. n.* 25. Antonell. *de temp. legal. lib. 2. cap.* 53.
*n.* 13. Burat. *dec. 280. n.* 1. Bich. *deciſ. 280. n. 1.
& dec. 170. n. 1. & dec. 617. n. 10. &* 11.

Neque obſtare valet, quod poſſeſſio triennalis
non fuerit pacifica, ſtante lite per impetrantem mo-
ta vigore primæ gratiæ ſub die 24. Aprilis 1693.
quia hujuſmodi lis fuit nulla ob nullitatem gratiæ,
& ipſe Summus Pontifex in gratia revalidatoria li-
teraliter ordinavit, quod proceſſus, & acta vigore
primæ gratiæ non valerent niſi a die datæ ſecun-
dæ; & proinde lis notorie nulla non potuit inter-
rumpere poſſeſſionem triennalem, in ſpecie Gomeſ. 47
*ad reg. de ann. quæſt. 45. num. 8. in fine*, maxime
quando hæc nullitas proceſſit ex defectu juriſdictio-
nis, dum fuit mota vigore gratiæ habentis in ven-
tre commiſſionem directam executori, ita ut quid-
quid iſte fecerit, & coram iſto fuerit agitatum, re-
manſerit nullum ob nullitatem commiſſionis con-
tentæ in gratia ſubreptitia, & ſic ob defectum ju-
riſdictionis, ut in puncto firmat Gomeſ. *ad reg. de
ſubrogan. q. 11. per tot. & quæſt. 12. num. 3. & ad
regul. de annal. quæſt. 45. num.* 4. Rota coram Ro-
yas *dec. 49. num.* 7. & tanto magis cum de ſubre-
ptione primæ gratiæ fuerit oppoſitum per Baronem
coram executore, ut inquit Mandoſ. *ad reg. de ſub-
rog. q. 9. in fine.*

Nec minus objici valet, quod acta, & inſtantiæ 48
judiciales factæ vigore primæ gratiæ reſolvantur
ſaltem in moleſtias extrajudiciales, & de facto,
quæ non ſecus ac judiciales interrumpunt trienna-
litatem; quoniam ut moleſtiæ extrajudiciales ta-
lem effectum operentur, neceſſarium eſt, quod ſint
illatæ circa poſſeſſionem, & perceptionem fru-
ctuum, quod non concurrit in præſenti, ubi co-
ram executore ſolum factæ fuerunt nonnullæ ſim-
plices citationes, ſine ullo unquam Decreto Ju-
dicis interlocutorio, aut definitivo, quæ proin-
de nihil operari valent, cum ad iſtum effectum requi-
ratur perturbatio in ipſa poſſeſſione, vel fructi-
bus, quod tunc contingere dicitur, quando vigore

gratiæ nullæ, quis obtinuiſſet ab Executore mandatum de immittendo in poſſeſſionem, cum quo turbaſſet poſtea poſſeſſionem, mediante facto poſitivo; cum alias ſimplex conatus non ſufficiat, ut firmat Gomeſ. in regul. de annal. q. 45. num. 9. & 10. ibi – *ut interrumpatur pacifica poſſeſſio, requiritur perturbatio in ipſa poſſeſſione, vel fructibus &c. & quoad hæc; ſolus conatus non ſufficit, quia requiritur factum, a quo differt conatus*, & refert ita judicatum in Rota, & quod ita tenuerunt antiqui Advocati, & optime in terminis præciſis poſſeſſionis triennalis repetit *ad regul. de triennal. q. 34.*
49 ubi refert ita deciſum in una *Virdunen. Canonicatus de Menſe Junii* 1539. coram R. P. D. Petro Vorſtio, & *late* Lother. *quæſt.* 52. *n.* 35. & *quæſt.* 53. *n.* 20. & 30. Roſ. *de execut. Liter. Apoſtolic. in addition. ad c. 6. part.* 1. *n.* 94. Antonell. *de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 53. *n.* 17. & 22. Royas *dec.* 99. *n.* 8. & *in rec. dec.* 264. *n.* 31. *part.* 9. & *dec.* 263. *n.* 9. *part.* 18. Et nemo in hac materia con-
50 trovertit, quod ſimplices citationes nullæ non interrumpant poſſeſſionem triennalem, Gomeſ. *ad regul. de annal. q.* 45. & 46. & *ad regul. de triennal. q.* 34. Verall. *dec.* 109. *par.* 1. Antonell. *de temp. legal. c.* 53. *n.* 21. Rot. cor. Penia *dec.* 273. *n.* 2. & *ſeq.*

Quidquid ſecus, ubi, ut dixi, fuiſſet deventum
51 ad relaxationem alicujus mandati; cum quo turbata foret poſſeſſio triennalis de facto, non autem quando, ut in præſenti, non fuit deventum ſibi ad meram productionem monitorii, & ad ſimplices citationes verbales, quæ nunquam habere poſſunt vim moleſtiarum extrajudicialium, quæ requirunt factum turbativum poſſeſſionis, juxta punctualem doctrinam Gomeſii *in regula de annal. q.* 45. *n.* 9. & 10. & *melius q.* 46. *n.* 3. ubi, quod nec minus ſequeſtrum relaxatum, & nulliter appoſitum per Judicem operatur interruptionem poſſeſſionis.

Ex his mihi viſum eſt, non obſtare Rot. coram Buratt. *dec.* 699. *n.* 3. quia in ejus caſu aderat pro-
52 ceſſus fulminatus, & intimatus continens decretum de immittendo proviſum in poſſeſſionem, amoto quolibet illicitó detentore, & cum præcepto de illi etiam reſpondendo de fructibus; unde Rota cenſuit ex intimatione dicti proceſſus ortam fuiſſe turbationem in poſſeſſione, & fructuum perceptione; hæc autem circumſtantia deficit in præſenti caſu, ubi non fuit relaxatum aliquod mandatum, nec Judex proceſſit ad aliquod præceptum, ſeu decretum, ut in ſpecie declarando *deciſionem* Buratt. obſervat Rot. cor. Royas *dec.* 98. *n.* 8. *in fine*. Quamvis in puncto Juris *deciſio* Buratti videatur paſſa difficultatem, quoniam exiſtimavit moleſtias de facto turbativas poſſeſſionis, & perceptionis fructuum naſci ex ſimplici intimatione proceſſus continentis mandatum de immittendo, amoto detentore cum ſolito præcepto de reſpondendo in fructibus, quod tamen in Jure non ſubſiſtit: quia moleſtiæ extrajudiciales, ut dicantur turbare poſſeſſionem, requiritur, ut ſecum ferant aliquod factum turbans, poſſeſſionemque intervertens, non autem ſufficit intimatio, & comminatio, quæ eſt verbalis nihil habens facti, nec ſufficit ipſe conatus ad actum non perductus, in quo quidem articulo clare loquitur Gomeſ. *in regulam de Annal. q.* 45. *num.* 6. & *ſub num.* 8. *verſ. breviter*, & *numer.* 10. 11. & *q.* 49. *num.* 3. ibi – *quia per ſequeſtrum hujuſmodi &c. in perceptione fructuum, & re poſſeſſa minime perturbati fuerunt, quia ſequeſtrum illud fuit verbale, &c. quo caſu non dicitur ſublata pacifica poſſeſſio.*

Prout etiam obſtare viſum non fuit, quod lis debeat eſſe nulla ex defectu juriſdictionis, ut non
53 interrumpat, quoniam in præſenti, ut dictum eſt, lis coram triennale Executore mota vigore prioris gratiæ ſubreptitiæ fuit nulla ex defectu juriſdictionis, cum per reſcriptum ſubreptitium non detur juriſdictio *c.* 1. *de reſcript. in* 6. & in ſpecie Gomeſ. *ad reg. de ſubrog. q.* 11. *circa finem verſ. quantum ad propoſitum*, & *q.* 14. *n.* 3. Præſertim, quando de ſubreptione fuit oppoſitum coram executore juxta Mandoſ. *in eandem regul. de ſubrog. quæſt.* 9. *in fine*. Et quando demum Papa in ſecundis Literis nullitatem actorum declaravit, volendo, quod ea valeant a die datæ gratiæ poſterioris, Gomeſ. *ad regul. de Annal. q.* 45. *n.* 8. *in fine*;

Hac occaſione revolvendo auctoritates invenió multos dicentes, quod ſimplex citatio interrumpat præſcriptionem, ſeu triennalitatem, quando non eſt nulla ex defectu juriſdictionis; Ego vero
non inveni in Jure iſtam reſtrictionem, quia regu- 54
la eſt, ut nullitas poſſit oriri ex alio capite, quam ex defectu juriſdictionis, & tamen non interrumpat poſſeſſionem, ut in terminis præſcriptionis, Bald. *in l. cum notiſſimi §. Immo num.* 5. *C. de præſcript.* 30. *annor.* Baldus *de præſcript. in ultima par. limit.* 6. *num.* 27. Jaſon. *in l. licet num.* 6. *C. de Procur.* Abb. *in cap. illud num.* 14. *de præſcript.* cum aliis apud Mandoſ. *ad reg. de ſubrog. q.* 8. *n.* 6. ſi autem citatio quomodolibet nulla non interrumpit præſcriptionem, quæ ceteroquin ſola notitia malæ fidei interrumpitur, quanto fortius non interrumpet poſſeſſionem pacificam, cujus interruptio requirit plus facti, ut arguit Gomeſ. *ad regul. de Annal. q.* 45. *n.* 9. Mandoſ. *ad regul. de ſubrogan. quæſt.* 9. *n.* 6.

Immo in terminis citationis validæ reſpectu ju- 55
riſdictionis, ſed male executæ, cujus vigore factus fuerat proceſſus, quod ea non interrumpat pacificam poſſeſſionem, firmat Gomeſ. *ad regul. de Annal. quæſt.* 45. *num.* 10. *in finem*, & *num.* 11. ubi refert ita deciſum per Rot. tempore Sixti IV. de menſe Februarii 1475. in una *Brixien.* coram R. P. D. Joanne de Cæſarinis, & tenuit Penia *dec.* 273. *num.* 2. Antonell. *de Temp. legal. capit.* 53. *n.* 21.

Nec obſtat *dec.* 264. *num.* 12. *par.* 9. *tom.* 1. *rec.* cum qua omnes tranſeunt, dicens, quod monitorium nullum ex defectu juriſdictionis non inter-
rumpit triennalem in vim moleſtiæ Judicialis poſtea 56
addendo hæc verba - *quicquid dicendum eſſet, ſi nullitas aliunde proveniret* - Quippe iſta deciſio, nec abſolute firmat interruptionem triennalis ex monitorio nullo aliunde, quam ex capite juriſdictionis, dicendo ſimplicite - *quicquam dicendum eſſet* - nec ſi firmaret, bene diceret, quia allegat Gomeſ. *ad regul. de Annal. q.* 45. *ſub num.* 8. & *ad regul. de triennal. q.* 34. communiter in hoc puncto citatus pro auctore originali hujus opinionis: & tamen in neutro ex his locis Gomeſius ſeſe reſtringit requirendo perneceſſe nullitatem ex defectu juriſdictionis, ut patere poteſt attente perlegenti dictam quæſtionem 45. *n.* 11. & 12. & ex rationibus per ipſum adductis *num.* 9. & ratio eſt evidens, quia, quæ ſervato ordine Juris non expediuntur, de facto fieri dicuntur, ut inquit *ibi num.* 2. cum igitur citatio facta Juris ordine non ſervato, & ſic quomodolibet, nulla nunquam valeat uti Judicialis, ſolum reſolvitur in moleſtiam facti, quæ ex citatione nulla non inducitur talis, quæ ſufficiat ad effectum interrumpendi triennalitatem, cum non operetur perturbationem in ipſa poſſeſſione, & fructibus, ut proſequitur Gomeſ. *ubi proxime n.* 9. *in fine*, & hæc dico in terminis Regulæ de triennali, præſcindendo ab illa de annali, in qua ex citatione nulla ex alia nullitate, quam ex defectu Juriſdictionis ſaltem remanere effectum facti; quod ſcilicet ceſſaverit negligentia impetrantis, & citantis, inquit Mandoſ. *ad reg. de ann. q.* 33. *num.* 1. quæ ratio non militat in triennali, requiritur enim in ea modeſtia judicialis, quæ ex citatione tantum valida infertur, aut extrajudicialis præſeferens factum turbativum poſſeſſionis, quod ex ſimplici citatione nulla non infertur, ut toties dixi.

R.P.D.

R. P. D.

## C A P R A R A.

Leodien. ſeu Aquiſgranen. Decanatus.

*Luna* 20. *Junii* 1701.

CEnſuit Rota ſub die 20. Martii 1699. electionem Decani factam a Capitulo Eccleſiæ Beatæ Mariæ Virginis Aquiſgrani in perſonam Adriani Caroli Draeck eſſe nullam ob defectum majoris partis ſuffragiorum; ideoque literas Apoſtolicas
57 a Guilielmo Moers impetratas eſſe exequendas, ut ex deciſione a me deſuper extenſa; adverſus quam cum fuerit conceſſa nova audientia, repropoſita Cauſa ſub die 20. Novembris ejuſdem anni, quia plura ad validitatem electionis deducebantur, dilata fuit reſolutio, & reſcriptum, quod coadjuvarentur probationes. Reaſſumpta itaque hodie diſputatione, *An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis?* DD. a deciſis recedendum exiſtimarunt.

Viſum enim eſt corruere ſuppoſitum deciſionis fundatum in eo, quod electio Adriani deficiat in pluralitate ſuffragiorum: quoniam perpenſa tota electionis, & actuum ſucceſſivorum ſeries, ſatis conſtitit in eum concurriſſe omnium Capitularium
58 conſenſum. Præmiſſo enim, quod hic non agitur de electione propria, & rigoroſa explenda ad formam *cap. quia propter de elect.* cum non verſemur in Paſtore, ſeu Prælato præficiendo Eccleſiæ viduatæ, ſed in electione impropria per publicationem, & manifeſtationem proprii ſuffragii, ut ſervatur in Decanatu, de quo agitur, ſimplici Dignitate in Eccleſia Collegiata, in qua electione ad differentiam primæ non requiruntur ſolemnitates, *dict. cap. quia propter*, ſed ſufficit conſenſus naturalis quomodocunque, ſive verbis, ſive factis explicatus, ut diſtinguendo firmat Hoſt. *in cap. in Geneſi num.* 14. *de election.* ibique Zabarell. *num.* 3. *verſic. & dict.* Panormitan. *in dict. cap. quia propter num.* 9. *verſic. in electionibus ergo aliorum*. Bellamer. *in cap. Eccleſia veſtra* 48. *num.* 8. *eodem tit.* Lother. *de re benef. lib.* 2. *capit.* 19. *num.* 10. *& ſeqq.* Rota *in Leodien. Decanatus* coram Manzaned. *deciſion.* 890. *numer.* 2. & optime Rota *deciſion.* 210. *numer.* 9. *& ſeqq. part.* 9. *recent. & in Adrienen. Canonicatus* 3. *Aprilis* 1689. §. *altera*, coram Rev. P. D. meo Lancetta.

Conſenſus in præſenti dilucide apparet; nam cum ex Inſtrumento electionis conſtet, quod ex viginti vocalibus capitulariter congregatis, duo ſe abſtinuerant a votando, ſeptem elegerunt Adrianum, quinque Guilielmum Moers, & reliqui ſparſim in diverſos abierunt, & hoc peracto Canonicus ſubſenior, ſeu Subdecanus relectis publice omnium votis, concluſerit, Adrianum per majora ſuffragia eſſe electum in Decanum: & quamvis omnes bene ſcirent electionem non eſſe per majorem partem ſuffragiorum reſpectu totius Ca-
59 pituli, ſed ſolum comparative ad alios; nihilominus nemo ſe oppoſuit, ſeu reclamavit, ſed omnes electionem approbarunt, & acclamarunt per congratulationes factas ex omni parte, & electus ab omnibus Canonicis aſſociatus, fuit ductus ad Eccleſiam, & ibi cantatus eſt hymnus *Te Deum &c.* utique ex his actibus negari non poteſt, quin interceſſerit omnium Capitularium conſenſus, qui, cum verſemur extra terminos *capit. quia propter*, ſufficiens eſt, quod factis explicetur, ut præter ſuperius adductos in ſpecie notat Panormitan. *in capitul. Eccleſia veſtra* 48. *numer.* 3. *de election.* ibique Bellamer. *num.* 8. & Addend. ad Abbatem antiquum *lit. B. & ex profeſſo* Gonzales *Tellez numer.* 4.

Hujuſmodi conſenſus clarior redditur ex aliis actibus ſucceſſivis, & primo, ex quo acceptata poſtmodum per Adrianum electione, totum Capitulum decrevit expediendas eſſe literas præſentatorias ad Epiſcopum Leodienſem pro confirmatione obtinenda, ut *in præſenti Summario num.* 5. qui actus petitæ confirmationis, ſupponit Capitulum in electum conſenſiſſe, cum non detur confirmatio, niſi præcedat electio, Rota *deciſion.* 588. *numer.* 21. *part.* 4. *tom.* 3. *recentior.*

Secundo, ex quo reportata confirmatione fuit a Capitulo decreta, & ſolemniter data poſſeſſio adſtantibus omnibus Canonicis cum ſono Campanæ magnæ, & cantu hymni *Te Deum &c.* ut latius *in dicto Summario numer.* 9. quod pariter præſupponit, præcedentem electionem a Ca- 60
pitulo factam, ut ex actu traditionis poſſeſſionis dixit Rot. *deciſion.* 139. *numer.* 3. *part.* 7. *& in ſæpedicta deciſion.* 210. *numer.* 7. *part.* 9. *recent.*

Et tertio demum, ex quo per biennium, & ultra fuit admiſſus in choro, & ſtallo Decanali, & aliis actibus Capitularibus, quæ admiſſio acquieſcentia, & tolerantia demonſtrat, & magis confirmat præcedentem conſenſum, Textus *in cap.* 61
*literas de ſupplen. neglig. Prælat. verſic. de tolerantia, ubi gloſſ. in figuratione caſus* Barboſ. *vot. deciſion. libr.* 2. *vot.* 29. *numer.* 6. Lother. *de re benef. libr.* 2. *quæſt.* 21. *numer.* 86. *& ſeqq.* & facit Rot. *deciſ.* 598. *numer.* 6. *cum ſeqq.* coram Cerro.

Ex quibus omnibus ſimul junctis bene reſultat Capituli conſenſus, qui licet non interfuerit in prolatione ſuffragiorum, ſufficit tamen, quod ex poſt incontinenti ſupervenerit, ut electio alias de Jure invalida validetur, ſi non ex tunc, ex nunc vigore novi conſenſus collegialiter præſtiti, 62
ex traditis per Gloſſ. *in cap. ſi cui in verb. præter de election. in* 6. & firmavit Rot. *dict. deciſ.* 210. *numer.* 12. *verſic. ea ratione part.* 9. *recent. quæ eſt eadem*, coram Cerro *deciſion.* 106. *& in Leodien. Præpoſituræ* 3. *Martii* 1684. §. *fin.* coram bonæ memoriæ Albergato *confirmata* 2. *Junii* 1687. §. *final.* coram bonæ memoriæ Benincaſa, *iterum* 26. *Junii* 1891. §. *Quoniam*, coram eodem, & iſtis approbatis Rota *in Adrienen. Canonicatus* 3. *Aprilis* 1699. §. *Altera*, coram Rev. P. D. meo Lancetta, quæ deciſiones, licet loquantur in caſu diverſo, ut fuit notatum in contraria deciſione, admittunt tamen prædictam concluſionem.

Nec obſtat, quod electio ab initio nulla non poſſit convalidari per Textus *in capit. auditis* 29. *de election.* tum quia procedit hæc regula in electione facienda ad formam *cap. quia propter*; Secus vero in electione impropria, quam cum iſta perficiatur ex ſimplici conſenſu naturali, ſatis eſt, quod iſte capitulariter ſuperveniat, ſive ex verbis ſive ex factis, ut diſtinxit Rot. *in dict. dec.* 210. *num.* 15. *part.* 9. *recent. & in dicta Leodien. Præpoſitura* 26. *Januarii* 1691. §. *Quoniam*, coram bonæ memoriæ Benincaſa; tum etiam quia poſito, quod electio reconvalidetur vigore novi conſenſus ex nunc, confirmatur quod nullum eſt, ſed potius inducitur novus conſenſus electionis, ut proſequitur *dicta deciſ.* 210. *numer.* 5. *part.* 9. *recent.* & dixit Lother. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 24. *num.* 56. *&* 57.

Prout nec etiam relevat, quod præmiſſa regula vindicet ſibi locum, quoties conſenſus ſuperveniat ante publicatum ſcrutinium, & electionem juxta auctoritates deductas in deciſione, quæ revidetur §. *Excluſa*. Quoniam illæ omnes auctoritates procedunt, & loquuntur in electionibus rigoroſis fa- 63.
ciendis ad formam *capitul. quia propter*. Secus eſt in electionibus impropriis, ut eſt illa, de qua agitur facta palam ſingulis Capitulo manifeſtantibus in voce ſuffragium ſuum; hoc enim caſu conſenſus poteſt quandocunque etiam poſt publicatam electionem collegialiter tamen intervenire, juxta

Text.

…ed by Google

Text. ita communiter intellectum *in cap. in Jure extr. de elect.* & ibi Abb. *conſ.* 25. *ſub num.* 2. *&* 3. *lib.* 2. Bald. *in cap. auditis num.* 37. *de electión.* Peregrin. *decíſ.* 100. *num.* 1. *ſub verſic. attamen*, Rot. *deciſ.* 189. *numer.* 9. coram Rembold. & in ſæpe laudata *deciſ.* 210. *numer.* 15. *&* 16. *part.* 9. *recent.* & in fortioribus terminis, quod ubi electio eſt ſubjecta formæ *cap. quia propter*, quamvis electores proceſſerint per viam ſcrutinii, quod etiam eo publicato liceat aliis variare, & conſentire in electum, dixit Bellamer. *in cap. publicato numer.* 22. *&* 23. *de elect.* Fagnan. *ibid. num.* 45. *&* 46. & bene declarat Card. de Luca *de Canon. & Capitul. diſc.* 26. *num.* 8.

Nec urgere viſa fuit reſponſio data per defenſores Guilielmi, quod dicti conſenſus ſuperventi poſt publicatum ſcrutinium proceſſerint ex actibus acceſſoriis, quia tanquam emanati in executionem actus nulli, eum validare non potuerunt, quippe ubi actus acceſſorii, & executivi facti fue-
64 runt ab eo, quia habet poteſtatem faciendi actum
de novo, & cum ſcientia nullitatis actus, important novum conſenſum ex integro, novumque actum inducunt, & firmat, ut apud Lotber. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 24. *num.* 57. *&* 58. *& lib.* 2. *quæſt.* 21. *numer.* 85. *& ſeqq.* & in his terminis omnes deciſ. in *Toletana*, *& Adrien.* ſuperius adductæ. Prout ſcientia nullitatis in Capitulo negari non poteſt, cum ignorare non valet ea, quæ Juris ſunt, nempe electionem fieri debuiſſe per vota majora completive ad totum Capitulum, & non comparative, ut cavetur, *ut in cap. Eccleſia veſtra de elect.* Nec ea, quæ ſunt facti, nempe electionem fuiſſe ſecutam per vota comparativa, dum unuſquiſque votavit publice, & palam, omnibus audientibus, & intelligentibus, quot vota habuiſſet Adrianus, ea etiam publice legente Canonico ſubſeniore, ut *in Summario Adriani numero* 1.

Placuit etiam Dominis alterum fundamentum conſuetudinis circa modum electionis per majorem numerum comparative, & non completive: & licet hujuſmodi conſuetudo non fuerit admiſſa in præterita deciſione uti non probata, viſum eſt tamen hodie, eam concludenter juſtificari, ex depoſitione plurium teſtium, qui fuerunt examinati, citata parte, ut late in *hodierno Summario* Adriani *num.* 4.

Non obſtante, quod teſtes ſint iidem Canonici, qui elegerunt Adrianum, quoniam numeran-
65 tur inter eos quatuor, qui ipſum non elegerunt,
ex quorum habilitate ſuppletur aliorum fides *leg. ſi quis ex argentariis* §. *Cogantur ff. de eden.* Maſcard. *de probat. libr.* 3. *concluſ.* 1359. *numer.* 13. Seraph. *deciſ.* 241. *num.* 2. Mantic. *deciſ.* 112. *numer.* 14. Buratt. *deciſ.* 572. *num.* 11. Merlin. *deciſ.* 109. *ſub num.* 8. *verſic. nec refragatur*, & ſane, cum agatur de electionibus factis inter Capitulares conſuetudines tangentes modum eligendi nequeunt probari niſi per Capitulares, Barthol. *in leg. quibus numer.* 23. *de legat.* 1. Rot. *deciſ.* 530. *ſub num.* 2. *part.* 4. *tom.* 3. *& deciſ.* 119. *num.* 11. *part.* 6. *recent. & deciſion.* 742. *numer.* 5. coram Cerro.

Multo magis, quia illorum dictum adminiculatur ex atteſtatione Zipei *in ejus opuſcul. intitulato in jus nov. tit.* 3. *de his, quæ fiunt a major. part. Capituli fol.* 104. ut in his terminis dixit Rot. coram Durano *deciſ.* 384. *ſub num.* 4. *in fin. verſ. & inſuper de ea atteſtatur.*

Tum etiam ex conſuetudine plurium Eccleſiarum Germaniæ, & ipſius Capituli Sancti Adalberti exiſtentis in eadem Civitate Aquiſgrani, & aliarum Eccleſiarum ejuſdem Provinciæ, ut ex
66 documentis datis in eodem *præſenti Summario* 
*numer.* 6. *uſque ad* 9. quæ generalis conſuetudo facit præſumere, quod ea vigeat etiam in controverſa Eccleſia, niſi diverſa ratio aſſignetur ex notatis per Joan. de Annania *in cap. in Geneſi de electión. numer.* 5. Garz. *de Benef. part.* 5. *cap.* 4. *n.* 93. *cum ſeqq.* Barboſ. *vot. deciſ.* 102. *num.* 64. Caputaq. *deciſion.* 229. *part.* 1. Rota cor. Seraph. *deciſ.* 624. *num.* 4.

Maxime, quia his omnibus adſtipulatur factum ipſum electionis, de quo agitur, in qua per tot actus geſtos ſupra recenſitos nunquam fuit oppoſitum de illius invaliditate, & concurrit teſtimonium ipſius Civitatis Aquiſgrani ſuper hac conſuetudine in Epiſtola per Conſules, & Senatum Sanctiſſimo conſcripta, *de qua in præterito Summario num.* 1.

Non obſtat ſtatutum, ſeu decretum Epiſcopi diſponens, quod in expediendis actibus Capitularibus ſufficiat conſenſus majoris partis, quia intelligi poteſt de majori parte comparative minoris, ut notavit Rot. *in dicta Adrien. Canonicatus* 3. *Aprilis* 1699. §. *Quoniam*, coram R. P. D. meo Lancetta, & ita intelligendum eſſe oſtendit ſubſe-
quens electio facta de anno 1609. per majorem 67
partem comparative, & effectum ſortita, ut *in præſenti Summario* Adriani *numer.* 5. & Guilielmi *numer.* 3. & ipſa ſupradicta conſuetudo, & obſervantia, quæ inſervit pro interpretatione dictæ ſtatutariæ diſpoſitionis loquentis per verba æque referibilia ad majoritatem totius, & minoris partis ſuffragiorum comparative, ut pro declaratione conſimilis ſtatuti, Barb. *vot. deciſiv. libr.* 2. *vot.* 52. *num.* 43. *& ſeqq.* & firmavit Rota *in Hiſpalen. Viſitationis* 30. *Aprilis* 1700. §. *Præterea*, cor. Rev. D. meo Decano.

Pariter obſtare non valent actus multarum electionum exhibiti pro parte Guilielmi *in ejus Summario num.* 7. ac approbari in præcedenti deciſio-
ne §. *Tanto magis*. Quoniam, ſtante probatione 68
conſuetudinis ſupra ſufficienter concluſæ ex teſtibus, & aliis documentis talem probationem deſtruere, non valet actus dictarum electionum tanquam explicati per verba æquivoca, ſcilicet *per majora vota*, *vel pluralitatem votorum*, vel per alia verba ſimilia, quæ æque applicari poſſunt, tam ad vota completiva, quam ad comparativa, ut in ſpecie Rota *in d. Adrien. Canonicatus* 3. *Aprilis* 1699. §. *Quoniam*, cor. R. P. D. meo Lancetta.

Ex quibus cum conſtet, literas Apoſtolicas reportatas a Guilielmo non eſſe juſtificatas, fuit dictum eas non eſſe exequendas, & ideo recedendum a deciſis.

Utraque parte informante &c.

R. P. D.

## CAPRARA.

Leodien. ſeu Aquiſgranen. Decanatus.

*Lunæ* 10. *Martii* 1702.

RESolutum fuit, perſiſtendum eſſe in ſecundo loco deciſis coram me die 20. Junii ſuperioris anni: quia ſubſiſtere viſa ſunt fundamenta deciſionis validam canonizantis electionem Canonici Draeck in Decanum.

Cum enim agatur de Decanatu, qui non eſt prima dignitas in Eccleſia Collegiata, in cujus electione neceſſe non eſt ſervare rigoroſam formam a Jure Canonico præſcriptam *in cap. quia propter de electión.* ut præ ceteris dixit Rota coram Manzaned. *deciſ.* 890. *num.* 2. Sed ſufficit conſtare de conſenſu Capitularium, & quidem in Capitulo congregatorum per quemcunque actum, ut pleniſſime firmavit Rot. *deciſ.* 210. *numer.* 15. *verſic. licet enim*, *cum ſeqq. part.* 9. *recent.* cum aliis late cumulatis *in deciſ. qua confirmatur* §. *Viſum eſt enim*.

Satis evidens apparuit controverſa electio, quia dum congregato Capitulo fuerunt per electores prolata vota publice, & palam, iiſque ab omni-

bus

bus auditis, ſubſenior Capituli renunciavit per majora vota, electum fuiſſe Canonicum Draeck, & licet omnes ſcirent in eum non concurriſſe majorem partem ſuffragiorum niſi comparative quoad alios, non autem reſpectu totius Capituli, nihilominus electionem approbarunt, & acclamarunt cum univerſali congratulatione ex omni parte, & electum duxerunt ad Altare, ubi cantatum eſt *Te Deum laudamus*; dubitari non poteſt, quin electio fuerit de omnium conſenſu, qui licet non interceſſerit in prolatione ſuffragiorum, ſufficit tamen quod per acceptationem, & acclamationem electionis ſupervenerit, & eſt ac ſi uſque ab initio interceſſiſſet, juxta plene firmata in præterita deciſione §. *Conſenſus & §. Nec obſtat cum duabus ſeqq.*

Qui ſane conſenſus inconvincibilior redditur ex actibus ſucceſſivis, & ſignanter ex eo, quod congregato novo Capitulo pro habenda declaratione acceptationis, quam electus in priori Capitulo ſibi facienda reſervaverat, ea inibi emiſſa, Canonici ſic collegialiter coadunati decreverunt expediri literas præſentatorias Reverendiſſimo Epiſcopo pro confirmatione, prout fuit ſubſecutum. Hæc autem circumſtantia rem ponit in claris, & de per ſe ſola ſufficit; cum enim ex prædicto actu fuerit completus actus electionis, cujus perfectio non oritur ex ſolo conſenſu eligentium, ſed etiam electi, *cap. inter Canonicos de election.* inde ſequitur, dubitari non poſſe de illius validitate, cum fuerit facta capitulariter in Capitulo ad hunc præciſum effectum intimato, & ſic actus iſte de per ſe ſolus ſufficeret, cum operetur declarationem, & confirmationem electionis antea factæ, ut præter deducta *in alia deciſ. §. Hujuſmodi conſenſus*, dixit in ſpecie Rot. *deciſ.* 769. *num.* 7. & 8. *part.* 18. *rec. tom.* 2.

Et multo magis ſi conſiderent alii ſubſequentes actus, poſſeſſionis ſcilicet ſolemniter a Capitulo traditæ poſt reportatam confirmationem cum electi admiſſione ad ſtallum Decanale, & exercitii actuum Decanalium per biennium, & ultra, ut proſequitur eadem poſtrema deciſio in §. *ſecundo, & ſeqq.*

Et cum hi omnes actus, tam electionis, quam confirmationis peracti fuerint, ipſo Guilielmo præſente, & approbante, non poteſt modo electio, poſtquam fuit confirmata, amplius impugnari, nec de invaliditate redargui, ut in ſpecie reſpondit Novar. *in allegat. impreſſ.* apud Ric. *collect.* 2579. *in fine §. Ad cujus indaginem & §. Quod eo magis.*

His poſitis, inanes viſæ ſunt repetitæ exceptiones, prima nanque deſumpta ex eo, quod acclamatio, & congratulatio in electione fuerit a ſingulis de Capitulo, eo jam diſſoluto, tollitur ex
ipſa rei geſtæ ſerie, quæ oſtendit, omnes actus
fuiſſe Capitulares, & in uno eodemque Capitulo
71 geſtos, dum omnes Canonici in actu acclamationis erant adhuc in Aula Capitulari inſimul congregati, & nondum diviſi; & licet congratulatio, ſeu conſenſus fuerit præſtitus a ſingulis, id non deperit, dum fuerunt præſtiti ab omnibus in unum collegialiter congregatis pro habenda electione, ut notat Calder. *in cap. cum in Jure de elect. num.* 14. *repertit. Canonic. tom.* 2. Gloſſ. *in capit. ſicut de election. in verb. formam*; Innocent. *in capit. Geneſi de election. numer.* 7. hoc enim caſu electio, licet per conſenſum ſingulorum, dicitur facta Jure Collegii, & ab ipſo Collegio, ad notata per Decium *in cap. cum omnes numer.* 47. *de conſtitut.* Rota *in Leodien. Præpoſituræ* 2. *Junii* 1687. §. *final.* coram bonæ memoriæ Benincaſa; quidquid dicendum foret, ſi extra Capitulum, & in propriis domibus fuiſſet præſtitus conſenſus, ut exemplificat Panormitan. *in cap. quia propter num.* 12. *de election.* & tollitur difficultas, tum ex actu aſſociationis electi ad Eccleſiam pro cantando *Te Deum*, quæ eſt functio Capitularis, & Collegialis, tum etiam ex decreta confirmatione in ſubſequenti Capitulo; & aliis actibus ſucceſſive geſtis ab eodem Capitulo, qui clare oſtendunt, conſenſus fuiſſe Capitularis.

Alia vero objectio conſiſtens in eo, quod omnes prænotati actus proceſſerint ſub erronea credulitate, quod prima electio emanata cum majori parte ſuffragiorum comparative fuerit valida, 72
unde eo ipſo quod adfuit nullitas a principio, de illis non ſit habenda ratio, corruit ex reſponſione data in ultima deciſione §. *Nec urgere*, quod ſcilicet Canonici ſciverint nullitatem facti, & Juris reſpectu primæ electionis; ideoque ipſorum ratificatio importet novum conſenſum, novamque electionem. Et cum ſcientia facti negari non poſſit, quia eſt evidens, dum vota fuerunt publice prolata, ac etiam publice relecta per ſubſeniorem Capituli, fruſtra recurritur ad ignorantiam Juris, quæ non eſt allegabilis in Canonicis ſuper re ad ipſos ſpectante, qualis eſt electio in actibus toties replicatis, etiam cum interpoſitione temporis, juxta Textum *in cap. innotuit de election. & in cap.* 1. *de poſtulat. Prælat.* Menochius *de præſumpt. præſumpt.* 23. *num.* 10. *lib.* 6. Rota coram Puteo *deciſion.* 363. *num.* 5. & 6. *lib.* 2.

Neque ad concludendam ſcientiam facti neceſſaria fuit collatio numeri ad numerum, dum hæc requiritur in electione ſecreta per ſcrutinium ad tenorem *capitul. quia propter*, non in facta per vota publica, ubi unuſquiſque audire poteſt, & numerare quantitatem ſuffragiorum. Ultra quod
ſubſenior Capituli relegendo publice vota dicitur 73
manifeſtaſſe, quot vota habuiſſet unus, & quot alius, ut declarat Speculator *in tit. de election.* §. 1. *numer.* 22. Lother. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 19. *num.* 43.

Scientia autem Juris excludi non potuit ex depoſitionibus teſtium Canonicorum, ſignanter ex depoſitione primi teſtis ſuper 48. & 49. aſſerentis, ſe non credere in hac electione requiri ſcrutinium, neque majora vota reſpectu omnium votantium;
inde ſcribentes pro Guilielmo inferebant Canoni- 74
cos erraſſe in Jure; quoniam animadverſum fuit hujuſmodi depoſitionem intelligi non reſpectu Juris communis, ſed conſuetudinis particularis Eccleſiæ, ſuper qua teſtes prædicti fuerunt examinati, prout declarando primum teſtem explicant alii ſuper eodem articulo 48. & 49. *Summa* Draeck *impreſſo numer.* 10. & proinde ex hoc non probatur ignorantia Juris, quæ cæteroquin non præſumitur, nec allegari poteſt ad Textum *in leg. Juris ignorantia, & leg. regula Cod. de Juris, & Facti ignorantia*, Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 23. *numer.* 10. Rot. *deciſ.* 435. *numer.* 6. *part.* 18. *recent.*

Tertia denique fundata in eo, quod in electione eſſet ſervanda forma *cap. quia propter*, ex quo Decanatus controverſus ſit prima dignitas in Collegiata, nullius eſt ſubſiſtentiæ, quia licet ſit dignitas, non tamen principalis exiſtit, ut ſunt verba emiſſa a Guilielmo in ſupplicatione pro habenda proviſione Apoſtolica, & in ipſis literis repetita, ita ut, ſtante hujuſmodi confeſſione, non ſit de hac veritate dubitandum, cum alteri cuicumque probationi prævaleat *l. cum Precum C. de liber. Cauſ.*

Nec prædictæ confeſſionis error deduci valet ex tenore ſtatuti ejuſdem Collegiatæ, in quo Canonici vocantur ſubditi ejuſdem Decani, & mandatur, quod ſint ſubjecti ejus correctioni; nam ibidem additur *Non tamen ſine Capituli licentia*, quæ verba oſtendunt, quod facultas eſt penes Capitulum, & ex illius Juribus Decanus corrigere
poteſt, imo ex hoc ipſo ſtatuto excluditur, quod 75
ſit prima Dignitas, dum ibi dicitur, quod a digerioribus eſt inchoandum, & ad hunc effectum Præpoſitum in primo loco nominat, decernitque eum obtinere in choro dextero primam ſedem, & digniorem, & Decanum primum locum in ſiniſtro choro, qui comparative erit ſemper ſecundus, juxta illud Evangel. *Unum a dexteris, alium a ſiniſtris* & eſt Text. *in capit. ſolitæ in verb. hoc au-*

tem

Digitized by Google

*rem ſi prudenter* ibi – *In ſiniſtra parte ſedere de majorit. & obed.* Caſſan. *in Catalog. glor. Mundi part.* 1. *conſid.* 11. *verſic. ſecundo dicitur*, Ferrus *de praced. quaſt.* 5. *num.* 7. *& num.* 11. *verſ. nam in choro*.

Minus error deduci poteſt ex actibus Juriſdictionalibus aliiſque geſtis a Decano, & relatis *in Summario num.* 3. Illi enim omnes ſunt facti nomine Decani, & Capituli, unde ſemper urget reſponſio,
77 quod Juriſdictio non penes ſolum Decanum, ſed penes ipſum Capitulum reſidet; expreſſio enim nominis Decani dicitur ſacta tanquam de perſona clariori, & majori qualitate pollente intra Capitulum, ut bene explicat Barboſa *de Canonic. cap.* 42. *numer.* 26. §. *Hinc etiam*.

Subſiſtere pariter viſum eſt alterum fundamentum deciſionis ſuper conſuetudine eligendi per majorem partem votorum comparative ad minorem, plene probata per ſex teſtes ejuſdem Eccleſiæ Canonicos formiter examinatos, & alia documenta relata in *deciſ. a* §. *Placuit etiam, cum pluribus ſeqq.*

Nec obſtare videbatur, quod teſtes Canonici non ſint attendendi, ex quo hodie Capitulum ſit admiſſum ad Cauſam, & ſint illius pars formalis. Tum quia Canonici non prohibentur eſſe teſtes
78 in Cauſa Capituli, quando agitur de probando facto, quod aliis innoteſcere non poteſt, ut eſt modus eligendi, ut in his terminis Antonell. *de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 3. *numer.* 5. *in fin. verſ. unde ad probandum*, Farinacc. *de Teſtib. quaſt.* 60. *num.* 479. *& numer.* 486. Felin. *in cap. venies de Teſtibus num.* 21. *verſ. & procedere*, Panormitan. *in cap. cum dilect. num.* 12. *de election.* & probat præcedens *Deciſio* §. *Non obſtante*. Tum etiam quia fuerunt examinati per plures annos, antequam Capitulum veniret ad Cauſam, & ſic tempore, quo eis erat liberum pro Capitulo deponere, ut in proximis terminis Maſcard. *de probat. concl.* 66. *num.* 11. Farinac. *de Teſtib. dict. quaſt.* 60. *numer.* 175. Speculator. *in tit. de Teſtib.* §. 1. *numer.* 74. *verſ. evaneſcit*.

Nec ad evertendam hanc conſuetudinem merebantur deduci plures atteſtationes, cum ſint informes, & procuratæ lite pendente, & concludunt ſolum, quod in aliquibus Eccleſiis Germaniæ proceditur ad electiones, juxta formam præſcriptam
79 *in capitul. quia propter*; a conſuetudine enim aliquarum particularium Eccleſiarum non infertur ad conſuetudinem Eccleſiæ Aquiſgranen. de qua agitur, fortius quia eſt etiam conformis conſuetudini aliarum Eccleſiarum ejuſdem Civitatis, & Provinciæ, ut probat *eadem Deciſio* §. *Tum etiam*.

Quod autem hæc conſuetudo ſit contra Jus, ideoque requiratur, quod ſit præſcripta, & introducta cum conſenſu Papæ, cum agatur de deroganda diſpoſitione Sacrorum Canonum, objectum bene procederet, ſi ageretur de electione, quæ eſſet ſubjecta formæ *capit. quia propter*; Sed cum verſemur in electione impropria, quæ exple-
80 tur per ſimplices conſenſus, & aperta vota adinſtar Univerſitatum, in qua SS. Canones nihil diſpoſuerunt, ſufficit, quod conſuetudo ſit probata per plures actus effectuatos, ut in ſpecie dixit Rot. *deciſ.* 304. *numer.* 20. *&* 21. *part.* 12. *recent.* & multo magis, ſi teſtes, ut in præſenti deponunt per tempus immemorabile, ut in præterito *Summario num.* 4.

Et ita utraque &c.

TIRASONEN. PRIORATUS

PRO

ANTONIO FRIAS

CUM

JOANNE MAGNAS

## ARGUMENTUM.

Dignitas principalis in Collegiata quando per Privilegium dicatur exempta a reſervatione regulæ 4. Cancellariæ in limine erectionis, & quando ex lege fundationis laici, vel Eccleſiaſtici cenſeantur excluſæ reſervationes Apoſtolicæ.

## *SUMMARIUM.*

1 *Regula* 4. *cenſetur excluſa, ſi Papa concedat Capitulo jus eligendi* perpetuo *primam dignitatem, & num.* 3.

2 *Lex præſentandi* toties, quoties vacat Beneficium, *non excludit regulam* 8.

4 *Ad excludendas reſervationes an ſufficiant verba æquipollentia, vel requiratur mentio ſpecialis, & num.* 27.

5 *Jus eligendi Prælatum in Collegiata ſpectat ad Capitulum de Jure.*

6 *Regula* 15. *Cancellariæ an revocet privilegium conceſſum in limine erectionis circa Jus eligendi, & quod in terminis regula* 8.

7 *Etiam tacite poteſt in limine fundationis excludi reſervatio.*

8 *Etiam ſi fundatio fiat ab Eccleſiaſtico de bonis tamen ſuis.*

9 *Lex fundationis excluſiva reſervationum non debet rejici, ſed admitti per Superiorem.*

10 *Cautela ad effectum excludendi reſervationem in fundatione Beneficii, necnon reſervandi inſtitutionem inferiori Prælato privative ad Epiſcopum.*

11 *An lex fundationis reſervans inferiori Jus inſtituendi ſoleat per Papam admitti in derogationem S. Concil. Trid.*

12 *An ſit contra Concilium reſervare inſtitutionem Epiſcopo ſimul, & Capitulo.*

13 *Incompatibilitas fundationis cum regula reſervatoria facit, ut ea ceſſet, ſive fundatio ſit ante, ſive poſt regulam.*

14 *In Hiſpania Beneficia Juriſpatronatus Eccleſiaſtici non cadunt ſub reſervationibus.*

15 *Lex fundationis præſentandi* quandocunque &c. quotieſcunque vacat Beneficium, *an excludat regulam* 8. *& num.* 16.

17 *Quando Clericus non præſumatur fundaſſe de bonis Eccleſiæ, & n.* 18. *&* 19.

20 *Expreſſio dotandi* de bonis ſibi a Deò datis *an præſumat fundationem de bonis Eccleſiæ.*

21 *Juſpatronatus translatum ad Eccleſiaſticum, quoad dominium poteſt eſſe tale, ſed quoad modum exercendi, laicale.*

22 *Quando dicatur laicale quoad exercitium.*

23 *Ex quibus verbis cenſeatur excluſa reſervatio, & n.* 24. 25. 26.

28 *Conjecturæ non ſunt probationes manifeſtæ.*

29 *Sufficit dubietas, an Beneficium cadat ſub reſervatione, ad hoc, ut litteræ Apoſtolicæ de reſervato non ſint exequendæ.*

DI-

## DISCEPTATIO XXV.

DEfendebam in hac cauſa, quod Prioratus prima dignitas erecta in Collegiata S. Mariæ de Boria Tiraſonen. Diœceſis eſſet exempta a reſervatione regulæ 4. olim 3. Cancellariæ, ex eo fundamento, quod ſanæ memoriæ Eugenius IV. in Bulla erectionis ordinaſſet, quod electio Prioris ad Capitulum *perpetuo* ſpectaret, ac pertineret; cum enim regula prædicta perpetuo, & in omni caſu, & tempore reſervet primas dignitates etiam in Collegiata, quatenus earum valor excedat decem florenos auri, prout erat iſta dignitas, exinde dicebam, quod ſi Papa *perpetuo* voluit electionem ſpectare ad Capitulum, excluſa remanebat reſervatio, dum repugnat, & penitus ir-
1 reconciliabile eſt, quod dignitas debeat provideri *ſemper, & perpetuo* ad electionem Capituli, quodque e converſo, *ſemper, & perpetuo* ſpectare debeat ad Papam vigore perpetuæ reſervationis regulæ 4. juxta Doctrinam Probi ad Monach. *in capit. cum de Beneficio ſub numer.* 29. *&* 34. *de Prabend. in* 6. Card. de Luc. *de benefic. diſcur.* 6. *numer.* 10. Pacion. *de locat. capit.* 14. §. 6. *numer.* 19. Adden. ad Pamphil. *deciſ.* 189. *num.* 27. Rot. coram Royas *deciſ.* 274. *numer.* 14. *&* 15. *& in rec. deciſ.* 157. *numer.* 6. *part.* 7. *& deciſ.* 168. *num.* 44. *par.* 10. *& deciſ.* 327. *num.* 3. *& ſeqq. part.* 15. *& dec.* 242. *num.* 6. *part.* 19.

Neque obſtabat reſponſio, quod ad excluſionem reſervationum verba debent eſſe indubitata, & clara, itaut concludant perneceſſe, ex Rota *in Barchinonen. Beneficii* 16. *Januarii* 1686. §. *Corruit*, *&* 12. *Junii* 1685. coram Matthæjo, *& in alia Barchinon.* 5. *Decembris* 1685. §. *Minus* cor. eodem; Quoniam hæ deciſiones loquuntur in terminis reſervationis regulæ octavæ, hodie nonæ Cancellariæ, quæ cum non ſit perpetua ſed reſtricta ad octo menſes anni, exinde ſequitur, ut verba ejus excluſiva debeant concludere perneceſſe, itaut non concludat perneceſſe lex fundatio-
2 nis quæ dicat, quod ſemper præſentare debeat patronus *toties, quoties caſus vacationis evenerit*, quia verba iſta recipiunt congruam interpretationem præſentandi *toties, quoties &c.* nullo tamen ſuperveniente impedimento regulæ octavæ, quæ revera impedit in certis menſibus, non autem perpetuo excludit Jus præſentandi, ut ajunt *deciſ. Barchin. ſupra relatæ*, ſignanter illa *edita* 16. *Januar.* 1686. §. *Corruit*.

Sed talis diſcurſus non applicatur ad reſervationem regulæ quartæ, quæ cum ſit perpetua, nec ullum menſem relinquat præſentationi patronorum, non poteſt eſſe conciliabilis cum lege fundationis,
3 ſeu erectionis, quæ perpetuo concedat Capitulo Jus eligendi, ſeu patrono Eccleſiaſtico Jus præſentandi, quia nunquam poteſt conciliari, quod dignitas *perpetuo* ſit conferenda per Papam vigore reſervationis perpetuæ, quodque *perpetuo* debeat Capitulum ad eam eligere, ut obſervando hanc diſtinctionem inter regul. 4. & regulam 9. in ſimili quæſtione notant Gonzal. *gloſſ.* 9. §. 4. *numer.* 18. *verſ. quintimo, & num.* 25. Garz. *de benef. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 167. *&* 168. Rot. *deciſ.* 767. *num.* 5. *in fine par.* 2. *rec.* Alias, niſi Papa excluſiſſet hanc reſervationem, nihil utique Capitulo conceſſiſſet, ut advertit Card. de Luc. *de benef. diſc.* 12. *ſub n.* 6. *verſ. quoniam*.

Nihil obſtante, quod ad excludendas reſerva-
4 tiones requiratur expreſſio clara, ex Duran. *deciſion.* 406. *numer.* 9. maxime in caſu, ubi Papa conceſſit Capitulo Jus eligendi, ubi propterea non præſumitur, quod ſub involucro verborum voluerit ſibi præjudicare; ſed requiritur mentio ſpecialis Lother. *de re benefic. libr.* 2. *quæſt.* 39. *numer.* 23. Rot. *deciſ.* 666. *num.* 8. *part.* 1. *& deciſ.* 563. *n.* 6. *part.* 2. *recent.* Duran. *deciſ.* 406. *num.* 9. Quoniam nulla major derogatio reſervationum dari poteſt, quam ea, quæ reſultat ex manifeſta incompatibilitate diſpoſitionis cum regula reſervatoria; nam ſi Papa voluit perpetuo Jus eligendi ſpectare ad Capitulum, utique voluerit collationem perpetuo a ſe abdicare, non perpetuo retinere, dum perpetuo non poteſt unum Beneficium eodem tempore ſpectare ad duos collatores ſeſe invicem perpetuo excludentes, & firmat Cardin. de Luc. *de benefic. diſc.* 13. *num.* 1. ubi de Indulto Clemen. VIII. conceſſo Capitulo Hildeſien. de eligendo Præpoſitum.

Verum S. Rot. coram Reverend. D. meo Molines Decano *in deciſ.* 19. *Novemb.* 1691. §. *Quoniam* contrarium reſolvit in hac cauſa, quia Ordinarius non reſervaverat Capitulo Jus eligendi, ſicut Eugenius mandaverat, ſed ſibi reſervaverat Jus conferendi; quod facere non poterat uti ſimplex ac merus executor, cui non licebat contravenire literis Eugenii, præſertim, quia iſte in concedendo Capitulo Jus eligendi habuit reſpectum ad diſpoſitionem Juris communis, juxta quam electio
Prælati in Collegiata pertinet ad Collegium, ſeu 5
Capitulum, *cap.* 1. *cap. in geneſi, & cap. in veteri de elect. cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſ. poſſeſſ. & propriet. can. Sacrorum* §. *Ex his diſtinct.* 63. Card. de Luc. *de benef. diſc.* 12. *num.* 13. Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 5. *n.* 58. *& ſeqq.* Rot. *deciſ.* 31. *n.* 8. *part.* 16. *rec.*

Neque Ordinarium juvari poterat Bulla Nicolai V. ſucceſſoris Eugenii, qui de novo commiſerat executionem illius literarum cum clauſula *in omnibus & per omnia, ſeu quoad aliqua ad arbitrium* Ordinarii, quoniam hæc verba non inferebant Jus reſervandi collationem ipſi Ordinario, & excludendi reſervationem Apoſtolicam, ubi propterea bene firmavit Rot. non ſufficere ad ejus excluſionem involucrum, & generalitatem verborum, & hodie adeſt ſuper hoc *regul.* 71. *Cancell.* ſed contrarium firmaſſet, ſi Jus eligendi fuiſſet Capitulo reſervatum, ex Card. de Luc. *de benefic. diſc.* 12. *num.* 4. *& diſc.* 13. *num.* 1.

Aliqua quoque fuit reſponſio data in *deciſ.* 29. *Aprilis* 1697. §. *Eoque facilius*, coram bon. mem. Urſino, quod nempe ſi Breve Eugenii, vel Nicolai importaret aliquod privilegium conferendi
primam dignitatem reſervatam ex regul. 4. revo- 6
catum remanſiſſet ex regul. 15. Cancellariæ, in qua irritantur quæcunque facultates, & literæ quibuſcunque perſonis conceſſæ diſponendi de Beneficiis reſervatis ad eorum collationem, electionem, & quamvis aliam diſpoſitionem ſpectantes cum decreto irritanti, ex Coccino *deciſ.* 2205. *n.* 33. *& dec.* 2252. *num.* 5. *& in rec. deciſ.* 285. *num.* 27. *part.* 9. ſed hoc fundamentum mihi non placebat tanquam inapplicabile ad caſum, dum regul. 15. revocat Indulta, & privilegia diſponendi de beneficiis reſervatis; in præſenti autem conceſſio Eugenii emanavit ante erectionem Collegiatæ, & creationem primæ dignitatis; unde in limine erectionis dici non poterat dediſſe facultatem conferendi reſervata, cum dignitas non eſſet in rerum natura, neque idcirco reſervata, & Jus quæſitum reſervationi Apoſtolicæ ſuper illa, ut notat Mandoſ. *ad regul.* 14. *Cancell. quæſt.* 1. *num.* 3. dicens, quod intentio Papæ in ea regula fuit Beneficia generaliter reſervata, ſeu affecta *taliter* remanere, contrariis facultatibus revocatis; ergo quoad Indultum ſuper Beneficiis antea, ſeu per prius non reſervatis, non intrat hæc regula, quæ habet fundamentum ſuper reſervatione antea inhærente Beneficiis, & ſic ſuper Jure jam quæſito ſedi Apoſtolicæ, quod non contingit in conceſſione, quæ fit ante erectionem, & in limine erectionis effectuatur; regula vero octava derogat privilegiis contrariis etiam in limine erectionis conceſſis per Papam, ex Durand. *deciſion.* 406. *numer.* 10. unde ſtare poteſt quod dignitas non cadat ſub regula 4. vigore Indulti eligendi, ſed cadat ſub regula 8. quæ reſervat etiam Beneficia electiva, & derogat Indultis in contrarium, ut ait Rota coram Gregorio *deciſion.* 240. *numer.* 6. quæ al-

legat

Digitized by Google

legat *deciſ.* 32. *ſub numer.* 5. *de Prebend. in antiquis*.

Tranſeamus ad alia ſuper materia, & quæro, an per fundatorem poſſint excludi reſervationes Apoſtolicæ, imo etiam reſervatio major in corpore Ju-
7 ris clauſa? & ſine dubio affirmativa eſt opinio, non ſolum quando excluſio reſervationum ſit expreſſe, ſed etiam ſi fiat tacite ex verbis æquipollentibus, & conjecturis, quæ ſimul junctæ perſuadeant animum Judicis ad ſic affirmandum, ut apud Adden. ad Pamph. *deciſ.* 189. *num.* 26. *& ſeqq.* Paccion. *de locat. cap.* 14. §. 6. *num.* 19. Rot. coram Royas *deciſ.* 274. *numer.* 17. & me ſcribente, firmavit Rot. *in Parmen. Beneficii* 28. *Jan.* 1701. §. *fin.* cor. R. P. D. Scotto.

Idque procedit nedum in fundatore laico, ut male aliqui æquivocant, ſed etiam in Eccleſiaſtico
8 reſervante Juſpatronatus alteri Eccleſiaſtico, dummodo fundet de bonis ſuis patrimonialibus, & uti laicus det legem rei ſuæ, ut in caſu ejuſdem *Deciſionis Parmen.* & in alio caſu *Gerunden. Beneficii* 12. *Junii* 1702. coram Reverendiſſimo D. Molines Decano, in quorum utroque ſcripſi, & obtinui pro excluſione reſervationis, ut inferius referam; neque hoc privilegium Apoſtolicum ex cauſa fundationis hanc legem continens cadit ſub regula 8. hodie 9. Cancellariæ, ut *in deciſ.* 769. *num.* 3. coram Dunoz. Jun. *& in deciſ. Parmen. Beneficii ubi ſupra* §. *Quibus* quicquid dicat Duran. *deciſ.* 406. *num.* 10. qui, quatenus intelligatur de lege fundationis alicujus patroni fundantis de bonis ſuis approbata per Papam, non debet attendi.

Hinc lex fundationis habens hujuſmodi excluſivam reſervationum, non deberet deleri in hac parte per Superiorem, ſed admitti, & religioſe
9 ſervari, ne alias laici retrahantur a fundationibus Eccleſiarum, & Beneficiorum, ac etiam quia non eſt contra ſubſtantiam Beneficii, Cardin. de Luc. *de Jurepatron. diſcurſ.* 65. *numer.* 40. ubi de lege fundationis, quod in caſu Apoſtolicæ derogationis, reditus per fundatorem aſſignati non pertineant ad proviſum, ſed in alios uſus convertantur, *& diſc.* 93. *ſub num.* 8. *verſ. quatenus*; quod non ſolum habet locum reſpectu fundatoris viventis, qui volens in vita erigere cum hac lege Beneficium, quando eſt in fieri, petat ejus approbationem, & qui, niſi ſua lex approbetur, poteſt omittere fundationem, ſed etiam poſtquam in teſtamento relicta fuit erectio cum tali lege, & voluntate, nam rejicere iſtas conditiones, eſſet dare exemplum aliis abſtinendi ab erectionibus Beneficiorum, videntibus ſuas leges non ſervari, quod utique majus præjudicium eſt Eccleſiæ, quam admittere conditiones etiam Juri contrarias, prout licitum eſt fundatoribus eas adjicere de conſenſu Ordinarii in limine fundationis ob benignitatem ſacrorum Canonum, qui, ne retrahant fundatores, ſed ut potius alliciant ad erogandum proprias pecunias & bona in hujuſmodi operibus piis, permittunt voluntariam relaxationem rigoris Juris, ut communiter tradunt Card. de Luca *de Jurepatron. diſcur.* 20. *num.* 15. *& diſcurſ.* 65. *num.* 40. *& diſc.* 68. *num.* 9. *&* 10. *& diſc.* 93. *ſub. num.* 8. §. *Quatenus verſ. quando lex eſt talis*, Vivian. *de Jurepatron. libr.* 4. *capit.* 9. *ſub numer.* 56. Lother. *libr.* 1. *quæſt.* 34. *numer.* 17. *& in Tiraſonen. Privratus* 19. *Novembris* 1691. §. *quoniam*, coram Reverendiſs. D. Molines Decano, dummodo conditiones non ſint contra ſubſtantiam Beneficii, Adden. ad Pamphil. *deciſ.* 54. *numer.* 8. & dummodo non adjiciantur ex intervallo poſt pactam fundationem, idque procedit, etiam ſi in limine fundationis fuerit reſervata facultas diſponendi de Jurepatronatus in teſtamento, quia in eo non poſſent adjici conditiones Juri contrariæ, Adden. ad Pamph. *dec.* 54. *num.* 8. *verſ. limitatur modo*, quæ tamen concluſio mihi dura videtur. Nam ſicut licitum eſt fundatoribus in limine fundationis adjicere conditiones etiam Juri contrarias de conſenſu Ordinarii, non video quare idem non liceat ex intervallo, quando in actu fundationis Ordinarius conſenſit, quod ex intervallo poſſet fundator declarare conditiones ſibi beneviſas, quæ tali caſu retrotrahuntur ad limen fundationis, Conrad. *in prax. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 150.

Bona autem cautela erit teſtatori, ſi in ejus teſtamento exprimat ſe habere intentionem erigen-
di Beneficium cum lege excluſiva reſervationum 10
Apoſtolicarum vel alia contra Jus, ſub infraſcripto tamen modo, videlicet, quod prius adeatur Ordinarius, ſeu Papa, & videatur, an velit conſenſum præſtare conditionibus ab ipſo teſtatore volitis; & in caſu, quo admittatur ſua lex, tunc ſua voluntas eſt, quod Beneficium erigatur; ſi vero recuſetur eo modo, quo jacet, tunc ſua voluntas eſt nullatenus erigendi Beneficium, ſed diſponendi de bonis alio modo ſibi beneviſo, vel in opera pia, vel conſtituendo Capellanias laicales, & manuales ad nutum hæredis amovibiles, non cadentes ſub reſervationibus Apoſtolicis, juxta cautelam traditam a Cardin. de Luc. *de Jurepatronat. diſcurſ.* 65. *numer.* 40. adjiciendo toti diſpoſitioni conditionem, non quidem reſolutivam, ſed ſuſpenſivam cum clauſula, *& non alias aliter, nec alio modo*, pro qua cautela faciunt tradita per Abbat. *in cap. nobis nu.* 5. *verſ. ſed ſi vult de Jurepatr.* necnon Duran. *de mod. & condit. impoſſibil. part.* 2. *cap.* 2. *numer.* 110. *& ſeqq.* hoc enim modo ſi Superior conditiones non admittat, beneficium non dicitur erectum ob conditionem ſuſpenſivam, & erit locus ſecundæ diſpoſitioni teſtatoris, ut ſupra.

Quæ cautela inſerviet etiam pro aliis conditionibus, veluti pro conditione, quod inſtitutio in Beneficio Eccleſiaſtico pertineat, non ad Epiſcopum, ſed Prælatum inferiorem; hæc enim conditio eſt contra ſanctionem S. Concilii *ſeſſ.* 14. *cap.* 12. *de reform.* unde in fundationibus poſt Concilium, quicquid ſecus ante, non poſſe reſervari inferiori Jus inſtituendi probant reſolutiones Sacr. Congregationis a me adductæ ſupra *diſcept.* 22. *numer.* 42. & firmavit Fagnan. *in cap. cum Eccleſia Vulterrana numer.* 32. *de electiön.* & pleniſſime Rot. *in Burgen. Juris inſtituendi* 23. *Junii* 1690. cor. Reverendiſſimo D. Molines Decano, ubi doctiſſime more ſuo materiam examinat R. P. D. Joſeph Molines impenetrabilis juſtitiæ cuſtos, non tam repertor, quam, ut ita dicam, conſanguineus veritatis, ac ſtudio recti exemplum poſteris manſurum.

Cum ergo omnia decreta Tridentini ſubjaceant auctoritati Sedis Apoſtolicæ, ut diſponitur *in ſeſſ.* 25. *cap.* 21. *de reform.* non eſt dubium, quod talis conditio reſervandi inferiori Jus inſtituendi pot-
eſt ac ſolet ſæpe per Summum Pontificem admit- 11
ti, ut ex Conrad. ſuperius dixi *diſcept.* 22. *numer.* 42. bene verum eſt, quod admiſſio dependet ab ejus arbitrio, ſeu Sac. Congregationis Concilii per ipſum interrogari ſolitæ, neque in hac materia certa regula dari poteſt, & ego vidi rejectam hanc conditionem ab eadem Congregatione in *Firmana Capellaniarum* 30. *Septembris* 1702. ubi fundator Eccleſiaſticus de ſuis bonis laicalibus erigi juſſerat Capellanias in teſtamento cum reſervatione Juſpatronatus Eccleſiaſticis, & Juris inſtituendi certo Capitulo, cujus ille erat Canonicus, excluſive ad quemcunque Superiorem; ideo, ut fundatores ſint magis ſecuri obtinendi approbationem Apoſtolicam, utantur cautela ſuperius inſinuata; tunc enim crederem, quod adeſſet cauſa approbandi hanc legem fundationis contra Concilium, dum alias Eccleſia perderet erectionem Beneficiorum in cauſa proxima; ſecluſa autem prædicta cautela ejuſque caſu, ſi fundator Capellaniam inſtituat cum adjecto, ut præſentati inſtitutio ad Epiſcopum non pertineat, hæc conditio vitiatur ac habetur pro non adjecta, & Epiſcopus poteſt ſe intromittere, non obſtante pœna revocationis bonorum, & applicationis in alios

uſus,

uſus, Barboſa *de poteſt. Epiſcop. allegat. 70. num.* 187. Duran. *de mod. & condit. impoſſib. part. 2. cap.* 2. *num.* 106. *& ſeqq.* qui reprobat contrariam opinionem Vaſquez *de ſucceſſ. creat.* §. 17. *numer.* 17. ſeſe fundantis in dicto Plinii Jun. *Epiſt. libr.* 2. *in Epiſt. ad Annianum*, qui dicit ibi *— ergo quandam propriam legem mihi dixi, ut defunctorum voluntates, etiam ſi Jura deficerent, quaſi perfectas tuerer —* nam hæc opinio eſt contra Text. *in leg. nemo poteſt ff. de legat.* 1. ubi quod nemo poteſt facere quominus leges habeant locum in ſuo teſtamento, nequé enim Jus publicum privatorum pactis immutari valet, & in ſpecie Textus *in Canon.* 2. *&* 3. 10. *quæſt.* 1. & ratiocinantur concordiſer Barb. & Duran. *ubi ſupra.*

Quid autem diceres, ſi fundator Jus inſtituendi reſervaſſet Epiſcopo ſimul, & Capitulo nun-
12 quid iſta lex eſſet contraria Tridentino? Videtur quod non, quia conſtituunt unum corpus, & de Jure communi collatio Beneficiorum eſt ſimultanea; ſed contrarium deducitur ex Panorm. *in cap. cum Eccleſia Vulterrana de elect. num. 8. verſic. ego dicerem ſic*, ubi, quod licet collatio Beneficiorum ſit ſimultanea, tamen inſtitutio in Beneficiis de Jurepatronatus pertinet ad Epiſcopum cum conſenſu, vel ſaltem cum conſilio Capituli, dicendo ſibi magis placere cum ſolo conſilio, & ſequitur Fagnan. *ibidem numer.* 34. quo ſtante, lex fundationis intelligenda foret modo licito, nempe, ut inſtitutio ad Epiſcopum ſpectaret cum conſilio Capituli; cum nunquam præſumatur fundator eligere viam, per quam ſua impugnetur diſpoſitio, *lege 3. ff. de Teſtament. militar.* Vel cum conſenſu Capituli, juxta opinionem magis largam, quæ tenenda eſt hic, ut menti fundatoris magis congruat. Reſervari autem non poteſt inſtitutio Epiſcopo ſimul & inferiori, puta Abbati, quia Concilium voluit, ut ad Epiſcopum ſolum pertineat inſtitutio, Barb. *ad d. ſeſſ. 14. cap. 12. n. 18.* non autem cumulative cum inferiori; ſolus enim dicitur excluſive ad inferiorem etiam ſi procedat cum conſilio vel conſenſu Capituli, *Canon. ſi autem* 15. *quæſt. 7. capit. unic.* §. *cum vero 20. ne Sed. vac. in 6. Prep. in Can. ſubmittitur diſt.* 21. *num.* 2. ibique Gemin. *num.* 2. quia conſentiens non habet cumulativam, Felin. *in Cap. non poteſt num.* 11. *verſic. dic idem de re judic.* Gonzal. *gloſſ.* 45. *num.* 33. Si Teſtator mandaret erigi Capellaniam perpetuam cum dote, & onere Miſſarum reſervando heredi Jus præſentandi Clericum, & inſtitutionem inferiori excluſive ad Epiſcopum, an vellet eam Eccleſiaſticam, vel laicalem? dicas Eccleſiaſticam; nec obſtat excluſio Ordinarii ab inſtitutione, eſt enim tranſlativa; dum inſtitutio volita fuit, ſed tranſlata ab Epiſcopo in inferiorem ejus loco in hoc ſubrogatum *deciſ.* 48. *numer.* 7. *&* 8. *& dec.* 329. *part.* 18. *recentior.* erectio pariter volita fuit, facienda quidem ab Epiſcopo in hac parte non excluſo, Amoſtaz. *de cauſ. piis libr.* 3. *capit.* 2. *numer.* 11.

In hac materia an, & quando per conjecturas, & per verba æquipollentia conſtet de voluntate fundatoris excludendi reſervationes Apoſtolicas, ſolet conſiderari, an lex fundationis ſit ante, vel poſt regulam reſervatoriam; ſed hoc parum relevat inquirere; quia ſi verba fundationis ſunt in-
13 compatibilia cum regula reſervatoria, & tunc ſi fundatio eſt poſt regulam, dicitur ei derogare, ſeu eam excludere; ſi vero eſt ante regulam, licet voluntas fundatoris non feratur in incognitum, tamen incompatibilitas ipſa fundationis facit, ut regula ſuperveniens in ea non intret, utpote intrare non valens ob reſidentiam legis fundationis, ut, me ſcribente, reſolvit Rota *in Parmen. Beneficii* 28. *Jan.* 1701. §. *Quibus*, cor. R. P. D. Scotto & me pariter ſcribente *in Gerunden. Beneficii* 12. *Junii* 1702. §. *Reſponſum*, cor. Reverend. Molines Decano, maxime, quia licet Auctor regulæ 8. fuerit Nicol. V. qui ſedit de anno 1447. tamen certum eſt, quod iſte Pontifex redegit in ſcriptis regulam, ſed ejus origo, ſicut & aliarum regularum, longe ante præceſſerat, dum circumferebantur regulæ Cancellariæ oretenus per ſtylum, & praxim in Curia vigentem, quæ faciebat Jus, & quæ praxis fuit poſtea redacta in ſcriptis, teſte Gomeſ. *in proœmio quæſtion.* 1. *num.* 1. *&* 2. unde fundationes ante Nicolaum V. poſſunt cenſeri excluſivæ reſervationis menſium, habito reſpectu ad notorium ſtylum, & praxim Cancellariæ, licet in ſcriptis nondum redactam.

In Hiſpania dicunt Doctores, quod Beneficia Juriſpatronatus Eccleſiaſtici non cadunt ſub reſervatione, ut teſtatur Garzias *de benefic. part.* 5. 14
*capit.* 1. *num.* 557. *& part.* 9. *cap.* 2. *numer.* 213. Cocchier. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 8. *circa med.* Capon. *diſcept.* 74. *num.* 23. *tom.* 2. a Spiritu Sancto *conſult.* 30. *num.* 8. *&* 9. ubi tamen dicit, quod regula 8. eſt recepta in Regno Portugaliæ; ego hanc concluſionem non admitterem, ſed bene inferrem ex ea, quod ſi ageretur de fundatione in Hiſpania facta, tunc facilius deberet fieri interpretatio pro excluſione reſervationum, ſi adeſſent verba capacia talis excluſionis, licet leviora, veluti ſi præſentatio fuiſſet volita cum illis verbis *quandocunque*, *& quotieſcunque caſus vacationis evenerit*, quæ licet meo judicio, generaliter loquendo, non concludant perneceſſe contra regu- 15
lam octavam, & alias reſervationes diſcontinuas, tamen in Hiſpania forte concluderent ratione dictæ conſuetudinis, a Spiritu Sancto, *ubi ſupra numer.* 15. *& ſeqq.* prout alias de fundatione etiam extra Hiſpaniam deciſum fuit *in Civitate Caſtelli Canonicatus Pœnitentiarii prima Decembris* 1684. §. *Excluſionem cum ſeqq.* coram Matthejo; negari enim non poteſt, quin conſuetudo Hiſpaniæ aliquid plus operetur ad perſuadendum Judici, quod fundator noluerit Beneficium ſubjacere regulis reſervatoriis ſecundum morem Regionis, cum quo ſe præſumitur conformare, licet autem prædicta verba generaliter loquendo non concludant excluſionem reſervationum, ut in *Barchinonen. & Tiraſonen.* infra *num.* 26. *&* 35. tamen concluderent unita cum aliis, puta cum dictione *ſemper* conſiderata apud Royas *deciſ.* 274. & præallegatos *num.* 1. quicquid dixerim ſupra *numer.* 2. hinc lex præſentandi ſemper perpetuis futuris temporibus reſervationes excludit, Rot. *in Parmen. Beneficii* 16. *Januarii* 1702. §. *Evidentius*, coram R. P. D. Anſaldo. Item ſtantibus verbis *— continue — in omni caſu — in perpetuum — & ſimilibus*. Vel ſi dictum foret, quod nullo tempore, & caſu beneficium provideatur abſque præſentatione. Vel ſi fundator alternative conceſſiſſet Jus præſentandi duobus, aut pluribus volendo, ut in prima vacatione unus, in ſecunda alter, & ſic continue, ſucceſſive per turnum præſentare deberent; non enim iſte turnus ſervaretur, ſi poſſet interrumpi per proviſionem Apoſtolicam; idemque dico in Jure conferendi per fundatorem reſervato pluribus collatoribus per turnum continuum tam in prima, quam in aliis ſubſequentibus vacationibus, ſeu juxta terminos Deciſionis *Civitatis Caſtelli ubi ſupra* approbatæ *in Tiraſonen.* infra *num.* 35. Vel ſi reſervata fuiſſet collatio certo collatori cum verbis taxativis *tantum & non alteri*, juxta caſum *deciſ.* 274. coram Royas, *& deciſ.* 769. coram Dunoz. Jun. ſecus ſi dictum fuiſſet *— & non alteri Prælato*, Papa enim non venit appellatione Prælati in præjudicialibus, Duran. *deciſ.* 406. *numer.* 7. Adden. ad Pamph. *deciſ.* 189. *numer.* 27. quod tamen apud me patitur difficultatem, quia mens fundatoris eſt omnem alium collatorem excludere præter deſignatum, & ſumus in materia favorabili, prout eſt allicere laicos ad fundationes Beneficiorum, admittendo conditiones etiam Juri contrarias, & appellatione Prælati etiam Summus Pontifex includi poteſt, pro quo urget Rot. dict. deciſ. 769. coram Dunoz. Jun. ubi in caſu collationis reſervatæ Capitulo cum pacto *non ei poſſe ſubtrahi ab alio Superiore*, licet illa dictio *altero* vide-

retur

tetur intelligenda de ſimili, & ſic inferiori Prælato, prout erat Capitulum; tamen dictum fuit remanere excluſam reſervationem Apoſtolicam, idque facilius procederet, ubi conſtaret electam fuiſſe induſtriam perſonæ collatoris deſignati. Quamvis crederem, quod hujuſmodi excluſio alterius Prælati, vel Superioris non eſſet intelligenda in caſu devolutionis ob negligentiam collatoris deſignati, qui intra ſemeſtre non contuliſſet, juxta Text. *in cap. 2. de conceſſ. Prabend.* cui fundator ſe conformaſſe cenſetur, niſi contrarium expreſſerit, vide Seraphin. *deciſ.* 611. *numer.* 6. Siquis autem fundaret Hoſpitale & ſimul Beneficium illi acceſſorie annexum, poſſidendum ab Hoſpitalario pro tempore, ſicut Hoſpitale non cadit ſub reſervatione, ita nec Beneficium acceſſorium, ut in terminis eleemoſynariæ, Rot. *deciſion.* 50. *de conceſſ. Praben. in antiq.* in hoc denique articulo, an lex fundationis excludat necne reſervationes, multum juvat obſervantia negativa, juxta quam conſtaret, Beneficium numquam fuiſſe proviſum, uti de reſervato in longiſſimo temporis intervallo, Rot. *in Barchinonen. Beneficii 7. Maii* 1683. §. *fin.* coram Card. Caccia, & *in dict. Parmen.* §. *final.* coram R. P. D. Anſaldo & 27. *Jun.* 1703. §. *fin.* cor. R. Molinès Decano.

Habui caſum in *dict. Gerunden. Beneficii 12. Junii* 1702. cor. R. D. Molines Decano, ubi fundator Eccleſiaſticus, nempe Canonicus ſtator Eccle-
16 ſiæ Cathedralis Gerunden. fundavit Beneficium, cujus Juſpatronatus reſervavit Canonicis ſtatoribus pro tempore ſucceſſoribus, cum lege quod *quandocunque, & quotieſcunque Beneficium vacare contigerit, præſentatio, & proviſio fieri deberet intra* 20. *dies*, & reſolutum fuit ex his verbis exoriri incompatibilitatem cum regula octava, ut ego ſuſtinebam allegando *deciſ. Parmen.* 27. *Jun.* 1703. coram Molines ubi quod reſtrictio temporis eſt incompatibilis cum regula reſervatoria, quæ nullo ad conferendum termino limitatur, ac etiam quia ſi fundator voluiſſet Juſpatronatus effici Eccleſiaſticum, juxta *cap. cum §. final. de Jurepatr. in* 6. tempus ad præſentandum prorogaſſet de quadrimeſtre ad ſemeſtre, non reſtrinxiſſet ad dies. Sed advertendum, quod *deciſ. Gerunden.* loquitur in terminis conceſſionis mandati de ſubrogando, ubi ad effectum excludendi calumniam, quæ objiciebatur petenti ſubrogationem, ſatis fuit probare, quod clare non conſtaret de ejus malo Jure, ut ſe declarat *dict. deciſio §. reſponſion*; concurrebat tamen in hac cauſa obſervantia contra reſervationem, dum alias in duplici vacatione ſecuta in menſe reſervato Ordinarius ad præſentationem patroni dederat inſtitutionem pacifice effectuatam, neque ullus dabatur actus pro reſervatione; ſtante autem hac obſervantia, necnon verbis ſupradictis, & maxime in fundatione facta in partibus Hiſpaniæ, ubi viget conſuetudo, de qua ſupra dixi *n.* 14. credo, quod etiam in petitorio reſponderi potuiſſet pro excluſione reſervationis.

Tranſeo ad alium caſum in dicta *Parmen. Beneficii*, ubi quidam Maurellus Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Parmen. in erectione Beneficii de ſuis bonis fundato reſervavit Juſpatronatus laicis conſanguineis, conſtitutis tribus collatoribus fixis, quorum unus poſt alium inſtituere deberet per viam devolutionis, circuli, & recirculi inter ipſos, nempe, quod infra decem dies inſtitueret Capitulum, eoque negligente intra d. terminum, Epiſcopus, & eo negligente intra idem tempus, Abbas Vallis Serenæ, iſtoque negligente, ut ſupra, inſtitutio rediret ad Capitulum cum eodem ſtabilimento devolutionis per viam circuli perpetui inter iſtos omnino ſervandi, donec ſequeretur inſtitutio, & extinctis patronis laicis eundem circulum continuare voluit eodem modo, tam pro prima vacatione, quam pro ceteris ſequentibus, in quo caſu licet S. Rota in priori deciſione *prima Martii* 1700. cor. R. P. D. Scotto reſolviſſet intrare reſervationem menſium, & exequendas literas Apoſtolicas contra proviſum a Capitulo; tamen poſtea articulo melius examinato receſſum fuit a deciſis; & firmatum, attenta lege hujus fundationis expletæ de anno 1350. non intrare reſervationem, ut *in deciſ.* 28. *Jan.* & 13. *Junii* 1701. cor. R. P. D. Scotto, confirmatis in ſecunda inſtantia *die 6. Jan.* 1702. cor. R. P. D. Anſaldo.

Duo igitur erant puncti, ſuper quibus Cauſa agitabatur; Primo, an Beneficium præſumeretur fundatum ab Eccleſiaſtico de bonis Eccleſiaſticis, & ſecundo quatenus negative, an regula reſervatoria intraret necne in hoc Beneficio propter legem fundationis Superius expoſitam.

Quo igitur ad primum dicebam non ſubſiſtere præſumptionem, quod Eccleſiaſticus fundaſſet de reditibus Eccleſiæ in caſu iſto, quippe quidquid ſit, an in dubio Clericus fundans, aut dotans præſumatur fundaſſe, & dotaſſe de bonis Eccleſiaſticis, in quibus terminis loquuntur auctoritates in contrarium allegabiles; hoc unum infallibile eſt, & a nemine ex Doctoribus controverſum, quod ubi concurrit aliqua conjectura in contrarium demonſtrans dotationem factam fuiſſe de bonis propriis, & patrimonialibus Clerici, tali caſu nunquam attenditur, quod agatur de fundatore Eccleſiaſtico ad effectum præſumendi Juſpatronatus Eccleſiaſticum, ſed hoc non obſtante præſumitur Juſpatronatus eſſe laicale, ut, limitando regulam contra-
riam, firmarunt Panormitan. *in cap.* 1. *numer.* 5. 17
*de pecul. cler.* Lother. *de re benefic. libr.* 2. *quæſt.* 10. *num.* 12. Card. de Luc. *de Jurepatr. diſc.* 59. *numer.* 9. Garzias *de benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 594. Rota coram Mohedan. *deciſ.* 9. *numer.* 2. *de Jurepatr.*

Non una in præſenti aderat conjectura, ſed plures vigebant ad perſuadendum, quod dotatio, & fundatio Beneficii facta fuerit de bonis patrimonialibus Canonici fundatoris.

Principalis autem conjectura conſiſtebat in decreto, & Judicio Ordinarii, qui fundationem approbavit, cum reſervatione Juris præſentandi ad favorem patronorum laicorum, nempe Ludovici fratris germani ipſius fundatoris, necnon totius deſcendentiæ maſculinæ; non enim Ordinarius potuiſſet reſervare laicis hoc Jus præſentandi, ſi fun-
datio facta foret ex reditibus Eccleſiæ, ſed uſque 18
ab initio debuiſſet reſervare illud perſonis Eccleſiaſticis, ſeu ipſi Eccleſiæ, de cujus bonis fundatio expleta erat, & rejicere conditionem fundationis, uti reprobam, & Sac. Canonibus adverſam, cum Beneficium fundatum ex reditibus Eccleſiaſticis ſpectet ad ipſam Eccleſiam patronam, nec poſſit citra vitium manifeſti ſacrilegii ejus patronatus reſervari perſonis laicis, & prophanis, ut ex hac unica circumſtantia moventur omnes DD. ad excludendam præſumptionem fundationis de bonis Eccleſiæ, ſignanter Lother. *de re benefic. dict. libr.* 2. *quæſt.* 10. *num.* 15. Panorm. *in cap. ad audientiam num.* 12. *de Eccleſ. ædifican.* & *num.* 17. Card. de Luc. *de Jurepatr. diſc.* 59. *num.* 9. Garz. *de benef. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 594. Rot. *deciſ.* 655. *num.* 8. *part.* 4. *tom.* 3. *rec.* & *prius deciſ.* 273. *num.* 3. & 4. *part.* 3. *rec.*

Et hæc quidem præſumptio, quæ oritur ex decreto Ordinarii reſervatorio Juri præſentandi in favorem laicorum, adeo fortis eſt ad excludendam fundationem de bonis Eccleſiæ, ut contrarium præſumere, & firmare, eſſet præſumere duplex delictum in duabus perſonis, ſcilicet unum delictum in Clerico fundatore, qui graviter peccaret reſervando Jus præſentandi laicis in Beneficio fundato de bonis Eccleſiæ, ut conſiderat Panormit. *in dict. cap. ad audientiam de Eccleſ. ædific. num,* 12. Lother. *dicto libr.* 2. *quæſt.* 10. *n.* 16. & *libr.* 1. *quæſtion.* 23. *n.* 47. Et alterum delictum in ipſo Ordinario, qui approbando reſervationem Juris præſentandi ad hujuſmodi Beneficium in favorem laicorum nedum peccaret, ſed etiam nulliter procederet; ita ut uſque ab initio reſervatio Juriſpatronatus pro laicis eſſet nulla, juxta Textus *in*

*Canon.*

*Can. Apoſtolicos* 12. *quæſt.* 2. Panorm. *in dicto cap.*
*ad audientiam num.* 12. Lother. *lib.* 1. *q.* 23. *n.* 47.
Garz. *de benef. par.* 5. *n.* 594.

Alia præſumptio excludens fundationem de bo-
nis Eccleſiæ naſcebatur ex obſervantia ſubſecuta,
dum patroni laici, quibus ab initio reſervatum
fuit Jus præſentandi, illud pacifice poſſederant, &
habuerant per ſpatium longiſſimi temporis, quæ
circumſtantia excludebat omnem umbram dotatio-
19 nis ex bonis Eccleſiæ, ea convincenti ratione,
quod alias nunquam permiſſum fuit ab Ordina-
riis pro tempore juſpatronatus Eccleſiæ uſurpari,
& detineri per laicos, & ſi propterea iſti ſemper
poſſederunt, eorum poſſeſſio arguit indubitatam
Beneficii erectionem de bonis prophanis, ut eſt com-
munis opinio DD. de qua Lother. *dicto lib.* 2. *q.*
16. *num.* 15. Card. de Luc. *de jurepatr. diſc.* 50. *n.*
7. *&* 9. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 18. *n.* 110. Garz.
*de benefic. par.* 5. *cap.* 1. *n.* 594. Achil. *deciſ.* 1. *n.* 1.
*de Jurepatr.* Mohedan. *deciſ.* 9. *eodem Tit.* Rot. co-
ram Seraphin. *dec.* 1334. *n.* 7. & cor. Bich. *dec.* 467.
*n.* 6. *& in recent. deciſ.* 273. *n.* 3. *par.* 3. *& deciſ.*
655. *n.* 8. *par.* 4. *tom.* 3.

Prædictis accedebant aliæ conjecturæ fortiſſimæ,
quarum tertia erat, quod fundator erat Canonum,
& decretorum doctor, ita ut potuerit acquirere ex
induſtria ſuæ virtutis,

Quarta vero conjectura ponebat rem in claris,
quia probabatur, ipſum habuiſſe plura bona patri-
monialia, de quibus uti ad ſuam liberam diſpoſi-
tionem ſpectantibus diſpoſuit in ſuo teſtamento,
immo, quod eſt conſiderabile, aſſeruit in eodem
teſtamento, ſe præcedenter fundaſſe Beneficium, ibi
*de meis poſſeſſionibus de Antognano*.

Quæ verba apertiſſime ſignificabant, quod bo-
na, ex quibus fundationem explevit, erant ſua pa-
trimonialia; nam alias non dixiſſet *de meis poſſeſſio-*
*nibus*, ut in his præciſis terminis obſervat Lamber-
tin. *de jurepatr. lib.* 1. *q.* 1. *artic.* 4. *n.* 6. *ad fin. verſ.*
*nam ſi fuiſſet de rebus Eccleſiæ non dixiſſet ſua.*

Stantibus proinde his conjecturis, immo demon-
ſtrationibus materialibus, & claris, inanis convin-
cebatur conjectura deducta ab illa expreſſione fa-
cta in erectione Jurispatronatus, quod nempe fun-
dator dotabat *de bonis ſibi a Deo datis*, cum iſta
ſit ſolita phraſis, qua omnes utuntur, qui de re-
bus ſuis diſponunt, dum revera omnia bona no-
ſtra recognoſcimus ex Deo, & ideo etiam teſtato-
res laici in ſuis elogiis ita loquuntur, ut apud Gal-
leſ. *in formul. Inſtrum. fol. mihi* 196.

Cumque iſta ſit expreſſio generalis, & æquivo-
ca, non poteſt dare aliquem fumum dotationis ex
bonis Eccleſiæ, ſi ad omne pejus procedere poſſet
in dubio, nunquam vero ſtantibus quatuor ſolidiſ-
20 ſimis circumſtantiis, & conjecturis in contrarium,
& ſignanter quando concurrit declaratio ipſius fun-
datoris in ſuo teſtamento emiſſa, ubi teſtatur, bo-
na, quæ dedit in dotem Beneficii, fuiſſe ſuas poſ-
ſeſſiones patrimoniales loci de Antognano, & quan-
do ipſa etiam verba *de bonis ſibi a Deo datis*, ri-
goroſe, & in ſuo ſenſu conſiderata excludunt po-
tius, quam includant præſumptionem dotandi ex
bonis Eccleſiæ, dum fundator Canonicus, & do-
ctor Sac. Canonum ſi fundaſſet de bonis Eccle-
ſiæ, non dixiſſet *de bonis ſibi a Deo datis*, ſed
Eccleſiæ datis: quia bona Eccleſiæ non ſunt data
Clerico, ſed, excepto victu, & neceſſariis, reli-
quum eſt Eccleſiæ, & pauperum, Lambertin. *di-*
*cta par.* 1. *quæſt.* 1. *lib.* 1. *art.* 4. *n.* 6. Innoc. *in cap.*
*verum n.* 2. *de condit. appoſit.*

Neque contrarium firmat Vivian. qui vel non
applicatur, vel retorquetur; quidem non applica-
tur, dum in ſuo caſu fundator clare & manife-
ſte contra diſtinxerat bona propria a bonis Eccle-
ſiæ, dicendo reddere, *quæ ſunt Cæſaris, Cæſari;*
*& quæ ſunt Dei Deo*, quod in præſenti non con-
currebat. Et ulterius retorquetur, quia, non ob-
ſtantibus ſupradictis verbis diſtinctivis bonorum lai-
calium, & Eccleſiaſticorum, adhuc Vivian. firma-
vit, quod ubi concurrit poſſeſſio patronorum lai-

corum, Juſpatronatus præſumitur laicale, non Ec-
cleſiaſticum, ut ſatisfieri poteſt ex lectura *lib.* 1. *c.*
2. *num.* 19. ubi ita judicat in ſenſu veritatis, ut
in verſ. *Ego fui conſtans, &c.*

Superato primo fundamento, dicebam quoad ſe-
cundum non obſtare, quod etiam ſi Beneficium
eſſet fundatum ex bonis prophanis, adhuc devo-
luto Jurepatronatus & jure providendi ad Capi-
tulum Parmen. & alios Eccleſiaſticos, hodie non
eſſet amplius laicale, ſed Eccleſiaſticum; nec at-
tendenda veniret origo, ſed qualitas perſonæ, ad
quam præſentatio, ſeu proviſio ſpectat, & proinde
caderet ſub regula reſervatoria menſium.

Quoniam in hoc puncto habemus regulam, ſeu
concluſionem indubitatam (quam Rota nunquam
poſuit in dubium) quod etiamſi Juſpatronatus lai-
cale tranſeat ad Eccleſiaſticos, adhuc tamen rema-
nere poſſit laicale; & retinere primariam natu-
ram laicalem circa modum illud exercendi, ſi ita
fundator diſpoſuerit dando legem rei ſuæ, & hoc
ſine ulla repugnantia, aut contradictione in ter-
minis. Quia ſtare poteſt, quod Juſpatronatus re- 21
tineat naturam laicalem circa exercitium, ſi vero
Eccleſiaſticum circa dominium, & proprietatem,
ut dixit Rota *in Romana Juriſpatronatus*, coram
Sacrato apud Vivian. *de jurepatron. lib.* 4. *cap.* 9. *n.*
56. *ſub §. Nec videtur*, & coram Dunoz. Jun. *dec.*
*n.* 4. *& in recent. deciſ.* 157. *n.* 7. *par.* 7. *& dec.* 242.
*n.* 5. *par.* 19. *recent.*

Quæſtio igitur, & difficultas unica hujus cauſæ
reſtringebatur ad examinanda verba fundationis,
utrum nempe ex illis deſumi poſſet intentio fun-
datoris, quod Beneficium non caderet ullo tem-
pore ſub reſervationibus Apoſtolicis, ſed circa hoc
retineret privilegium naturæ Juriſpatronatus laica-
lis, ut prius, quando illud exiſtebat penes laicos
patronos.

In quo articulo clara mihi videbantur verba fun-
dationis; nam quemadmodum durante Jurepatro-
natus in lineis patronorum laicorum fundator vo-
luit in prima vacatione, & ceteris omnibus ſub-
ſequentibus præſentationem per eos fieri infra de-
cem dies, & per Ordinarium pariter infra decem
dies fieri inſtitutionem, alias iſtam devolvi ad ſe-
quentes ſuperiores in ordine, & turno deſignatos,
& denuo ad primos ire, & redire, & perpetuo
circulari, & recirculari, donec, & quouſque per
ipſos, & non per alios perficeretur proviſio; & ex-
tincta linea eorundem patronorum laicorum, &
devoluto Jure providendi ad Eccleſiaſticos ſuperio-
res prædictos, adhuc mandaverit ſervari eundem or-
dinem circularem providendi infra decendium a
primo collatore, & eo negligente devolvi ad ſe-
cundum, & tertium, ſervato ejuſdem decendii in-
terſtitio, & ſic ordine ſucceſſorio, circulari, &
reverſivo continuari in perpetuum, donec ſequeretur
effectiva proviſio, utique manifeſte inferebatur,
quod fundator voluit ſervari eandem formam pra- 22
cticatam a patronis laicis, & de Beneficio provide-
ri ad formam patronatus laicalis, ut tradunt Pa-
normit. *in Capitul. dilectus filius* 34. *de preben. n.*
5. *verſic. nam ibi num.* 8. Rot. *in Romana Juriſpa-*
*tronatus*, coram Sacrato apud Vivian. *lib.* 4. *cap.* 9.
*ſub num.* 56. *verſ. & quod non ſint turpe*, Rot. *deciſ.*
157. *num.* 7. *par.* 7. *recent.* & coram Merlino *dec.*
800. *n.* 8.

Huic manifeſtæ voluntati non obſtat, quod hu-
juſmodi diſpoſitio ſalvari poſſit, quando vacatio
Beneficii ſuccedit in menſibus Sedi Apoſtolicæ non
reſervatis, & per conſequens non excludat regu-
lam menſium, ex quo ad excludendas reſervatio-
nes Apoſtolicas requiratur, vel explicita excluſio,
ſeu tacita, quæ ſit talis, ut pernoceſſe concludat,
& pernoceſſe inferat excluſionem.

Quippe reſpondebam, quod iſta reſponſio nul-
lo modo intrare poterat in caſu iſto, ubi concur- 23
rebant verba, conditiones, & formæ tales, quæ
ſunt omnino incompatibilia cum reſervatione A-
poſtolica; cum autem regula octava, ſeu no-
na reſervet octo menſes, & ſic majorem par-

tem anni, ſuique non poteſt conciliari cum voluntate fundatoris, qui voluit occupare omnes menſes anni, & nullum ex illis relinquere liberum ab ea lege providendi, quam Eccleſiaſticis collatoribus præfinivit, quo caſu ob incompatibilitatem manifeſtam regulæ cum lege fundationis, Beneficium nunquam poteſt cadere ſub reſervatione, ut in ſpecie notat Rot. cor. Royas *dec.* 274. *num.* 17. Adden. ad Pamphil. *deciſ.* 189. *num.* 27. Pacion. *de locat. cap.* 14. §. 6. *num.* 19. *& in Tiraſonen. Prioratus* 19. *Novembris* 1691. §. *Et enim* coram Reverendiſs. D. meo Molines Decano, *& in Barchinonen. Beneficii* 5. Decembris 1686. §. *Minus*, coram Card. Matthæjo.

Prima igitur incompatibilitas deſumebatur ex pacto fundationis, quod collatio fieri deberet per tres fixos, & taxativos collatores, Capitulum, Epiſcopum, & Abbatem Monaſterii Vallis Serenæ, & cum ordine graduali devolutionis de uno ad alium inter ipſos ſolos, non ſolum in prima vacatione Beneficii, ſed etiam in omnibus aliis ſubſequentibus ibi – *pro prima vacatione, & pro ceteris ſequentibus*.

Quomodo enim ſtare poteſt, quod intret regula in vacationibus ſecutis in menſibus reſervatis, & ſic quod Papa debeat providere in ceteris vacationibus, quando fundator non ſe reſtrinxit, ſed voluit occupare omnes vacationes in futurum, ut denotat illud verbum univerſale - *pro ceteris omnibus ſequentibus*? Si dixit fundator *omnibus*; ergo non intrat interpretatio de aliquibus caſuris in menſibus non reſervatis; ſi dixit – *ceteris omnibus ſequentibus*; ergo voluit occupare omnes, nec relinquere aliqua Sedi Apoſtolicæ; dum igitur ſunt inter ſe incompatibilia iſta duo, nempe, quod fundator voluerit dare legem – *omnibus vacantibus*, & quod regula tale legem velit interſecare, & ſcindere limitando eam in *aliquibus*, *&* non concedere *in omnibus* – conſequenter ob incompatibilitatem claram, clara etiam eſſe debet excluſio reſervationis, ut in præciſis terminis ſæpe reſolvit. Rot. *in dec.* 846. *num.* 2. cor. Merlino, *dec.* 94. *n.* 13. *& deciſ.* 274. *num.* 4. *&* 5. cor. Royas, *& deciſ.* 327. *n.* 4. *par.* 15. *rec.*

Secunda incompatibilitas oriebatur, ex quo fundator voluit collationem Beneficii exire de manibus trium collatorum per circulum, gyrum, & regyrum, quem ſervari voluit cum verbo illo – *OMNINO* – ibi – *omnino ſupraſcripto ſervato ordine circulari*; ſi voluit hunc perpetuum circulum – *omnino* – quod idem ſignificat, *ac in omni*
24 *caſu & in perpetuum*; ergo regula reſervatoria non poteſt intrare in aliquo caſu, neque interміſceri poteſt ulla collatio Apoſtolica, cum repugnet inter ſe, quod in omni caſu ſit providendum ab illis tribus collatoribus cum ordine circulari, & in perpetuum, quodque e converſo in omni caſu illi providere non poſſint, repugnat etiam, quod debeat proviſio Beneficii ire, & redire de uno ad alium ex illis in omni vacatione, & in omni caſu, & quod adhuc interrumpi valeat iſta circularis devolutio per aliquam proviſionem Apoſtolicam, ut in terminis terminantibus Indulti eligendi conceſſi cum verbo *omnino*, quod per hoc electio poſſit exerceri, etiam in menſibus reſervatis, & quod per illud verbum cenſeantur excluſæ reſervationes adeſt notabilis Doctrina Probi *ad Monachum in cap. cum de beneficio de Praben. in* 6. *num.* 34. ibi – *Illa enim dictio* omnino *reſervationis excludit*,

Et reddit rationem his verbis – *Quia tantum eſt dicere* omnino, *quod in omni caſu, & ſic etiam ſtantibus reſervationibus*.

Cum qua doctrina punctuali in terminis excludendi reſervationes Apoſtolicas concordat etiam Rota *dec.* 242. *num.* 6. *par.* 19. *recent.* ubi de lege præſentandi *in omni caſu*, cui æquipollet dictio *omnino*, & punctualiter, quod verbum *omnino* ſignificet in omni caſu, ac in perpetuum, ſcribunt Rebuff. *in l. pecunia* 178. *in verb. omnem, omnino ff. de verb. ſignif.* Soccin. Jun. *conſ.* 281. *num.* 13, *lib.* 1. *& conſil.* 61. *n.* 25. *lib.* 2. Ruin. *conſ.* 84. *n.* 14. *lib.* 1. *& conſil.* 51. *n.* 37. *lib.* 3.

Tertia incompatibilitas regulæ reſervatoriæ cum iſta fundatione probatur ex ipſa lege, ne unquam exiret jus providendi de manibus trium collatorum, volendo fundator, quod de uno ad alium fieret devolutio, & devoluto Jure ad ultimum fieret retrogradatio ad primum, & ſic perpetuo ibi – *donec ſit proviſum* –. Supplicabam in hoc reflectere ad excluſionem Papæ manifeſte expreſſam, & in hoc præſertim figere oculos; cum enim per negligentiam primi collatoris juſſerit fundator proviſionem ire ad ſecundum, & deinde ad tertium, qui 25
eſt Abbas Monaſterii Vallis Serenæ, & ab ipſo tertio collatore ordinaverit retrogradari ad primum, & ſic perpetuo, Ecce, quod Papa, ad quem, negligente Abbate prædicto, ſpectare debuiſſet proviſio Jure devoluto, fuit clare excluſus, ita & taliter quod dato caſu, quod Abbas fuiſſet negligens in conferendo, ſi quis impetraret a Papa collationem jure devoluto, hæc eſſet nulla ob reſiſtentiam legis fundatoris, qui Papam excludendo voluit redire proviſionem ad Capitulum primum collatorem; Si ergo Summus Pontifex non poteſt ſe ingerere in hoc Beneficio jure devoluto, quomodo poteſt intrare jure reſervato? ſi eſt excluſus a devolutione, quæ eſt ſervatio clauſa in corpore Juris *in cap.* 2. *de conſt. præben.* & ſi eſt fortior quacunque alia reſervatione non clauſa in corpore Juris, quomodo dici non debet excluſus a reſervatione extravaganti deducta ex regula menſium debiliori, & expiranti per obitum Papæ, quæ non poteſt habere vires, quas habent reſervationes in corpore Juris exiſtentes?

Præſertim, quia devolutio eſt caſus magis rarus, & magis accidentalis pendens ex negligentia collatorum inferiorum, reſervatio autem in octo menſibus anni eſt magis frequens, & contingibilis; Si ergo Papa fuit excluſus ab eo jure, quod eſt minus præjudiciale ob raritatem caſuum, multo fortius dici debet excluſus ab eo Jure, quod eſt magis præjudiciale ob frequentiam caſuum, qui ſuccedere poſſunt, & qui magis violarent legem fundationis, tanquam eo tendentem, ne collatio exiret unquam de manibus trium collatorum, ad quos taxative ſe reſtrinxit excludendo omnem alium Superiorem, ut in ſpecie Rota coram Dunoz. Jun. *dec.* 769. *num.* 4. *verſ. voluntas*, & cor. Royas *dec.* 274. *n.* 11. *& ſeqq.*

Accedebat etiam quarta incompatibilitas, dum collatoribus præfixus fuit terminus decem dierum ad providendum, quem terminum uti adjectum favore Eccleſiæ, & Beneficii, ne diuturnam vacationem patiatur, deberet ſervari etiam per Papam providentem ſive Jure devoluto, ſive etiam reſervato. Quia reſervatio fit cum onere adjecto in 26
fundatione, cui Papa nunquam derogare intendit, ut bene Lother. *de re benefic. libr.* 1. *quæſtion.* 34. *num.* 17. Rot. coram Seraphin. *dec.* 1420. *num.* 1. *&* 2. Puteus *dec.* 368. *num.* 1. *lib.* 1. *& dec.* 229. *num.* 1. *lib.* 2.

Quomodo autem iſte terminus breviſſimus decem dierum poteſt eſſe compatibilis cum proviſione Apoſtolica, quando hoc tempus quaſi conſumitur in itinere ad urbem, antequam porrigi valeat ſupplicatio, & rurſus, quia, Papa non providente intra terminum, oporteret, quod collatio rediret ad inferiores collatores, quæ eſt res impracticabilis, & minus decora Summi Pontificis poteſtati, ad Text. *in cap. licet de ſupplen. neglig. Prælat. Clemen.* 1. *verſ. in exemptis eodem tit.* Caſſodor. *dec.* 8. *num.* 4. *&* 7. *de præben.* Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſ.* 24. *n.* 88.

Iſtæ quatuor incompatibilitates materiales videbantur exuberare ad effectum, ut regula reſervatoria cenſeri deberet excluſa per fundatorem, & ad effectum, ut non poſſet intrare illa interpretatio, quod diſpoſitio fundatoris ſalvari poſſit in menſibus non reſervatis, cum nunquam poſſit capi-

talis interpretatio, ſtante adeo manifeſta incompatibilitate fundationis, cum ipſa regula menſium ex jam deductis.

Hinc patet, nullam applicationem ad hunc caſum habere poſſe deciſiones *in Barchinonen. Beneficii 16. Januarii* 1686. coram Matthæjo, quia ibi fundatio nihil aliud continebat, quam iſta verba, præſentandi *toties quoties vacaret Beneficium*, quæ verba cum ſint apponi ſolita de ſtylo in omni fundatione, immo etiam omiſſa regulariter de ſui natura *toties quoties vacat Beneficium*, bene ibi dixit Rota non cenſeri excluſam reſervationem; nam alias iſta nunquam intraret, & propterea ſubjunxit, quod verba prædicta recipiunt commodam interpretationem præſentandi toties quoties vacet Beneficium, nullo tamen ſuperveniente impedimento in menſibus reſervatis.

In preſenti autem non inſiſtebatur ſuper miſeria iſtorum verborum, ſed in fortibus, inſolitis, & extraordinariis verbis fundationis omnino incompatibilibus cum regula menſium, quæ ſi judicabantur non ſufficere, ſed recipere poſſe interpretationem in menſibus non reſervatis, erat firmare concluſionem, quod nunquam poſſit excludi regula menſium ex lege fundatoris, niſi fundator literis rotundis dicat — *excludo reſervationes Apoſtolicas* – quod videbatur abſurdum, cum Sac. Ro-
27 ta ſemper tenuerit iſtam opinionem, quod regula poſſit tacite excludi per verba æquipollentia excluſioni expreſſæ, & ex conjecturis, ut legere eſt *in deciſ.* 274. *numer.* 17. coram Royas *& in Tiraſonen. Prioratus* 19. *Novembris* 1691. §. *Etenim*, coram Reverendiſſ. D. meo Molines Decano, *& in ipſa Barchinonen. ex adverſo allegata* §. *Decembris* 1685. §. *Minus*, coram Matthæjo ibi – *adjecit clauſulam, ex qua colligi, & neceſſario reſultare, poſſit talis ejus voluntas* – Pacion. *de locat. cap.* 14. §. 6. *num.* 19. Adden. ad Pamphil. *deciſ.* 189. *num.* 27.

Nec referebat, quod verba perneceſſe debent concludere, quia hoc debet intelligi moraliter, id eſt per probabilitatem certam, & veriſimilitudinem convincentem animum Judicis, non autem per neceſſitatem, & veritatem præciſam, & infallibilem; quia quidquid tacite permittitur, in conſequentiam naſci, & deduci debet ex conjectura verborum &
28 pactorum: conjecturæ autem non poſſunt eſſe probationes manifeſtæ, ut dixit Menoch. *præſump.* 7. *num.* 26. *lib.* 1. Rota coram Merlino, *dec.* 228. *n.* 28. *& in rec. dec.* 61. *n.* 14. *par.* 14. *& in Romana Trebellianica* 15. *januar.* 1691. §. *Cenſuerunt*, cor. R. P. D. meo Priolo.

Alias dicebam, quod ſi iſte caſus, & iſta fundatio non judicaretur excluſiva reſervationum, nunquam alius caſus dari poterat, ubi dicatur tacite, & per æquipollens excluſa regula menſium; quid enim aliud concurrere, & dari poteſt ad oſtendendam excluſionem regulæ, quam ubi fundator erigit Beneficium dicendo, quod vult præſentationem ſpectare ad certas perſonas *in omni caſu, & in omni vacatione, & in perpetuum*, & non vult exire Beneficium de manibus certarum perſonarum taxative? certe non dantur, nec dari poſſunt alia verba, quæ tacite dicantur excludere reſervationes, & in hoc ſenſu ſemper Sac. Rota fuit conſtantiſſima in judicando, ut patet percurrendo deciſiones jam promulgatas.

Nam in caſu *dec.* 242. *n.* 6. *par.* 19. *rec.* non aderant niſi illa verba præſentandi *in omni caſu*.

Pariter *in dec.* 327. *num.* 5. *& ſeqq. par.* 15. *rec.* non concurrebant niſi verba continuationem, & perpetuitatem denotantia – ibi – *e casi vadano continuando perpetuamente*.

In *deciſ.* 769. *num.* 4. *& ſeqq.* coram Dunoz. Jun. ſimiliter nihil aliud legebatur, quam quod non deberet exire collatio de manibus certorum collatorum, dicendo – *non vi poſſa ſubentrare altro ſuperiore*.

Et demum *in deciſ.* 274. coram Royas, quæ reputatur in materia magiſtralis, aderat lex, *quod ſemper Prebendæ præſentatio pertineret ad Priorem, & Canonicos pro tempore*.

Si in omnibus iſtis deciſionibus Sac. Rota ſemper tenuit hanc opinionem, quod ex hujuſmodi verbis cenſeatur excluſa reſervatio, utique multo magis idem dicendum erat in præſenti caſu, ubi concurrebant clauſulæ, & circumſtantiæ fortiores.

Et ſubjungebam regulariter benigne inclinandum eſſe in hanc partem, ne fundatores retrahantur a fundationibus Beneficiorum, videntes ſuas leges non ſervari, aut deſtrui per interpretationes.

Et poſtermo ſupplicabam reflectere, quod contra proviſum de reſervato, ſatis erat inturbidare reſervationem; itaut ad denegandam executionem literis Apoſtolicis ſufficeret mera turbiditas, & dubietas, an Beneficium cadat nec ne ſub reſervatione, ut in terminis alias judicavit Rot. *in dec.* 327.
*n.* 2. *par.* 15. *rec. & in deciſion.* 769. *n.* 7. *verſ. quæ* 29
*omnia*, *& n.* 8. coram Dunoz. Jun.

# D E C I S I O

## SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

## C O R A M

## R.P.D. MOLINES

## TIRASONEN. PRIORATUS.

*Luna* 19. *Novembris* 1691.

SEcuta vacatione Prioratus primæ dignitatis Collegiatæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Civitatis Borgiæ Tiraſonen. Diœceſis per obitum Juliani Andres de menſe Octobris 1687. de eo ab Ordinario provideri obtinuit Antonius, qui vigore proviſionis ab
illo obtentæ poſſeſſionem nactus fuit, contra quam 30
inſurrexit Joannes, qui ſub narrativa, quod Prioratus ſit prima dignitas in dicta Collegiata, & excedat valorem decem florenorum auri, ideoque cadens ſub reſervatione regulæ 4. Cancellariæ, gratiam Apoſtolicam impetravit, expeditiſque deſuper literis, obtentaque commiſſione manu Sanctiſſimi ſignata pro dignoſcenda ſubſiſtentia ſuæ gratiæ, legitimeque citato dicto Antonio, dedi hodie dubium: *An literæ Apoſtolicæ ſint exequendæ?* quas exequendas eſſe DD. cenſuerunt.

Moti, quia ſunt in omnibus juſtificatæ, ideoque exequendæ, *cap. Literis reſcriptis Cap. ſi capitulo de Prabend.* in 6. Rota *dec.* 235. *n.* 15. coram Gregorio, *& dec.* 63. *n.* 1. *par*, 19.

Juſtificatio autem quoad narrata apparuit, & quidem de vacatione per obitum Juliani Andres ex depoſitionibus teſtium, nec non ex quo uterque proviſus ex eadem cauſa venit, Rot. *dec.* 131. coram Mantica *deciſ.* 431. coram Buratt. *deciſ.* 178. *par.* 11. *utrobique num.* 1. prout dicta Eccleſia Collegiata, quodque Prioratus ſit in illa prima dignitas, juſtificatur ex illius erectione facta auctoritate Apoſtolica de anno 1452. Præterea valor per exceſſum florenorum decem auri requiſitus a prædicta regula 4. comprobatur ex continuatis proviſionibus controverſi Prioratus, in quibus exprimitur valor certus in florenis 24. auri de Camera, & una cum incertis in 130. quæ narrativæ factæ ab anteceſſoribus, ſatis ſunt pro ſatisfacienda probatione valoris requiſita a dicta regula 4. Rot. *dec.* 240. *num.* 52. coram B. M. Alexandro VIII. Demum proviſum Apoſtolicum eſſe oriundum, & patrimonialem Civitatis Borgiæ, patet ex teſtibus exhibitis.

Nec ad deſtruendam tam patentem reſervationem a prædicta Regula deſumptam adduci meretur, quod in ipſo limine erectionis Eccleſiæ Collegiatæ factæ ab Epiſcopo Tiraſonen. de dicto anno 1452. vigore facultatis attributæ a Nicolao V. in

Bulla expedita anno 1449, relative ad alteram præcedentem Eugenii IV. immediati anteceſſoris, fuerint expreſſe Prioratus, & Canonicatus dictæ Collegiatæ reſervati tunc Epiſcopo Tiraſonen, ſuiſque ſucceſſoribus, quotieſcunque vacare contigerit, his verbis: *Volentes &c. quod quotieſcunque Prioratum, & Canonicatus, & Præbendas in dicta Eccleſia vacare contingat, ipſorum collatio, proviſio, & omnimoda diſpoſitio Nobis, & ſucceſſoribus noſtris pro tempore exiſtentibus, reſervetur*, ac propterea ex ipſa lege fundationis fuerit remotum obſtacu-
31 lum cujuſcunque reſervationis. Idque fieri poſſe in illius limine a fundatoribus, tenent Vivian. *de jurepatron. part. 1. lib. 4. capit. 9. numer.* 56. Conrad. *in praxi benefic. lib. 4. capit. 2. numer.* 61. & 62. & *cap. 6. num.* 42. Barboſ. *in vot. dec. lib. 3. Voto* 122. *num.* 3. 4. & 5. Lother. *de re benef. lib. 2. quæſt.* 10. *num.* 40. Card. de Luca *de benefic. diſc. 6. num. 9. verſ. adhuc & num.* 10. Dunoz. Jun. *dec.* 599. *num.* 2. & *dec.* 763. *num.* 3. Royas *deciſ.* 274. *num.* 6. & 7. *dec.* 157. *num.* 7. *par.* 7. *dec.* 242. *num.* 3. *par.* 19. Præſertim in fundationibus poſt regulas Cancellariæ emanatis, ut in *Civitatis Caſtelli Canonicatus Pœnitentiarii* 1. *Decembris* 1684. & 4. *Maii* 1655. coram Matthejo; & *in Novarien. Canonicatus* 1. *Decembris* 1690. §. *& quæ in contrarium*, cor. R. P. D. Manuel. prout eſt in erectione Collegiatæ, de qua agitur, cum ante illam jam eſſet regula 3. hodie 4. Cancellariæ, ſive fuerit auctor illius Innocentius Tertius de anno 1198. *jux. dec.* 644. *n. 1. verſ. 1. nanque in fine*, cor. Dunoz. Jun. ſive Joannes XXII. de anno 1316. ex Gomeſio *in proœmio ad regul. Cancellaria q.* 8. *numer.* 1. quam ſequitur Rota *dec.* 339. *num.* 2. *par.* 4. *diverſ.* & *in d. Novarien. eodem §. Et quæ circa finem*, quid dixerit Card. de Luca *de Beneſ. in ſupplem. tom.* 16. *diſc.* 107. *numer.* 6. qui arbitratur auctorem dictæ Regulæ 4. fuiſſe Paulum II. qui ſedit de anno 1464. poſt Eugenium IV. & Nicolaum V.

Quoniam in præſenti caſu non verſamur in terminis fundationis, dotationis Juriſpatronatus, vel Beneficii facta ab aliquo de ſuis bonis, in quibus terminis procedunt authores in objecto allegati: ſed ſumus in caſu, quo Epiſcopus Tiraſonen. nihil de ſuis bonis tribuit in erectione hujus Collegiatæ, ſed tantum proceſſit, uti ſimplex, & merus executor (talis expreſſe deputatus a Nicolao V.) ſupprimendo Beneficia exiſtentia in dicta Ec-
32 cleſia tempore, quo erat Parochialis, eamque eligendo in Collegiatam; cum uno Prioratu, & novem Canonicatibus, quod manifeſte probatur, nedum ex tenore ipſius Bullæ Nicolai V. verum etiam ex ipſo actu erectionis Collegiatæ, in quo dictus Epiſcopus bis ſe enunciat executorem, & commiſſarium Apoſtolicum, ac proinde non poterat ſibi, & ſucceſſoribus ſui reſervare Jus conferendi ad excluſionem reſervationis contentæ in regula 4. Cancellariæ, ad quod Pontifex in dicta Bulla expreſſe nullam tribuit facultatem, quæ tamen ſpecialis requiritur, ut comprehenſa dicatur in commiſſionibus *cap.* 2. & 3. *de off. Vicarii in* 6.

In nihilo refragante, quod idem Pontifex Nicolaus V. clauſulis generalibus ibi - *Et ſi tibi videbitur, omnia & ſingula in prædictis erectionis literis contenta, ſeu aliqua eorum, prout magis expediens videbitur, & utilo eidem erigenda Eccleſiæ fore viden. ac omnia alia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna, & in omnibus, & per omnia &c. ac omnia, & ſingula faciendi &c.* nam ex hujuſmodi verbis non infertur abſoluta poteſtas tributa Epiſcopo, ſed tan-
33 tum nudum arbitrium, quod cum reguletur a jure *l. fideicommiſſa* 11. *ff. de leg. l. fideicommiſſaria* 46. *§. quod ſi ita ff. de fideicomm. libert.* Menoch. *de arbitrariis quæſt.* 8. *numer.* 1. & *ſeqq. lib.* 1. *deciſ.* 413. *num.* 1. *par.* 18. nequit dici in illis, licet effrænatis verbis, comprehenſa facultas conferendi: quæ in generali commiſſione non venit, niſi de ea ſpecialiter fiat mentio, ut in dicto *cap.* 2. & 3. *de offic. Vicarii in* 6. Præſertim ad excluſionem regularum Cancellariæ, quibus expreſſe, & ſpecialiter erat derogandum pro ſuſtinenda facultate conferendi ad executionem reſervationum in eis contentarum, Gomeſ. *de regul. Cancellariæ in proœmio q.* 5. *verſ. Tamen contrarium*, Lother. *de re benefic. lib. 2. quæſtion.* 39. *num.* 19. Caſſodor. *deciſ.* 38. *n.* 11. *ſuper regulis*, & *dec.* 569. *n.* 7. *part.* 12. *rec. dec.* 599. *num.* 2. coram Dunoz. Jun. Neque talis derogatio inferri poteſt ex illi verbis Bullæ, *non obſtantibus conſtitutionibus*, & Gomeſ. *ubi ſupra verſ. hoc ulterius*, cum Papa non cenſeatur ſub involucro verborum voluiſſe ſibi præjudicare in collatione Beneficiorum, Bald. *in cap. Veniens num.* 4. *verſ. ſed quid, ſi Princeps de Jure Jurand.* Lother. *diſt. q.* 39. *numer.* 23. Menoch. *lib. 3. præſumpt.* 44. *ex n.* 1. Rota *dicta dec.* 169. *n. 6. circa finem*, eo magis, quia ſequeretur, Bullam Nicolai V. extendi ad inſolita, & quæ cum difficultate concedi ſolent a Sede Apoſtolica. Ideoque indultum, ſive privilegium, etiam cum clauſulis in omnibus, & per omnia, ad ea non trahitur, Burr. *conſil.* 19. *ſub. n.* 9. Penia *dec.* 1090. *n.* 112. Coccin. *dec.* 2245. *n.* 38. *dec.* 55. *n.* 14. *par.* 2. *diver.*

Nec juvat replicare, quod derogatio prædictarum reſervationum continuatur in Bulla Nicolai V. ex vi relationis habitæ ad aliam antecedentem Eugenii Quarti, in qua diſponitur ibi, *& quod Prioris ad Capitulum, necnon Vicarii Eccleſiæ San. Mariæ &c. Electiones &c. ad Priorem, Capitulum* 34
*prædictos perpetuo ſpectarent, & pertinerent*, arguendo, quod ex hoc modo loquendi cum verbis perpetuitatem denotantibus, fuerit derogatum dd. reſervationibus ex firmatis per Rotam *deciſ.* 274. *n.* 8. *ad* 17. coram Royas *Civitatis Caſtelli Canonicatus Pœnitentiarii* 1. *Decemb.* 1584. *§. excluſionem autem, confirmatas* 4. *Maii* 1685. coram Matthæjo; Card. de Luc. *benefic. diſc. 6. n. 9. verſ. Adhuc tamen, & num.* 10.

Etiam reſpondetur, quod Epiſcopus Tiraſonen. non devenit ad erectionem Collegiatæ ad tenorem Bullæ Eugenii V. adimplendo in ea contenta, cum juxta illam jus eligendi Priorem eſſet concedendum Capitulo, ſed uſus fuit tantum facultate ſibi de novo conceſſa per Nicolaum V. dum Jus conferendi Prioratum, & Canonicatus ſibi, & ſuis ſucceſſoribus reſervavit contra diſpoſita ab Eugenio IV. ac proinde, cum uſus non fuerit facultate tributa ab Eugenio IV. non poteſt hodie allegari iſtius Pontificis diſpoſitio; Ulterius inſiſtendo etiam in eo, quod diſpoſuit Eugenius IV. neque affirmari poteſt conceſſiſſe Indultum conferendi ad excluſionem reſervationum emanatarum ex regulis Cancellariæ; nam ad hunc effectum, ubi non adeſt derogatio expreſſa illarum (ut ſupra dictum eſt neceſſario requiſita) ſed infertur ex verbis perpetuitatem denotantibus, opus eſt, ut talis ſint efficaciæ hujuſmodi verba; ut pernecеſ- 35
ſe concludant excluſionem dd. reſervationum, ſintque cum his incompatibilia, & trahi non poſſint ad aliam juridicam interpretationem, & agatur de fundatione reducta ad inſtar patronatus laicalis, alias ſub generalitate, & involucro verborum non continetur talis excluſio, ut de verbis *toties, quoties Beneficium vacare contigerit*, quod non excludant reſervationem, dixit Rota *in Barchinonen. Beneficii* 6. *Januarii §. Corruit*, & 12. *Junii* 1685. *§. minus*, coram eodem, in qua fundatione aderant verba: *Quandocunque, & quotieſcunque vacare contigerit*, & tamen fuit dictum ex his clauſulis ob dictas rationes non excludi reſervationes; & ibidem reſpondetur ad dictam deciſionem *Civitatis Caſtelli Canonicatus Pœnitentiarii*, quia ibi voluntas teſtatoris neceſſario reſultabat ad excluſionem reſervationis.

Tandem neque urget, quod antequam Parochialis erigeretur in Collegiatam, Epiſcopus haberet jus conferendi Beneficia in ea exiſtentia, & hoc jus amiſiſſe per hujuſmodi erectionem, quoniam neque in ſtatu Parochialitatis poterat Epiſco-

pus

Digitized by Google

pus pretendere collationem, niſi in quattuor men-
ſibus, remanentibus reſervationibus in aliis men-
ſibus; Ideoque hoc argumentum non concludit
pro affirmando, quod ſub Bulla Nicolai V. ra-
36 tione præjudicii reſultantis Epiſcopo ex dicta ere-
ctione comprehendatur facultas conferendi, etiam
reſervata. Ulterius quia adhuc ſalvum remanet
Epiſcopo Jus conferendi Canonicatus in ſuis men-
ſibus, & licet quoad Beneficia ſuppreſſa pro ere-
ctione Prioratus amiſerit omni tempore Jus ea
conferendi, eo quia Prioratus ſemper remanet
reſervatus vigore dictæ regulæ 4. hoc tamen neque
deſervire poteſt Epiſcopo pro ſuſtinendo Jure il-
lum conferendi ad excluſionem dictæ regulæ 4.
cum non ſit novum, quod erecta Eccleſia pa-
tronata in Collegiatam, patronus amittat Jus
præſentandi ad primam dignitatem, remanente ſo-
lum hoc Jure, quoad alia Beneficia de Collegio,
*cap. Nobis 25. de Jurepatronat. & ibi* Barboſ. *n.*
4. *cum ibi citatis.*

Quæ omnia clariora redduntur ex ſubſecuta ob-
ſervantia; remota enim prima collatione Priora-
tus facta ab Epiſcopo in ipſo actu erectionis Col-
legiatæ, & in executionem Bullæ Nicolai V. quæ
ex hoc capite non deſervit pro obſervantia con-
tra reſervationes Apoſtolicas, nec non altera col-
latione de anno 1544. favore Michaelis de Erla
facta ab Officiali Cardinalis de Mantua Epiſcopi
Tiraſonen. quæ neque allegari poteſt ad propoſi-
tum, cum facta appareat vigore Indulti Apoſto-
37 lici *Sum. Antonii num.* 4. Tertia de anno 1573.
facta ab alio Ordinario favore Hieronymi Men-
doza, non fuit pacifica, cum inſurrexerit Joan-
nes Franciſcus Toralba allegando, proviſionem
Prioratus pertinere ad Sedem Apoſtolicam, &
quod ab illa fuerat proviſus immediatus anteceſ-
ſor, quod pacifice poſſederat uſque ad obitum,
*Sum. reſponſionis Joannis numero unico.* Et quod
plus eſt, ipſe Mendoza obtinuit proviſionem A-
poſtolicam cum narrativa, quod talis Prioratus
dignitas principalis exiſteret, *Sum. Joannis numer.*
7. Quarta anni 1578. facta per Epiſcopum favo-
re Marci Balzorga *Summ. Antonii num.* 6. pariter
exiſtit litigioſa, cum ſe oppoſuerit Jacobus Mon-
cayo proviſus Apoſtolicus ſub eadem narrativa,
quod dignitas principalis exiſtat d. *Sum. Antonii
num.* 7. & dicto Marco collitigante defuncto præ-
fatus Jacobus in ejus Juribus ſubrogati obtinuit a
ſede Apoſtolica *dicto Summ. Antonii num. 6. Li-
tera* D. Et poſtea idem Jacobus reſignavit in fa-
vorem Petri Martinez, quod defuncto de anno
1624. die menſe Martii Ordinarii, tanquam de
prima dignitate in Collegiata, fuit ab Urbano
VIII. proviſus Joannes de Erla, quo defuncto in
familiaritate Cardinalis Borgia proviſus fuit ab
Urbano VIII. Hieronymus Balzorga d. *Sum. Joan-
nis num.* 7. per cujus obitum ſucceſſit præſens va-
catio.

Ex quibus actibus conſequitur, nullam vim fie-
ri poſſe pro obſervantia favore Ordinarii in ex-
cluſionem reſervationis regulæ 4. quin potius ob-
38 ſervantia aſſiſtat huic regulæ, attentis præſertim
duabus poſternis proviſionibus Urbani VIII. quæ
ſaltem conſtituunt ultimum ſtatum attendendum
in Beneficialibus, capit. *Conſultationibus de Jure-
patr. cap. Querelam de Electione deciſ.* 316. *n.* 4.
*par.* 19.

Conſtito itaque ex his, quod Epiſcopus Tira-
ſonen. vigore Bullæ, ſeu Indulti Nicolai V. non
habuerit poteſtatem reſervandi ſibi, & ſucceſſori-
bus ſuis Jus conferendi Prioratum controverſum
ad excluſionem reſervationis contentæ in regula
4. Cancellariæ, ſuperfluum exiſtimarunt DD. ag-
gredi diſcuſſionem alterius articuli, an in omni
caſu hujuſmodi Indultum caderet ſub generali re-
vocatione privilegiorum contenta in Regula 15.
39 Cancellariæ, in qua revocantur privilegia confe-
rendi Beneficia reſervata, ut per Rotam *deciſione*
2245. *a n.* 33. *ad* 37. *& deciſ.* 2252. *n.* 5. *& ſeqq.*
coram Coccino, & lato calamo *in deciſ.* 285. *ſub
num.* 23. *verſ. ſed Domini cum pluribus ſequentibus
par.* 9.

Et ita utraque &c.

## ANNOTATIO

Iſte articulus, qui omittitur in hac deciſione §.
*finali* fuit poſtea reſolutus in *deciſione* 29. *Aprilis*
1697. §. *eoque facilius*, coram bon. mem. Urſino,
ubi quod Indultum Eugenii, vel Nicolai conferen-
di primam dignitatem in omnem caſum revoca-
tum remanſit ex *regul.* 15. *Cancellar.* vide quæ ſu-
perius dixi *n.* 6.

## R. P. D.

## SCOTTO

### Parmen. Beneficii.

*Ven.* 28. *Januarii* 1701.

SEmel atque iterum ſubjectis Dominorum diſ-
cuſſionis fundamentis deciſionis in hac Cauſa
coram me editæ ſub die 7. Martii 1700. & nulla
deſuper capta reſolutione ob ſuffragiorum ſciſſu-
ram, tandem in hodierna audientia adſcito quin-
to, & ſexto ad ſuffragium in eadem ferendum ex
relevantia jurium noviter deductorum prodiit re-
ſolutio pro receſſu a deciſis.

Cum enim ad impediendam executionem pro-
viſionis Apoſtolicæ innixæ reſervationi menſium 40
ſufficiat poſſe aliquatenus dubitari de comprehen-
ſione Beneficii per Papam collati ſub hujuſmodi
regula reſervatoria ex traditis per Gonzal. *ad re-
gul.* 8. §. 7. *proœm. num.* 216. Rot. Coram Cavaler.
*deciſ.* 597. *num.* 2. Duran. *deciſ.* 340. *num.* 2. *&* 3.
Dunozet. jun. *deciſ.* 769. *num.* 3. *verſ. quæ omnia,
& in recen. deciſ.* 327. *num.* 2. *par.* 15. Dum talis
reſervatio, utpote fundamentum gratiæ Apoſtoli-
cæ venit per proviſum pleniſſime juſtificanda,
Garz. *de Benefic. par.* 6. *cap.* 3. *n.* 10. *& ſeqq.* Rot.
coram Gregor. *deciſ.* 53. *in fin. & in recen. deciſ.*
424. *num.* 1. *par.* 1. Hinc cum in propoſito, ne-
dum reſervatio controverſi Beneficii ſit turbida,
verum penitus excluſa remaneat ex inferius recen-
ſendis, ſuccedit conſequenter literarum Apoſtolica-
rum executionem arbitrio noſtri Tribunalis per Si-
gnaturam Juſtitiæ commiſſam, eſſe retardandam,
ex indubia juris regula, quod arbitrium ſemper re-
gulatur a jure, de qua per Gloſſ. *in l. qualem ff. de
recept. Arbitr.* Rot. coram Gregor. *deciſ.* 182. *n.*
3. *& in Colonien. Canonicatus primæ gratiæ* 4. *Fe-
bruarii* 1699. §. *Et ſane*, coram Me.

Reſervatio autem hujuſmodi Beneficii excludeba-
tur ex eo, quod, licet illud fundatum probaretur
per Canonicum Maurellum, adhuc docebatur, ta- 41
lem fundationem per ipſum expletam fuiſſe de bo-
nis patrimonialibus ad eundem ſpectantibus, inde
conſequenter promanabat Juspatronatus eſſe laicale,
dum natura Beneficii Jurispatronatus quoad illius
Eccleſiaſticitatem, ſeu laicalitatem unice deſumitur
ex qualitate bonorum, quæ fuerunt in illius ere-
ctione erogata per Tex. *in cap. cum dilectus de ju-
repatron.* Lother. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 10. *n.* 2. de
Luc. *de Jurepatr. diſc.* 59. *n.* 1. Vivian. *eodem tract.
par.* 1. *cap.* 3. *n.* 11. Adden. ad Buratt. *deciſ.* 769. *n.*
19. Rot. coram Dunoz. Jun. *deciſ.* 769. *n.* 3. *&* 7.
Ac propterea ſuccedebat regulæ menſium reſervato-
riæ, cujus vigore illud per Sedem Apoſtolicam Fran-
ciſco collatum fuit, nullatenus ſubjacere, cum Jus-
patronatus laicale quocunque tempore vacet, ſem-
per ad patronorum præſentationem providendum
veniat, ad tradita per Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell.
gloſſ.* 18. *n.* 2. Garz. *de benef. par.* 5. *cap.* 1. *n.* 571.
*& ſeqq.* Rot. coram Pamphil. *deciſ.* 589. *n.* 2. Du-
nozet. jun. *dicta dec.* 769. *num.* 7. *& deciſ.* 242. *n.*
13. *par.* 19. *rec.*

Fundationem vero ejuſdem expletam fuiſſe de

42 bonis patrimonialibus prædicti Canonici Dominis
probari viſum fuit ex declaratione ab eodem fa-
cta in teſtamento, in quo aſſeruit illud antece-
denter fundaſſe de ſuis poſſeſſionibus dell' Aoto-
gnano, *novo Summar. præſentis propoſitionis num.
unico*, cui plurimum venit deferendum, dum, qua-
tenus illud de bonis Eccleſiaſticis erexiſſet, non
dixiſſet de ſuis bonis fundaſſe, ut in ſpecie ad-
vertit Lambertin. *de Jurepatr. libr. 1. par. 1. quæſt.
1. art. 4. n. 6. in fin.* Garz. *de Benef. part. 5. cap. 1,
num. 594.*

Declaratio enim ipſius fundatoris, licet ex in-
tervallo facta, cum adhuc eidem fundationi ineſ-
43 ſe dicatur, attendenda venit Rot. *deciſ. 462. num.
26. & 27. par. 14. & dicta dec. 232. num. 9. par.
19. rec.* Potiſſime cum eidem adſtipulentur quo-
que conjecturæ, quibus probari Beneficium fuiſſe
fundatum de bonis laicalibus, licet per Clericum,
ſive aliam perſonam Eccleſiaſticam fuiſſe erectum,
tradunt Abb. Panormit. *in capit. 1. numer. 5. pecul.
Clericor.* Lother. *de re benef. lib. 2. quæſt. 10. num.
12.* Garz. *de benef. dicta par. 5. cap. 1. numer. 12.*
Rot. *deciſ. 9. n. 2.* coram Mohedan. & *dec. 273. n.
4. par. 3. recent.*

Conjecturæ vero per Doctores ad hunc effe-
ctum ponderatæ abunde in propoſito concurrere
viſæ fuerunt, quarum prima deſumpta fuit ex ad-
miſſione reſervationis juris præſentandi facta per
Epiſcopum favore laicorum, quam certe non po-
tuiſſet admittere, ſi Beneficium de bonis Eccleſia-
ſticis fuiſſet erectum; adeoque cum illam admiſe-
rit, præſumendum eſt, quod in præſtatione con-
ſenſus tali reſervationi, recognoverit bona, de
quibus fuit effectuata fundatio extitiſſe patrimonia-
lia ipſius Canonici fundatoris, ut ad propoſitum
obſervant Lother. *de re benef. dicto lib. 2. quæſt. 10.
num. 15.* Garz. *de benef. dicta par. 5. cap. 1. n. 594.*
Luc. *de Jurepatr. diſc. 59. num. 9.* Rot. *deciſ. 273.
num. 4. par. 3. & deciſ. 656. num. 8. par. 4. recent.*
Cum aliter tam Epiſcopus, qui hujuſmodi reſerva-
tionem nulliter admittendo favore laicorum in
Jurepatronatus fundato de bonis Eccleſiæ graviter
44 deliquiſſet, ad Text. *in Can. Apoſtolicos 12. quæſt.
2.* Lother. *de re benef. lib. 1. quæſt. 32. numer. 48.*
Garz. *de benef. par. 5. cap. 1. num. 594.* quam et-
iam Canonicus fundator hujuſmodi reſervationem
favore laicorum obtinendo, Abb. Panorm. *in di-
cto cap. ad audientiam num. 12. de Eccleſ. ædifican.*
Lother. *de re benef. lib. 1. quæſt. 23. n. 11. & lib. 2.
dicta quæſt. 10. n. 16.*

Ponderabant quoque Domini pro ſecunda con-
jectura longævam obſervantiam, in qua ſemper
patroni laici pacifice continuarunt, & illorum
45 præſentationes fuerunt abſque contradictione ad-
miſſæ per Ordinarios pro tempore, qui utique
non permiſiſſent hujuſmodi Beneficium per lai-
cos occupari, ſi fuiſſet ex bonis Eccleſiaſticis fun-
datum; Unde ſi illos præſentare permiſerunt, ne-
ceſſario exinde reſultat illud de bonis prophanis
per Canonicum Maurelium erectum fuiſſe, Gon-
zal. *ad regul. 8. gloſſ. 18. numer. 110.* Lother. *de re
benefic. lib. 2. d. quæſt. 10. num. 15.* Rot. coram Se-
raphin. *deciſ. 1134. n. 7.* Bich. *dec. 467. num. 6.* Rot.
*deciſ. 273. n. 3. par. 3. & deciſ. 655. num. 8. par. 4.
tom. 3. rec.*

Et demum concurrebat, quod Canonicus fun-
dator plurima bona patrimonialia poſſidebat, de
46 quibus ipſe in ſuo teſtamento diſpoſuit, quæ cir-
cumſtantia plurimum præcedentes conjecturas co-
adjuvat, & confert ad demonſtrandum Beneficium
fuiſſe de bonis prophanis erectum, ut innuit Garz.
*de benefic. par. 5. cap. 1. numer. 594.* Lother. *de re
benef. lib. 2. dicta quæſt. 10. num. 12.* de Luc. *de ju-
rep. diſc. 59. num. 3.* Cum tamen duabus prioribus
duntaxat concurrentibus conjecturis expreſſæ vi-
delicet reſervationis favore laicorum, ac eorun-
dem quaſi poſſeſſionis ſubſecutæ noſtrum tribunal
conſueverit reſpondere, Beneficium eſſe de Jure-
patronatu laicali, licet ab Eccleſiaſtica perſona
fuerit fundatum, ut teſtatur Lother. *de re benef.
lib. 2. quæſt. 10. n. 18.* referendo *deciſ. 9.* Mohedan.
*num. 1. de jurep.* & Achill. de Graſſ. *deciſ. 1. per tot.
eodem tit.*

Conſtabilita autem qualitate laicali hujuſmodi
Beneficii, quamvis illud ſubinde ob defectum li-
neæ de Benedictis, ad cujus favorem primo loco
jus præſentandi fuerat reſervatum, tranſitum fece- 47
rit ex voluntate fundatoris ad perſonas Eccleſia-
ſticas, adhuc quia fundator in ipſius primæva e-
rectione poſitive injunxit modum, & ordinem in
quacunque vacatione ſervandam, etiam poſt tranſ-
itum ad perſonas Eccleſiaſticas: inde excluſa re-
manet quælibet Apoſtolica reſervatio per regulam
8. hodie 9. Cancellariæ inducta, dum in his ter-
minis licet Beneficium quoad dominium, & pro-
prietatem evaſerit Eccleſiaſticum, adhuc quoad ex-
ercitium remanet laicale, Rota *in Romana Juriſ-
patronatus 31. Maii 1613.* cor. Card. Sacrato apud
Vivian. *de jurepatr. lib. 4. capit. 9. ſub n. 56. §. Nec
videtur ſubſiſtere*, cor. Dunoz. Jun. *deciſ. 769. n. 4.
deciſ. 157. numer. 7. par. 7. & deciſ. 242. n. 5. par.
19. rec.*

Voluntas autem fundatoris, quod Beneficium 48
non caderet ſub reſervationibus Apoſtolicis, ſed
retineret ſemper naturam laicalis, licet ad perſo-
nas Eccleſiaſticas deveniret, ex eo ſatis clare re-
ſultare videbatur, quod poſt tranſitum ejuſdem ad
perſonas Eccleſiaſticas, mandavit ſervari in illius
proviſione facienda æqualem ordinem circularem,
quem ſervari ordinaverat, donec penes perſonas
laicas jus ad illud præſentandi permanſiſſet, Abb.
Panorm. *in cap. dilectus filius num. 5. verſ. nam ibi
fit differentia de Preben.* Rot. *in dicta Romana Ju-
riſpatronatus*, coram Sacrato apud Vivian. *de ju-
repatr. lib. 4. cap. 9. ſub num. 56. §. Et quod non ſit
turpe dec. 157. n. 7. par. 7. & deciſ. 242. n. 6. par.
19. rec.*

Quam quidem proviſionem adeo inter eaſdem
perſonas vocatas rigoroſe coarctavit, ut voluerit
ex illorum manibus d. proviſionem nunquam exi-
re poſſe, ut ſatis aperte demonſtravit ex illis ver- 49
bis, quibus uſus fuit – *omnino ſupradicto ſerioſo
ordine circulari* – quæ dictio *omnino* cum æqui-
polleat clauſulæ *in omni caſu, & in perpetuum*, ex-
inde conſequitur, ut reſervatio Apoſtolica per-
petuo remaneat excluſa, ut in his terminis tradit
Prob. ad Monac. *in cap. cum de Beneficio num. 34.
de Præbend. in 6.* nam ſi illud reſervationibus A-
poſtolicis ſubjiceretur, utique adimpleta non re-
maneret fundatoris voluntas, dum perſonæ per
eundem deſignatæ in omni caſu, & perpetuum
præſentare non poſſent, ut advertit in his termi-
nis Rot. *deciſ. 274. num. 9.* coram Royas *deciſione
769. num. 7. & ſeqq.* coram Dunoz. *deciſ. 327. n.
4. & 5. par. 15. deciſ. 242. num. 6. par. 19. recent.*
quæ inſuper voluntas venit religioſe cuſtodienda,
non ſolum ut ab illorum fundatione nemo retra-
hatur ob timorem inobſervantiæ eorum, quæ in
actu fundationis ſibi particulariter reſervavit, Vi-
vian. *de jurep. par. 1. lib. 4. cap. 9. ſub num. 56.* Du-
noz. Jun. *deciſ. 769. num. 3. & deciſ. 157. num. 6.
& 7. part. 7. rec*, ſed etiam, quia Papa non intel-
lexit cum regula 9. reſervationem inducere con-
tra voluntatem fundatoris, quando beneficium fun-
datum fuit ex bonis prophanis, Rot. coram Du-
noz. Jun. *d. deciſ. 769. n. 3. & dec. 157. n. 6. & 7.
par. 7. rec*,

Et hinc nullatenus obſtare viſum fuit, quod cum 50
regula 9. Cancellariæ ſit munita clauſula ſublata,
& decreto irritanti, ex quibus derogatur conſue-
tudinibus contrariis, & juribus inferiori collatori
competentibus ſuper proviſionibus Beneficiorum;
inde propterea ſequatur; quod, quomodocunque
competat jus conferendi perſonis Eccleſiaſticis, ſem-
per proviſio cadere debeat ſub reſervatione in præ-
dicta regula contenta. Quoniam urgere viſa fuit re-
ſponſio, quod tales clauſulæ *tunc ſolummodo reſerva-
tionem* operantur in his terminis, quando collatio ſpe-
ctaret ex aliquo privilegio inferioribus collationibus;
non autem quando ex lege in fundatione appoſita pro-

viſio

viſio fieri debet a certis perſonis particulariter a fundatore deſignatis, qui noluit Beneficii qualitatem deſumi a perſonis illud poſſidentibus, ſed a bonis, ex quibus illius fundatio proceſſit, quæ cum fuerint laicalia hinc omnem, & quamcunque reſervationem excludunt, Rota coram Dunoz. Jun. *deciſ.* 769. *num.* 7. *dec.* 462. *num.* 26. *par.* 14. *& deciſ.* 327. *num.* 6. *&* 7. *par.* 15. *recent.* & clauſulæ prædictæ remanent inefficaces ad operandum id, quod ſpeciali, & individua expreſſione indiguiſſet, Vivian. *de jurepatron. lib.* 13. *capit.* 8. *numer.* 175. cum enim ſint acceſſoriæ, & conſecutivæ non intrant, niſi in caſibus, in quibus habent locum regulæ reſervatoriæ, Rota coram Dunoz. Jun. *dec.* 769. *n.* 2.

Prout nullius relevantiæ compertum fuit, quod fundator in tranſitu hujuſmodi Beneficii ad perſo-
51 nas Eccleſiaſticas illis non conceſſerit Jus præſentandi, ſed ſolummodo conferendi, adeoque non poſſent in his terminis ſibi locum vindicare auctoritates deſuper relatæ, loquentes de excluſione reſervationis contentæ in dicta regula 9. ob incompatibilitatem fundationis, quæ cum ſolum in præſentationibus valeat conſiderari, hinc locum haberi non poterit, quando perſonis Eccleſiaſticis relinquitur ſola Beneficii collatio, quæ ſub d. regula menſium reſervatoria optime comprehenditur; etenim quidquid ſit, an hujuſmodi Beneficii proviſio ſit ſolummodo facienda a perſonis Eccleſiaſticis, ut firmatum fuit *in deciſ.* 110. coram Bich. ſuper hoc eodem Beneficio emanata, vel etiam proviſio de eodem facienda ab iiſdem contineat præſentationem, & collationem; illud certum eſt, quod cum reſervationi prædictæ regulæ reſiſtat voluntas fundatoris mandantis, ut nullus collator in collatione hujuſmodi Beneficii ſe intromittat, & quidem per verba cujuſcunque reſervationis penitus excluſiva, ut deſuper ponderatum fuit; Hinc fit, quod licet nuda Beneficii proviſio ſpectet ad perſonas Eccleſiaſticas, ad huc illa nunquam ſub reſervationibus Apoſtolicis comprehendi poterit, ob reſiſtentiam voluntatis teſtatoris, in quolibet caſu indifferenter reſervanda ex firmatis *in d. Romana Juriſpatronatus* coram Sacrato apud Vivian. *de jurepatr. part.* 1. *cap.* 9. *num.* 56. ex ea ratione, quia in limine fundationis, & accedente Ordinarii conſenſu, permiſſum eſt patrono quaſcunque conditiones ſibi beneviſas apponere, etiamſi illæ eſſent juri communi contrariæ, ad Tex. *in cap. nobis, & cap. præterea de jurep.* Lambertin. *eodem tract. lib.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 7. *n.* 2. Rot. coram Royas *deciſ.* 274. *n.* 5.

Neque obſtat, fundatorem prævidere non potuiſſe, ut hujuſmodi regula menſium reſervatoria locum non haberet in vacationibus Beneficii per ipſum fundati de anno 1350. cum de eo tempore hujuſmodi regula non emanaſſet, ac proinde de tali reſervatione cogitare non potuiſſet, cum voluntas nunquam fertur ad incognita, ad Text. *in l. mater decedens ff. de inoff. Teſt. l. ſi ignorans ff. locat.* Rot. *in Bononien. Fideicommiſſi* 1. *Martii* 1697. §. *Fatemur enim*, coram Reverendiſſimo D. meo Decano.

Quoniam licet non deſint auctores, qui omnium regularum Cancellariæ compilatorem fuiſſe aſſerant Joannem XXII. qui ſedit in Cathedra Petri anno 1316. ut videre eſt apud Gomes. *ad regul. Cancell. in proœm. quæſt.* 1. *in princip. & in* §. *Videamus*, Germon. *de indult. Cardinal.* §. *Per quæ ſublatis numer.* 30. Choell. *de notit.* Cardinal. *cap.* 17. *verſic. fundamentum lit. D. fol. mihi* 196. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. par.* 3. *allegat.* 54. *n.* 59. Thomaſſin. *de Benef. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 44. *numer.* 2. Rot. *deciſ.* 359. *numer.* 2. *par.* 4. *diverſ.* Et ſignanter, quod ipſe ediderit regulam reſervatoriam menſium olim 8. nunc 9. firmatum fuit per Rot. *in Novarien. Canonicatus* 1. *Decembris* 1690. §. *Et quia*, cor. Reverendiſſimo Zamoren. tamen ex frequentiori DD. calculo individuam hujus regulæ mentionem facientium; cum cœteri deſuper relati agentes de regulis compilatis in genere ad hanc noſtram ſpecifice non deſcendant. Illud certum eſt, Nicolaum V. qui ad Pontificatum aſſumptus fuit de anno 1447. poſt collectionem omnium aliarum regularum Cancellariæ, quæ antecedenter aderant, & novarum compilationem, hanc regulam reſervatoriam menſium edidiſſe, ut teſtantur Burſatt. *conſ.* 126. *num.* 102. *lib.* 2. Conrad. *in prax. benefic. lib.* 3. *capit.* 6. *num.* 8. a quibus licet diſſentiant Lother. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 37. *numer.* 2. Cardin. de Luc. *de benef. diſc.* 31. *numer.* 16. qui eam tribuunt Alexandro V. adhuc cum aſſerant fuiſſe per eundem publicatam de anno 1447. de quo tempore Alexander non ſedit, ſed vere de anno 1409. ut teſtatur Cardin. Baron. *in annal. tom.* 17. *fol.* 384. *num.* 72. & Ciaccon. *in Hiſtor. Pontif. ad d. annum*. Ideo ratio differentiæ videtur eſſe in nomine Pontificis, cum vere Nicolaus V. aſſumptus fuerit de dict. anno 1447. ex Card. Baron. *in annal. tom.* 18. *pag.* 126. Ciaccon. *in hiſt. Pontific. ad dict. annum tom.* 2. *pag.* 950. potiſſima cum ad id probandum utantur prædicti Doctores auctoritate Burſatti *loco deſuper relato*, quia tamen non loquitur de Alexandro V. ſed de Nicolao V. & in corroborationem hujus veridicæ animadverſionis accedit auctoritas noſtri Tribunalis ſatis aperte *in deciſ.* 121. *num.* 14. *par.* 19. *rec.* quæ hujuſmodi regulam tribuit eidem Nicolao V. cum auctoritate Bellon. *diſquiſ.* 2. *num.* 20. a quibus neque differentia videtur Rebuff. *ad regul. Cancell. verb. & conſtitutiones verſ. Joannes XXII.*

Et licet hujuſmodi regula, etiam poſt Pontificatum ejuſdem Nicolai non eſſet inſerta inter alias regulas, quæ eduntur in craſtinum aſſumptionis Pontificis, ſed ſeorſim circuinferretur, ut teſtatur Garz. *de Benefic. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 438. *& ſeq.* Rot. *dec.* 252. *num.* 7. *par.* 9. *recent.* adhuc ſolemniter publicabatur, regiſtrabatur in Cancellaria Apoſtolica, & aliquando etiam in fine voluminis earundem regularum inferebatur, donec Gregor. XIV. illam inter cœteras regulas collocavit in *n.* 8. ut ex regulis Cancellariæ de anno 1590. de quo tempore ipſe ſedit, impreſſis per Paulum Baldum Impreſſorem Cameralem, & tradit Gonzal. *ad eandem regulam gloſſ.* 1. *n.* 6.

Quibus tamen licet ita ſe habentibus, quod nempe editio regulæ 9. fuerit poſterior fundationi hujuſmodi Beneficii, ac proinde procedere objectum, quod fundator de illa non potuerit cogitare, adhuc recurrit reſponſio, quod cum idem fundator voluerit proviſionem hujuſmodi Beneficii in omni caſu, & in perpetuum ſpectare perſonis ab eodem circulariter deſignatis, ſuccedit, quod nullis ſubjacere valeat reſervationibus Apoſtolicis, licet poſt illius fundationem ſupervenntis, cum hujuſmodi verba ſint incompatibilia cum reſervationibus, quæ quandocunque, & quomodocunque induci potuiſſent ex traditis in ſimilibus terminis per Rot. *in deciſ.* 274. *num.* 8. *& ſeqq.* cor. Royas, *& deciſ.* 242. *numer.* 6. *& ſeqq. par.* 19. *recent.* & Papa per generales reſervationes nunquam intelligat inducere reſervationem Beneficii contra voluntatem fundatoris ejuſdem, ut præciſe firmatum fuit *in dec.* 769. *n.* 3. coram Dunoz. Jun.

Cum aliunde certum ſit, reſervationem Beneficiorum poſſe per fundatorem etiam tacite excludi per verba tamen expreſſæ excluſioni æquipollentia ex traditis per Adden. ad Pamphil. *d. deciſ.* 189. *n.* 27. Rot. coram Royas *dict. deciſ.* 274. *n.* 17. *& in Civitatis Caſtelli Canonicatus* 1. *Decembris* 1684. §. *Atque hinc*, cor. clar. mem. Card. Matthæjo,

Et ita utraque &c.

## ARGUMENTUM.

**Feminæ ſuccedunt in Jurepatronatus familiari, ſaltem per poſterius. Hæc ſucceſſio intelligitur diſcretive in ſingulis columnelis. In Jurepatronatus deducto præſumptive ex obſervantia reſtricta ad maſculos, an feminæ ſuccedant per poſterius, ſtante ingreſſu patronatus familiaris maſculini in duas lineas, an extinctis maſculis unius fiat pro parte hereditarium, quoad aliam remanente familiari, ſeu gentilitio?**

## *SUMMARIUM.*

1 *Maſculi, & feminæ ſuccedunt in Jurepatronatus familiari.*

2 *Saltem per poſterius, ſi obſervantia fuit pro maſculis.*

3 *Succeſſio per poſterius intelligitur diſcretive in ſingulis lineis,*

4 *In Jurepatronatus deducto ex obſervantia reſtricta ad maſculos, an feminæ ſuccedant per poſterius, vide ex num. 5. uſque ad numer. 15.*

16 *Juſpatronatus familiare maſculinum ingreſſum in duas lineas in ultimo maſculo unius lineæ, fit hereditarium* ex Rota coram Merlino,

17 *Diſtinguntur pro reſolutione duo caſus,*

## DISCEPTATIO XXVI.

MAteria Juriſpatronatus cum ſit indifferens, proinde, eo reſervato in favorem domus, ſeu familiæ, ſuccedunt nedum maſculi, ſed & fe-
1 minæ ex firmatis in *Mantuana Beneficii*, de qua ſupra *diſcept.* 14. *num.* 19. quicquid dubitet Card. de Luc. *de jurepatronat. diſc.* 22. *numer.* 11. ita, & taliter quod obſervantia ſubſecuta etiam ſi re-
2 ſtricta foret ad maſculos, hæc tamen aliud operari non poſſet, quam ſimplicem prælationem maſculorum, in concurſu feminarum, quæ propterea per poſterius in defectum illorum ſuccedere non prohiberentur; nam feminæ, donec vivunt, ſunt vere agnatæ, & de domo tametſi nuptæ in aliena familia, ut ait Rot. *in d. Mantuana ubi ſup. num.* 20. *in fine*; & per conſequens comprehenſæ in fundatione Juriſpatronatus pro illis de domo, de caſata, de familia, de trunco, & ſimilibus verbis.

Hæc autem ſucceſſio per poſterius intelligenda eſt, non ita large, ut feminæ venire non debeant
3 niſi in defectum omnium maſculorum univerſæ familiæ, caſatæ, ſeu ſtirpis; ſed accipienda eſt diſcretive in ſingulis lineis ſubalternis, ut ex. gr. ſi Juſpatronatus ingreſſum eſſet duos, vel tres columnellos a communi ſtipite deſcendentes, in quorum ſingulis adeſſent maſculi, & feminæ, utique in quolibet columnello ſi deficiant maſculi ſuccedent feminæ per poſterius, nec iſtæ excludi poterunt a maſculis alterius columnelli; nam prælatio ſumi debet in qualibet linea, ubi adeſt ingreſſus Juriſpatronatus, ſeu præſentandi, ut me ſcribente in materia fideicommiſſi, cujus regulæ applicantur ad Juſpatronatus, firmatum fuit in *Romana fideicommiſſi de Maſſiolis* 22. *Martii*, & 14. *Junii* 1694. coram R. P. D. meo Priolo, & 10. *Maii* 1695. coram bon. mem. Emerix, niſi aut obſervantia contrarium ſuaderet, quod nempe ſucceſſio eſſe ſaltuaria, mediante linea formata de maſculo in maſculum unius lineæ ad aliam, omiſſis ſeu excluſis feminis vacationem non ignorantibus, Car. de Luc. *de jurepatr. diſc.* 94. *n.* 3. vel niſi verba fundationis idem inferrent per verba denotantia prælationem omnium maſculorum diſtinguendo duas lineas maſculinam, & femininam, quod ſane reſultare non dicitur ex reſervatione Juriſpatronatus pro deſcendentibus, ſeu illis de domo, vel caſata, vel trunco, & ſimilibus, cum quodlibet ex his verbis ſit collectium comprehendens maſculos, & feminas agnatas, & ab initio reſiſtens diviſioni utriuſque ſexus, ut conſideratur in dicta *Romana fideicommiſſi de Maſſiolis* 10. *Junii* 1695. §. *Nec juvit*, coram Emerix.

Quæſtio autem eſſe poteſt ſuper hac demiſſione feminarum per poſterius, ſi deficiat Inſtrumentum fundationis, itaut Juſpatronatus præſumptive
deducatur ex obſervantia centenaria reſtricta ad 4
maſculos, nunquid feminæ in eorum defectum debeant admitti? porro negativa opinio videtur vera, quia Juſpatronatus tali caſu cenſetur familiare, ſeu gentilitium maſculinum, ut ait Card. de Luc. *de Jurepatr. diſc.* 22. *num.* 6, in quo non patet locus feminis, quæ in patronatu maſculino, ſeu reſtricto ad ſolos maſculos venire non poſſunt, ut in dicta *Mantuana Beneficii* ſupra *diſcep.* 14. *n.* 18. & ita in puncto firmavit Cardin. de Luca, *de Jurepatr. diſc.* 22. *n.* 13. & *ſeqq.* hoc affirmans in ſenſu veritatis.

Ratio autem eſt evidens. Quippe obſervantia 5
tantum habet de potentia, quantum de actu, & reſtringitur ad caſum, & actum, nec in ea poteſt fieri extenſio etiam ab indentitate ſeu majoritate rationis, ut ait Surd. *deciſ.* 131. *numer.* 8. & *ſeqq.* Rota *deciſ.* 278. *numer.* 8. *par.* 12. *rec.* Cum ergo obſervantia ſit rectricta ad ſolos maſculos familiæ, præſumit fundationem factam taxative pro maſculi familiæ; ergo non poteſt trahi ad feminas etiam per poſterius, cum non admittat ullam minimam interpretationem, & extenſionem, Card. de Luc. *d. diſcur.* 22. *n.* 13. & 15.

Cumque hujuſmodi obſervantia ſtet loco inſtru- 6
menti fundationis, Tondut. *quæſt. benef. par.* 3. *cap.* 157. *num.* 42. utique ſicut inſtrumentum fundationis in ſui lectura reſtrictum ad maſculos familiæ, non includeret feminas per poſterius, ita nec obſervantia; nam vocabulum *Maſculorum*, ſicut non eſt aptum comprehendere feminas ab initio, ita nec per poſterius, quia vocatio per poſterius cadit in perſonis, quæ in aliqua diſpoſitione ab initio poſſunt includi ſub capacitate verborum; ergo cum factum obſervantiæ ſtet loco verborum fundationis, illud proinde limitatum ad maſculos excludit perpetuo feminas, ut dixi *diſcept.* 14. *num.* 3. & in terminis advertit Valenz. *conſil.* 133. *n.* 5. & 6. *libr.* 2. obſervantia enim in eo, quod comprehendit, taxativam inducit, licet hæc taxativa non impediat, quominus in ultimo maſculo Juſpatronatus gentilitium maſculinum fiat hæreditarium, juxta *conſil.* 81. Ancharan. nullatenus autem Eccleſia acquirat libertatem ex firmatis *diſcep.* 14. *num.* 11. & 12.

Ex quibus patet, opinionem Card. de Luc. eſſe in Jure fundatam, verum advertendum eſt, quod Ego habui hunc articulum in Rota in *Ja-*
*nuen. Abbatia* coram R. P. D. Manuel. ubi quin- 7
que emanarunt deciſiones. In prima enim 27. *Junii* 1689. §. *'bins opus in fine* firmatum fuit feminas ſuccedere poſſe per poſterius etiam in patronatu reſtricto ad maſculos ex obſervantia, quæ exiſtebat loco fundationis deficientis; poſtea vero ſcribens ſub nomine mei Præceptoris ſignanter cum doctrina Card. de Luc. *ubi ſupra* obtinui receſſum a deciſis, ut in duabus deciſionibus editis ſub *die* 5. *Decembris* 1689. & 11. *Decembris* 1690. In quarum prima allegantur omnia motiva ſuperius deducta ad probandum, quod obſervantia reſtricta ad maſculos non poteſt extendi ad feminas etiam per poſterius, ac ſucceſſive; me tamen amplius non ſcribente, Sac. Rot. rediit a priori loco deciſa firmando, feminas ſuccedere per poſterius in hujuſmodi Jurepatronatus, ut in *deciſ.* 10. *Martii* 1692. §. *non obſtat cum ſeqq.* & 4. *Julii* 1692. §. *Etiamſi*, coram R. P. D. Manuel nunc Reverendiſſimo Tunonen.

Ut igitur, quid verius ſit, in hoc articulo aſ- ſequa-

ſequamur, ſcire oportet caſum; de quo agebatur
in dicta *Jannen. Abbatia*, nam quidam Babilanus
de Pallavicinis reportaverat a S. M. Leone X.
privilegium Juriſpatronatus ex augmento tertiæ
partis dotis pro majori natu familiæ ſeu domus
de Pallavicinis, in quo excludebantur Moniales,
quod Juspatronatus fuerat poſtea canonizatum a
Rota, non ratione hujus tituli tanquam nulli,
ſed independenter ab eo virtute centenariæ, quæ
novum, & validum titulum præſumebat ab eodem
Babilano impetratum; cumque centenaria eſſet
reſtricta ad ſolos maſculos, & ultimo loco præ-
ſentaſſent duæ Moniales deſcendentes ab eodem
Babilano, fuit dictum iſtas eſſe comprehenſas per
poſterius, eo quia præſentationes factæ fuerant
per maſculos, cum duplici qualitate, quæ con-
veniebat etiam feminis nempe uti deſcendentes a
Babilano, & uti majores natu, & ad motivum
extenſionis non admittendæ in obſervantia; re-
ſponſum fuit, quod ea tanquam habens circum-
ſtantiam reſtrictam ad majorem natu denotabat
Juspatronatus eſſe regulandum ad formam majora-
tus, de cujus natura eſt, quod feminæ poſt ma-
ſculos admittantur.

Hoc præmiſſo, pro reſolutione Ego diſtingue-
rem infraſcriptos caſus, quorum primus eſt, ubi
obſervantia eſt reſtricta ad maſculos tantum, &
8 in præſentationibus pro tempore factis; iſti ſim-
pliciter præſentarunt uti deſcendentes a maſculo
exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi, & tali
caſu feminæ per poſterius non poſſunt admitti,
quia ex hoc infertur Juspatronatus eſſe pro ma-
ſculis per lineam maſculinam deſcendentibus, ut
in *Mantuana Beneficii diſcept. 14. numer.* 18. & in
hoc caſu vera eſt doctrina Cardin. de Luc. *d. diſc.*
22. *n.* 13. *de Jurepatr.* & recipienda eſt deciſio Ja-
nuen. 5. *Decembris* 1689. cui obſtare non de-
bent firmata in poſteriori deciſione revocatoria 1.
*Martii* 1692. §. *Etenim*, ubi requirit, quod ma-
ſculi in præſentando exprimere debeant qualitatem
maſculineitatis, cum hoc neceſſe non ſit, eo e-
nim ipſo, quod maſculus præſentat, re ipſa dici-
tur exprimere maſculineitatem ſine neceſſitate ver-
borum, & factum ipſum (cui innititur obſervan-
tia faciens figuram fundationis) eſt illud, quod
loquitur & operatur; minuſque obſtat expreſſio
deſcendentiæ, quia in patronatu mere maſculino
ſemper oportet juſtificare deſcendentiam a maſcu-
lo, qui præſentavit, etiamſi ille ſit primus acqui-
rens; unde maſculus, qui præſentat uti deſcendens
ab illo, non exprimit, quod Juspatronatus ſit re-
ſervatum deſcendentibus ſimpliciter, ſed deſcenden-
tibus maſculis tantum hanc taxativam inducente
obſervantia ad maſculos limitate, ubi non licet
arguere vel ſupplere ex identitate, vel majoritate
rationis; nam alias nunquam daretur caſus exclu-
ſionis feminarum in Jurepatronatus deducto ex
obſervantia reſtricta ad ſolos maſculos, & titulus
præſumptus non eſſet conformis titulo vero; nam
ſi fundatio vera includeret maſculos deſcendentes
per lineam maſculinam, feminæ non venirent per
poſterius, ſi maſculi præſentaſſent uti deſcenden-
tes, & tamen venirent in fundatione præſumpta
reſtricta ad maſculos tantum, ut ſupra deſcenden-
tes contra regulam, quod idem operari debet fi-
ctio in caſu ficto, ac veritas in caſu vero, &
ſic idem importare titulus fundationis verus, ac
præſumptus *l. cum ex oratione ff. de excuſat. Tu-
torum l.* 1. *§. hoc Senatuſconſulto ff. ad Trebel-
lian.*

Secundus caſus eſt, ubi quis præſentat uti ma-
jor natu de domo, de familia, de ſtirpe &c. &
in hoc caſu puto feminas venire per poſterius,
9 quia hæc obſervantia dicitur exprimere fundatio-
nem pro majori natu de domo, ubi licet maſculi
præſentent, tamen præſentatio ad ipſos ſpectat de
jure ratione qualitatis majoratus, ubi maſculi præ-
feruntur feminis, & feminæ ſuccedunt tantum
per poſterius in illorum defectum; ideoque iſte
caſus judicandus eſt, ac ſi adeſſet inſtrumentum
fundationis dicens—*pro majori natu de domo*, ubi
feminæ veniunt per poſterius, ex deciſis in alle-
gata *Mantuana Beneficii* ſupra *diſcept.* 14. & Pam-
phil. *deciſione* 323. nec inducitur taxativa pro
majori natu maſculo tantum, dum ſi qualitas ma-
joratus, extinctis maſculis, hanc taxativam non
inducit, ita nec obſervantia reſtricta ad majora-
tum, & in hoc caſu puto vera eſſe, quæ dicun-
tur in ultimis deciſionibus Januen. ſignanter in il-
la edita 10. *Martii* 1692. §. *Quoniam*, idque pro-
cedere etiamſi in præſentando fuerit expreſſa qua-
litas maſculineitatis, dixit *deciſio* 4. *Julii* 1692. §.
*etiamſi*, ſuper qua tamen ampliationem cogitan-
dum; nam d. expreſſio videtur inferre majoratum
maſculinum tantum, quæ feminas perpetuo ex-
cludit.

Tertius caſus eſt, ubi in præſentando maſculi
dixerunt, aut probarunt Juſpatronatus ſpectare ad
illos de familia, ſeu domo, ſeu gente, & tunc
dico, feminas venire per poſterius; Etenim iſta 10
expreſſio, quod Juſpatronatus pertineat ad fami-
liam, probat maſculos præſentaſſe uti de familia,
& Juſpatronatus eſſe familiare, quo caſu expreſ-
ſio tacita maſculineitatis reſultans ex facto illo
præſentationum pro tempore factarum per ma-
ſculos, dicitur ſtare prælative, & non excluſive
ad feminas, neque hæc vocatur extenſio prohibi-
ta in obſervantia, ſed comprehenſio; nam illa ha-
bet expreſſionem qualitatis familiaris, quæ femi-
nas comprehendit, quam expreſſionem factum re-
ſtrictum ad maſculos limitat prælative, non de-
ſtruit excluſive ad perſonas comprehenſas.

Si autem obſervantia in his expreſſionibus,
quæ fiunt in præſentando, eſſet varia, & dif-
formis, deberet attendi expreſſio facta in præ-
ſentationibus primis, Amoſtaz. *de cauſ. piis lib.*
3. *cap.* 2. *num.* 21. *cum allegatis ſupra diſcept.* 17.
*num.* 48.

Quartus demum caſus eſt, ubi præcedit titulus
nullus ex. gr. privilegii Juriſpatronatus ex augmen-
to tertiæ partis dotis, ubi aliquæ perſonæ exclu-
duntur, ut erat caſus in dicta Januen. *Abbatia*, 11
& tunc licet Juſpatronatus validum deſumatur ex
obſervantia centenaria independenter a titulo nul-
lo; attamen ſi iſte titulus in verbis excludit fe-
minas, obſervantia reſtricta ad maſculos ſemper
erit intelligenda excluſive ad illas, & in hoc pun-
cto magis placet deciſio Januen. revocata illa nem-
pe 5. *Decembris* 1689. quam ſubſequentes revo-
catoriæ 10. *Martii* & 4. *Julii* 1692. ita etiam
in caſu converſo, ſi titulus nullus includit femi-
nas, obſervantia, licet reſtricta ad maſculos, e-
rit ſemper intelligenda prælative, non excluſive ad
illas,

Eſt autem ratio, quia licet iſte titulus tanquam
nullus non debeat influere in ſubſequentem præ-
ſumptive elicitum ex obſervantia, ac de per ſe
validum & ſubſiſtentem, hoc tamen intelligendum
eſt in ordine ad ejus validitatem, non autem in
ordinem ad tenorem materialem; quia primus ti-
tulus etiam nullus poteſt deſervire pro declaratio-
ne ſecundi, validi & ſubſiſtentis interpretative,
& non conjunctive, & adminiculative, juxta
regulam Text. *in l. final. ff. de reb. eorum qui ſub
tutel. vel Cur.* Menoch. *lib.* 4. *præſ.* 168. *numer.*
12.

Enim vero ſunt inter ſe diverſa, & ſeparabilia 12
iſta duo, videlicet nullitas actus, & voluntas, ſeu
tenor inibi explicatus, ſicut ſeparabilis eſt nullitas
teſtamenti ab ipſa voluntate teſtatoris in eo ex-
preſſa, quæ durat, & probatur etiam ex actu nul-
lo; unde iſta duo non veniunt in correlationem,
& conſequentiam, præſumptio *novi tituli*, & præ-
ſumptio *novæ voluntatis*: quia ſecundus titulus va-
lidus ſupervenit excluſive ad invaliditatem primi,
non autem ad voluntatem in eo contentam, quæ
poteſt ſtare de per ſe, & influere in actum, ſeu
titulum ſubſequentem *d. final. ff. de reb. eorum l.
qui Teſtamentum ff. de prob.* Menoch. *lib.* 6. *præ-
ſumpt.* 34. *num.* 33. immo poſſunt concurrere duo
actus

actus ad conſervandam unicam voluntatem, quorum alter ſi ſit nullus, & alter validus, iſte non adjicitur, aut concurrit alternative ad primam voluntatem, ſed compatibiliter, & ad illam ſuſtinendam, & conſervandam.

Urgente etiam, quod ſicut teſtator, ſeu fundator ſemel expreſſit ſuam voluntatem circa perſonas in Jurepatronatus comprehenſas in primo titulo ſeu privilegio, ita præſumitur, quod eandem voluntatem eandemque legem retinuerit in ſecundo titulo præſumpto, niſi emicet in contrarium aliqua conjectura, quæ talem deſtruat præſumptio-
13 nem *l.* 3. *& l. cum qui ff. de probat. & l. fideic. §. Si rem ff. de leg.* 3. Corn. *conſil.* 225. *n.* 5. *ad fin. lib.* 4. Dec. *conſ.* 515. *num.* 5. & bene Rot. *in d. Januen. Abbatiæ* 9. *Decembris* 1689, coram R. P. D. Manuel.

Quod ulterius fulcitur ex eo, quod obſervantia non poteſt operari niſi unam præſumptionem, non autem duas, quandò una non venit in conſequentiam alterius *l. final. Cod. de dotis Promiſſ.* ubi autem præſumendus eſſet titulus novus independenter a primo, ecce quod daretur una præſumptio; ſi vero præſumeretur etiam nova lex e-
14 juſdem tituli novi, utique daretur alia præſumptio diverſa, & ſeparata ab alia, cum nullibi cautum reperiatur, quod ſupervenientia novi tituli ſecum ferat in conſequentiam novam legem a primo diverſam contra regulam, quod mutatio voluntatis non præſumitur, ac etiam quod unum privilegium, quantum fieri poteſt, debet ſe habere compatibiliter cum alio, in eo tamen, quod compoſſibile eſt, ut ſunt Text. *in l. hac ſaluberrima C. de Præpoſit. Agen. in reb. lib.* 12. *ubi* Gloſſ. *in verb. Convertere*, & Bart. *num.* 2. *gloſſ. in l.* 3. *in verb. major. Cod. de Dignit.* Rot. coram Puteo *deciſ.* 83. *lib.* 3. *in Correct. & in dicta Januen. Abbatia §. & ſane in fine*.

Et facit in propoſito argumentum Text. *in l. final. Cod. de reb. creditis*, ubi cum quidam ex juramento ſibi ab hærede delato, conſecutus eſſet prætenſum legatum, de quo in teſtamento non
15 apparebat, hoc autem poſtea reperto, apparuiſſet legatum non eſſe relictum, quæſitum fuit, an legatarius reſtituere deberet, quod accepiſſet, itaut ejus jurijurando ſtandum non eſſet, & fuit affirmative reſponſum, quia ex lectura teſtamenti poſtea reperti manifeſtum erat, legatum non deberi; Contra hunc Textum Bald. in repetitione eleganter argumentando dicebat, juramentum non potuiſſe retractari, & legatum reperi, quia poſſibile fuerat, quod teſtamentum, ſuper quo legatarius juraverat, non eſſet illud, quod erat repertum, præſertim quia factio teſtamenti eſt actus reiterabilis, & potuit veriſimiliter adeſſe legatum in alio teſtamento, vel codicillo, quod in eo non apparebat; ſubtiliter tamen reſpondit Baldus, hanc poſſibilitatem alterius teſtamenti ſuffragari non poſſe, quia duæ præſumptiones præſumi deberent; altera, quod adeſſet confectio alterius teſtamenti, & altera, quod in hoc altero teſtamento adeſſet legatum, quod eſt impoſſibile, dum ſuper poſſibilitate alterius teſtamenti, & ſic ſuper facto incerto fundaretur alia poſſibilitas; quod in eo conſiſteret legatum, & hanc Baldi doctrinam ſequitur ibi Salicet. *n.* 2. & alii repetentes.

Sic itaque in propoſito, quoties ad probationem Juriſpatronatus adducitur titulus præſumptus, non obſtante præcedenti titulo vero, jam oritur ex hoc una præſumptio, & quidem impetrationis novi privilegii, & ſic facti incerti, ſuper qua præſumptione non poteſt fundari alia præſumptio, quod in hoc novo privilegio adſit nova lex diverſa ab illa expreſſa in primo, ſicut, ſtante uno teſtamento, non poteſt præſumi novum, & ſimul quod in novo adſit legatum, quod in primo ſcriptum non reperitur.

16 Ex prædictis deſcendo ad quæſtionem; an Juſpatronatus, quod probatur gentilitium ſeu familiare maſculinum ex obſervantia ſuccedente loco fundationis, ſi ingrediatur duos columnellos pro æquali voce, extincto ultimo maſculo unius columnelli fiat hæreditarium pro ſua voce, vel potius devolvatur ad maſculum alterius lineæ ſeu columnelli? Rot. coram Merlino *deciſ.* 798. *num.* 22. *verſic. Poſtremo & num.* 23. *& ſeqq.* tenet, quod vox ultimi maſculi transferri poteſt in hæredem, juxta *conſil.* 81. Ancharani, & ſic Juſpatronatus pro parte erit hæreditarium, & pro parte gentilitium, addit rationem, quia, ſtante diviſione in duas voces, videntur quodammodo conſtituti duo ſeparati patronatus, diſtinguc., aut in Jurepatrona-
tus præſumptive deducto ex obſervantia probatur 17
communis ſtipes, cujus patroni, qui præſentavit, & ad unius familiam Juſpatronatus pertinere obſervantia demonſtrat, & tali caſu, cum illud pertineat ad univerſam familiam communis ſtipitis, licet in progreſſu exercitium Juris præſentandi ingrediatur in duas lineas, ſeu columnellos: attamen extinctis maſculis unius lineæ, jus præſentandi non fit hæreditarium, ſed devolvitur ad maſculos alterius lineæ, ut firmat in puncto Tondut. *quæſt. benefic. part.* 3. *cap.* 157. *numer.* 37. *&* 39. Aut vero origo Juriſpatronatus deducitur per obſervantiam ex duobus patronis, quorum unuſquiſque formavit ſuam lineam, & tunc per extinctionem maſculi de una linea fit hæreditarium, & in his terminis intelligi debet Merlin. *dicta deciſ.* 798. *numer.* 23. prout eum ita declarat Tondut. *quæſt. benefic. dicta part.* 3. *cap.* 157. *num.* 39. *&* Card. de Luc. *de Jurepatr. diſc.* 60. *numer.* 28. *in fine*.

Si fundator ad Juſpatronatus ſive activum, ſive paſſivum vocavit proximiorem ſibi, licet illud
ingreſſum fuerit unam lineam, ſi tamen ibi non 18
reperiatur proximior in gradu fundatori, ſed reperiatur in alia linea, iſte admittendus eſt excluſive ad eum licet exiſtentem in linea, ubi Juſpatronatus fecit ingreſſum, ea ratione, quod ſucceſſio pervenit ad illam lineam non irrevocabiliter, ſed revocabiliter, donec extant ibi perſonæ habentes qualitatem proximioritatis volitam a fundatore, quibus deficientibus, recurritur ad eam lineam, ubi reperiuntur perſonæ qualificatæ, quas fundator prædilexit, ut de vocatione proximioris fundatoris, Rot. coram Dunoz. ſen. *deciſ.* 315. *numer.* 4. & de vocatione ſenioris de familia, ſeu domo, Rot. *in Januen. Juriſpatronatus* 25. *Junii* 1607. coram Card. Lancellotto, quam refert Lother. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 11. *num.* 93. ubi quod decedente ſeniore, in quem ſemel ingreſſum fuit Juſpatronatus, non tranſit ad ejus deſcendentem, ſed revertitur ad alium ſeniorem de familia, Gratian. *diſcept.* 218. *num.* 73. Tondut. *quæſt. benefic. part.* 3. *capit.* 157. *numer.* 23. & in terminis fideicommiſſi Rot. coram Priol. *deciſ.* 70. *num.* 3. *& ſeqq.* vocato autem ſeniore, & proximiore de familia, intelligitur vocatus ſenior inter plures proximiores exiſtentes in eodem gradu; unde licet exiſtens in gradu remotiori ſit ſenior, non tamen præfertur alteri, qui ſit proximior; nam tali caſu prærogativa proximioritatis vincit illam ſenioritatis, quicquid ſecus ubi fundator, nullo habito reſpectu ad gradum proximitatis, vocaſſet ſimpliciter ſeniorem, ſeu majorem natu de ſua parentela, ut egregie decidit Rot. *in Majoricen. beneficii* 4. *Julii* 1696. *§. finali*, coram R. P. D. Tremoille.



Digitized by Google

## LAUDEN. VICARIÆ

PRO

Julio Pandino,

CUM

Joanne Canaſſale.

## ARGUMENTUM.

Jus nominandi ſpectans ad Rectorem habitualem in Vicariis perpetuis vigore *Bullæ S. M. S. Pii V.* habet locum etiam in Vicariis generaliter, vel etiam ſpecialiter reſervatis per Papam.

Fructus Vicariæ perpetuæ vacantis quando pertineant ad Rectorem habitualem, vel ad Vicarium ſucceſſorem; & alia in materia de Vicariis.

## *SUMMARIUM.*

1 *Amor cauſæ, & defenſionis calor ſunt opinionum noſtrarum deterrimi judices.*

2 *Rectori habituali competit jus nominandi de jure, & ex Conſtitutione Piana.*

3 *Etiam in Vicariis reſervatis, & numer. 4. & 5.*

6 *In Jure datur duplex ſpecies Vicariarum, dependentium, & independentium.*

7 *Independentes cadunt ſub plenaria reſervatione.*

8 *In motu proprio non habet locum ſubreptio, ſed defectus intentionis.*

9 *Reſervatio ſpecialis non tollit Rectori habituali jus nominandi, ſi Papa non derogaverit in ſpecie Bullæ Pianæ & num. 14. 15. 16. 17. & 18.*

10 *Papa derogat Juripatronatus in ſpecie ob vacantiam Beneficii in Curia, alias proviſio Apoſtolica non tenet.*

11 *Explicantur deciſ. 200. & 247. part. 16. recent.*

12 *Obſervantia declarat legem erectionis Vicariæ, vide etiam n. 21.*

13 *Maxime inducta ex facto ejus, qui erectionem fecit.*

19 *Beneficia de Jurepatronatus vacantia apud Sedem ex cauſa reſignationis conferuntur per Papam cum clauſula* accedente conſenſu Patronorum.

20 *Item vacantia per incompatibilitatem juxta decretum.*

22 *Conſenſus habentis jus nominandi in Vicariis poteſt præſtari etiam poſt collationem Beneficii, & n. 25.*

23 *Maxime ſi intervenerit tempore expeditionis literarum.*

24 *De conſenſu Rectoris habitualis Papa non facit mentionem in literis juxta ſtylum.*

26 *Collatio Papæ eſt compatibilis cum nominatione.*

27 *Etiam ſtantibus verbis,* quod per Sedem Apoſtolicam tantum diſponi poſſit.

28 *Vicariæ perpetuæ, erectæ ante Concilium, an cadant ſub plenaria reſervatione excluſive ad jus nominandi, & reſolvitur negative contra* Garziam.

29 *Laudatur* Eminentiſs. Dominus Cardinalis Homodeus.

30 *Fructus Vicariæ perpetuæ vacantis pertinent ad ſucceſſorem, juxta opinionem* Card. de Luc.

31 *Diſtingue, & declara ut n. 32.*

33 *Reprobatur ratio* Card. de Luc.

34 *Vicarius Vicarium non deputat.*

35 *Nec in Eccleſia, ubi adeſt communitas Beneficiatorum, poteſt participare de diſtributionibus, nec alia plura prætendere.*

## DISCEPTATIO XXVII.

AGitavi in hac Cauſa articulum exemplarem, an reſervatio Vicariæ dependentis vacatæ juxta decretum per aſſecutionem incompatibilis excluderet Jus nominandi, quod Eminentiſſimo Domi- 1
no Cardinali Homodeo Commendatario competebat, ubi licet Judicium S. Rotæ inclinaverit pro excluſione juris nominandi, mihi tamen etiam poſt longum annorum decurſum reflectenti ad veritatem poſtquam amor cauſæ, & defenſionis calor (opinionum nobiſcum habitantium deterrimi Judices) exoleverunt, reſolutio viſa eſt pati difficultatem, nec ingenium a rationibus tunc deductis unquam reſiluit; Quamobrem conſtantiæ meæ eſt *ſemel placita pro æternis ſervaviſſe*, ut de Tiberio ait *Tacit. lib. 1. Annal. in fine.*

Dicebam igitur, literas Apoſtolicas unice radicatas in reſervatione Vicariæ non eſſe exequendas; Quippe proviſus Apoſtolicus non habebat no- 2
minationem Eminentiſſimi Commendatarii Rectoris principalis, & habitualis Eccleſiæ, quando tamen hæc nominatio non ſolum neceſſaria erat ex diſpoſitione Sacrorum Canonum in *cap. extirpandæ §. qui vero de præben.* ſed etiam ex particulari lege adjecta in limine erectionis Vicariæ, necnon ex Conſtitutione ſpeciali B. M. S. Pii *V. la* 47. 9. ex cujus edicto ſtatuitur, deputationem Vicarii fieri non poſſe niſi ad nominationem Rectoris habitualis, ut tradunt Antonell. *de regim. Eccleſ. lib. 3. cap. 12. n. 38.* Lother. *de re benef. lib. 2. quæſt. 31. n. 21.* Rot. *deciſ.* 419. & 595. *utrobique n. 3.* coram Cavaler. & *deciſ.* 115. *n. 2.* coram Merlino & *deciſ.* 114. *num. 3.* & *deciſ.* 214. *num. 1.* coram Buratto.

Neque obſtabat, quod propter reſervationem Papæ conferetur pro ea vice ſublatum jus nominandi: quia reſpondebam, hujuſmodi reſervationem non eſſe intelligendam plenarie, & abſolute, 3
videlicet excluſive ad nominationem Commendatarii, ſed eſſe intelligendam juxta formam Conſtitutionis Pianæ, cui Papa in ſuis literis non derogavit; Conſtitutio autem prædicta concedit Rectori habituali facultatem nominandi etiam in Vicariis reſervatis, & ideo ex reſervatione non bene inferebatur ad excluſionem Juris nominandi; ut in ſpecie firmavit Rota in *Tiraſonen. Vicariæ 13. Octobris, & 4. Decembris* 1595. coram Litta impreſſ. apud Garz. *de benefic. part. 9. cap. 2. num.* 308. & *ſeqq.* ibi — *Jus nominandi Rectorem ad Vicarios competit etiam in reſervatis vigore d. Conſtitutionis* — ſcilicet Pianæ, & inferius ibi — *fuit dictum non negari reſervationem, ſed, ea non obſtante, Capitulum potuiſſe præſentare, & hoc vigore dictæ Conſtitutionis* — & rurſus ibi — *Proviſio propter reſervationem ſpectet ad Papam, ſed per hoc non ſequi, quod præſentatio, ſeu nominatio de eo facta a Capitulo Tiraſonen. ſit invalida, ſtante quod Conſtitutio S. Pii V. de qua ſupra d. Capitulo hujuſmodi facultatem tribuit etiam in reſervatis* — Et demum ibi — *non excludant, quin etiam d. Capitulo competere poſſit eadem facultas nominandi etiam in reſervatis, prout vero videm competere dignoſcitur ex lectura dictæ Conſtitutionis* —

Hinc omnes Doctores communiter explicando prææallegatam Conſtitutionem dixerunt, quod in iſtis Vicariis dependentibus reſervatio non cadit quoad tollendam nominationem Rectori habituali 4
attributam de Jure, & ab eadem Conſtitutione conceſſam etiam in reſervatis, ut ſcribunt Ventrigl. *in prax. p. 1. annot. 20. §. 2. n. 9.* Garz. *ubi ſupra n.* 316. Nicol. *in floſcul. in verb. Vicaria n. 9. verſic. nominationem*, Gonzal. *ad regul. 8. Gloſſ. 5. §. 3. n.* 59. Barboſ. *ad Concil. ſeſſ. 7. cap. 7. de reformat. n. 28. & de Jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 6. n. 45.* Conrad. *in prax. benef. lib. 3. cap. 2. n. 42.* Cochier. *ad regul. 8.*

*Can-*

*Cancell. gloſſ.* 1. *num.* 8. *in fine*, Turricell. *de union. cap.* 4. *n.* 55. Fermoſin. *in cap.* 3. *de offic. Vicar. q.* 2. *n.* 9. *& quæſt.* 4. *n.* 10. *& ſeqq. & quæſt.* 5. *n.* 7. Rot. cor. Buratto *dec.* 114. *n.* 3. *& dec.* 150. *n.* 6. & coram Duran. *dec.* 2. *n.* 2.

Ea ratione, quod Bulla Piana mandat deputari Vicarios ab Ordinariis ad nominationem Rectoris habitualis, & deputatum teneri ad capiendam novam proviſionem Apoſtolicam cum ſolutione annatæ quando vacatio contigit in menſe reſervato; ergo duo literaliter declaravit; primo ſcilicet quod cæteroquin Vicariæ perpetuæ ſint obnoxiæ reſervationi propter novam proviſionem
5 Apoſtolicam, quam mandat expediri, & ſecundo, quod non obſtante reſervatione debet fieri nominatio per Rectorem habitualem, ut obſervat Garz. *ubi ſupra numer.* 318. ubi reprobat Gonzal. quatenus dicit, novam proviſionem expediri debere etiam in menſibus ordinariis, Ventrigl. *ubi ſupra numer.* 9. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 45. Gonzal. *ubi ſupra num.* 59. vide infra *ſub numer.* 28. *verſic. cum in Summa*; ergo reſervatio Apoſtolica in Vicariis non tollit jus nominandi propter diſpoſitionem ſpecialem hujuſmodi Bullæ Pianæ.

Agnovit Rota efficaciam hujus fundamenti, ſed dixit, prææallegatam Conſtitutionem omneſque Auctores ſuper ea loquentes procedere in reſervationibus generalibus ratione menſium, non autem in reſervatione ſpeciali, prout iſtam eſſe aſſerebatur; verum hujuſmodi reſponſio nunquam captivare potuit intellectum ex duplici ponderatione.
6 Altera, quod Papa in appoſitione reſervationis juxta decretum potuit ignorare qualitatem hujus Vicariæ, quod nempe eſſet dependens, & cogitare quod eſſet independens, cum in jure noſtro duplex detur ſpecies Vicariarum, ſcilicet dependentium, quæ habent nudum exercitium curæ actualis, & independentium, quæ habent translatam in ſe utranque curam actualem, & habitualem, quarum prima ſpecies non cadit ſub plenaria reſervatione, ſeu non tollit jus nominandi. Altera vero ſpecie cadit plenarie, & abſolute ſub reſer-
7 vationibus Apoſtolicis, ut dicunt Garz. *de benef. part.* 9. *capit.* 7. *numer.* 319. Barboſ. *de jur. Eccl. lib.* 3. *cap.* 6. *numer.* 46. *in fine*, Fermoſin. *in cap.* 3. *quæſt.* 4. *numer.* 13. *& quæſt.* 5. *numer.* 16. *de offic. Vicar.* Daniel. de Nobilib. *diſp.* 10. *num.* 3. *&* 13. unde cum nomen *Vicaria* ſit æquivocum verificabile in duplici ſpecie, Papa apponendo reſervationem ſpecialem, præſumitur, quod proceſſerit cum ſuppoſito, quod Vicaria eſſet independens, utpote ea, quæ erat obnoxia plenariæ reſervationi, & in cujus reſervatione utebatur jure ſuo, ac nullius juri derogabat, & per contrarium ignoraſſe dependentiam Vicariæ ſibi non expoſitam, & in cujus reſervatione tollebat Jus Commendatarii, quæ ignorantia regulariter præſumitur, ubi eſt admixtum jus tertii, ut ait Sarnen. *ad regul. de Jur. quæſit. non tollen. quæſt.* 1. *num.* 5. cui motivo non obſtabat reſponſio, quod Papa potuerit cogitare in genere de dependentia Vicariæ, quia non ſufficit ſcientia, & cogitatio in genere, niſi in his, quæ in Jure conſiſtunt, vel in aliquo facto non habente admixtum Jus tertii; ſecus concurrente præjudicio Commendatarii, in quibus terminis requiri ſcientiam ſpecialem, & ſpecialiſſimam firmant Dec. *conſ.* 307. *num.* 2. *&* 23. *ex conſ.* 606. *numer.* 18. Rot. coram Bich. *deciſ.* 302. *num.* 7. nec minus placuit alia reſponſio, quod decretum reſervationis motu proprio appoſitum non poſſet de ſubreptione redargui; quia dicebam non applicari hic terminos ſubreptionis, nec unquam allegatam fuiſſe ſubreptionem, ſed ſolum defectum intentionis Papæ apponentis reſervationem abſque notitia
8 dependentiæ Vicariæ, & juris tertii competentis ex Bulla Piana, & ex ſpeciali lege erectionis Apoſtolicæ, qui ſane defectus intentionis locum habet etiam in motu proprio, ut bene diſtinguendo inter ſubreptionem, & defectum intentionis, docet Lother. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 54. *numer.* 10. ubi quod ſi Princeps in motu proprio deceptus ſit circa aliquod ſuppoſitum, gratia dicitur nulla ex defectu intentionis propter inveriſimilem ejus mentem; ſed nihil dicitur ab eo ſubreptum, vel obreptum, quamvis & hæc dicatur ſubreptio re ipſa, ideſt non cauſata ex falſa ſuppoſitione in precibus facta, ſed ex errore facti, qui eſt ejuſdem potentiæ in inducendo mentis defectum, optime Bellamer. *deciſ.* 392. *n.* 1. *& deciſ.* 474. *per tot.* Rot. cor. Seraphino *dec.* 398. *n.* 8. cum aliis in *rec. dec.* 235. *n.* 16. *part.* 15.

Altera ponderatio erat fortiſſima, & inevitabilis, cui Rota nunquam ſatisfecit, quod nempe, etiam ſi Papa ſciviſſet dependentiam Vicariæ, & adhuc appoſuit reſervationem ſpecialem, adhuc iſta reſervatio ſpecialis non poterat cenſeri plenaria, & excluſiva Juris nominandi, eo quia Papa in literis non derogavit in ſpecie *Bullæ S. Pii V.* Quando tamen ſi voluiſſet per reſervationem ſuam tollere jus nominandi competens Eminentiſſimo Commendatario ex Bulla prædicta, debuiſſet iſti derogare in ſpecie, ſine qua ſpeciali derogatione 9
ea ſemper locum habet tanquam emanata per viam legis, & pro hoc fortiſſimo motivo doctrinæ erant ſatis claræ, ut legere eſt apud Rot. *in dicta Tiraſonen.* Vicariæ apud Garz. *ubi ſupra num.* 310. ibi — *fuit dictum, quod non per hoc tollit facultatem conceſſam per viam legis, quæ eſt ſpeciali nota digna, ut cenſeatur ſublata* — Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 5. §. 3. *n.* 72. Tondut. *quæſt. benef. part.* 3. *cap.* 187. *num.* 14. ibi — *& caſu quo voluiſſet derogare, requirebatur ſpecifica mentio, & derogatio d. Conſtitutionis, quæ eſt ſpeciali nota digna, cum facta fuerit per viam legis*, Contad. *in prax. benef. lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 4. Rot. coram Buratto *dec.* 150. *n.* 6. *verſ. ſed non tollitur*, eoque fortius attenta lege erectionis, quam Papa ignoravit, & cui derogaſſe non cenſetur ſine mentione ſpeciali.

Quodque Papa non præſumatur derogare in hujuſmodi caſibus, niſi exprimat, præciſe videmus in Beneficiis de Jurepatronatus vacantibus in Curia, 10
quæ ſi Papa intendat conferre independenter, & abſolute, derogat expreſſe pro ea vice Juripatronatus, Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 52. *num.* 54. *in fine*, Vivian. *de Jurepatron. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 159. Pariſ. *de Reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 4. *n.* 45.

Alias non cenſetur derogatum ex ſimplici illa generalitate verborum, quod nemo alius, præter Romanum Pontificem, diſponere poſſit, quæ legitur in reſervatione inducta per vacationem in Curia vigore *capit.* 2. *de præben. in* 6. *verſ. Aliquis*, & in terminis, quod ſine derogatione expreſſa Juriſpatronatus non teneat proviſio Apoſtolica, firmat Pariſ. *de reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 4. *n.* 26. Gonzal. *d. gloſſ.* 52. *n.* 54. Rot. coram Dunoz. Jun. *deciſ.* 766. *n.* 6.

Ex his inapplicabiles redduntur *deciſiones* Cerri 200. *&* 247. *part.* 16. *recent.* ad probandum, quod jus nominandi cenſeatur excluſum ex dicto decreto reſervationis ibi — *Ita ut de illa per Sedem Apoſtolicam tantum diſponi poſſit*. Quia non loquuntur in terminis Vicariæ, & juris nominandi, ſed Præpoſituræ, & juris eligendi ad illam, quod Capitulum habebat ex Indulto tanquam collator ordinarius; unde in hoc caſo bene Rota firmavit ex d. decreto reſervationis, jus eligendi rimanere excluſum, ex quo exinde deducebatur voluntas Papæ concurrendi cum d. Capitulo ordinario collatore, illudque præveniendi, ut legere eſt *in d. deciſ.* 200. *n.* 7. quod nihil facit ad rem noſtram, ubi dici non poteſt, Papam voluiſſe concurrere cum Commendatario, illumque prævenire, dum ipſe non eſt collator ordinarius, nec prætendit collationem, ſed ſimplex jus nominandi, quod eſt compatibile cum collatione facienda per Papam, quæ ab eodem non impugnatur; ergo argumentum ab excluſione juris eligendi ad jus nominandi eſt penitus erroneum, cum jus eligendi, tanquam dans jus electo, ſit idem, ac collatio, &

dica-

dicatur incompatibile cum reſervatione, & proviſione Apoſtolica, Gregor. *deciſ.* 240. *num.* 6. *& ſeqq.* Rembold. *deciſ.* 591. *num.* 16. *&* 21. Jus autem nominandi non ſit collatio, ſed quædam pertinentia paſtoralis compatibilis cum reſervationibus, & collationibus Papæ ex allegandis *infra num.* 18. *&* 19. Et ſic prædictæ deciſiones Cerri bene militare poſſent adverſus Ordinarium, qui vellet conferre, non autem adverſus Commendatarium, qui vult nominare.

Et quatenus hujuſmodi deciſiones ulterius firmant ad derogationem Juris eligendi, ſufficere clauſulas generales *Non obſtantibus Indultis &c.* juncta clauſula - *quorum tenores* - advertendum eſt, quod loquuntur quantum ad excluſionem indulti conferendi, quod habebat collator ordinarius, unde non obſtant in caſu noſtro ex duplici ratione; Tum quia non agitur de jure conferendi ex indulto, ſed de jure nominandi, quod competit Commendatario vigore Bullæ Pianæ, quæ emanavit per viam legis, quo caſu illud non cenſetur ſublatum niſi per derogationem ſpecialem, & ſpecialiſſimam ex punctuali *deciſ.* Buratt. 150. *numer.* 6. Conrad. *in prax. benef. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 43. *& in Tiraſonen. Vicariæ ſæpe allegat.* Tum etiam quia d. Jus nominandi competit etiam in vim pacti adjecti in erectione Vicariæ, cui Papa non derogavit.

Neque ſtringebat reſponſio, quod reſervatio ſpecialis uti poſterior Conſtitutioni Pianæ, eam de medio ſubſtuliſſet, quodque per illam non eſſent ligatæ manus Pontificum ſucceſſorum, quoniam hoc procedebat, ubi Papa derogaſſet in ſpecie Conſtitutioni Pianæ; tunc enim de medio eam ſubſtuliſſet, & in his terminis, verum eſt quod Conſtitutio prædicta non ligat Pontifices ſucceſſores, quatenus ſcilicet iſti declarant in ſpecie, quod ea ligari noluut, mediante derogatione ſpeciali; nam alias quoties deficit derogatio ſpecialis, nunquam ea ceſſat, nec unquam dicitur de medio ſublata, & Summus Pontifex non deveniendo ad hanc derogationem eo ipſo declarat, quod ea remaneat illæſa, & ſic etiam, quod illæſum remaneat Jus nominandi.

Minuſque intrabat motivum, quod lex erectionis concederet Commendatario plenam diſpoſitionem Vicariæ, & ſic ille eſſet conſiderandus uti collator, nec in his terminis intraret Bulla Piana, quippe ceſſabat motivum ex facto, dum generalitas illa verborum in erectione appoſitorum reman-
12 ſerat declarata ex obſervantia ſubſecuta, etiam mediante facto ipſius Papæ, qui Vicariam cum tali lege erexit, dum de ea tanquam vacante apud Sedem ex primæva erectione diſpoſuit, ad meram nominationem Cardin. Ceſii tunc Commendatarii in favorem Pauli Marinatii, & eodem modo ad nominationem ſucceſſive proviſum fuerat, ut inferius dicetur, & proinde objectum non intrabat; nam nulla melior declaratio legis erectionis dari poteſt illa, quæ reſultat ex facto primi Commen-
13 datarii, qui erectioni conſenſit, & Papæ, qui erectionem fecit, & erectionis legem admiſit Rot. me ſcribente *in Hiſpalen. Viſitat.* 30. *April.* 1700. §. *Præterea*, cor. R. P. D. Molines Decano.

Ex his ſuſtinebam, quod hujuſmodi reſervatio quantumcunque ſpecialis, & ſpecialiſſima non ſtaret excluſive ad jus nominandi, ſed adhuc, ea non obſtante, eſſet requirenda nominatio ſeu conſenſus Cardinalis Commendatarii, eoque facilius, quia oſtendebam, doctrinas ſuperius adductas in terminis Bullæ Pianæ non reſtringere jus nominandi ad Vicarias reſervatas duntaxat ex reſervationibus generalibus, & ſignanter *Deciſiones Tiraſonen.* quæ licet ex contingentia facti diſputent caſum reſervationis generalis; tamen in deciſoriis, & in
14 rationibus loqui videntur indiſtincte in quibuſcunque reſervationibus etiam ſpecialibus, ut legere eſt in Tiraſonen. apud Garz. *ubi ſupra num.* 308. ibi - *Conſtitutio S. Pii V. habet locum etiam quando Vicariæ vacant in menſe reſervato, ſeu cadunt ſub alia reſervatione*, Garz. *ibidem n.* 316. *in Vicariis vacantibus in menſibus Apoſtolicis, ſeu alias reſervatis*, & eodem modo loquuntur Barb. *ad Conc. d. cap.* 7. *n.* 28. *& de Jure Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 45. *&* 46. Gonz. *d. gl.* 5. §. 3. *num.* 59. Fermoſin. *in d. cap.* 3. *de offic. Vicar. quæſt.* 2. *num.* 9. *qu.* 4. *n.* 10. *& quæſt.* 5. *num.* 7. & bene Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annot.* 5. §. 2. *num.* 25. *in fine*.

Idque ſuadebam ex pluribus rationibus; & primo, quia Bulla S. Pii V. mandat fieri expeditionem novæ proviſionis, & ſolutionem annatæ per Vicarios jam deputatos ab Ordinariis, quod onus novæ proviſionis fieri ſolet, quando Beneficium eſt reſervatum, ſive generaliter, ſive ſpecialiter,
& in ſumma quotieſcunque ejus collatio ſpectat 15
ad Sedem Apoſtolicam, ut dicit Rot. *in d. Tiraſonen. ubi ſupra* ibi - *Quod non ſolet fieri, niſi quando Beneficium eſt reſervatum, vel alias ejus collatio ſpectat ad ſedem Apoſtolicam* - Garz. *ibid. n.* 308. - *Non ſolet fieri, niſi quando Beneficium eſt reſervatum, vel alias ejus proviſio ſpectat ad Papam*. Si igitur onus novæ proviſionis, & ſolutionis annatæ habet locum indiſtincte in omni reſervatione (utque ait Rot. *in d. Tiraſon.*) in quocunque caſu, quo *collatio Beneficii ſpectat ad Papam*, certe hæc verba ſunt generalia, & includunt omnem caſum reſervationis tam generalis, quam particularis, juxta naturam illorum verborum - *vel alias ejus collatio ſpectat ad Sedem Apoſtolicam* - cum collatio ad Papam ſpectare dicatur vigore cujuſcunque reſervationis ſive generalis, ſive ſpecialis, Dec. *conſ.* 63. *num.* 6. Natt. *conſ.* 403. *n.* 6. Seraph. *dec.* 257. *n.* 3. Cerr. *deciſ.* 26. *n.* 64.

Secundo, quia ideo Bulla S. Pii V. voluit, deputationem Vicariorum fieri debere ad nominatio-
nem Abbatis, ex quo cura habitualis reſidet penes 16
illum tanquam Rectorem principalem, & ſolum exercitium penes Vicarium, propter quod congruum eſt, ut talis Miniſter deputetur de voluntate Rectoris; quæ ratio, ſicut militat reſpectu reſervationis generalis, ita & reſpectu ſpecialis, cum nulla intercedat diſparitas, aut differentia rationis inter utrunque caſum, *l. Illud ff. ad l. Aquil. l. fin. Cod. ad l. falcid.*

Et tertio demum, quia Papa per ſuas reſervationes, ſive generales, ſive particulares, nihil aliud facit, quam tollere illam facultatem diſponendi de Beneficiis, eo tamen modo, quo habent inferiores Ordinarii collatores. Si igitur in caſu noſtro
Ordinarius non habet facultatem conferendi Vi- 17
carias, niſi ad nominationem Abbatis; ita & intelligitur reſervatio, quam facit Papa, qui in tali caſu ſubrogatur in locum Ordinarii, & aſſumit Jus conferendi cum ſuo onere & ſua cauſa, Lother. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 35. *n.* 17. Rot. *deciſ.* 189. *num.* 16. *& deciſ.* 302. *num.* 12. cor. Bichio, *& dec.* 97. *num.* 4. *part.* 3. *& dec.* 1403. *n.* 3. coram Seraph.

Neque eſt novum aut incompatibile, quod re- 18
ſervatio intelligatur ad nominationem & non pleno Jure, ut de regula ſecunda Cancellariæ firmavit Rota *in Cæſaraguſtana Beneficii* 20. *Novembr.* 1686. §. *non obſtat*, cor. Card. Caccia ibi - *Non enim neceſſe eſt ad hoc, ut intret regula, quod Dignitates Collatrices ſint pleno Jure reſervatæ Summo Pontifici, ſed ſufficit, quod earum proviſio ſit facienda auctoritate Apoſtolica* confirmata *ſub die* 5. *Junii* 1688. cor. R. P. D. Hervavult, de quibus *ſupra diſcept.* 12. *num.* 40. *& ſeqq.*

Ita etiam videmus in Beneficiis de Jurepatronatus, quæ ſi vacent apud ſedem per reſignationem in manibus Papæ, adhuc iſte quidem confert, ſed de conſenſu patronorum, Pariſ. *de reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 26. Gonzal. *gloſſ.* 52. *num.* 54. *in fin.* Vivian. *ubi infra num.* 162. Immo in ſpecie caſus 19
noſtri, quando Beneficium vacat per incompatibilitatem, juxta decretum, quod Papa conferat, ac-
cedente conſenſu patronorum, tradunt Maſſobr. 20
*in prax. haben. concurſ. prælud.* 7. *tit. de Eccleſ. patronat. dub.* 2. *num.* 8. *&* 9. *fol.* 47. Vivian. *de Jurepatr. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 159.

His

His omnibus de per ſe claris, quatenus etiam dubiis, accedebat obſervantia declarativa, dum a die erectionis, uſque in præſens dabantur duæ proviſiones Apoſtolicæ factæ de Vicaria reſervata ad nominationem Commendatarii, licet reſerva-
21 tio eſſet per vacationem apud ſedem; prout eſt controverſa, ut in prima proviſione, ubi Papa contulit Vicariam Martinatio nominato a Commendatario, licet illa vacaret apud Sedem a primæva ſui erectione Apoſtolica auctoritate facta, Gonz. *gloſſ. 9. §. 3. numer. 50. verſ. ſi vero*, ſicut etiam practicatum fuit in alia pariter vacata apud Sedem per reſignationem in manibus Papæ, Pariſ. *de reſignat. qu. 20. numer.* 3. Peutinger. *deciſ.* 402. *num.* 3. Quam obſervantiam in hujuſmodi materia eſſe relevantiſſimam in terminis, firmat Rot. cor. Coccino *deciſ.* 1316. *numer.* 9. & in ſpecie de obſervantia ad declarandas reſervationes Papæ, Rot. *deciſ.* 608. *num.* 6. *part.* 2. *rec.* Adden. ad Gregor. *deciſ.* 184. *num.* 8.

Neque conſenſus præſtitus per Cardinalem Roſpiglioſium in ſecunda proviſione Apoſtolica criticari poterat ex eo, quod non præceſſerit collationem Vicariæ, unde inferebatur, quod potius redoleat agnitionem proprii non Juris; hoc enim procederet, ſi ageretur de conſenſu clandeſtino præſtito ſine ulla ſcientia, & approbatione collatoris, cui ideo non præjudicat, in quibus terminis loquuntur auctoritates, quæ in contrarium allegabantur; ſecus autem in caſu, quo conſenſus præſtitus fuit ſciente, conſentiente, & approbante ipſomet collatore, prout eſt ille Clar. memoriæ Cardin. Roſpiglioſi præſtitus, receptus, & annotatus in libris Cancellariæ; ſicuti enim controverti nequit, quod ſi Dataria voluiſſet libere conferre, conſenſum præfatum nullatenus
22 admiſiſſet, ita ex illius admiſſione, & regiſtratione apparet, quod Juribus dicti Cardinalis Commendatarii noluit præjudicare, immo illa præſervavit, quod ſufficit, quia nullo Jure cautum reperitur, quod conſenſus in hoc caſu debeat præcedere, ſed ſatis eſt, quod interveniat etiam poſt collationem, ut in ſpecie notat Pariſ. *de reſignat. libr. 2. quæſt. 5. numer. 5. & 6. & lib. 8. quæſt. 8. numer.* 105. & melius *quæſt. 10. numer.* 9. Gomeſ. *ad regul. de impetrant. benef. per obit. famil. Card. quæſt. 28. numer.* 1. Duran. *deciſ.* 265. *num.* 38. & 39. & *in recent. deciſ.* 239. *num.* 16. & *ſeqq. parte* 16.

Extra difficultatem in caſu noſtro, ubi conſenſus intervenit tempore expeditionis literarum, quod ſufficere teſtatur de ſtylo Gomeſ. *ubi proxime d. qu. 28. ſub num. 1. verſ. ſufficit*; Et quidem
23 ubi præſtitus fuit contemporanee cum conſenſu præſtito per reſignantem coram Notario Cancellariæ, qui annotavit conſenſum, utriuſque a tergo literarum, juxta ſtylum, de quo apud Pariſ. *de reſignat. dicto lib. 8. quæſt. 7. num.* 24. & *quæſt.* 8. *num.* 91. abſque eo quod relevare poſſit conſideratio, quod Papa in ſupradictis duabus provi-
24 ſionibus non faciat mentionem de conſenſu Card. Commendatarii, quia juxta praxim, & ſtylum non ſolet fieri expreſſio hujuſmodi conſenſus, ſed ſatis eſt, quod de eo per ſcripturam fiat in Cancellaria fides, ut obſervat Gomeſ. *ad d. regul. de impetr. benef. per obitum familiar. Card. qu. 28. n. 1. verſ. nam de conſenſu.*

Nil relevante, quod Bulla Piana mandando fieri expeditionem novæ proviſionis a Sede Apoſtolica per Vicarios jam deputatos ab Abbate denotet, conſenſum illius debere præcedere proviſio-
25 nem, hoc enim argumentum nihil ſtringebat, dum ideo Bulla ſupponit in hoc caſu conſenſum debere procedere, ex quo ſupponit, quod Vicarii jam reperiantur deputati in exercitio curæ, & proviſi ab Ordinario, unde d. Bulla tanquam præſupponens conſenſum præcedentem ex figuratione facti, non dicitur, voluiſſe imponere ex hoc præſuppoſito legem novam contrariam diſpoſitioni Juris, & ſtylo, quæ contentantur conſenſu, ſive antecedenti, ſive ſubſequenti, Addend. ad Alexandr. *conſ. 56. lit. F. lib.* 4. Surd. *de Aliment. tit. 1. qu. 112. num. 18. verſ. Et non obſtat & num. 19. verſ. tamen, & verſ. Et ego cum aliis ſupra diſcept.* 17. & *num.* 8.

Denique non obſtabat, Papam derogaſſe Juri nominandi in illis verbis reſervationis — *Quod per Sedem Apoſtolicam tantum diſponi poſſit de Vicaria*, — juncto decreto irritanti; Quia reſpondebam,
quod diſpoſitio, & collatio Papæ eſt compatibilis 26
cum nominatione; ergo illi non cenſetur derogatum, & hanc compatibilitatem expreſſe declaravit Rot. *in dicta Tiraſonen. Vicaria* apud Garz. *de benefic. part. 9. cap. 1. num.* 310. cum aliis ſupra allegatis *n.* 18. & 19. & firmat Rot. *in d. Cæſaraugustana Beneficii 20. Novemb. 1686. §. non obſtat*, cor. Card. Caccia impreſſ. ſupra *diſcept. 12. n.* 40. & *ſeqq.*

Minus derogatio prætendi poterat ex verbo *diſponere* in dicta reſervatione adjecto, quaſi hoc importet diſpoſitionem pleno Jure; Hoc enim verbum eſt ſolita formula, cum qua conceptæ fuerunt omnes fere reſervationes, etiam generales, in quibus Papa ſemper adhibet verbum *diſponere*,
ut legitur in ipſa Extravaganti *ad regim. de Præb.* 27
*in Extravaganti ad Roman. ſub §. Romani verſ. Nullumque* & in Extravaganti execrabilis *verſ. quæ omnia*, & in regulis Cancellariæ, ſcilicet *in prima* ad finem, *in tertia* ubi de reſervatione ob aſſecutionem incompatibilium poſt medium *verſ. Ita quod, in ſeptima, & octava in principio*, & fere in omnibus aliis. Et tamen certum eſt, quod ex dd. reſervationibus generalibus ita conceptis non excluditur Jus nominandi, juxta opinionem Rot. *in d. Tiraſonen. Vicaria, & Doctorum*, de quibus ſupra *num.* 18.

Immo in caſu dd. deciſionum *Tiraſonen.* Papa in proviſione uſus fuerat verbo *diſponere*, ut legitur apud Garz. *part. 9. cap. 2. num.* 310. ibi — *Et ad illud, quod Papa in proviſione facta Michaelis declarat, quod nemo diſponere poſſit &c.* & nihilominus fuit deciſum per hæc verba non eſſe ſublatum Jus nominandi.

Ex quibus omnibus cenſui, & adhuc cenſeo, non fuiſſe ſublatum Jus nominandi, etiamſi agatur de reſervatione ſpeciali, cum reſervatio non obſtet Juri nominandi, quod etiam in Vicariis reſervatis B. M. S. Pius V. voluit competere Rectori habituali, præſertim cum Vicaria, de qua agebatur, eſſet erecta poſt, non autem ante Concilium, quo caſu dubitari poſſet, an quoad illam intraret diſpoſitio Conſtitutionis Pianæ, prout non intrare ſuſtinet Garz. *de benef. part. 9. cap. 2. num.* 311. qui propterea dicit, hujuſmodi Vicarias perpetuas erectas ante Concilium comprehendi ſub reſervationibus Beneficiorum, & Garz. opinionem ſimpliciter referunt Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 6. n.* 46. Ventrig. *in prax. part. 1. annot. 20. §. 2. n.* 9. quamvis mihi talis opinio non placeat, non ſolum, quia contra Garziam ſtat opinio Sacr. Rotæ, in duabus deciſionibus *Tiraſonen.* ab eo tranſcriptis ſub *num.* 308. nec non Gonz. *gloſſ. 5. §. 3. num.* 75. ſed etiam, quia quatenus idem Garz. velit dictas Vicarias cadere ſub reſervationibus plenarie, & excluſive ad jus nominandi, confunditur ex ſuis dictis, ex quo *num.* 312. Tenet etiam in iſtis Vicariis erectis ante Concilium habere locum Conſtitutionem Pianam in ea parte, in qua mandat deputari Vicarios ad nominationem Rectoris habitualis; ſatis eſt enim, quod illa locum habeat quoad deputationem faciendam ad nominationem, ut iſta nominatio cenſeatur volita etiam in Vicariis reſervatis propter identitatem, & generalitatem rationis, quam continet, dum gravavit Vicarios ad expediendam novam proviſionem Apoſtolicam, & ſolutionem annatæ, quod ſane applicatur generaliter omnibus Vicariis reſervatis, ſive erectis ante, ſeu poſt Concilium, cum in ſumma Conſtitutio Piana effectum reſervationis manere voluerit quoad jus ſimpliciter providendi, ne

Can-

Cancellaria Apoſtolica defraudaretur ſuis regalibus, & eſſet in damno, quod propterea præſervavit, ordinando expediri novam proviſionem, & per contrarium limitaverit, ſeu derogaverit quoad Jus plene, & libere providendi, concedendo Recto-
28 ri habituali jus nominandi in omni caſu vacationis, ſicut videmus in Parochialibus reſervatis, ubi Epiſcopus facit concurſum, & præeligit digniorem, cui Papa confert Beneficium; unde dicunt Doctores, reſervationem non intrare quoad præelectionem Epiſcopi, ſed ſolum quoad collationem, Ventrigl. *in prax. part. 2. annot. 5. §. 2. numer.* 36.

Teneo igitur firmam opinionem, quod in Vicariis ſive generaliter, ſive ſpecialiter reſervatis non intelligatur ſublatum Jus nominandi niſi in literis Apoſtolicis derogetur in individuo Conſti-
29 tutioni Pianæ emanatæ per viam legis; quamobrem valde amara mihi fuit reſolutio, cum ſortem non habuerim ad felicem exitum perducendi Jura Eminentiſſimi Domini Cardinalis Aloyſii Homodei Commendatarii, doctiſſimi viri, cujus inſigne, ac prægrande ingenium æmula purpuræ eminentia multiplices ſcientiarum numeros, quæ diviſæ ceteros admirabiles faciunt, collectos tenet, magnum in dictis majus in rationibus, quarum & una, nullo arctata confinio, dubitandi veſtigia relinquit, ita in ſubitis meditata proferens, aut meditatis occurrens, ut vigiles aliorum noctes ſuperarit. Præſentis Ævi gloria, amor, & invidia futuri, de quo plura referrem, ſi minus conſiderarem quid aures ejus pati poſſent, quam quid virtutibus debeatur.

Occaſione agendi de Vicariis quæro, an fructus Vicariæ vacantis pertineant ad ſucceſſorem in locis, ubi non intrat Camera ad formam Conſti-
30 tutionis Julii III. Affirmative reſolvit Card. de Luc. *de Paroch. deciſ.* 31. *num. 7. & ſeqq.* motus ex duplici ratione. Primo, quia Vicariæ erectæ in titulum perpetuum habentur Jure beneficiorum, adeo ut in eis locum habeat quicquid eſt diſpoſitum in Beneficiis; & ſecundo, quia congrua Vicario jam taxata, dicitur diſmembrata a Rectore habituali, ejuſque bonis ac reditibus ad præſcriptum Conſtitutionis Pianæ §. 47. & ſic fructus conſideratur uti ſtans de per ſe omnino independens a priori ſua cauſa: Ego in hoc articulo diſtinguendum puto, quod aut in aſſignatione congruæ facta in ere-
31 ctione Vicariæ fuerunt ei aſſignata certa bona ſeu corpora, itaut ſecuta ſit illorum diſmembratio, & Vicarius percipiat Jure proprio, ac de per ſe congruam ex illis bonis ſuæ Vicariæ applicatis, & tali caſu eadem ratio procedat in Vicariis perpetuis, ac in Beneficiis ad effectum, ut fructus pertineant ad ſucceſſorem; Aut vero Rector habitualis abſque diſmembratione bonorum, ſolvit annuatim certam ſummam Vicario pro ſua congrua, & tunc per obitum Vicarii non eſt dare fructus aliquos, ſed congrua extinguitur tanquam onus ac ſalarium debitum Vicario viventi, dum tali caſu regulatur Jure alimentorum, Rot. *dec.* 400. *n.* 18. *part.* 18. quæ per obitum alimentarii ceſſant, ac etiam quia dicitur uſusfructus aſſignatus Vicario, remanente proprietate apud Rectorem habitualem, qui per mortem extinguitur, & conſolidatur cum proprietate, ſeu demum reputatur penſio, quæ pariter eſt temporalis ad vitam cujuslibet Vicarii, per cujus obitum expirat, & proinde in hoc caſu Rector habitualis habebit fructus Vicariæ vacantis, ſeu, proprius loquendo, dicetur ei ceſſare onus, ut in ſpecie docet Panormit. *in cap. relatum il 2. de Teſtament. n. 5. verſ. Canonico datur Prabenda*, Rot. cor. Coccino *dec.* 1913. *n.* 21. *verſ. nam huic objecto.*

Quodque ſuperius dixi de aſſignatione congruæ facta in bonis diſmembratis intellige, quando diſ-
32 membratio eſt quoad plenum dominium, nempe quoad uſumfructum, & proprietatem, ut apud Pignatell. *conſult.* 126. *num.* 4. *tom.* 10. Rot. *deciſione* 218. *ſub num.* 14. *& ſeqq. part.* 38. *Rec.* nam alias ſi fuerit aſſignatio bonorum quoad uſumfructum cauſalem, ſcilicet, ut Vicarius percipiat ex eis annuam congruam, proprietas erit ſemper Rectoris habitualis, nec dicetur facta diſmembratio bonorum, & in hoc etiam caſu per obitum Vicarii ceſſabit uſusfructus ſeu congrua, & nihil debebitur ſucceſſori.

Ratio Card. de Luca, quod omnia diſpoſita in Beneficiis procedant in his Vicariis, non eſt vera
in hoc puncto, quia in Beneficiis datur Titularis 33
in actu, & habitu, in Vicariis autem Titularis proprius eſt Rector habitualis, Vicarius autem eſt miniſter illius quoad exercitium, tunc, & fructus ſequuntur titulum, licet enim etiam Vicarius habeat titulum, eſt tamen titulus ſervitorius, ſeu famulatus ac nudi exercitii, nec refert, an ſit Vicarius perpetuus, vel temporalis, ſeu amovibilis, quia ſemper eſt famulus, & miniſter ſervitorius Rectoris principalis, ut agnovit ipſe Card. de Luc. *de Paroch. diſc.* 17. *numer.* 5. & ideo uti miniſter non poteſt tranſmittere ad ſucceſſorem ſalarium illud, quod ſibi non debetur uti defuncto, nec minus ſucceſſori, qui tempore vacantiæ non adfuit, nec inſervivit, & tradunt Maſſob. *in prax. prælud.* 12. *num. prima & ſeqq.* Garz. *de benef. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 3. ubi loquendo de beneficiis, quæ ſunt de menſa Capituli dicunt, quod per mortem eorum, quibus conceſſi fuerint fructus pro illis inſerviendo, iidem fructus conſolidantur eidem menſæ.

Ad materiam Vicarii perpetui nota, quod non poteſt deputare alium Vicarium neque perpetuum, neque amovibilem, Ninott. *deciſ.* 8. Card. de Lu-
ca *de Paroch. diſc.* 17. Pellegrin. *in prax. Vicar.* 34
*part.* 1. *ſect.* 8. *num.* 7. ubi allegat non ſolum Text. *in cap. Clericos de offic. Vicar.* ſed etiam Concilium Lateranen. 3. *tit. de Vicar. cap.* 3. Gavant. *in Manual. in verb. Vicarius perpetuus num.* 10. Carol. Anton. de Luc. ad Ventrigl. *in prax. part.* 1. *annotat.* 20. §. 2. *num.* 6. Azor. *Inſtit. moral. part.*
2. *lib.* 3. *cap.* 6. *quæſt.* 10. nec intereſſe nec præſide- 35
re in choro Communitatis Beneficiatorum Eccleſiæ; nec cantare divina officia tam intra, quam extra Eccleſiam in Eccleſiis ei annexis; nec participare de diſtributionibus una cum Beneficiatis, nec de eleemoſynis aliiſque relictis Eccleſia pro Miſſis, & divinis officiis celebrandis, nec tenetur Communitas prædicta ei concedere partem Miſſarum celebrandarum ſive ex fundatis, ſive ex adventitiis, nec demum ille ſe ingerere poteſt in gubernio ejuſdem Communitatis; nec habere vocem activam & paſſivam in illius Capitulis, & Congregationibus; nec prætendere, quod ſine ejuſdem Vicarii licentia, & conſenſu Communitas Congregationem, & Capitulum facere non poſſit, ut me ſcribente, deciſum fuit in *Majoricen. Vicariæ* 20. *Junii* 1695. coram R. P. D. Muto.

R. P. D.

## CAPRARA

Lauden. Vicariæ.

*Lunæ 29. Martii 1694.*

Hieronymus Stella Vicarius perpetuus Parochialis Eccleſiæ S. S. Baſſiani & Ferioli extra mœnia Civitatis Lauden. fuit a Sede Apoſtolica proviſus de Præpoſitura Parochialis Eccleſiæ nuncupatæ S. S. Felicis, & Naboris, cum decreto tamen, quod prædicta Vicaria, quam retinebat, *eo ipſo vacaret apud S. Sedem, & quod nullus præter Romanum Pontificem de ea uti vacante diſponere poſſee*, cum clauſula *ſublata*, & decreto *irritanti*, ut in *Sum. num.* 1. In executionem hujus decreti, ac ſpecialis reſervationis Joannes Ganaſſales fuit de dicta Vicaria ab eadem S. Sede proviſus, ut in ejus *Summa numero ſecundo*, & ab examinatoribus Synodalibus approbatus exhibitis literis Apoſtolicis Vicario Laudenſi petiit immiſſionem, quam

licet

licet primo obtinuerit, tamen poſtea idem Vicarius remiſit Inſtantiam ad urbem pro declaratione decreti Datariæ, prætendente (poſt gratiam a Ganaſſale obtentam) Julio Pandino nominato ab Eminentiſſimo Cardinali Homodeo prædictæ Abbatiæ Commendatario, quod proviſio Datariæ eſſe deberet ad nominationem ejuſdem Commendatarii, & ſic de ejus perſona alias nominata.

Hinc Ganaſſales, expedito monitorio ab A. C. pro executione literarum Apoſtolicarum, obtinuit, a R. P. D. Organo A. C. deputato mandatum pro executione literarum Apoſtolicarum cum ſententia abſolutoria ab exceptionibus oppoſitis, a quibus fuit mihi commiſſa cauſa appellationi per ſignaturam cum clauſula *Perito literis arbitrio*, quod Domini dixerunt non intrare ad retardandam executionem literarum Apoſtolicarum habentium paratam executionem, per Text. *in cap. ſi cap. 5. & ibi gloſſ. verb. exequatur de conceſſ. præb. in 6.* quam non potuit retardare clauſula *arbitrio*, uti regula-
36 ta a Jure, Rot. *dec. 667. n. 1. part. 18. tom. 2. & dec. 82. num. 1. part. 19. rec.* ubi literæ ſunt juſtificatæ, *cap. ſi capitulo*, & ibi Gloſ. *in verb. exequatur de conceſſ. Præb. in 6.*

Reſervato enim ad favorem Datariæ, in qua vis Cauſæ conſiſtit, ſatis emicuit ex ipſo decreto in proviſione Præpoſituræ emanato, ubi fuit dictum *hanc Vicariam ita vacare debere, ut de illa per Sedem Apoſtolicam tantum diſponi poſſit*; Cum per iſtam ſpecialiſſimam reſervationem ex dictione *tantum* qualificatam, & reſtrictam ad liberam Datariæ diſpoſitionem excludatur diſpoſitio, & Jus cujuſvis alterius Collatoris, etiam Eminentiſſimi Abbatis Commeodatarii, ſive proviſio prætenda-
37 tur, ſive nominatio, Bald. *in l. ita nobis C. ad leg. Jul. de Adult.* Bart. *in l. prima & ibi* Jaſ. *num. 9. ff. ſi quis dicen.* Grat. *de diction. dict. 270. n. 21* Rot. *dec. 600. num. 7. part. 2. & deciſ. 257. n. 2. part. 16. rec.* cum agatur de decreto, ac forma in diſpoſitivis præſcripta, ut in terminis præcliſis hujus clauſulæ dixit Rot. *deciſ. 200. & deciſ. 247. part. 16. recentior.*

Nec hujus decreti vis evitatur ex eo, quod decretum prædictum reſtringi potuerit ad reſervationem, ſive menſium ſive aliarum generalium reſervationum, de quibus loquuntur *deciſiones in Tiraſonen. Vicariæ* coram Litta, quia cum prædictæ reſervationes jam extarent de tempore ema-
38 natæ Conſtitutionis B. Mem. S. Pii V. poſterioris, & incompatibilis, habentur pro derogatis per Text. *in cap. 1. de Conſtit. in 6. & in l. non eſt novum 36. & l. ſedec poſteriores ff. de legib.* & ad rem noſtram animadvertit Gonz. *ad reg. 8. Cancell. gl. 5. §. 3. n. 65.* & licet regulæ Cancellariæ in prædeceſſoris obitu expiratæ reviviſcant, mediante renovatione, quæ fit in primo initio novi Pontificatus: tamen hæc renovatio fit cum eiſdem qualitatibus, ac moderationibus, videlicet eadem inefficacia, & paſſiva derogatione Conſtitutionis Pianæ, ex quo ſequitur, quod regulæ novæ uti ſubrogatæ regulis prædeceſſorum *ex deduct. a* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 5. §. 3. num. 73. & num. 74.* in totum informentur ab eadem Conſtitutione Piana, & decretum Datariæ intelligatur de reſervatione diverſa, & ſpeciali, ne hoc decretum di-
39 catur ſuperfluum, & fruſtratorie appoſitum, Surd. *conſ. 122. num. 9. uſque ad* 14. Gratian. *diſcept. 995. num. 9.* Gonz. *ad reg. 8. §. 7. proœm. n. 128. & gl. 22. num. 5. gloſ. 30. num. 16.* Rot. *deciſ. 227. num. 5. part. 16. recent.* Quod non eſt dicendum in hac materia, ubi, mediante hoc decreto tanta ſpecialitate, & ſolemnitate emanato, Dataria voluit conſulere juri providendi libere rejectis aliorum nominationibus, quæ cum libera proviſione incompatibiles ſunt; Datariæ enim eſt mentem Pontificiam declarare tanquam Organum vocis Papæ, Gonz. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 63. num. 60.* qui in beneficialibus habet liberam, & abſolutam poteſtatem *ex cap. licet de Præbend. in 6.* Caſtrop. *oper. moral. tom. 2. tract. 13. diſp. 2. punct. 2. num. 50. verſ. non eſt dubium*, Rot. *deciſ. 184. in fine part. 10. recent.* per quam omnia beneficia dicuntur eidem obedientialia, & manualia ex celebri dicto Bald. *in leg. reſcripta num. 8. verſ. item omnia beneſic. & in cap. ſi gratioſe de reſcript. in 6. ubi* Geminian. *pæn. colum. & in conſ. 88.* Cened. *Canon. qu. quæſt. 22. num. 3.* Fagnan. *in cap. quanto de transl. Epiſcop.*

Nec ex narrativa vacationis Parochialis Eccleſiæ Vicariæ nuncupatæ ſequitur, quod Papa exinde cogitaverit agi de Vicaria habente actualem & habitualem curam, & ſic ignorare potuerit præjudicium Irrogatum Abbati Commendatario, cui fuerat reſervatum Jus nominandi *ex Conſtitutione 47. §. 4. S. Pii V.* ex quibus oriatur ſubreptio, vel obreptio, quæ gratiam Apoſtolicam inficiat; Quia quidquid ſit de erectione, & unione Vicariæ, uſum eſt Dominis ex ipſa Vicariæ expreſſione unionem ſupponi, & jus curæ habitualis in altero, ut explicavit Card. de Luc. *de decim. diſc. 11.*
*num. 5.* & Vicarium regulariter Rectorem Eccleſiæ 40
dici ſecundum Gomez. *ad regul. Cancell. reg. de Idiomate qu. 11. §. ſolutio*, & effective talem appellari ex deductis a Rebuff. *in prax. beneſic. de forma nova proviſionis fol. 47.* ex quibus apparet, narrationem factam Papæ fuiſſe talem, & ſufficientem, ut Papa cogitaverit in genere de exiſtentia Juris Parochialis principalis in alteram Eccleſiam, a qua Vicaria dependet, ut explicat Cardin. de Luc. *de decim. diſc. 11. n. 5.* cui proviſio libera præjudicet, quod ſufficit ad evitandam ſubreptionem gratiæ, Aymon. *conſ. 79. n. 13.* Buratt. *dec. 833. n. 6.* Rota *deciſ. 622. n. 3. p. 3. diverſ. & deciſ. 297. n. 6. p. 4. tom. 2. & dec. 161. n. 15. p. 18. rec.*

Imo etiam ſi explicitis verbis fuiſſet Papæ narratum, quod Vicaria eſſet unita Abbatiæ Eminentiſſimi Cardinalis Commendatarii, hoc non retraxiſſet Pontificem a libera proviſione, quam ſibi in gratia Præpoſituræ facta Hieronymo Stellæ per
ſpeciale decretum reſervaverat, ſuperaddito etiam 41
decreto irritanti, ut *in Summario impreſſo num. 1.* quod elidit quamcunque prætenſam ſubreptionem, Coccin. *deciſ. 2299. & in recent. deciſ. 330. num. 30. part. 9.* & Card. Cerr. *deciſ. 488. num. 10. & in Roman. Cenſus 9. Maii* 1589. cor. R. Archiep. Mediolan.

Non obſtat confugium, quod proviſio debuerit ex *Conſtitut. 47. S. Pii V.* reſtringi ad Pandinum ab Eminentiſ. Cardinali Abbate nominatum, quia
prædicta urgerent in reſervationibus menſium, 42
aut aliarum generalium reſervationum, in quibus procedunt *deciſ. Tiraſonen.* coram Litta, extra quos terminos verſamur, cum noſtra proviſio ſit ex reſervatione ſpeciali, mediante particulari decreto appoſito in individuali vacatione hujus Vicariæ, per quam manus cujuſvis alterius collatoris etiam Eminentiſ. Commendatarii fuerunt ligatæ, ut in *deciſ. 200. & deciſ. 274. part. 16. recent.* junctis decreto irritanti, & clauſula *quorum tenores*, quæ tanquam adinventa ad effectum derogandi quibuſcunque contrariis, de quibus debuiſſet fieri ſpecialis mentio, operatur effectum individuæ expreſſionis cum ſuis qualitatibus, Butr. *conſil. 2. alias 49.* ſæpius in hoc Tribunali approbatum, Caſſad. *dec. 10. & dec. 38. num. 3. de reg. Cancell.* Felin. *in cap. nonnulli num. 6. de reſcript.* Rub. *de clauſ. clauſ. 658.* Rot. *deciſ. 297. n. 25. p. 4. & deciſ. 200. n. 9. p. 9. & dec. 247. p. 16. recent.* & ſuſpendit ſpecialia, & individua gratiarum præcedentium Rub. *in ſingul. part. 4. circa clauſ. clauſ. 658. n. 11.* Caſſad. *deciſ. 10. n. 2. & deciſ. 38. num. 3. ſuper reg. Cancell.* ut fieri potuit Mandoſ. *in reg. 17. reſerv. q. 7. n. 5.*

Nec conſenſus præſtitus de anno 1675. a clar. mem. Card. Roſpiglioſo tunc temporis Abbate S. Baſſiani potuit ſuffragari Moderno Abbati, cum
retorqueatur, utpote præſtitus non ante proviſio- 43
nem, ſed poſt liberam Datariæ collationem factam Stellæ, *ut in ejus ſumm. n. 6.* e contra conſenſus prædi-

prædictus apparet ſucceſſive præſtitus ad cautelam,
ut acquireretur titulus melior futuris vacationibus,
& conſequenter non potuit inſervire loco nomi-
nationis, quæ juxta *Conſtitutionem S. Pii V. la*
47. debuit præcedere, ut ſupponitur ibidem §. 3.
ubi injungitur Vicario perpetuo pro tempore de-
putando, quod teneatur expedire novam provi-
ſionem ſuæ deputationis a Sede Apoſtolica, &
ſic Conſtitutio non intellexit de nominatione,
aut conſenſu Abbatis, qui ſequatur proviſionem
Apoſtolicam, ſed de nominatione, quæ proce-
dat, dum Vicarius ab Abbate jam deputatus te-
netur accipere a Sede Apoſtolica novam provi-
ſionem, unde prætenſus conſenſus ſubſecutus no-
ſtris terminis nullatenus applicatur, immo potius
redolet agnitionem proprii non Juris, ut in ter-
minis pene ſimilibus Cardinalis Indultarii animad-
vertit Card. de Luc. *tit. de benef. diſc.* 1. *num.* 1.
*verſ. tertio*, cum actus ad materiam interpretan-
dam inductus debeat eſſe univocus, & non æqui-
vocus, ex deduct. a Card. de Luc. *eod. tit. diſc.*
12. *num.* 7.

Et ita utraque &c.

R. P. D.

C A P R A R A

Lauden. Vicariæ.

*Luna 14. Junii 1694.*

QUia Domini hodie iterum agnoverunt con-
ſtare de reſervatione Vicariæ SS. Baſſiani,
& Ferioli favore Sedis Apoſtolicæ, ideo perſiſten-
do in deciſis coram me 29. Martii præteriti, ite-
rum etiam cenſuerunt non intrare arbitrium pro
retardatione literarum Joannis Ganaſſalis a Da-
taria proviſi, quoniam cum iſtæ juſtificatæ ex o-
mni earum parte dignoſcantur, celerem expoſcunt
executionem ad text. *in cap. ſi Capitulo de conceſſ.*
44 *Preben. in* 6. ibique Gloſſa *in verb. exequatur*,
Rot. *in Tuden. Parochialis* 29. *Maii* 1693. §. *Viſa
enim*, coram me.

Ex decreto enim in proviſione Hieronymi Stel-
læ de Præpoſitura SS. Naboris, & Felicis appoſi-
to, quod ſcilicet Vicaria SS. Baſſiani, & Ferioli,
quam ipſe antea poſſidebat – *eo ipſo vacaret, ita-
ut de illa per Sedem Apoſtolicam tantum diſponi*
45 *poſſit* – ſatis conſtitit de reſervatione prædicta fa-
vore Sedis Apoſtolicæ, ex qua præcluſum reman-
ſiſſe quodcunque Jus cujuſvis alterius collatoris,
ut firmatum fuit in præterita deciſione coram me
§. *Reſervatio*, ideoque illius vigore potuit Dataria
ad illius proviſionem legitime procedere, tanquam
de reſervata.

Hinc ceſſat prætenſio, quod pro retardatione
executionis earundem literarum ſufficiant adducta
pro Pandino ab Eminentiſſimo Commendatario
nominato, eo quod ex illis, ſi non clare, & ſu-
perlative conſtet de inſubſiſtentia reſervationis,
ſaltem iſtam aliqua dubietate afficiant, quod ſatis
eſſe credebatur in caſu præſenti, ubi cauſa com-
miſſa fuit cum clauſula *Arbitrio Rotæ*, quæ re-
46 miſſo Juris rigore contentari ſolet aliquali dubie-
tate, Rot. cor. Cavaler. *deciſ.* 91. *num.* 1. coram
Coccin. *deciſ.* 352. *num.* 2. *&* *deciſ.* 172. *num.* 1. *&*
2. *part.* 17. *recent.*

Quia cum nulla reſervationis dubietas concur-
rere poſſit in præſenti, ubi de illa clare conſtat
ex recenſito decreto, ſed tota quæſtio cadat ſuper
exceptione, quod Vicaria debuerit a Sede Apo-
47 ſtolica ad nominationem Eminentiſſimi Commen-
datarii provideri, inde ſequitur ſimplici exce-
ptione turbida, & irrelevanti literarum executio-
nem retardari non poſſe, ut in his terminis re-
ſpondit Rot. *deciſion.* 150. *numer.* 8. *part.* 17. *re-
centior.*

Corruunt etiam duo in hodierna audientia re-



petita objecta, in quibus Pandinus ſuæ oppoſitio-
nis potiſſimum fundamentum conſtituebat. Alte-
rum, quod decretum reſervationis ſubreptitium re-
manſerit, eo quod Papæ narratum non fuerit,
Vicariam ex lege fundationis provideri debere ad
Abbatis Commendatarii nominationem; & alte-
rum, quod admiſſa in Pontifice ſcientia pertinen-
tiæ Vicariæ ad Abbatem, decretum reſervationis
incompatibile non ſit cum nominatione ejuſdem
Abbatis.

Primum enim corruit, tum quia decretum re-
ſervationis uti appoſitum motu proprio Papæ, de
ſubreptione redargui nequit, per Text. *in cap. ſi* 48
*motu proprio de preben. in* 6. Roſa *de executione
liter. Apoſt. cap.* 5. *num.* 107. Lother. *de re benef.
lib.* 3. *quæſt.* 1. *numer.* 63. Rot. cor. Coccin. *deciſ.*
888. *num.* 13. *&* *deciſ.* 205. *num.* 6. *part.* 13. tum
etiam, quia ex ſola expreſſione Vicariæ, ſi non
ſpecifice, ſaltem in genere potuit Papa de Jure al-
terius proveniente ex dependentia, & annexione,
ſeu etiam ex Conſtitutionibus Apoſtolicis cogita-
re, quod ſatis eſt, ut ſubreptionis vitium exclada-
tur ex firmatis per Card. de Luc. *de benef. diſc.* 42.
*num.* 11. *&* *diſc.* 55. *num.* 22. *in fin.* Rot. cor. Cer-
ro *deciſ.* 549. *num.* 10. *&* *in rec. deciſ.* 93. *n.* 23.
*part.* 10. cum aliis in præterita deciſione allegatis
§. *Nec ex narrativa.*

Secundum vero tollitur ex ponderatione verbo-
rum ejuſdem decreti reſervationis præſeferentium
voluntatem Papæ, quod de Vicaria a Sede Apo- 49
ſtolica *tantum diſponi poſſit*, quæ certe taxativa
*tantum* juncto verbo *diſponi* cum aliis clauſulis re-
ſtrictivis penitus excludunt concurſum cujuſvis al-
terius collatoris ex adductis in præterita deciſione
§. *Reſervatio enim*, & important liberam diſpoſi-
tionem Vicariæ ad favorem Sedis Apoſtolicæ;
quæ ex ſui natura incompatibilis cum proviſione
ad alterius nominationem ex animadverſis per Rot.
cor. Coccino *dec.* 1504. *num.* 73.

Neque viget, quod cum vigore Bullæ Pianæ la
47. Vicariæ nominatio ad Abbatem Commenda-
tarium ſpectare deberet reſervatio prædicta, opo- 50
retur quidem proviſionem ad Papam pertinentem,
ſed limitate ad perſonam a Commendatario no-
minandam, juxta *deciſ. Tiraſonen. Vicariæ* penes
Garziam *de benef. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 309. *&* 310.
quam Auctor ipſe ſequitur ibidem *num.* 316. Con-
rad. *in prax. benef. lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 42. Rot. cor.
Buratt. *deciſ.* 150. *num.* 6. & cor. Duran. *deciſ.* 21.
*num.* 2.

Fuit enim objecto reſponſum in deciſione, quæ
confirmatur §. *Nec obſtat*, & denuo reſpondetur,
quod illud procedere quidem poſſet in terminis
reſervationum generalium, de quibus loquuntur
*deciſiones Tiraſonen.* ceteræque auctoritates ſupra
relatæ, quia per Bullam Pianam reſervationibus
generalibus derogatum fuit, nullatenus tamen ap-
plicari poſſe, nec objectum, neque auctoritates
terminis præſentis caſus, in quo agitur de re- 51
ſervatione ſpeciali, & poſteriori dictæ Conſtitu-
tioni, cui propterea ipſa derogare non potuit,
cum ex illa ligatæ non dicantur manus Pontifi-
cum ſucceſſorum, ut in terminis advertit Rot. co-
ram Bich. *deciſ.* 662. *numer.* 30. & generaliter de
quacunque Conſtitutione per Text. *in cap. dudum
verſ. nos igitur de Preben. in* 6. tradunt Bero *conſ.*
147. *num.* 17. *lib.* 3. Rot. cor. Coccin. *dec.* 1059.
*num.* 39. *&* 40. *&* *deciſ.* 1060. *num.* 10. ſed immo
potius decretum e medio Conſtitutionem ſubſtulit
ex regula, quod poſteriora derogant prioribus, ad
text. *in leg. non eſt novum* 26. *&* *leg. ſed & poſte-
riores* 28. *ff. de legib. &* *in cap.* 1. *de Conſtitut.
in* 6.

Ceſſare eo magis viſa fuit objectivis, & effica-
cia reflectendo ad verba nominationis factæ anno
1598. a fel. mem. Card. Cæſio *Summario Pandi-
ni num.* 1. ex qua iſte Jus ſuæ nominationis fun-
damentum ſumere prætendebat; Illa enim ex ſui
amplitudine non patiuntur reſtrictionem ad ſimplex 52
Jus Abbatis nominandi ad Vicariam, ſed imo im-

portare videtur ejus favore omnimodam Vicariæ diſpoſitionem, ſeu collationem, quam quandoque etiam Prælatis inferioribus competere aſſerit Rebuff. *in prax. benef. tit. de Vicariis perpetuis num. 13. fol. 294.* ibi enim – *ad dictum Eminentiſſimum perpetuum Commendatarium ejuſque in dicta Abbatia ſucceſſores deputatio hujuſmodi Vicarii, ſeu quælibet alia diſpoſitio de dicta Vicaria ſpectare & pertinere dignoſcitur* – quo poſito extranei eſſent termini Bullæ Pianæ loquentis tantum de ſimplici nominatione; ſed verſamur in terminis collationis competentis Abbati, in quibus Papa potuiſſet abſque ulla nominatione concurrendo cum inferiori collatore, illumque præveniendo Vicariam conferre, per text. *in cap. dudum & cap. ſi a Sede de Præbend. in 6.* Lother. *de re benefic. lib. 2. quæſt. 24. numer. 67.* Gonzal. *ad regul. 7. §. 2. proœm. n. 1.* Rot. coram Cavaler. *deciſ. 184. num. 1.* cum aliis adductis per Card. de Luc. *de benef. diſc. 19. num. 11. & diſc. 23. num. 3.* & ſola quæſtio cadere poſſet ſuper voluntate Pontificis conferendi Vicariam hoc modo potius, quam uti reſervatam, ut ſequendo magiſtralem *deciſ. 25. part. 10. recent.* advertit Cardin. de Luca *locis mox citatis.*

Nihil demum relevat prætenſa obſervantia deducta ex nominatione, & conſenſu, facta, & præſtito reſpective ab Eminentiſſ. Abbatibus; Nam
53 ad proviſionem Vicariæ fuiſſe a Sede Apoſtolica proceſſum vigore talis nominationis, ſive conſenſus nullatenus demonſtratur, imo contrarium potius convincitur; tum quia de prædicta nominatione in literis proviſionis nulla legitur facta mentio, ut in his terminis ratiocinatur Card. de Luc. *de benef. diſc. 7. verſ. & propterea*, & fieri conſuetum eſſe teſtatur Rebuff. *in ſua prax. in formula*, quam ipſe tradit *ſub titulo forma nova proviſionis §. exhibita fol. 198. & fol. 207. num. 6.*

Conſenſus vero præſtitus a fel. mem. Card. Roſpiglioſo proviſionem Datariæ non præceſſit, ſed ſubſecutus eſt; ideoque ſupplere non potuit vires
54 nominationis, quæ ex mente dictæ Pianæ Conſtitutionis præcedere debuiſſet nominationem, ut in eadem Conſtitutione §. 3. ſupponitur, & animadverſum quoque fuit in præterita *deciſ. §. Nec conſenſus*.

Et ita probando in reliquis deducta in præterita deciſione utraque Parte audita reſolutum fuit.

## ARGUMENTUM.

**In quibus caſibus ſuffragari poſſit ultimus ſtatus in Beneficialibus ad intelligentiam Textus in** *capit. Conſultationibus de Jurepatronat.* **lite pendente ſuper proprietate, an patronus exiſtens in poſſeſſione poſſit præſentare, & ejus præſentato ſit danda inſtitutio, & alia ad materiam ultimi ſtatus.**

### *SUMMARIUM.*

1 *Quid diſponat* Text. in cap. Conſultationibus de Jurepatr.

2 *Non attenditur ultimus ſtatus, ſi re integra compareat patronus verus, & doceat de proprietate Juriſpatronatus.*

3 *Proprietas an ſit clara, necne, quomodo judicetur, & n. 4.*

5 *Patrono vero ſi detur ſententia ſuper proprietate, & Inſtitutio præſentato a patrono putativo, iſte non removetur, ſi patronus verus obtineat rem judicatam ſuper proprietate.*

6 *Si proprietas reſultet ex obſervantia, an dicatur conſtare de ea per publicum inſtrumentum?*

7 *Si ultimus ſtatus habet in ventre errorem, vel vitium tituli, an perdat privilegium poſſeſſoris?*

8 *Non poteſt hæres allegare ultimum ſtatum vigore* cap. Conſultationibus *ex perſona auctoris.*

9 *Poſſidens Jus præſentandi ad unum Beneficium, dicitur poſſidere etiam quoad aliud ejuſdem fundationis.*

10 *Patronus, lite pendente ſuper proprietate, poteſt præſentare continuative.*

11 *Quid, ſi pendeat lis ſuper poſſeſſione?*

12 *Lite pendente ſuper proprietate, an ſit concedenda Inſtitutio præſentato per patronum, qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi? vide num. 13.*

14 *Poteſt dari proviſio Apoſtolica Beneficii, quod prætenditur de Jurepatron. conditionata cum clauſula*, quatenus de Jurepatronatus exiſtit, *accedente* conſenſu patronorum, *ſin minus libere.*

15 *Ultimus ſtatus proteſtatus quando conſtituat in quaſi poſſeſſione.*

## DISCEPTATIO XXVIII.

Vulgatus in foro Textus Alexandri III. *in cap. Conſultationibus de Jurepatr.* decernit, quod inſtitutus ad præſentationem patroni putativi, qui juxta ultimum ſtatum erat in quaſi poſſeſſione 1
præſentandi, non debet ab Eccleſia removeri, ſi re amplius non integra patronus verus compareat, qui evicerit in Judicio Juſpatronatus, cum ex hoc ei, qui de jure debet habere, nullum in poſterum præjudicium generetur. Si vero Patronus putativus non erat in poſſeſſione præſentandi, inſtitutus debet ab Eccleſia removeri. Doctores autem communiter intelligunt hunc Textum circa primam partem, quando patronus putativus erat poſſeſſor bonæ fidei, tunc enim inſtitutus ad ejus præſentationem non debet removeri, ſecus ſi eſſet poſſeſſor malæ fidei; tunc enim ille removendus eſt, ut ſcribit ibi Innocent. *num. 1. verſic. ſi autem eſſet*, Panorm. *n. 4.* Barb. *num. 8.* Rot. *deciſ. 7. num. 1. de Jurepat. in novis*, ſuper hoc tamen vide infra *num. 7. in fine*, ad acquirendam vero quaſi poſſeſſionem quinque requiruntur ſecundum Barboſam *ibidem n. 5. verſic. Præſentatus*, ubi inter alia requirit, quod præſentatio facta fuerit bona fide, Salgad. *de libert. benefic. art. 6. num. 1. & ſeqq.* Rot. coram Merlin. *deciſ. 870. num. 11. & deciſ. 252. num. 5. part. 10. rec.* adde tu, vel ſaltem non male, quodque ille, in cujus præjudicium poſſeſſio quæritur, hoc ſciat & patiatur, Card. de Luc. *de Jurepatr. diſc. 9. n. 4. & diſc. 36. num. 13.* Rot. *in Bononien. Parochialis ſuper manutentione 2. Febr. 1680.* coram Vicecomite.

Textus iſte non procedit, ſi verus patronus compareat cum ſuo præſentato re integra ante ſe- 2
cutam inſtitutionem præſentati a patrono putativo, & doceat de Jurepatronatus per rem judicatam, publicum inſtrumentum, vel confeſſionem partis; tunc enim proprietas abſorbet poſſeſſorium, juxta theoricam originaliter traditam a Panormit. *in dict. cap. Conſultationibus num. 9. verſ. quod ego intelligerem*, quam refert, & ſequitur Penia *in deciſ. 1630.* quæ reputatur in materia magiſtralis *ut num. 4.* & eſt inconcuſſa opinio Sacr. Rotæ, de qua *in Romana Beneficiatus S. Laurentii in Damaſo* coram clar. mem. Card. Caccia impreſſa ſuperius *diſcept. 4. num. 27.* & me ſcribente *in Lauden. Canonicatus 3. Martii 1697. §. minus*, cor. R. P. D. Tremoille, quæ tamen concluſio non eſt intelligenda ita ſtricte, ut nempe illa tria requiſita ſint adeo limpidiſſima, ut nihil eis objici valeat; nam hodie apud modernos inolevit opinio, ut quæcunque etiam minima, & leviſſima umbra difficultatis, aut objecti in petitorio eis ſufficiat, ut concedere poſſint inſtitutionem præſentato ab habente pro ſe ultimum ſtatum, ſed intelligenda eſt,

Digitized by Google

eſt, ut proprietas tunc dicatur clara ad effectum abſorbendi poſſeſſorium, quando eſt talis, ut non habeat difficultates requirentes altiorem indaginem, vel quæ animum docti Judicis in ancipiti libera ſuſpendant ex dubietate morali non autem phyſica, & materiali; alias enim cum in omni re etiam clariſſima ex ſubtilitate ingeniorum inveniri poſſint dubitandi rationes, ſeu potius nebulæ quædam, ſequeretur, quod nunquam, aut rariſſime haberet locum concluſio, quod proprietas veri patroni re integra comparentis, abſorbeat poſſeſſionem patroni putativi, quando tamen, ut dicatur ceſſare claritas proprietatis, objecta debent eſſe fortia, ſeu rem moraliter dubiam inducentia, ut patet ex Rota in allegata *Romana Beneficiatus S. Laurentii in Damaſo*, ubi plura objecta rejiciuntur, & pariter in dicta *Lauden. Canonicatus* coram Tremoille, & in aliis deciſionibus paſſim.

Et male putant, qui in hac materia procedunt cum regulis poſſeſſorii, quæ militant in prophanis; nam termini hujus poſſeſſorii in Beneficialibus longe differunt ab illis, quippe ſi inſtituatur præſentatus ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi, patronus verus, etiam, quod poſtea per rem judicatam obtineat canonizari ſuam proprie-
4 tatem, non exinde recuperat fructus ſui Juriſpatronatus, dum non poteſt amplius removeri inſtitutus ad præſentationem patroni putativi, & propterea talis inſtitutio ei infert præjudicium irreparabile, ut bene advertit Rota coram Penia *deciſ.* 1630. *num.* 8. & 9. & quod inſtitutus ad præſentationem patroni putativi, ſeſe opponente re integra patrono vero cum ſuo præſentato, non poſſit removeri, ſi patronus putativus ſuccumbat po-
5 ſtea in proprietate, docet Panorm. *in cap. liter. de Jurepatr. n.* 9. *verſ. ſed ſi inſtitueretur*, Berous *num.* 53. *verſ. quia ſi Præſentatus*, & *num.* 5. unde ſi re integra patronus verus, & putativus compareant cum ſuis præſentatis, & lis deſuper pendeat ſuper inſtitutione, ſi Judex det inſtitutionem præſentato per patronum putativum, & ſententiam favore patroni veri ſuper petitorio, ſeu pertinentia Juriſpatronatus, non exinde removebitur inſtitutus ab Eccleſia, quando patronus verus evicerit Juſpatronatus per tres ſententias conformes, ſeu rem judicatam; nam hæc ſolum deſerviet pro futuris vacationibus, juxta Text. *in dicto cap. Conſultationibus* ibi – *cum ex hoc ei, qui de jure debet habere nullum impoſterum præjudicium generetur*, & fuit opinio Geminiani *in Canon. hæc quippe* 3. *quæſt.* 6. quam refert Berous *in dict. cap. ex literis num.* 53. *verſic. ſed hanc*, & *num.* 54. & Lambert. *de Jurepatron. libr.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 4. *num.* 1. *verſic. quia ſi illam facerent fol.* 451. *col.* 1. & *verſic. ſed ſi inſtitueretur Præſentatus fol.* 452. *col.* 2. & *verſic. Ego in hoc dicerem fol.* 453. *col.* 1. Lancellott. *de attentat. lite penden. in præfat. num.* 554. *verſic. ſed ſi inſtitueretur*, Lother. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 34. *num.* 32. *verſ. ſi enim* & *numer.* 33. *verſic. unde*. Stante igitur hoc irreparabili damno veri patroni, caute procedi debet in concedenda inſtitutione præſentato per patronum putativum exiſtentem in quaſi poſſeſſione præſentandi, ſi patronus verus doceat de ſuo Jurepatronatus per publicum inſtrumentum, rem judicatam, vel confeſſionem partis, quamvis contra hæc tria aliquid oponatur, dummodo objecta non involvant urgentem, & gravem dubietatem, neque Judex in hoc puncto multum de ſe ipſo confidat, putando dubietatem gravem, quæ gravis non eſt, ut ait Corneus *in leg.* 1. *ff. ſi certum petat. numer.* 13.

Si autem Juſpatronatus per patronum verum probari non poſſet per inſtrumentum publicum fundationis, quia videlicet illud haberet ex obſervantia centenaria, utrum hæc obſervantia reputa-
6 ri deberet pro publico inſtrumento? Ego teneo, quod obſervantia tali caſu ſtet loco inſtrumenti fundationis; nam qualis eſt obſervantia, talis præſumitur fundatio Juriſpatronatus, Cardin. de Luc. *de Jurepatr. diſc.* 60. *num.* 9. Rot. *deciſ.* 167. *num.* 10. & 11. *part.* 6. & *deciſ.* 265. *num.* 7. *part.* 7. & *deciſ.* 237. *num.* 11. *part.* 13. Celſ. *deciſ.* 106. *num.* 7. Merlin. *deciſ.* 798. *n.* 13. ſed difficultas eſt in probatione obſervantiæ; nam ſi deduceretur ex præſentationibus, & inſtitutionibus per publicum documentum, pacificis, & effectuatis, dicerem conſtare de Jurepatronatus, ac ſi adeſſet publicum inſtrumentum fundationis, dummodo tamen ſtatus non eſsent dubii, & æquivoci, aut aliam difficultatem involventes, ut in puncto Rot. *in Bononien. Parochialis ſuper manutentione* 26. *Junii* 1682. §. *Siquidem*, cor. bon. mem. Urſino, & cor. Othob. *deciſ.* 234. *numer.* 32. ſed ſi probatio deſumeretur ex teſtibus, enunciativis, adminiculis, & aliis hujuſmodi, non verificaretur requiſitum publici inſtrumenti, ſeu documenti, niſi probationes eſsent claræ, & facerent clare conſtare de Jurepatronatus, dum proprietas clara abſorbet poſſeſsorium, etiamſi non reſultet ex re judicata, confeſſione partis, & inſtrumento fundationis, ut firmavit Rota *in dicta Bononien. ubi ſupra*; hæc enim tria requiſita per Doctores requiruntur demonſtrative ad oſtendendum, quod proprietas debet eſse clara, non autem taxative, itaut alius modus æquipollens non debeat admitti; nam Panormitan. qui ponit hanc theoricam in *cap. Conſultationibus*, nihil aliud dicit, quam ibi – *Secus autem ſi prius conſtiterit de proprietate, quia proprietas abſorbet cauſam poſſeſſionis* – & eodem modo loquitur Rota antiqua *in deciſ.* 167. *num.* 10. *part.* 2. *diverſ.* licet poſtea *in deciſ.* 1630. coram Penia *numer.* 4. poſita fuerint dicta tria requiſita, demonſtrative, & exemplificative ad ſignificandum, quod proprietas debet conſtare ex probationibus claris, ut bene ſe declarat idem Penia *ibi num.* 6.

Pone, quod tempore vacationis Beneficii repe- 7
ritur patronus putativus in poſſeſſione præſentandi ex ultimo ſtatu, qui tamen habet in ventre errorem expreſsum tituli nulli, & vitioſi, ut ex. gr. ſi quis præſentaſset in Jurepatronatus hæreditario uti hæres ultimi poſſeſsoris, ſi non erat hæres, & gentilitio, ſeu familiari, uti de familia, ſeu de agnatione, ſi talis non erat, vel ſi præſentaſset uti emptor, in ſpecie Juriſpatronatus, qui eſt titulus ſimoniacus *cap. de Jure* 16. *de Jurepatr.* & iſte error ſeu vitium tituli deduceretur ſive ex lectura præſentationis, ſive ſententiæ inſtitutionis Ordinarii, utrum haberet locum privilegium *cap. Conſultationibus*? Diſtingue: aut ſumus ante ſecutam inſtitutionem, & comparente vero patrono, eoque docente de errore, ſeu vitio tituli, cui innititur ultimus ſtatus, rejici debet præſentatus ab exiſtente in poſſeſſione præſentandi & inſtitui præſentatus à vero domino; idque ampliarem, etiamſi error, ſeu vitium tituli requireret altiorem indaginem, quia tali caſu poſſeſſio, ſeu ultimus ſtatus eſt titulatus, & adeſt concatenatio tituli cum poſſeſſione, nec poteſt unum ſcindi ab altero, & proinde ſuffragari non valet poſſeſſio ſeu ultimus ſtatus intra limites meri poſſeſsorii propter admixtam ſocietatem tituli, ſed poſſeſsorium efficitur ordinarium; nam non poteſt quis juvari poſſeſſione, niſi titulus, ex quo ea dependet, juſtificetur, Adden. ad Gregor. *deciſ.* 283. *num.* 8. Rota coram Cerr. *deciſ.* 224. *num.* 5. aut vero ſumus re non integra, quia nempe ſecuta eſt inſtitutio, nemine contradicente, & tunc, licet poſſit conſiderari bona, vel mala fides poſſeſsoris juxta ſuperius dicta *num.* 1. tamen, non obſtante mala fide, non eſse removendum inſtitutum, ſed tantum, quod verus patronus, conſtito de mala fide præſentatis, repræſentabit inſtitutum, juxta Text. *in cap. ſi vero* & *cap. cum propter de Jurepatr.* ſuſtinet Lambert. *de Jurepatr. lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 2. *per tot. ſignanter n.* 6. *fol.* 447. & *ſeqq.* Menoch. *conſ.* 90. *n.* 126. *lib.* 1. concordat Rocch. de Curte *in verb. competens alicui n.* 50. & *ſeqq.* vide ra-

tiones, & declarationes apud ipſos, nec non pondera Alexand. *conſ.* 75. *num.* 46. *cum plurib. ſeqq. lib.* 4.

Succeſſor nequit allegare ultimum ſtatum ex poſſeſſione auctoris quoad ipſum factum, ſed be-
8 ne quoad effectum juris, nempe probandi pertinentiam, necnon præſentandi, & obtinendi inſtitutionem præſentati, Rot. *in Mediolanen. Prioratus* 14. *febr.* 1701. coram R.P.D. Scotto, non tamen hæc poſſeſſio juvat pro manutentione, Rot. *in Januen. Juriſpatron.* apud Marcheſ. *de commiſ. part.* 2. *num.* 4. *fol.* 518. licet contrarium firmaverit *in d. Mediolanen. ſuper dubio manutentionis*, in quo ego ſcripſi; nam pro manutentione requiritur poſſeſſio propria, ſeu exercitium facti, alias otioſa foret communis opinio, quod poſſeſſio præſentandi non transfertur in ſucceſſorem, de qua Coccin. *dec.* 364. *num.* 1. *dec.* 2070. *num.* 16. Ubald. *deciſ.* 542. *num.* 10. Peuting. *dec.* 266. *num.* 22. Greg. *dec.* 222. *num.* 6. Duran. *dec.* 61. *num.* 6. Priol. *deciſ.* 113. *n.* 29. *& dec.* 136. *n.* 18. Mantic. *dec.* 88. *num.* 5. Merlin. *dec.* 563. *num.* 2. *& in rec. dec.* 362. *num.* 18. *part.* 17. *& dec.* 64. *num.* 34. *par.* 13. Card. de Luc. *de Jurepatr. diſc.* 63. *num.* 31. Vivian. *lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 16. ubi ſolum limitat, ſi cum hærede adeſſet aliquis, qui ſimul cum hæredis auctore præſentaſſet, vel Juſpatronatus competeret dignitati, ſeu annexum eſſet feudo, *dec.* 136. *num.* 26. *par.* 19. Rurſus poſſeſſio auctoris non juvat ſucceſſorem pro continuatione actus præſentandi, lite pendente ſuper proprietate; nam eſt continuatio facti, quod ſucceſſor non habet; nec demum juvat non habentem eaſdem qualitates, quas habebat defunctus, puta ſenioritatis, idoneitatis & ſimilium, Merlin. *dec.* 824. *n.* 8. *&* 9.

Qui vero eſt in actuali poſſeſſione præſentandi ad unum Beneficium, dicitur etiam eſſe in poſſeſ-
9 ſione quoad aliud Beneficium ejuſdem fundationis, Lother. *de re beneſ. lib.* 2. *qu.* 10. *num.* 20. Poſth. *de manut. in obſerv.* 73. *n.* 148. Adden. ad Greg. *deciſ.* 557. *n.* 8. & talis poſſidens poteſt allegare ultimum
10 ſtatum etiam in vacatione ejus Beneficii, in quo nondum præſentavit, & poteſt continuare in præſentando, lite pendente ſuper proprietate, juxta ea, quæ dixi ſupra *diſcept.* 4. *ſub n.* 54. *verſ. Ego dice-*
11 *bam & ſub n.* 57. *fol.* 96. dummodo lis non vertat ſuper ipſa poſſeſſione, Lother. *de re beneſic. lib.* 2. *qu.* 20. *n.* 16. *& ſeqq.* ubi, quod etiam in hoc caſu poteſt quidem fieri præſentatio, & hæc facta tenet, ſed debet ſuperſederi uſque ad exitum litis in inſtituendo præſentatum, Menoch. *conſ.* 90. *n.* 135. *lib.* 1. Lap. *alleg.* 136. *n.* 24. 7. *&* 8. Ferret. *conſ.* 192. *n.* 15. *libr.* 1. ubi, quod poteſt fieri præſentatio, lite pendente ſuper proprietate, etiam non obſtante inhibitione Judicis, Mareſcott. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 55. *n.* 42. Lancell. *de attent. in præfat. num.* 546. 548. *&* 555. *in fin.* Rot. cor. Rembold. *dec.* 591. *num.* 24. *& ſeqq.* & cor. Coccino *deciſ.* 2080. *n.* 19.

An autem, lite pendente ſuper proprietate, ſi vacavit Beneficium, & patronus exiſtens in poſſeſſione præſentavit, ejus præſentato ſit danda in-
12 ſtitutio, vel expectandus exitus litis, diſputant acerrime Canotiſtæ in *cap. ex literis de Jurepat.* nam, quod ubi præſentatin eſt facta poſt motam litem ſuper proprietate non poſſit dari inſtitutio, ſed debeat ſuperſederi uſque ad exitum litis, tenet Gloſſ. *ibidem in verb. antequam*, Panorm. *num.* 7. 8. *&* 9. ubi, quod alias inſtitutio eſt nulla, Butr. *num.* 12. Joann. de Anan. *n.* 15. & hoc etiam placuit Lambertino; quando tamen lis fuiſſet mota antequam vacaret Eccleſia, ut *part.* 1. *lib.* 2. *q.* 3. *art.* 4. *num.* 6. Rocch. *in verb. competens num.* 52. *& ſeq.* Dicas in hoc caſu præſentato ab exiſtente in quaſi poſſeſſione dandam eſſe inſtitutionem, nec differendam ad exitum litis, Gonzal. *in cap.* 2. *de integr. reſtit. n.* 6. *& in cap. querelam de elect. n.* 14. Berous *in d. cap.*
13 *ex literis nu.* 53. *&* 54. Menoch. *conſ.* 90. *n.* 133. Limita, quando proprietas eſſet clara, juxta explicata *n.* 2. *& ſeq.* nam tunc inſtitutio differri deberet ad cognitionem petitorii, nec eſſet attendenda ejus ſuſpenſio, alias actus inſtitutionis eſſet nullus, Lother. *lib.* 1. *q.* 34. *n.* 31. *& ſeq.* vide d. *Mediolanen. Prioratus ſuper Manutentione* 15. *Junii* 1703. §. *pendentia cum ſeq.* cor. R. P. D. Scotto. Si autem lis pendeat etiam ſuper poſſeſſione, licet controverſum ſit, an poſſit valide fieri præſentatio, ubi affirmativam tenet Calder. relatus per Lap. *alleg.* 136. *n.* 8. Lother. *ſupra citatus n.* 11. Rembold. *dec.* 591. *num.* 26. negativam vero Lancellott. *de attent. lite pend. in præfat. n.* 548. *uſque ad* 555. Rot. *Noviſſime in Vercellen. Canonicatus* 30. *Junii* 1704. §. *Et quatenus*, coram R. P. D. Caffarello adhuc etiam juxta opinionem Calderini, quod teneat præſentatio, iſta non poteſt admitti ab Ordinario, ſed expectandus exitus litis, a quo pendebit validitas, vel nullitas præſentationis, Berous *in d. cap. ex literis n.* 19. Canoniſtæ *in d. cap.* 2. *de in integr. reſtit.* cum aliis apud Lother. Lancellott. & Rembold. *ubi ſupra*; hinc Sedes Apoſtolica apponit manus derogando Juripatronatus, lite pendente in poſſeſſorio aut petitorio, ne, dum ignoratur quis ſit patronus, vel poſſeſſor legitimus, interim Beneficia ſint vacantia, ut in *Aſculana beneficii ſeu Abbatiæ* 5. *Martii* 1698. coram R.P.D. Anſaldo. Quod ſi fuiſſet facta præſentatio per patronos ante proviſionem Apoſtolicam derogatoriam Juriſpatronatus, dubitari poteſt, an hæc ſubſiſtat, ſtante clauſula *dummodo non ſit alteri jus quæſitum*, in quo diſtinguendi ſunt duo caſus. Primus eſt, quando lis pendet in ſolo petitorio, & tunc ſi præſentans fuerit in poſſeſſione præſentandi ante litem, præſentatio eſt valida, & infringit proviſionem Apoſtolicam; ſecus ſi non exiſtat in poſſeſſione, in quibus terminis bene procedit *dec. Tudertina impreſſa ſupra diſcept.* 4. *n.* 61. quam ſequitur Rot. *in legionen. Parochialis* 15. *jan.* 1703. §. *indeque*, coram R. P. D. Pio, intellige de poſſeſſione propria, non autem auctoris, ut dixi ſupra *num.* 8. *in fine*, & approbavit Rot. *in d. Vercellen. ubi ſupra* §. *Et enim*. Alter caſus eſt, ubi lis pendet etiam in poſſeſſorio, & tunc ſi quis teneat opinionem, quod præſentatio facta per poſſeſſorem ſit valida, adhuc iſta non præſervatur per clauſulam, *dummodo non ſit alteri jus quæſitum*, nec infringit proviſionem Apoſtolicam, quia non dat jus quæſitum, ſed quærendum, incertum, & eventuale, quatenus nempe lis decidatur favore præſentantis, quod cum poſſit eſſe, & non eſſe, itaut validitas, vel nullitas præſentationis pendeat ab eventu litis dubio, Berous, Lother. & Rembold. *ubi ſupra* non dat interim jus quæſitum, & radicatum, quod ſolum præſervatur per ſupradictam clauſulam, non autem jus eventuale, & ſic quærendum Roſ. *de execut. lit. Apoſt. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 120. Celſ. *dec.* 314. *n.* 12. Cer. *dec.* 196. *num.* 13. idque procedit, etiamſi nedum concurreret præſentatio, ſed etiam inſtitutio ejus vigore facta ante proviſionem Apoſtolicam; nam ea eſſet nulla non expectato exitu litis, Panorm. *in d. capit. ex literis n.* 9. Butr. *num.* 12. *verſ. tertius* vide Rot. *in dicta Vercellen. ubi ſupra*.

Quæro de hoc caſu. Vacat Beneficium, quod prætenditur eſſe de Jurepatronatus laicorum apud Sedem per reſignationem in manibus Papæ, & iſte concedit proviſionem Apoſtolicam committendo executori, quod, *quatenus de Jurepatronatus exiſtat, verificato prius coram Ordinario eodem Jurepatronatus* conferat cum clauſula, *accedente conſenſu*
*patronorum, vel majoris partis eorum, ad hoc ex-* 14
*preſſus accedat aſſenſus, quatenus vero de Jurepatronatus hujuſmodi non exiſtat ejuſque diſpoſitio ad Sedem Apoſtolicam pertineat, libere, ſeu ſimplicem conferat*, ſi executor non citatis, neque auditis patronis dederit executionem literis Apoſtolicis nihil exprimendo, nec pro libertate, nec pro ſervitute Beneficii, an hic ſtatus ſit recipiendus pro Jurepatronatus, vel contra? Neutrum ſane dicendum eſt, ſed erit ſtatus indifferens; ideoque ſi anterior ſtatus de Jurepatronatus, non præjudicat patronis inſciis, & non auditis, Rot. *in Bononien. Parochialis ſuper Manutentione* 2. *Febr.* 1680. §. *Maxi-*

*me*,

*me* , coram Vicecomite ; ſi vero eſt de libero , ſavet libertati Beneficii , Beintend. *deciſ.* 23. *num.* 11. *verſ. ubi autem* , & Mareſcot. *variar. lib.* 1. *cap.* 55. *num.* 58.

Ultimus ſtatus ſi fuerit ab altera parte proteſtatus cum clauſulis præſervativis omnium , & quorumcunque Jurium , an conſtituat in quaſi poſſeſſione præſentandi ? Rota coram Merlino *deciſion.* 563. *numer.* 4. negative reſpondit , di-
15 cens per talem clauſulam præſervata remanere Jura tam in poſſeſſorio, quam petitorio, ſed contrarium poſtea reſolvit *in deciſion.* 798. *ſub numer.* 2. *verſic. Nec præſervatio* , ubi quod ſi deficiant illa verba *tam in poſſeſſorio* , *quam in petitorio* , per ſupradictam præſervativam actus non redditur conditionalis per condicionem ſuſpenſivam , ſed reſolutivam, ut nempe quandiu Jus alterius partis erroneum in Judicio non detegatur, firma remaneat illa poſſeſſio quæſita per ultimum ſtatum , & firmavit Rota, me ſcribente , *in Bononienſi prætenſi Juriſpatronatus* 2. *Maii* 1702. coram Reverendiſſimo Patre Domino Caſſarello; idque procedit etiam in præſervativa jurium utriuſque partis adjecta per Judicem , quia reddit quidem actum conditionalem, ſed conditione reſolutiva, quatenus de unius partis præjudicio conſtiterit ; interim autem donec plene non conſtat de eo, actus habetur pro puro, Adden. ad Gregor. *deciſion.* 332. *num.* 6. ubi plene materiam examinat , & in primo caſu, ſcilicet in præſervativa adjecta per partem in actu voluntarie geſto , quando ex. gr. quis conſenſit inſtitutioni ad præſentationem alterius cum clauſula *ſine præjudicio omnium ſuorum jurium* , tenet, quod præſervativa regulariter intelligenda eſt in ſolo petitorio , itaut ille ſtatus conſtituat in poſſeſſione.

Quæro, an Textus *in capit. conſultationibus* locum habeat etiam in Jurepatronatus potentium ? Diſtingue : Aut enim patronus reperitur in quaſi poſſeſſione præſentandi poſt Concilium Tridentinum ex præſentationibus admiſſis cum cauſæ cognitione , & debet manuteneri ad formam
16 *capit. Conſultationibus :* Aut ex præſentationibus admiſſis abſque cauſæ cognitione , & non ſervatis ſervandis , & tunc manuteneri non debet , & intrat Concilium Tridentinum habens locum etiam in poſſeſſorio , ut , me ſcribente , firmavit Rota *in Hieracen. Parochialis* 25. *Junii* 1700. §. *Nullatenus* , coram R. P. D. Muto ; dicuntur autem præſentationes admiſſæ cum cauſæ cognitione , quando ex actis probatur fuiſſe cognitum ſuper Jure patronatus juxta terminos Concilii citato Promotore Fiſcali, neque in hoc ſtatur aſſertioni ipſius Ordinarii, juxta *Magiſtralem Deciſionem* 197. *ex numero* 50. *part.* 5. *tom.* 2. *recentior.* Panimoll. *deciſion.* 10. *annotat.* 1. *numer.* 50. Ego tamen dico , quod in antiquis ſtari debet aſſertioni Ordinarii circa cauſæ cognitionem, Menochius *conſil.* 90. *numer.* 28. *in fine*, & 29. etiamſi non conſtet de ea ex actis , & dicitur in antiquis, ſi ſententia inſtitutionis ſit lata ante triginta annos, Card. de Luca *de Jurepatron. diſc.* 4. *per totum dicta deciſ.* 197. *numer.* 58. & 59. ſed quadraginta annos requirit, Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 72. *num.* 49. reprobans Gratianum, qui requirit quinquaginta ; Intellige ſi concurrit obſervantia ſententiæ, continuata tamen, & non alias, ut ait Cardin. de Luca *de Jurepatron. a diſc.* 4. *ubi proxime num.* 5. Intellige etiam, quatenus aliunde non probetur non fuiſſe adhibitam cauſæ cognitionem ; nam alias aſſertio Ordinarii , ſi probaretur erronea, non juvaret.

Ultimo nota, quod Fagnan. *in dict. cap. Conſultationibus* , tenet , quod ille Textus hodie habeat locum duntaxat, ubi quæſtio ſit inter compatronos ſuper pertinentia, non autem, ubi quæſtio eſt cum Ordinario , qui controvertit exiſtentiam Juriſpatronatus; nam tali caſu dicit , eum remanſiſſe correctum per Concilium Tridentinum *ſeſſion.* 25. *capit.* 9. *de reformation.* ſed opinio eſt falſa , quia Concilium ſolum irritavit poſſeſſionem ; quando agitur de Jurepatronatus ex privilegio , vel ſuſpecto de uſurpatione inter potentes , vel deducto ex aliis titulis per Concilium reprobatis ; ſecus vero eſt , ubi patronus privatus allegat ultimum ſtatum in ſummariiſſimo manutentionis contra Ordinarium , & dicit ſe patronum ex titulo fundationis, vel dotationis ; nam tunc etiam abſque juſtificatione tituli debet manuteneri ad formam Textus in *capit. Conſultationibus* , niſi Ordinarius clare probet libertatem Beneficii per rem judicatam , confeſſionem partis vel publicum documentum , ut articulo formiter examinato , firmatum fuit in *Olomucen. Juriſdictionis* 5. *Junii* 1693. §. *Nec infringi cum ſeqq.* coram Reverend. Patre Domino Muto , & 5. *Maii* 1694. §. *Neque in præſenti cum ſeqq.* coram Reverendiſſimo Domino Molines Decano ; nec requiritur , quod ultimus ſtatus ſit cum cauſæ cognitione , ſed ſufficit inſtitutio ad præſentationem effectuata , etiam nulliter data per Vicarium *deciſion.* 86. *num.* 18. poſt Vivian. *de Jurepatr.* Immo etiamſi ageretur de patronatu ex privilegio , ſi validitas tituli eſſet dubia, & diſputabilis, ſufficeret quaſi poſſeſſio pro manutentione patroni contra Ordinarium, ut in dicta *Olomucen.* coram Muto §. *Proinde*, Seraphin. *deciſ.* 499. *numer.* 3. & *deciſ.* 555. & 575. *per totas* non contra regulam reſervatoriam , & proviſum Apoſtolicum , ut firmavi in *diſcept.* 22. *ſub num.* 33. *juncto antecedenti num.* 31. dicit tamen Seraphin. *ubi ſupra* , quod poteſt dari in poſſeſſorio manutentio patrono ex privilegio, & inſtitutio ejus præſentato , & in petitorio ſententia pro proviſo Apoſtolico , quodque ſecuta re judicata in petitorio, abſorbebitur poſſeſſorium, ut in *deciſion.* 575. *numer.* 1. & 10. verum circa proviſum Apoſtolicum ex reſervatione menſium , non recedas a jam dictis ſupra in *Diſceptat.* 22. *numer.* 31. & *ſeqq.* cum deciſiones Seraphini procedere poſſint contra Ordinarium, non contra reſervationem regulæ octavæ , contra quam non ſuffragatur ultimus ſtatus ad concedendam manutentionem patrono ex privilegio , niſi plene probet , illud fuiſſe conceſſum ex cauſa oneroſa præponderante, juxta ſuperius explicata *diſcept.* 22. *numer.* 30. ut in ſpecie eaſdem Deciſiones reſtringit Lother. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 8. *numer.* 73. & *ſeqq.* ex poſteriori ſententia Sacræ Rotæ coram Coccino *deciſ.* 1056. *numer.* 23. *uſque ad* 33. Ceterum , quod poſſit dari manutentio patrono , & inſtitutio ejus præſentato , & per contrarium ſententia in petitorio favore alterius ſive proviſi Apoſtolici, ſive ab Ordinario, eſt concluſio vera , de qua Panormitan. *in capit. cum dilectus de Cauſ. poſſeſſ. & Propriet.* cum aliis apud Seraphin. *dicta deciſ.* 575. *num.* 1. & pariter verum eſt, quod res judicata in petitorio tandem abſorbeat poſſeſſorium ; nam Concilium Tridentinum Jurapatronatus ex privilegio irritavit cum quaſi poſſeſſione inde ſecuta in *ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *de reform.*

Nota, quod collationes factæ ab Ordinario Jure devoluto, eum non conſtituunt in quaſi poſſeſſione libere conferendi, nec præjudicant poſſeſſioni patronorum, Rot. *in Bononien. Parochialis ſuper manutentione* 26. *Junii* 1682. §. *Eoque* , cor. bon. mem. Urſino . Amplia etiam , ſi devolutio non exprimatur in collationibus ; dummodo colligatur ex actis fuiſſe lapſum patronis tempus ad præſentandum tempore, quo Ordinarius Beneficium contulit.

## ARGUMENTUM.

**Agitur de permutationibus Beneficiorum coram Ordinario ad explicationem Bullæ B. Mem. S. Pii V. *la* 42. *&* 58. nec non Pii IV. *Bullar. veteri* 144. cum pluribus articulis, qui in corpore examinantur.**

## *SUMMARIUM.*

1 *Quid diſponat S. Pius V. Conſtit. 42. & 58. vide etiam num. 2.*
3 *Ordinarii poſſunt admittere permutationes ex Bulla S. Pii V.*
4 *Non tamen contra ſacros Canones, & Conſtitutiones Apoſtolicas; & in quibus caſibus permutationes ſint ab his prohibita.*
5 *Beneficia permutata contra ſacros Canones, & Conſtitutiones Apoſtolicas manent reſervata, juxta formam Bulla S. Pii V. & numer. 12.*
6 *Hæc Bolla prohibens, Beneficia reſignata conferri conſanguineis, non habet locum in Beneficiis permutatis.*
7 *Permutatio cum Beneficio de pertica eſt nulla ex Bulla Pii IV. ſed tale Beneficium debet eſſe nullius vel exigui valoris.*
8 *Permutatio Beneficiorum cum perſonatibus, qui ſiunt in aliquibus Hiſpania locis, eſt irrita ex Bulla Pii IV.*
9 *Permutatio non ſolum dicitur fraudulenta, ubi adeſt expectans, ſed fraus conſideratur etiam reſpectu collatoris, & n. 10.*
11 *Quales ſint conjectura fraudis, & quot requirantur.*
13 *Non habent locum in permutatione coram Papa.*
14 *In permutationibus Beneficii Patronati coram Papa derogatur Juripatronatus juxta ſtylum.*
15 *Iſte ſtylus non ſemper intrare deberet.*
16 *Permutans abſque conſenſu patroni fraudulenter perdit Beneficium permutatum, ad quod uti vacans patronus præſentabit.*
17 *Etiamſi ex integro fieret nova permutatio coram Papa.*
18 *Idem procedit in permutatione facta abſque conſenſu collatoris.*

## DISCEPTATIO XXIX.

B. Mem. S. Pius V. in ſua *Conſtitut.* 42. ſuſpendit Ordinariis facultatem admittendi reſignationes, & permutationes Beneficiorum, donec ſuper hoc provideret, interim in irritum revocando omnes diſpoſitiones, & admiſſiones ab eis faciendas, & reſervando Sedi Apoſtolicæ, vel ſuperioribus Or-
1 dinariorum uti præventum eſſet proviſionem Beneficiorum Reſignatorum, & dimiſſorum uti vere vacantium, quæ Ordinarii, non obſtante ſuſpenſione prædicta, vigore reſignationis, & permutationis contulerint.

Deinde idem Summus Pontifex *in ſua Conſtit.*
2 58. volens relaxare præallegatam ſuſpenſionem, decrevit, ut reſignationes admitti non poſſent ab Ordinariis niſi ex certis cauſis ſpecialiter enumeratis, permutationes autem voluit poſſe admitti, eas tamen, *quæ Canonicis Sanctionibus, & Apoſtolicis Conſtitutionibus permittuntur*, poſtea ſubjecit prohibitionem, ne Epiſcopi conferrent Beneficia reſignata aut ſuis, aut admittentium conſanguineis, affinibus, & familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum adjiciendo Decretum irritans ibi — *Quod ſi ſecus, ac etiam quicquid præter, vel contra formam prædictorum fuerit a quocunque temere attentatum id totum ex nunc vires, & effectum decernimus non habere* — addita contrafacientibus pœna ſuſpenſionis, & excommunicationis, & prout latius in eadem *Conſtit.* 58.

Diſcurrendo quoad permutationes dubitavit Pariſ. *de Reſign. lib.* 5. *quæſt.* 6. *num.* 231. An hodie Ordinarii poſſent eas admittere: ſed ejus dubitatio communiter damnatur per Doctores, dum licet S. Pius V. *in Conſtit.* 42. ſuſpenderit facultatem Ordinariis recipiendi permutationes, & reſi-
gnationes, tamen in ſubſequenti *Conſtit.* 58. rela- 3
xavit ſuſpenſionem quoad utrunque cum reſtrictivis ſuperius expoſitis, dum quoad permutationes voluit eas admitti poſſe, quæ Canonicis Sanctionibus, & Conſtitutionibus Apoſtolicis permittuntur, ut reprobando Pariſium advertunt Garzias *de benef. part.* 11. *cap.* 4. *num.* 63. Cherubin. *ad conſtit.* 58. S. Pii V. *Schol.* 2. Gonzal. *ad regul.* 8. Gloſſ. 14. *num.* 41. *& ſeqq.*

Quæſtio tantum eſſe poteſt, an ſi Ordinarius hodie admittat permutationes contra formam Sa-
crorum Canonum & Apoſtolicarum Sanctionum 4
duret ſuſpenſio, & reſervatio adjecta *in Conſtitut.* 42. In quo ſane articulo cenſeo affirmative reſpondendum, quia eo ipſo, quod Papa in *Conſtit.* 58. relaxavit ſuſpenſionem circa admittendas permutationes, ſed cum reſtrictiva illa — *quæ Canonicis Sanctionibus, & Apoſtolicis Conſtitutionibus permittuntur* — utique Ordinarius dicitur prohibitus vigore Conſtitutionis admittere permutationes, quæ de jure, vel Apoſtolicis Conſtitutionibus non permittuntur, ut eſſet caſus, quando illæ fierent abſque cauſa utilitatis, vel neceſſitatis Eccleſiæ contra Text. *in cap. Quæſitum de rerum permutat.* & notat Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annotat.* 4. §. 2. *num.* 16. *& ſeqq.* Barb. *de Jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 172. ſive utilitatis permutantium, quæ ſaltem reductive tendat, & reducatur ad utilitatem, & neceſſitatem Eccleſiæ, Gonz. *in dicto cap. quæſitum num.* 3. vel fieret permutatio cum Beneficio nuncupato *de pertica*, nempe nullius, vel exigui valoris, quæ prohibetur ex Bulla S. M. Pii IV. publicata 27. *Jan.* 1564. *Bullar. veter. la* 144. ut firmat Rot. cor. Merlin. *deciſ.* 176. *num.* 6. *&* 7. & cor. Coccin. *deciſ.* 1376. *n.* 18. *& deciſ.* 276. *num.* 6. *part.* 19. *rec.* Cocchier. *de permut. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 12. *& part.* 1. *cap.* 1. *num.* 21. Lother. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 26. in quo erravit Card. de Luc. *de benef. diſc.* 40. *n.* 3. *&* 4. ſupponens hanc Bullam eſſe S. Pii V. & cum eo de Luca ad Ventrigl. *ubi ſupra num.* 1. vel demum ſi permutatio eſſet fraudulenta, ad Text. *in cap. final. de renunc. in* 6.

His enim caſibus, in quibus permutatio non permittitur per Sacros Canones, vel Conſtitutiones Apoſtolicas, Ordinarius nulliter procedit; quia ſuſpenſio facultatis admittendi permutationes indu-
cta ex *Conſtit.* 42. S. Pii V. cum fuerit relaxata *in* 5
*Conſtit.* 58. quoad eas, quæ permittuntur de Jure & ex Conſtitutionibus Apoſtolicis, utique quoad eas, quæ non ſunt permiſſæ, cenſetur retenta, & perdurare dicitur adhoc, ut Beneficia ſic nulliter permutata vacent, & reſervata maneant Sedi Apoſtolicæ vel Superioribus Ordinarii, qui permutationes hujuſmodi admiſit, ut in puncto firmat Garz. *de benefic. part.* 11. *cap.* 4. *num.* 49. 50. *&* 51. necnon Filliuc. *oper. moral. tom.* 3. *tractat.* 41. *de benef. cap.* 9. *n.* 46. eo prorſus modo, quo Beneficia reſignata contra formam datam, in eadem Conſtitutione Piana 58. reſervata manent vigore præcedentis *Bullæ* 42. ut tradit Garz. *part.* 11. *cap.* 3. *num.* 207.

Ratio eſt, quia S. Pius V. in omnibus iis, quæ non conceſſit Ordinariis in *Conſtit.* 58. voluit durare Conſtitut. 42. præcedentem, quam propterea in ſuo robore reliquit perpetuo valituram, ut ait Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 207. & patet literaliter ex verbis *Conſtit.* 58. ibi — *Prohibitione, & literis noſtris prædictis nihilominus in cæteris omnibus perpetuo valituris* — ergo ſi in

*Con-*

*Conſtit.* 58. conceſſit Ordinariis eas tantum admittere permutationes, quæ de Jure vel Apoſtolicis Sanctionibus permittuntur, per conſequens durare voluit prohibitionem *Conſtit.* 42. quoad eas admittendas, quæ de Jure vel Apoſtolicis Conſtitutionibus non ſunt permiſſæ, & ideo ſi eas Ordinarii admittant, intrat reſervatio ad formam prædictæ *Conſtit.* 42.

Alia quæſtio eſſe poteſt, an Conſtit. 58. S. Pii V.
6 in ea parte, in qua prohibet Beneficia reſignata conferre conſanguineis Ordinarii, aut reſignantis locum habeat etiam in Beneficiis permutatis, S. Congregatio Concilii *in una Ferrariana* 28. *Febr.* 1673. affirmative reſpondit, & concordat Card. de Luc. *de Benef. diſc.* 40. *num.* 16. verum poſtea eadem Sac. Congregatio conſulto bon. mem. Advocato Buzzio, necnon aliis inſignibus Canoniſtis Curiæ Romanæ, contrarium reſolvit in *Mechlinien.* 13. *Martii* 1683. fuit tamen dictum non eſſe publicanda vota ibi — *Eminentiſſimi Patres fuerunt in voto negativo, ſed nihilominus exiſtimarunt vota hujuſmodi non eſſe publicanda, quinimmo delendum eſſe dubium, & habendum perinde ac ſi non fuiſſet appoſitum* — ut legitur *infra numer.* 19. eſſet ergo mihi locus examinandi articulum; cum Sacra Congregatio illum noluerit haberi pro deciſo, verum non poſſum recedere ab opinione bon. mem. Advocati Buzzii mei præceptoris, qui ſenſit juxta id, quod Eminentiſſimi Patres in dicta *Mechlinien.* exiſtimarunt exemplo C. Caſſii Juriſconſulti, qui ſententiam Magiſtri ſui defendebat, ut *in l. dicere ver.* Caſſius *ff. de recep. arbitr.* de quo Panorm. *in cap. ſuper ſpecula de Magiſtris num.* 3. *in fine* Lembertin. *de Jurepatr. lib.* 1. *part.* 1. *q.* 9. *artic.* 3. *num.* 6. *& ſeqq. & lib.* 2. *par.* 1. *q.* 3. *art.* 12. *num.* 10. qui Caſſius floruit ſub Imperio Claudii juxta Tacit. *lib.* 12. *Annal.* ibi — *ea tempeſtate* Caſſius *ceteros præminebat peritia legum* — injuſte deportatus a Nerone in Inſulam Sardiniam Tacit. *lib.* 16. *annal.*

7 Nota, quod permutatio facta cum Beneficio de pertica, ut inter Bulla Pii IV. de qua ſupra, debet eſſe nullius, vel penitus exigui valoris, ut ait Merlin. *dec.* 176. *num.* 6. 7. ſeu exigui, aut modici reditus, ut ait *dec.* 226. *num.* 6. *par.* 19. *rec.* nec proinde ſatis eſt, quod Beneficium ſit inæquale cum alio permutato etiamſi inæqualitas ſit magna, puta, ſi quis permutaret Beneficium reditus ſcutorum mille cum alio valoris ſcutorum centum, vel biſcentum; nam Bulla loquitur de beneficio de pertica, quod eſt aereum, & nullius valoris, unde extenſio ad Beneficium modici valoris intrabit, ubi modicitas eſt talis, quæ nihilum reputetur juxta regulam, quod modicum, & nihil æquiparantur *l. in rebus §. poſſunt ff. commodat.* cum aliis ſupra *diſcept.* 1. *numer.* 17. *in fine.*

Bene verum eſt, quod hæc Bulla intrabit quoad Beneficia ficta *Perſonatus* nuncupata, quæ ut ac-
8 cepi, in aliquibus Hiſpaniæ locis permutantur cum Beneficiis veris; ſunt enim cenſus vitalitii impoſiti ſuper Bonis laicorum, qui durant ad vitam permutatarii, cum pacto quod in morte ipſe poſſit diſponere de medietate ad libitum, alia vero medietas redeat ad hæreditatem ejus, cujus bonis eſt impoſitus; Erunt ergo hujuſmodi permutationes irritæ ex Bulla Pii IV. maxime cum dicti Perſonatus erigantur appoſite, & præordinate ad faciendam permutationem, Card. de Luc. *de Benef. diſc.* 40. *num.* 5. *verſ. accedente* — Carol. Anton. de Luc. ad Ventrigl. *in prax. par.* 2. *annotat.* 4. §. 2. *num.* 2. *verſ. accedente*, ultra labem ſimoniacam, quæ in hujuſmodi Perſonatibus conſiderari poteſt; his ergo fictitiis Beneficiis applicatur Bulla Pii IV. quam refert Cocchier. *de permut. benef. par.* 1. *num.* 20. *&* 21. ubi quod Pius IV. hujuſmodi permutationes uti ſimoniacas, & fraudulentas reprobavit interdicendo Ordinariis, ne eas admittere præſumant.

Nota etiam, quod permutatio fraudulenta dicitur, quando adeſt præjudicium expectantis, juxta
Text. *in cap. final. de renunc. in* 6. ideoque cum ho- 9
die expectativæ ſint ſublatæ per Sac. Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *capit.* 19. *de reformat.* idcirco conjecturæ fraudis permutationum conſideratæ per Doctores, videntur ceſſare, ut ex Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 78. *n.* 2. colligit Garz. *de Benef. par.* 11. *cap.* 4. *num.* 102. Cocchier. *de permut. Benef. par.* 3. *cap.* 1. *num.* 18. qui id limitat in conjectura fraudis reſultante ex permutatione, quæ fit cum beneficio ficto, ſeu de pertica, & nullius momenti, ſuper qua adeſt Bulla Pii IV. ut ſuperius dictum eſt.

Sed hanc opinionem originalem Menochii, & reaſſumptam a Garzia reprobat doctus, ac practicus Ventринglia *in prax. par.* 2. *annot.* 4. §. 2. *num.*
40. dicens fraudem poſſe intervenire in præjudi- 10
cium collatoris ibi — *Dicendum eſt non eſſe veram rationem* Garz. *in permutatione hujuſmodi, non conſiderari fraudem niſi in præjudicium expectantium, nam vere poteſt intervenire fraus in præjudicium collatoris, maxime ſi poſſidens Beneficium magni reditus ſit ſenex morti proximus* (adde tu vel infirmus magna infirmitate laborans, maxime ſi ex ea paulo poſt deceſſit) *quo permutante cum Juvene facile remaneret collator ſine collatione, & illa ad Succeſſores differretur* — appellatione autem collationis in hoc puncto intelligi debet Ordinarius, & Papa, immo multo magis Papa nedum propter reſervationem octo menſium & ſic majoris partis anni, ſed etiam propter affectiones, & alias reſervationes, ob quas collatio ad ipſum ſpectat, neque reſpectu Papæ vocari poteſt præjudicium eventuale, quod non attenditur *ex dec.* 162. *num.* 55. *par.* 12. *recent.* nam cum menſes ſint diſtributi inter ipſum, & Ordinarium, ſemper certum eſt ad unum ex ipſis ſpectare debere collationem, neque propterea præjudicium dici poteſt eventuale, dum tale eſt reſpectu Papæ, quale reſpectu Ordinarii, ultra quod conſiderando præjudicium Sedis Apoſtolicæ, illud eſt conſiderabile, tametſi eſſet eventuale, ut de præjudicio in collatione ex cauſa devolutionis totaliter pendentis ab incerto exitu negligentiæ Ordinarii collatoris, firmavit Rot. me ſcribente etſi contrarium ſuſtinente in *Hiſpalen. Diviſionis ſimultanea* 4. *Junii* 1700. §. *Et demum* cor. R. P. D. Meo Priolo.

Quales ſint conjecturæ ſufficientes ad judicandam permutationem fraudulentam, ponunt Menoch.
*præſumpt.* 78. *lib.* 6. Ventrigl. *ubi ſupra n.* 40. Car- 11
dinal. de Luc. *de Benef. diſc.* 40. Cocchier. *de permut. part.* 5. *cap.* 1. nam aliqui tenent, quod ſufficiat inæqualitas Beneficii permutati cum ſanguinis conjunctione inter permutantes, aut ſenectute, vel infirmitate magna ex parte unius permutantium, Ventrigl. *ubi ſupra num.* 40. Alii volunt requiri tres conjecturas, nempe inæqualitatem Beneficii, conſanguinitatem, & infirmitatem, ut apud Cocchier. *de permut. par.* 3. *q.* 1. *n.* 16. ubi quod requiruntur tres, vel duæ, quarum una æquipolleat duabus; dicas tu pendere ex arbitrio Judicis, an duæ, vel tres requirantur, bene verum eſt, quod ſi inæqualitas Beneficiorum permutatorum eſſet magna, ſeu maxima, qualem, ait proverbium, contigiſſe in permutatione *Glauci, & Diomedis*, quando ſcilicet, nec pro centeſima parte Beneficium unum alteri correſponderet, ex hoc ſolo nullam eſſe permutationem ſuſtinet Boetius relatus per Cocchier. *ubi ſupra numer.* 17. ego autem dicerem, quod pendebit ex inæqualitate majori, vel minori requirere plures, vel pauciores conjecturas; nam ſi inæqualitas erit magna, hæc cum alia tantum conjectura, vel conſanguineitatis, vel infirmitatis, ſive alterius quæ contingere poſſit, ſufficiet; per contrarium vero ſi non eſt adeo magna, requirentur aliæ duæ, ſuper quo Judicis intellectus ſpeculari debet.

Stante autem permutatione fraudulenta, Beneficium poterit impetrari, Cocchier. *ubi ſupra n.* 16. neque enim dabitur regreſſus permutantibus; nam

actus

Digitized by Google

actus fraudulentus, licet ſit nullus in præjudicium collatorum, valet tamen in præjudicium culpoſe permutantium, ut bene Cocchier. *part.* 3. *capit.* 9. *numer.* 11. Garz. *de Beneficiis part.* 11. *capit.* 3. *num.* 36. *in fine*, ac etiam quia cum permutatio fraudulenta ſit contra ſacros Canones *in cap. final. de*
12 *renunciat. in* 6. cadit ſub cenſura Bullæ 42. & 58. *S. Pii V.* & Beneficia ſic permutata manent reſervata Sedi Apoſtolicæ vel ſuperiori Ordinarii, qui permutationem admiſit; vide Rebuff. *in Conc. tit. de Coll.* §. *Volumus in verb. vacantia*, ubi quod ceſſat conjectura fraudis, ſi beneficium optimum habet curam onerofam, vel aliud onus; alterum vero eſt ſimplex, vel parvi oneris, Menoch. *præſumpt.* 78. *n.* 2. *lib.* 6.

Nota demum, quod inęqualitas, & aliæ conje-
13 cturæ fraudis non attenduntur in permutatione facta coram Papa, cum locum habeat coram Ordinario, Card. de Luc. *de Benef. diſc.* 40. *numer.* 10. ubi limitat, ſi adſit præjudicium tertii, Carol. Anton. de Luc. ad Ventrigl. *ubi ſupra n.* 4. Cæterum ſi Beneficium ſit de Jurepatronatus, cujus Papæ facta ſit mentio, ei derogatur de ſtylo in permu-
14 tationibus ob rationem, de qua Card. de Luc. *ubi ſupra n.* 12. de Luc. ad Ventrigl. *ubi ſupra numer.* 4. *verſ. permutationes*, Vivian. *de Jurepatr. lib.* 14. *c.* 2. *numer.* 24. Rot. *dec.* 162. *n.* 48. & *ſeqq. par.* 12. *rec.* iſte ſtylus hodie ſublatus fuit, ſicur ille dero-
15 gandi Juriſpatronatus mixto, uterque ſub Pontificatu ſan. mem. Clement. X. ut accepi, licet dixerim de tempore Alexandr. VII. *in diſcept.* 3. *num.* 6. *pag.* 75. & merito in permutationibus amplius non derogatur, quia patronis laicis eſt indulgendum, ne retrahantur a fundationibus Beneficiorum, juxta Gloſſ. *in cap. cum dilectus in verb. præſentare in fin. de Jurepatr.* quid enim diceres, ſi poſſidens Beneficium Juriſpatronatus permutaret cum alio beneficiato, qui eſſet parum gratus, & male viſus patrono, eique inimicus? deberet ne videre Beneficium ſuum poſſideri ab inimico? quid ſi ille, qui ob permutationem dimittit Beneficium patronatum, eſſet malæ valetudinis properantis ad mortem, aut ætatis valde majoris reſpective ad alium compermutantem, puta ſenex ille, iſte Juvenis? hic quadragenarius, ille ſexagenarius? Poſſibilitas enim præmorientiæ unius alteri non debet trahi ad extravagantia, & monſtruoſa, *l. nam ad ea ff. de legib.* hæc omnia ſtringunt, quia ſtylus eſt ſublatus, alias non juvarent; nam ea opinionis novæ calamitas eſt, quod primi exempli auctoritatem expectat, *inſita Mortalibus natura propere ſequi, quæ piget inchoare*, ait Tacit. *lib.* 1. *Hiſt.* Bullam S. Pii V. procedere cenſeo in Beneficiis de Jurepatronatus reſignatis ex reſolutione infra *num.* 19. Ventrigl. *in prax. par.* 2. *annot.* 4. §. 2. *num.* 12.

Permutans coram Ordinario Beneficium patronatum malitioſe, abſque conſenſu patroni, quæ malitia probatur eo ipſo, quod ſcit adeſſe patronum, ad cujus præſentationem habuit Beneficium, Gratian. *diſcept.* 853. *num.* 10. *ſeqq.* nulliter permutat, & eo privatus remanet ob permutationem factam in fraudem patroni per Text. *in capit. final. de renunc. in* 6. Rebuff. *conſ.* 38. *num.* 6. & 14.
16 Pariſ. *de reſignat. lib.* 1. *cap.* 15. *n.* 21. Rot. *deciſ.* 152. & 190. *per tot. par.* 5. in quarum caſu cum permutans petiiſſet conſenſum patroni, eoque denegato, permutaſſet, firmatum fuit remanſiſſe privatum Beneficio, & hoc vacaſſe ipſo Jure, & potuiſſe provideri ad præſentationem patroni, ut in *dicta dec.* 152. *n.* 4. *verſ. vacatio*, & *n.* 20. & 21. & *dec.* 190. *n.* 2. *verſ. quia cum ſciveris* & *numer.* 3. *cum ſeqq. par.* 5. *rec.* ubi quod clauſula *non alias, aliter, nec alio modo* nihil operatur, ubi adeſt culpa reſignantis ex Rebuff. *conſ.* 192. *num.* 5. Tondut. *q. benef. par.* 2. *cap.* 4. §. 8. *n.* 21. cum aliis ſupra *num.* 11. *in fine*.

Quod ſi permutans poſt factam nulliter permutationem ex integro permutaret coram Papa, hæc
17 nova permutatio eſſet adhuc nulla, dum hoc tempore permutans non habet amplius jus in Beneficio, quod perdidit per primam permutationem fraudulentam coram Ordinario, ut in terminis eſt magiſtrale *conſ.* 38. Rebuff. *per tot.* ubi in caſu, quo quis Beneficium patronatum prius nulliter reſignaverat abſque conſenſu patroni in favorem unius, & poſtea iterum reſignaverat ex integro coram Papa in favorem ejuſdem primi, cum conſenſu tamen patroni de prima reſignatione ignari, late firmat utranque reſignationem eſſe nullam, primam ſcilicet tanquam factam abſque conſenſu patroni, & ſecundam tanquam factam coram Papa ſine expreſſione, quod prius reſignaverat abſque conſenſu patroni, & conſequenter per hanc priorem reſignationem omne jus perdiderat, ut legere eſt *d. Conſil.* 38. *num.* 2. & *ſeqq. ſignanter n.* 12. & 14. ubi refert ita deciſum in alio caſu reſignationis factæ prius coram Ordinario, & deinde coram Papa, & pariter loquendo de reſignatione ſecunda facta in favorem ejuſdem primi reſignatarii, quod ea ſit nulla, cum jus ſemel abdicatum per primam non poſſit transferri per ſecundam reſignationem, docet idem Rebuff. *conſ.* 4. *n.* 5. & *conſ.* 185. *n.* 6. & *plene* Pariſ. *de reſign. lib.* 1. *q.* 15. *n.* 16. 20. & 21. & in proviſione Apoſtolica ob reſignationem ex cauſa permutationis adjici ſolent clauſulæ, quod nullum jus acquirat, unus vel alter permutans ex collatione, ſeu proviſione hujuſmodi, niſi uterque jus habuerint ſuper Beneficiis permutatis tempore permutationis, ſeu reſignationis, quodque ſi apparuerit ſuper reſignatione alium conſenſum fuiſſe præſtitum, gratia nulla ſit eo ipſo, ut ego has clauſulas vidi in praxi.

Quodque dictum eſt de reſignatione, ſeu permutatione facta abſque conſenſu patroni, & per conſequens nulla, procedit etiam in ea, quæ facta ſit
de Beneficio, cujus collatio pertinet ad alium, quam 18
Epiſcopum de jure ſpeciali; nam licet ab Epiſcopo fieri debeat approbatio permutationis, tamen requiritur conſenſus collatoris, Bonaccina *de Simon. diſp.* 1. *q.* 4. §. 12. *num.* 7. *verſ. veruntamen*, Garz. *de benef. par.* 11. *cap.* 4. *num.* 72. Thondut. *quæſt. benef. par.* 2. *cap.* 4. §. 8. *num.* 18. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 182. Rot. *dec.* 452. *num.* 7. *par.* 18. *tom.* 2. *rec.* eadem nanque regula in hoc puncto militat in ordine ad conſenſum collatoris, electoris, & patroni, ut *per* Garziam, & *alios proxime adductos*, adde etiam Rectoris habitualis habentis jus nominandi in Vicariis perpetuis.

## F E R E T R A N A

*Bernardinus Baronius Rector Parochialis in* 77. *ætatis anno confectus ſenior intendit ex cauſa permutationis ſuam Parochialem reſignare ad favorem*
*Nicolai Baronis ex fratre nepotis, qui e contra re-* 19
*ſignare intendit Bernardino Capellam de Jurepatronatus laici, Quæritur ab Epiſcopo Feretrano.*

*Primo a* §. *Ceterum Bulla* 58. *S. Pii* 5. *in qua prohibetur Epiſcopis, aliiſque collatoribus, ne de Beneficiis aut Officiis reſignandis ſuis, aut dimittentium conſanguineis, affinibus, aut familiaribus etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum audeant provideri, habeat locum in dimiſſione, quæ fit ex cauſa permutationis? & quatenus affirmative.*

*Secundo, an locum habeat in caſu præſenti, in quo alterum ex Beneficiis permutandis eſt de Jurepatronatus laicorum?*

*Die* 28. *Februarii* 1673. *Sac. Congregatio Conc. cenſuit, Primum & Secundum comprehendi in caſu, de quo agitur.*



Digitized by Google

## MECHLINIEN. PERMUTATIONIS

*Examinàtis reſponſis, quæ ſuper primo, & infraſcriptis dubiis juxta præcedentis Congregationis Decretum nonnulli ex hujus Curiæ inſignioribus Canoniſtis pro veritate edidere, per manus tranſmittendis, & reaſſumptis Cauſæ poſitionibus Eminentiſs. PP. pro eorum eximia ſapientia reſpondere dignabuntur.*

*Primo, an permutationes Beneficiorum favore conſanguineorum, vel affinium permutantium, comprehendantur in Conſtitutione 58. S. Pii V. prout comprehenduntur reſignationes? & quatenus negative.*

*Secundo, an permutatio, de qua agitur, ſuſtineatur?*

*Die 13. Martii 1683. Sac. Congregatio &c. Ad primum. E. E. P. P. fuerunt in voto negativo, ſed nihilominus exiſtimarunt vota hujuſmodi non eſſe publicanda, quinimmo delendum eſſe dubium, & habendum perinde, ac ſi non fuiſſet approbatum.*

*Ad ſecundum in caſu, de quo agitur, ſuſtineri reſponderunt.*

## ARGUMENTUM.

Agitur de Penſionibus nulliter reſervatis ab Ordinario, & de privilegio Conclaviſtarum.

### *SUMMARIUM.*

1 *Habens Indultum conferendi reſervata non poteſt imponere penſiones.*

2 *Ordinarius non imponit penſionem perpetuam niſi ex cauſa utilitatis Eccleſiæ.*

3 *Hæc debet probari aliunde, quam ex aſſertione Ordinarii.*

4 *Penſiones nulliter reſervatæ ad Ordinario ſanantur ex privilegio Conclaviſtarum.*

5 *Limita in reſervatis pro perſona nominanda.*

6 *Dictum privilegium diſpenſat ab irregularitate quoad penſiones, & Beneficia obtenta, non quoad futura.*

7 *In diſpenſationibus non licet arguere etiam a majoritate rationis.*

## DISCEPTATIO XXX.

1 HAbens indultum conferendi reſervata, imponendi penſiones indultum habere non cenſetur Caſtropal. *tract.* 13. *de Benef. diſput.* 1. *puncto* 11. §. 2. *n.* 5. hine Epiſcopus Cardinalis non pot-
2 eſt imponere penſionem perpetuam, niſi agatur de cauſa reſpiciente utilitatem Eccleſiæ, Pax Jordan. *lib.* 9. *tit.* 1. *num.* 506. *verſ. denique*, ubi excipit caſum concordiæ Sanchez *conſ. mor. libr.* 3. *capit.* 3. *dub.* 43. *n.* 3. Lother. *lib...* *q.* 35. *num.* 20. pro cujus cauſæ juſtificatione non ſtatur aſſertivæ ejuſdem
3 Epiſcopi etiam Cardinalis, ſed aliunde ea probanda venit, Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 82. *n.* 11. Coccin. *dec.* 1126. *n.* 8.

Penſionarius autem, cui nulliter reſervata fuerit penſio perpetua auctoritate Ordinarii, ſi fiat Con-
4 claviſta, erit tutus a nullitate, quia Summus Pontifex in privilegio Conclaviſtarum ſanat omnes, & quaſcunque penſiones, & quatenus opus ſit de novo reſervat, & propterea ex generalitate verborum privilegii ſanantis ibi – *Omnes, & ſingulas penſiones* – nec non ibi – *omnium & quarumcunque penſionum* – & comprehendentis omnes nullitates, ſeu defectus ibi – *tam ex antedictis, quam ex aliis defectibus, & occaſionibus* revalidantur, & de novo reſervantur etiam penſiones nulliter impoſitæ ab Ordinariis, ut, me ſcribente, judicatum fuit per R. P. D. Lonium *in Cornetana Penſionis de Menſe Julii* 1700. quamvis ego dubitarem de illa cauſa, ex qua penſio fuerat reſervata ab Ordinario pro perſona nominanda, quæ deinde fuit declarata, ſeu nominata; unde in hoc caſu penſionem eſſe ſimoniacam ſancivit S. M. Pius V. in *Conſt.* 85. *Bullar. nov. tom.* 2. ubi præſumit ſimoniacam hujuſmodi penſionem ibi – *ſeu penſionem illi vel illis, ad quem, vel quos idem collator aut cedens, vel alius per ſe vel alium ſcripto, aut verbo juſſerit, ſeu ſignificaverit* – quæ verba refert Pariſ. *de Confiden.* q. 128. *n.* 120. & in puncto tradunt Garz. *de Benef. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 315. Tondut. *de penſion. cap.* 1. *num.* 16. *in fin.* Pax Jordan. *tom.* 2. *libr.* 9. *tit.* 1. *num.* 502. Fillinc. *tract.* 42. *de penſion. cap.* 2. *num.* 5. *in fine*, quo ſtante, intrabat limitatio adjecta in
privilegio Conclaviſtarum, ubi expreſſe excipit la- 5
bem ſimoniæ ibi – *dummodo non interceſſerit labes ſimoniæ* – ſed ſcribentes in contrarium hoc motivum non adduxerunt, ſed ſolum prætendebant privilegium Conclaviſtarum non ſanare niſi penſiones per Papam reſervatas, & aliquo defectu laborantes, non autem reſervatas ab Ordinariis nulliter ex defectu poteſtatis, quod aſſumptum erat inſubſiſtens ex prædictis.

Hoc privilegium, licet ſit favorabile, & late in-
terpretandum *cap. quia circa de privileg.* & *l. ulti-* 6
*ma ff. de Conſtit. Princ.* nihilominus quantumcunque diſpenſet ab irregularitatibus, reſtringitur diſpenſatio ad effectum, de quo loquitur, nempe pro retinendis penſionibus, & Beneficiis jam obtentis per Conclaviſtas, non autem diſpenſat ab Irregularitate pro penſionibus, & Beneficiis in futurum obtinendis, quia Pontifex, mediante privilegio, ſolum voluit conſervare Conclaviſtas indemnes in eo, quod obtinebant, & in hoc reſtringitur gratia diſpenſativa, non autem voluit eos habilitare, & diſpenſare pro Beneficiis, & penſionibus futuris, ut in puncto Tondut. *de penſion. cap.* 28. *n.* 41. *in fine*.

Neque obſtat, quod privilegium ulterius procedat diſpenſando, ut non obſtante irregularitate, & aliis defectibus poſſint ad Ordines promoveri in illis verbis ibi – *Quodque illa, & præmiſſis eidem non obſtantibus ad omnes etiam ſacros, & Preſbyteratus Ordines alias rite, & dummodo nullum aliud alicui obſtet Canonicum impedimentum promoveri, & in illis & in ſuſceptis per eos alias rite Ordinibus, etiam in Altaris miniſterio miniſtrare libere, & licite valeant, diſpenſamus.*

Quoniam attente legendo totum contextum privilegii, dilucide patet, quod Papa in iſtis verbis continuat ſermonem ſuper revalidatione, & legitima retentione Beneficiorum, & penſionum obtentarum, cum omnia complectatur ſub unica oratione, & per ſermonem continuatum.

Supra enim incipit prima pars ſanationis proviſionum de Beneficiis obtentis hoc modo – *Ac omnes, & quoſcunque defectus, ſiqui forſan ſint, in omnibus, & quibuſcunque proviſionibus Beneficiorum &c. etiam irregularitatis &c. ſanamus, ac proviſiones hujuſmodi &c. revalidamus, & quatenus opus ſit &c. de novo etiam providemus, ac omnes, & ſingulas penſiones &c. ſimiliter de novo reſervamus.*

Poſtea continuat privilegium ad condonandum Conclaviſtis fructus male perceptos ex cauſa quorumcunque defectuum, etiam ex cauſa non promotionis ad omnes etiam ſacros & Preſbyteratus Ordines ibi – *ipſiſque Conclaviſtis quoſcunque fructus &c. occaſione quarumcunque Dignitatum &c. aliorumque Beneficiorum, & quarumcunque penſionum &c. tam ex antedictis, quam ex aliis defectibus, & occaſionibus etiam ratione &c. eorum non promotionis ad omnes etiam ſacros, & Preſbyteratus Ordines &c. indebite perceptos &c. remittimus, & condonamus.*

Et continuative ad hanc condonationem fructuum indebite perceptorum, etiam ex cauſa non promotionis ad omnes etiam ſacros, & Preſbyteratus Ordines privilegium ſubjungit – *ac cum eis ſuper inhabilitate, & irregularitate &c. quodque illa, & præmiſſis non obſtantibus ad omnes etiam ſacros & Preſbyteratus Ordines &c. promoveri &c. libere & licite valeant, diſpenſamus.*

Ecce

Ecce igitur, quod hæc verba ſtant continuative ad ſermonem præcedentem ſuper ſanatione proviſionum de Beneficiis obtentis, & ſuper condonatione fructuum indebite perceptorum ex cauſa non promotionis ad Ordines, poſt quam condonationem addit Papa ſe diſpenſare, quod poſſint promoveri ad Ordines, quæ proinde diſpenſatio cadit ad effectum valide retinendi Beneficia tunc obtenta per Conclaviſtas, & ſtat illative, deductive, & conſequentialiter ad prædicta; dum poſtquam condonavit fructus indebite perceptos ob non factam promotionem ad omnes etiam ſacros Ordines, in conſequentiam diſpenſavit, ut pro valide lucrandis in poſterum eiſdem fructibus decurrendis proviſi ſe promoveri facerent ad Ordines etiam ſacros, non obſtante irregularitate exinde contracta; unde hoc privilegium tanquam unice reſtrictum ad diſpenſationem pro Beneficiis, & penſionibus obtentis, & ſic ad evitandam pœnam, & conſervandum indemnes Conclaviſtas, nunquam poteſt dilatari ad caſum diverſum, nempe ad diſpenſandum ſuper proviſionibus, & reſervationibus futuris Beneficiorum, & penſionum reſpective, contra receptam regulam, quod diſpenſationes debent ſtricte intelligi in caſu, in quo loquuntur, & contra concluſionem indubitatam, quod diſpenſatio defectuum pro Beneficiis, & penſionibus obtentis, ubi agitur de damno vitando, non extenditur pro Beneficiis, & penſioni-
5 bus futuris, ubi agitur de lucro captando, quia militat diverſa ratio, necnon repugnat natura diſpenſationis, quæ non patitur extenſionem, ad Textus *in capit.* 1. §. *illa vero de filiis Presbyter. in 6.* Felin. *in capit. poſtulaſti numer.* 8. *de reſcript.* Navar. *conſ.* 2. *de Cleric. non ordinan. & conſ.* 40. *de celebr. Miſſ. in nov.* Nald. *in verb. diſpenſatio n.* 2. Sayr. *in Clavi Regia lib.* 6. *capit.* 11. *in fin.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 33. *num.* 7. Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubr. lib.* 9. *tit.* 1. *numer.* 12. & in puncto eſt *deciſio* Rot. *in Neapolitana Penſionis* coram Urſino apud de Luc. *de Apoſtolic. regioq. aſſenſ. cap.* 199. *n.* 6.

6 Minuſque obſtat, quod privilegium diſpenſet ſuper defectibus natalium, quod eſt magis, ideo includat, quod eſt minus ex. grat. Irregularitatem contractam ob caſtrationem ex cauſa cantus, quia negatur eſſe majus diſpenſare ſuper defectibus na-
7 talium, cum iſti ſic nati nihil peccaverint; nam juxta Tacit. *in Hiſtor. libr.* 1. – *generari & naſci &c. fortuitum nec ultra extimatur* – & juxta Ovid. *libr.* 13. *Metamorf.* – *genus, & Proavos, & quæ non fecimus ipſi, vix ea noſtra puto* – per contrarium caſtrati ex cauſa cantus propter lucrum, ſunt delinquentes, & excommunicati, quia ipſi per conſenſum ſuum peccarunt, ut in *Can.* 24. *Apoſtolorum*, de quo Pignatt. *conſult.* 76. *num.* 2. *tom.* 7. Ultra quod in diſpenſationibus non licet arguere etiam a majoritate rationis, Pax. Jordan. *d. lib.* 9. *tit.* 1. *numer.* 34. ibi – *In materia diſpenſationis non habere locum argumentum a paritate rationis, vel a majori ad minus* – & late Rocc. *diſputat. Jur. cap.* 191. *num.* 21. & Rot. *dec.* 497. *numer.* 2. *circa medium verſ. & in iis par.* 1. *& dec.* 94. *n.* 3. *par.* 6. Gelſ. *dec.* 69. *num.* 27. Abbas *in cap. ad aures n.* 7. *de reſcriptis.*

## ARGUMENTUM.

Quando concedatur ſubrogatio, rametſi lis non pendeat ſuper titulo Beneficii, & de theorica Innocentii *in cap. cum M. Ferrarienſis de Conſtit.*

### *SUMMARIUM.*

1 *Ut concedatur ſubrogatio, lis debet eſſe ſuper titulo Beneficii.*
2 *Limita in Beneficiis electivis, & de Jurepatronatus.*
3 *Quid in Parochiali, in cujus concurſu duo fuerint approbati, & uno prælecto ab Epiſcopo alter appellavit? vide n.* 4.
5 *Subſiſtit ſubrogatio, ſi Papa expoſita fuerit lis eo modo, quo eſt.*
6 *Lis pendens inter duos occaſione Beneficii debiti certo genere perſonarum eſt realis, & datur ſubrogatio.*
7 *In Parochialibus reſervatis Papa confert, ſed Epiſcopus inſtituit concurſum, & eligit digniorem.*

## DISCEPTATIO XXXI.

UT concedatur ſubrogatio, requiritur lis ſuper titulo Beneficii, & per conſequens opus eſt, quod præceſſerit collatio, & quod potens Beneficium petat illud uti ſuum vigore collationis, 1
non uti ſibi debitum ea ratione, quod ubi non præceſſit collatio, & ſic Beneficium petitur uti debitum, imploratur tantum officium Judicis, ut conferat Beneficium, & conſequenter intentatur actio perſonalis, ex qua non contrahitur vitium litigioſi ſuper titulo Beneficii, hæc eſt theorica Innocentii *in cap. cum M. Ferrarienſis de conſt.* quam paſſim ſecuti ſunt Doctores, & S. Rota, ut coram Coccino *dec.* 1235. Othobon. *dec.* 140. *n.* 8. *&* 9. cum aliis addoctis *in Cortonen. Beneficii* 18. *Martii* §. *Siquidem, & p. Julii.* 1697. §. *Gratis*, coram R. P. D. meo Anſaldo.

Quicquid ſit de hac concluſione in abſtracto, quæ licet recepta in foro, tamen unice dependet ab eo, an actio intenta realiter feriat ipſum Beneficium, vel potius derogatur in perſonam tanquam implorativa officii Judicis, ſuper quo multa verba effundunt ſeſe, quæ invicem involunt, Adden. ad Gregor. *dec.* 305. *num.* 8. Locher. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 20. *per tot.* & conſiderat allegata *Cortonen. p. Julii* 1697. §. *Quoniam*, coram R. P. D. Anſaldo.

Certum eſt, quod ubi agitur de Beneficio electivo, ſeu Juriſpatronatus, præallegata theorica Innocentii locum non habet propter diſpoſitionem 2
Text. *in cap.* 1. *ut lite pend. in* 6. ubi lite pendente inter electos, eaque non deciſa altero ex electis decedente, prohibetur fieri nova electio, qui Textus per Doctores extenditur etiam ad præſentatos, & loquitur, quando electi petunt Beneficium uti ſibi debitum vigore electionis, non autem uti ſuum vigore inſtitutionis, ſeu confirmationis Superioris; Unde oritur, quod in Beneficiis electivis, & patronatis non requiratur, quod lis exiſtat ſuper titulo Beneficii, ſed ſatis ſit litem quoquomodo exiſtere inter ipſos electos, ſeu præſentatos propter ſpecialem prohibitionem Text. *in d. capit.* 1. *ut lite pendente in* 6. ne, lite pendente, inter illos deveniatur ad novam electionem, ligando manus electoribus ſub pœna attentati, ut articulo formiter examinato firmavit Rota coram Coccino *dec.* 2080. *num.* 23. 24. 25. 26. 27. *&* 28. Gomeſ. *in Regul. de ſubrogand. quæſt.* 13. *n.* 1. Adden. ad Buratt. *dec.* 927. *num.* 21. *& in Papien. Beneſ.* coram Conrad. apud Ventrigl. *in prax. par.* 2. *annot.* 10. *ſub numer.* 34. *verſic. adeo quod, et in dicta Cortonen. Beneficii* 18. *Martii* 1697. §. *Siquidem*, R. P. D. Anſaldo, quam noviſſime, me ſcribente, ſecuta eſt Rota *in Gerunden. Beneficii* 12. Junii 1702. §. *Verum*, coram Reverendiſſimo D. Molines Decano.

Hinc infertur ad quæſtionem, an in concurſu ad Parochiales, ſi duo examinati fuerunt, & renunciati idonei, quorum unum Epiſcopus prælegerit, & alteri prætulerit, ſi iſte appellando ab irrationabili judicio Ordinarii, cauſam intro- 3
ducat in Rota, & lite pendente decedat competitor prælectus, tali caſu concedenda ſit ſubrogatio ſuperſtiti? videtur negative reſpondendum, quia iſte petebat Beneficium uti ſibi debitum per actionem implorativam officii Judicis, & conſequenter deficit lis ſuper titulo Beneficii, juxta alle-

allegatam Innocentii theoricam *in cap. cum M. Ferrarienſis de conſtit.*

Contrarium pro verius non ſolum, quia ita
4 reſolvit Amayden. *de ſtylo* Datar. *lib.* 1. *cap.* 24. §. 2. *numer.* 26. *ad* 30. quem per extenſum reportat Roſa *de execut. liter. Apoſtolic. par.* 1. *cap.* 17. *numer.* 102. *& ſeqq.* ſed etiam ex ratione convincenti, quod, ſicut Doctores diſpoſitionem Text. *in capit. ut lit. penden. in* 6. loquentem de lite inter duos electos extendunt etiam ad præſentatos, quod nempe reſpectu eorum non requiratur lis ſuper titulo Beneficii, ſeu quod petant Beneficium uti ſuum, ſed ſufficiat, quod illud petant uti debitum; ita etiam extenſio facienda eſt ad caſum duorum oppoſitorum in concurſu ad Parochiales ob identitatem rationis; nam quemadmodum electus ſeu præſentatus habet jus ad Beneficium vigore electionis, ſeu præſentationis, Itaut inter litem pendentem, uno ex eis decedente, non debeat deveniri ad novam electionem, ſeu præſentationem, eodem modo approbatus in concurſu ad Parochialem habet jus ad illam vigore Bullæ B. mem. San. Pii V. quæ concedit appellationem ab irrationabili judicio Epiſcopi, & mandat conſtito de gravamine, ei conferri Parochialem, qui appellavit, ut legere eſt ibi — *Conſtito de prioris eligentis irrationabili Judicio, eoque revocato Parochialis magis idoneo per eundem Judicem appellationis conferatur* — Ergo vigore hujus Conſtitutionis Pianæ approbatus in concurſu habet jus ad Parochialem nedum æquale præſentato, aut electo; ſed etiam majus, dum electus & præſentatus nullo labore præſentationem, & electionem reſpective aſſecuti ſunt; approbatus vero in concurſu non niſi juſto conflictu, & virtutis experimento approbationem obtinuit, ut ratiocinatur Amayden. *d. cap.* 24. §. 2. *ubi ſupra* Roſa *quæſt.* 1. *cap.* 17. *num.* 105. & hæc opinio placet, nec puto poſſe ſuperſtiti denegari ſubrogationem, nec Ordinarium devenire ad novum concurſum, Rota coram Cerro *dec.* 26. 34. *& num.* 44. & me ſcribente *in Eugubina Canonicatus* 4. *Maii* 1699. coram R. P. D. meo Lancetta, de qua ſupra *diſcept.* 4. *n.* 106.

Ceterum hæc quæſtio procedit, quando nondum conceſſa eſt ſubrogatio, ſed petitur in Da-
5 taria; nam alias ſi ea fuerit conceſſa per Papam cum narrativa litis eo modo, quo eſt, tunc non eſt locus diſputandi, an lis debeat eſſe ſuper titulo Beneficii, ſed gratia ſubrogatoria ſubſtitit quomodocunque lis fuerit, ut in puncto Amayden. & Roſa *d. cap.* 17. *ubi ſupra num.* 109. *& in addit. numm.* 44. & plene Rot. *in d. Cortonen. Beneficii* 1. *Julii* 1697. §. *Jure merito cum ſeq.* coram R. P. D. meo Anſaldo.

Si quæſtio ſit inter duos concurrentes ad Be-
6 neficium debitum certo genere perſonarum veluti oriundis, ſeu licentiatis, ſeu Clerico pauperi, ſeu aliquibus de familia, & ſimilibus Ordinario conferente Beneficium uni, altero appellante, ubi mors appellati contingat, dabitur ſubrogatio ſuperſtiti, quia lis tali caſu eſt realis ad petendum ipſum Beneficium, uti ſuum ex paſſiva vocatione certi generi perſonarum, & deducitur ex eodem Innocentio *in dict. cap. cum M. Ferrarienſis ſub n.* 9. ubi tenet contrahi vitium litigioſi ſuper re — *Si quis agat confeſſoria ad aliquam rem vel Præbendam, quam alias tenet, in qua dicit ſe jus habere & ſuam eſſe, & ideo ſibi deberi* — & late explicat, ac perſuadet Lother. *d. lib.* 1. *quæſt.* 20. *n.* 37. *& ſeq.* cujus doctrinam explicativam Innocentii approbavit Rot. *dec.* 163. *n.* 11. *par.* 8. *recent.* & noviſſime, me ſcribente *in d. Gerunden. Beneficii* 12. *Junii* 1702. §. *præſertim*, coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano.

Quoniam ſupra tetigi de prælecto in concurſu ad Parochialem, quæro in Parochialibus affectis, & reſervatis, ubi ad Papam ſpectat conferre, & ad Ordinarium inſtituere concurſum, nunquid ad eum pertineat prædigere digniorem, vel ad ipſum Papam? Fagnan. *in cap. illa ne ſede vacan.* 33. *in fine* tenet, quod Papa confert, ſed Epiſcopus vigore Concilii Tridentini *ſeſſ.* 24. *capit.* 18. necnon Bullæ S. Pii V. 33. inſtituit concurſum & eligit digniorem, & de hoc non dubitatur, quia clara eſt litera Concilii *d. capit.* 18. ibi — *etiam ſi ipſa Parochialis Eccleſia reſervata vel affecta fuerit*, necnon Bullæ Pianæ, & tradunt communiter Garz. *de Beneſic. par.* 9. *capit.* 2. *numer.* 153. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 6. *numer.* 111. verum tamen dubitari poteſt, an ſtando in terminis Concilii Tridentini, & Bullæ Pianæ, Papa præterire valeat electionem Epiſcopi, quoniam Pax Jordan. *lib.* 10. *tit.* 8. *num.* 45. videtur coarctare, ut prælectus ab Epiſcopo, & non alius per Papam inſtituatur in Beneficio ibi — *ut talis prælectus, & non alias ab ipſo inſtituatur in Beneficio* — & concordat Gonzal. *d. gloſſ.* 6. *numer.* 111. *verſ. & illi facienda eſt*; hac in re dico, quod ſummus Pontifex regulariter confert Parochialem prælecto ab Epiſcopo, & ita ſervat ſtylus. Ceterum ſi aliquis ex oppoſitoribus coram Papa doceat de gravamine ſibi illato, quodque Epiſcopus male alium prælegerit, non arctatur Summus Pontifex ab illa prælectione Epiſcopi, ſed poteſt, ea non obſtante, Parochialem conferre oppoſitori, cujus gravamen agnoſcat, ſeu quem exiſtimet digniorem, & præferendum in Beneficio, ut aliquando vidi in praxi, pro quo faciunt tradita per Garz. *d. par.* 9. *capit.* 2. *num.* 269. *verſ. niſi alias*, quem refert Ventrig. *in prax. par.* 2. *annot.* 5. §. 2. *numer.* 6. notat etiam Garz. *ubi proxime num.* 15. quod cum Ordinario detur electio dignioris, ei videtur dari etiam gratificatio in caſu, quo reperti fuerint plures æque idonei, & æque approbati in concurſu, ut nempe eligere poſſint unum ſolum ex illis, quodque ita ſervatur in Parochialibus Papæ reſervatis, & ita etiam tenet Ventrigl. *in prax. par.* 2. *annot.* 5. §. 1. *num.* 37. ubi dicit eſſe indubitatum.

## ARGUMENTUM.

Metus quando non dicatur probatus ad effectum diſſolvendi ſponſalia, & de requiſitis ad illum probandum ad materiam Text. *in capit. ex literis de diſpenſ. impuber.* qui teſtes prævalere debeant, an deponentes pro metu, vel contra metum ad explicationem theoricæ Innocentii *in cap. ſuper hoc de renunc.*

## *SUMMARIUM.*

1 *Qui impugnat ſponſalia uti metu exorta, ea præceſſiſſe fatetur.*
2 *Ad probandum metum requiruntur probationes evidentiſſimæ.*
3 *Unus teſtis contra inducentem probat, alioſque declarat.*
4 *Dictio magis quando ſtet comparative vel elective.*
5 *Voluntas mulierum variabilis præſertim in matrimonio concludendo.*
6 *Metus debet probari de tempore actus, non ante, vel poſt.*
7 *Metus gravis requiritur ad irritanda ſponſalia.*
8 *Iſte metus exemplificatur in duplici caſu, & quales ſint, & n.* 9.
10 *Major non præſumitur habere metum reverentialem erga minorem.*
11 *Prima conditio metus gravis eſt, quod malum ſit grave.*
12 *Metus ex vana cognitione deductus non attenditur.*
13 *Modica coactio licita eſt parentibus ad Matrimonium.*
14 *Secunda conditio metus gravis, quæ ſit.*

15 *Ter-*

15 *Tertio quæ ſit.*

16 *Magis creditur deponentibus contra metum, quando pro eis ſtant conjecturæ, præſumptiones, & quæ iſta ſint vide num. 17. 19. 20. 21. 22.*

23 *Sponſalia valida, & non meticuloſa ſunt effectuanda.*

24 *Quando nulla ſubeſt cauſa reſiliendi ab eis.*

25 *Et quando ex non effectuatione ſcandala oriri poſſent.*

## DISCEPTATIO XXXII.

COnſtat de ſponſalibus omnino effectuandis; ea quippe reſultant ex apocha jurata, & propria Comitiſſæ manu ſubſcripta, juncta ipſius confeſſione, quæ impugnando ſponſalitiam promiſ-
1 ſionem tanquam metu extortam, per neceſſarium antecedens eandem præceſſiſſe fatetur, ut arguit Rot. *dec.* 490. *num.* 8. *par.* 18. *tom.* 2. *rec.* & probat Text. *in capit. ex literis, & cap. ad diſſolvendum de ſponſalib.* ubi Panorm. *num.* 3. *& in l. ſi Puella ff. de ſponſal.* Sanchez *de matrim. lib.* 3. *diſput.* 15. *num.* 9. *in fin.* Panimoll. *dec.* 23. *annot.* 1. *n.* 23. *& ſeqq.*

Non obſtat, quod Comitiſſa ſubſcripſerit apocham, & fidem dederit Marchioni coacte impulſa per vim, & metum Comitis ſui fratris, itaut conſenſus coacte datus nunquam fuerit conſenſus, & ſine conſenſu non poſſit conſtare de ſponſalibus validis, & effectuandis, juxta celebrem Urbani III. ſanctionem *in cap. ex literis de deſponſat. impub.* ubi omnes Canoniſtæ.

Allegatio enim hujus violentiæ eſt apertiſſima fabula opportune conficta ad retrahendam fidem, & pro arbitrio variandum a ſemel placitis, quod acriter reprehendit Divus Hieronymus relatus in *Can. omnes* 32. *q.* 7. dicens in propoſito hæc aurea verba contra mulierem allegantem matrimonium coactum: *Nolo mihi proferas raptoris violentiam, matris præſtationem, patris auctoritatem, propinquorum catervam, ſervorum inſidias, & parentum*: ideque convincitur ad evidentiam, dum Comitiſſa ex ſeptem teſtibus hujuſmodi ſuppoſitum metum non probavit; quando tamen cum agatur de contractu ſponſalium inito non quidem in ſilvis, ſed in urbe conſpicua Bononiæ, ubi adſunt Cardinalis Archiepiſcopus, & Legatus Superiores, ad quos facilis patebat recurſus, tali caſu allegans metum, debet eum probare non quidem per aliquales probationes, ſed per evidentiſſimas, & tales, quæ rem notoriam reddant, & nullo velamine obumbrari valeant, ut eſt notabilis Text. *in l.*
2 *non eſt veriſimile ff. de eo, quod metus cauſ.* ibi — *non eſt veriſimile compulſum in urbe eum &c. cum potuerit adire aliquem poteſtate præditum, qui utique vim eum pati prohibuiſſet, ſed hujuſmodi præſumptioni debet apertiſſimas probationes violentiæ opponere:* quæ ultima verba Textus ibi — *apertiſſimas probationes* neceſſitatem imponunt probandi metum evidentiſſime, & in gradu ſuperlativo, ut plene ſcripſerunt Cardin. Pariſ. *conſ.* 170. *num.* 20. *lib.* 4. *verſic. & in Civitate Ferraria*, Tranchedin. *conſul.* 48. *n.* 29. Rot. *dec.* 516. *num.* 20. *par.* 5. *recen.* & in ſpecie contractus initi in civitate Bononiæ Rot. cor. Dunoz. Sen. *dec.* 21. *n.* 4.

Hæc autem probatio in præſenti non adducitur, quia contrarii teſtes neque in *cauſa*, neque in *tempore*, neque in *ſubſtantia* concludunt metum.

Non quidem concludunt metum in *cauſa*, quia non deponunt de aliqua averſione animi Comitiſſæ a perſona Marchionis ex. gr. quod repugnaret genſus, vel diſpliceret qualitas ejus morum, aut corporis: ſed ſeſe reſtringunt ad meram puellæ diſplicentiam nubendi extra urbem Bononiæ ſuam patriam, quæ diſplicentia, licet ab aliquibus teſtibus ab ipſa inductis depingatur pro magna, abſoluta, & vehementi, tamen eorum omnium dicta reſtringi debent, ſeu declarari juxta magis veriſimilem, & juridicam depoſitionem teſtis confeſſarii pariter ab ipſa inducti, qui ſolum comparative hanc diſplicentiam exponit ibi — *Si dichiarava voler più toſto maritarſi in Bologna, che fuori in altra Città*, cum unus teſtis magis ſpecifice, & veriſimiliter deponens probet 3
contra inducentem, alioſque explicet, ſeu declaret, Ceſar. de Graſſ. *dec.* 8. *num.* 10. *de teſtib.* Rot. cor. Coccino *dec.* 99. *num.* 2. *&* 3. *& dec.* 1644. *& dec.* 1734. *utrobique n.* 16. *& in Narnien. ſeu Horcana Alluvionis* 18. *Junii* 1696. *§. penultimo*, coram R. P. D. Molines Decano.

Hæc autem voluntas magis nubere volendi in patria, quam extra, eſt ſolita, & ordinaria in omnibus puellis, juxta naturalem inclinationem, de qua Tiraquell. *de legib. connub. gloſs. prima part.* 7. *lib.* 7. *numer.* 65. *& ſeqq.* nec proinde eſt apta ad inducendam averſionem animi adeo marmoream, ut fratre proponente nuptias externas potuerit virgo adhorrere, conſternari, & concipere violentiam in mente, quæ totaliter removere potuerit conſenſum ab actu, maxime quando non agebatur de aliqua competentia inter duos PROCOS, quorum unus eſſet civis, & alter exterus, in quo caſu verificari poſſet illud propoſitum Comitiſſæ: *di voler più toſto maritarſi in Bologna, che fuori*
*in altra Città*; ſed Marchio erat unicus, qui fuiſ- 4
ſet ei oblatus per fratrem, in quem propterea tanquam unicum, ſublato omni alio competitore Bononienſi, non potuit puella habere averſionem animi, ſed potius conſenſum voluntarium, ex recepta Juris propoſitione, quod qui comparative magis civem appetit, quam alienigenam, ceſſante concurſu, ſeu competentia civis, in alienigenam conſentire cenſetur, ut docet Text. *in l. prima ff. de donat. Cauſ. mortis* in illis verbis, *habere ſe mavult, quam eum cui donat*, magiſque eum cui donat, *quam heredem ſuum*, *l. magis puto ff. de reb. eorum, qui ſub tutel. l.* 3. *§. proinde ff. de minor.* & egregie Bald. *in l. tranſactione num.* 5. *verſ. de hac autem Cod. de tranſact.* ubi, quod illa dictio *più toſto*, ſeu latino ſermone *magis*, ſtat *comparative*, quando ponitur inter duo extrema inæqualia, & ideo includit poſitivum, ut eſt caſus noſter, quicquid ſecus, ſi eſſet poſita inter duo contraria, quia tunc dicitur ſtare *elective* & ſequuntur Jaſon. *in leg. jubere num.* 15. *ff. de Juriſdict. omn. Jud.* Alberic. *in Dictionar. in verb. magis*, Barboſ. *dict.* 193. *n.* 2. *& ſeqq.*

Et in omnem caſum hæc inclinatio, ſeu prædilectio mariti concivis, quatenus etiam fuiſſet electiva, & abſoluta (quod ex prædictis non ſubſiſtit) ſemper tamen potuit de momento in momentum mutari, conſideratis circumſtantiis viri digni, & de civitate extera æque pari, & non inferiori, prout eſt civitas Parmæ in ordine ad Bononiam, ut in puncto Rot. *dec.* 609. *num.* 2. *verſic. probato par.* 4. *com.* 1. *recent.* quæ quidem mutatio facilius præſumenda venit in voluntate muliebri, cum iſta tum in aliis materiis, tum præſertim in matrimonio ſit regulariter momentanea, varia, & mutabilis, juxta illud Virgilianum Æneid. *lib.* 4. ibi,

*Varium, & mutabile ſemper Femina.*

Quod dictum refert in propoſito Decius *conſ.* 163. *num.* 26. ibi — *Talis mutatio non eſt contra veriſimile in muliere, quæ varia, & mutabilis dicitur &c. recitatur illud* Virgilii, *varium & mutabile ſemper Femina, & præſertim in matrimonio*, nec non Marant. *reſponſ.* 18. *num.* 1. *& ſeqq. par.* 4. & ſic cum voluntas Comitiſſæ caderet ſuper accidens, non ſuper ſubſtantiam, ſeu perſonam viri, profecto circa ullam mentis coactionem potuit de facili mutari, & flecti ad meram perſuaſionem fratris, ut nuberet extero; mulierum nanque voluntates *momentaneas* appellavit Text. *in l. filia in orbitate Cod. de inoffic. teſtam.* & concordat Summus Pontifex *in cap. forus §. final. de verbor. ſignificat.* & late probat Tiraquel. *de leg. connub. gloſſ.* 1. *part. nona numer.* 129. ubi ad hoc probandum adducit Carmen Tibulli *liber.* 3. *eleg.* 4.

qui

Digitized by Google

qui de voluntate puellæ circa virum hæc ait:

*Alterius mavult eſſe puella viri,*

*Sed flecti poterit mens eſt mutabilis illi*

& melius proſequendo eadem *Gloſſ.* 1. *part.* 9. *numer.* 133. ubi firmat, quod præſumptio Juris, juxta quam nemo repente præſumitur mutare voluntatem, non procedit in muliere, cujus voluntas, præſumitur repente mutari, dicendo in fine hoc eſſe notandum, ibi, *quod nota quia forte alibi non legiſti*. Et experientia rerum magiſtra paſſim docet, virgines, licet extera matrimonia abhorrentes, tamen eis accomodari leviter rogatæ per parentes, ſi conducat.

Excluſo metu circa cauſam originariam minus contrarii teſtes illum concludunt in *tempore*, cum enim pro hoc matrimonio plures interceſſerint actus, quorum primus, ſeu principale initium fuit apocha ſponſalium exarata ſub *die* 16. *Octobris* 1693. nullus ex teſtibus examinatis deponit præciſe de coactione, & metu, vel in ipſo actu, & tempore apocæ, vel paulo ante, ſed omnes, vel generice loquuntur, vel percutiunt ſolos actus poſteriores, ſignanter celebrationem inſtrumenti dotalis habitam 17. *Maij* 1694., & tamen certiſſima, & a nemine ex Doctoribus controverſa opi-
5 nio eſt, quod metus pro nullitate ſponſalium probandus eſt in tempore actus, vel paulo ante, alias ſubſecuti timores, & minæ non attenduntur ad infringendam promiſſionem ſponſalitiam præcedenter ſtipulatam, ut optime Rot. *dec.* 600. *numer.* 2. *par.* 4. *tom.* 1. *&* *dec.* 344. *num.* 12. *par.* 11. *&* *dec.* 266. *numer.* 3. *par.* 18. *tom.* 1. *rec.* Pignatel. *conſult.* 181. *numer.* 14. *tom.* 9. Balducc. ad Ramon. *conſult.* 96. *num.* 110.

Quod adeo verum eſt in Jure, ut quamvis Alex. de Nevo *in cap. ex literis de deſponſ. impub. num.* 5. *&* 6. putaverit metum illatum poſt inita ſponſalia ſaltem eſſe juſtam cauſam ea diſſolvendi, tamen ejus dictum uti erroneum, & contra Juris principia, fuit late reprobatum a Sanchez *de Matrimon. lib.* 4. *diſput.* 19. *num.* 30. ubi abſolute cum refellit dicendo ibi – *Sed dico id minime verum eſſe*, & eum refert, & ſequitur Barboſ. in *d. cap. ex literis num.* 5. *de deſpon. impub.* nec aliquis Doctor huic opinioni contradicit.

6 Demum contrarii teſtes neque concludunt metum in *ſubſtantia*, quippe ad annullanda ſponſalia ex hoc capite, requiritur probatio metus gravis, & cadentis in conſtante virum, nec levis ſufficit, aut attendendus venit, ut probant Textus limpidiſſimi *in cap. cum dilectus de his, quæ vi, metuſque cauſa cap. veniens, & cap. conſultationi de Sponſ. & cap. inſinuante qui Cleric. vel Voventes*, & plene Sanchez *de Matrim. lib.* 4. *diſp.* 27. *num.* 3. Rot. *dec.* 301. *num.* 21. *& dec.* 334. *n.* 5. *par.* 11. *& dec.* 490. *n.* 7. *par.* 18. qui licet loquantur de probatione metus gravis ad effectum annullandi matrimonium, tamen applicantur, etiam ad ſponſalia, cum iſta non ſecus, ac matrimonium per ſolum
7 metum gravem irritentur, oon autem per levem, ut in puncto Sanchez *de matrimon. lib.* 4. *diſput.* 19. *num.* 4. ibi – *Metus levis non irritat ſponſalia*, Bonaccin. *oper. moral. tom.* 1. *tit. de Sponſal. quæſt.* 1. *pun.* 9. *numer.* 6. *verſ. dixi*, ubi, quod metus levis noo ſufficit ad diſſolvenda ſponſalia, ibi – *In foro externo non datur actio ad diſſolvenda ſponſalia facta per metum levem; nam in Jure non habetur ratio metus levis, l. nec timorem ff. de eo quod metus cauſa*, necnon Guttier. *de Matrim. cap.* 76. *num.* 43. ibi – *Limitatur hæc ſententia in metu levi, qui non irritat ſponſalia ſicut nec matrimonium &c. eſtque veriſſimum* – Filliuc. *oper. moral. tom.* 1. *tract.* 10. *cap.* 4. *num.* 18. *verſ. quando autem eſt levis*; & ratio eſt, quia metus levis non impedit libertatem conſenſus, ut docet Text. *in cap. inſinuante qui Cleric. vel Voventes* ibi – *nulla, vel modica coactio*, & bene Fagnan. ibidem *n.* 6.

Hunc metum gravem exemplificant Doctores in duplici caſu; & primus eſt, quando agitur de perſonis, quæ ſunt in poteſtate, ſeu quarum reſpectu intrare poteſt metus reverentialis, ut ex. gr. de filio reſpectu patris, uxore reſpectu mariti, pupilla reſpectu tutoris, & aliis ſimilibus, de quibus apud Sanch. *de Matrimon. lib.* 4. *diſput.* 6. *numer.* 24. *& ſeqq.* & Guttier. *eodem tract. cap.* 77. *numer.* 15. & in hoc caſu non ſufficit metus reverentialis, niſi duæ circumſtantiæ copulative concurrant; Altera, quod acceſſerint minæ graves, & altera, quod minans fuerit ſolitus eas exequi, ut eſt communis ſententia omnium Doctorum, & ſignanter notant Sanchez *lib.* 4. *diſput.* 6. *numer.* 21. Barboſ. *Vot. deciſ.* 127. *numer.* 12. *lib.* 3. Reginald. *in prax. for. pœnit. lib.* 31. *cap.* 13. *numer.* 84. *verſic. ſecunda propoſitio*, Guttier. *de Matrim. capit.* 44. *numer.* 45. & articulo ad partes examinato Rot. *in Tutell. Matrimonii dict. dec.* 301. *num.* 22. *& ſeqq. part.* 11. *Rec.* Pignatell. *conſult.* 181. *numer.* 10. *in fine & numer.* 11. *cum ſeqq. tom.* 9. vide tamen Layman. *in Theolog. moral. liber.* 3. *tractat.* 3. *par.* 3. *capit.* 6. *numer.* 4. *verſ. exempla.*

Secundus caſus eſt, ubi ſumus io extraneis, in 8
quibus non militat metus reverentialis, & tunc ad inducendum metum gravem pro anoullandis ſponſalibus requiruntur copulative tres circumſtantiæ, ſeu conditiones, quarum una ſi deficiat, metus dicitur levis, & non gravis, & hujuſmodi tres 9
conditiones recenſet a Spiritu Sancto *in tract. de Matrim. tract.* 11. *diſput.* 5. *ſect.* 1. *numer.* 222. his verbis.

*Tres conditiones requirunt Jura, & Doctores, ut metus gravis ſit, & in virum conſtantem cadere dicatur.*

Prima. *Ut malum, quod timetur, ſit grave.*

Secunda. *Ut incutiens potens ſit, & præſumatur probabiliter executurus.*

Et tertia. *Ut patiens metum reſiſtere facile non poſſit.*

*Et ex defectu cujuſcunque harum conditionum timor dicitur levis.*

Hæc opinio eſt communiter recepta ab omnibus, eamque referunt, & ſequuntur Guttier. *de Matrim. capit.* 77. *num.* 1. Sanchez *de matrim. lib.* 4. *diſp.* 1. *n.* 10. 19. *&* 24. Coninch. *de Sacram. tom.* 2. *diſp.* 28. *dub.* 2. *n.* 23. Caſtrop. *oper. moral. tom.* 1. *tract.* 2. *diſ.* 1. *punct.* 7. *num.* 1. cum aliis apud Rot. *dec.* 490. *num.* 2. *&* 3. *par.* 18. *tom.* 2. *Recent.* Speтel. *deciſ.* 79. *num.* 43.

Noſtra quæſtio non cadit ſuper primo caſu, hoc eſt circa perſonam, cujus reſpectu intrare potuerit metus reverentialis, quia cum Comitiſſa eſſet ætate major in ordine ad fratrem minorem annorum 18., non potuit concipere aliquem metum reverentialem, ſed potius inferre; repugnat enim naturæ ordo, & ipſa etiam lex erubeſcit, quod
major reverentiam habeat erga minorem, ut pro- 10
bat Text. *in l. cum oportet §. non autem Cod. de bon. quæ lib. & in §. ſed quod ſancitum verſ. erubeſcit. auth. de nuptiis*, Tiraquel. *de Primog. in præfat. n.* 145. & demonſtrant omnes in hac materia ſcribentes, qui inter perſonas metui reverentiali ſubjectas, ponunt tantummodo ſororem, aut fratrem minorem reſpectu majoris, non autem e contra; immo regulariter dicunt, oon dari metum reverentialem erga fratrem, ſeu ſororem majorem, niſi concurrente circumſtantia, quod major ſtet in domo loco patrisfamilias gubernando minorem, quod deficit in præſentanti, ubi aderat materfamilias, & frater erat ætate minor potius indigens gubernio, quam gubernandi capax, ut in ſpecie ſcripſerunt Tiraquell. *de Primog. in præfat. n.* 143. Franc. Aretin. *conſ.* 24. *n.* 6. Sanchez *de matrim. l.* 4. *diſp.* 6. *num.* 31. *in fine & n.* 32. Guttier. *de matrim. cap.* 77. *num.* 15. & in hac materia matrimonii totale regimen ac dominium filiæ ad matrem pertinebat, ut ait Tiberius apud Tacit. *l.* 4. annale ibi – *eſſe illi matrem, & aviam propriora conſilia*, & eſt Text. *in l. in Conjunctione C. de Nuptiis.*

Quæſtio eſt igitur in ſecundo caſu, qui ſolum

applicari poteſt ad rem noſtram, & in hoc deficiunt omnes tres conditiones neceſſariæ ad inferendum metum gravem, & tamen, ſi una tantum ex illis deficiat, metus non dicitur amplius gravis, ſed levis, ut docent a Spiritu Sancto, & alii *ſuperiùs citatis*; Teſtes autem ad eum probandum adducti nullam ex his conditionibus concludunt.

Prima enim conditio eſt, *ut malum quod timetur, ſit grave*, & hæc non probatur per teſtes, qui ſolum deponunt de torvo ſupercilio fratris erga Comitiſſam, & aliis ſimilibus levitatibus; quando tamen certiſſima eſt apud omnes aſſertio, quod ma-
11 lum grave in hac materia accipitur pro eo, quod infert metum mortis, vel cruciatum corporis, ut docet Textus apertus *in cap. cum dilectus de his, quæ vi, metuſque cauſa* ibi – *Non obſtante violentia, quæ proponebatur illata, cum neque metum mortis, neque cruciatum corporis contineret; & ideo non debuerat cadere in conſtantem virum* – per quem Textum omnes concludunt requiri pro metu gravi in materia ſponſalium, & matrimonii, quod præceſſerit atrocitas facti, hoc eſt verbera, arma, carcer, & ſimilia, a Spiritu Sancto *dicto tract. 11. diſp. 6. ſect. 1. numer. 223.* Caſtropal. *tom. primo tract. 2. diſp. prima punct. 7. numer. 2.* Sanchez *de Matrimon. lib. 4. diſput. 5. num. 3. & ſeqq.* Rot. coram Seraphino *dec. 763. num. 2. verſ. Non quidem*, Pignatel. *conſult. 81. numer. 9. tom. 9.* Balducc. ad Ramon. *conſ. 96. numer. 110.* Rot. coram Gregor. *deciſ. 374. num. 14. & 19. verſ. Quarto, & in reſ. dec. 516. n. 17. par. 5. tom. 2.*

Hoc autem genus coactionis non ſolum non probant, ſed immo excludunt depoſitiones eorundem teſtium, dum unam ex maximis violentiis illatis per fratrem, ſupponunt fuiſſe in dicendo *che l'haverebbe ſchiaffeggiata*, & tamen eodem tempore ſubjungunt, quod Comitiſſa his verbis virili animo reſpondit – *anche queſto? non hò havuto mai li ſchiaffi dal Sig. Padre* – quodque Frater tali reſponſione exterritus, *ſe ne andò via*. Unde aſſequitur manifeſte ex teſtibus contrariis, metum gravem potius excludi, quam probari; quia ridiculum eſſet præſumere metum in ſorore majori, reſpectu Fratris minoris, qui verbaliter objurgans ſororem, ad ejus reſponſionem tacuit, & fugam arripuit; immo verſa vice potius dicendum eſt, timuiſſe Fratrem, quam ſororem, ut conſiderat Pignatell. *conſultat. 181. numer. 12. & 23. tom. 9.* Rot. *deciſ. 301. n. 24. par. 11.*

Quamvis hujuſmodi teſtes convincantur mendaciſſimi in hac circumſtantia minarum, aut objurgationum Fraternarum, quippe deponunt, Comitiſſam nunquam auſam fuiſſe ſe manifeſtare Fratri circa hanc ſuam renitentiam nubendi Marchioni extero. Si ergo non patefecerat voluntatem Fratri ſuo, iſte profecto non potuit minari, nec ullus metus per conſequens illatus ſupponi valet, itaut
12 ſi quid ipſa timuerit, proceſſerit ex mera ejus cogitatione, & opinione vana, quæ non attenditur in hac materia, ut eſt Textus *in l. metum la 2. ff. de eo, quod met. cauſ.* & in puncto Sanchez *lib. 4. diſput. prima numer. 14. verſ. quia ſive* Sperell. *deciſ. 79. numer. 52. verſ. nec eſt vanis timoribus*; & ratio eſt, quia metus debet eſſe extrinſece incuſſus ab homine, ut relevet, non intrinſece, & vane cogitatus, itaut ſi puella annuat ſponſalibus, & matrimonio videndo parentes ita deſiderare, eiſque non aperiendo voluntatem ſuam nequeat allegare metum, quia dicitur voluntarie conſenſiſſe, volendo potius contrahere nuptias, quam incurrere in præſumptam indignationem parentum, ita ſuum deſiderium eorum complacentiæ poſtponendo, ut ponderat Pignatell. *dicta conſult. 181. num. 19. verſic. alias enim*, Rot. coram Cerro *deciſ. 285. num. 5. verſ. dum itaque*, & in ſpecie Panormitan. *in cap. veniens il primo de Sponſal. n. 5.* Alexand. de Nevo *n. 4. verſ. Advert.* Barboſ. *Vot. deciſiv. 127. numer. 5. lib. 3.* Felin. *conſ. 14. numer. primo.*

Fortius, quia omnia verba Fratris expoſita per teſtes contrarios ad probandum aſſertum metum, ad omne pejus aliud non concludunt, quam modicam coactionem, & perſuaſionem, quæ licita omnino eſt in quocunque conſanguineo, etiamſi agatur de parentibus, quorum reſpectu intrat metus reverentialis, ut declarat teſtis confeſſarius, qui in hac parte uti magis veridicus, & magis veriſimilia deponens eſt unice attendendus ad declarationem aliorum teſtium ibi – *Benche il Signor Conte ſuo Fratello ne faceſſe premuroſe inſtanze*, & conſequenter aſſertus metus ob minas, & violentiam Fratris eſt falſiſſimus in facto, dum in ſumma nihil aliud probatur, quam coactio modica per ſolas inſtantias efficaces, & perſuaſionem conſan- 13
guineis licitam in hac materia matrimoniali, ut eſt receptiſſimus Textus *in leg. ſi Patre cogente 22. ff. de Ritu Nuptiarum* ibi – *Si Patre cogente ducat uxorem, quam non duceret ſi ſui arbitrii eſſet, contraxit tamen matrimonium &c. Maluiſſe enim hoc videtur*; notando hic verbum illud *Maluiſſe* oſtendens, filium modice coactum per patrem non poſſe allegare metum, tanquam maluerit inire matrimonium, quam patris coactioni reſiſtere, & egregie, quod idem ſit nullam adeſſe coactionem, ac adeſſe modicam, docet Textus *in capit. Inſinuante, qui Cleric. vel Vovent.* ibi – *Attendentes &c. quod &c. nulla, vel modica coactio affuiſſet*, Gloſſ. *in cap. primo in verbo conſenſit de deſponſ. impub.* Rota *deciſ. 517. numer. 9. par. 5. to. 2. Recent.* & in terminis terminantibus, quod parentes poſſint impellere ad matrimonium, dummodo non intercedat atrocitas facti, ſed impulſus moderatus per ſimplices increpationes verborum, tradunt Sanchez *de Matrim. lib. 4. diſp. 22. n. 5.* ibi – *poteſt enim pater increpatione paterna cogere filium ad certum matrimonium*, Odofred. *in ſumm. tit. de deſponſat. n. 12.* ibi – *non poteſt pater abſolute cogere, ſed modica coactione paterna*, Barboſ. *d. vot. 127. n. 9.* Pignatel. *d. conſul. 181. num. 11. tom. 9.* Sperel. *dec. 75. num. 22. 50. 79. verſ. ſed & quatenus*, Gutier. *de Matrim. capit. 79. av. 5.* Menoch. *conſ. 79. numer. 14.* Filliuc. *oper. moral. tom. primo tract. 10. cap. 4. n. 125.*

Secunda conditio, *quod metum incutiens ſit potens, & minas probabiliter executurus*, eſt adeo remota a caſu iſto, ut neque per umbram remaneat probabilis, dum Frater Comitiſſæ erat ætate minor, ideoque de Jure præſumitur inhabilis ad valide minandum, & minas exequendum, ut in puncto Pignatell. *dicta conſultat. 181. num. 23. tom. 9.* ibi – *Non enim poteſt filius in minori ætate conſtitutus valide minari, nec minas exequi* – & bene etiam Reginald. *in prax. for. pœnit. lib. 31. capit. 13. numer. 77. verſic. prior eſt imbecillitas perſonæ*; erat, & eſt Eques nobiliſſimus, qui non præſumitur committere voluiſſe actum adeo facinoroſum, & propriæ nobilitati indecentem ad differentiam hominis de vulgo, *cui minor ſapientia, & ex mediocritate fortunæ pauciora pericula ſunt*, Tacit. *lib. 14. annal.* erat amantiſſimus propriæ ſororis, & potius ſoror habebat prædominium in ipſum uti minorem, quam ipſe in ſororem, quibus ſtantibus, remanere totaliter excluſam conditionem me- 14
tus ex capite perſonæ potentis, & ſolitæ minas exequi, firmant Pignatell. *dicta conſultat. 181. num. 12. & 23.* Sanchez *lib. 4. diſput. 1. numer. 19.* Rot. *deciſ. 301. n. 23. & ſeqq. par. 11. & deciſ. 266. num. 4. verſic. Tanto magis part. 18. recent.* ideoque etiamſi probatæ eſſent atrociſſimæ minæ, adhuc nihil relevarent, quia fuiſſent minæ eluſoriæ, & inanes, quæ aliquando fieri ſolent, & inconſiderate proferuntur calore iracundiæ, & quæ ad hunc effectum non excludunt libertatem conſenſus, ut eſt optimus Text. *in l. hæc autem 4. ff. ſi cui pluſ. quam per legem falcidiam*, & advertit Balducc. ad Ramon. *conſil. 96. num. 110.* Rot. coram Bich. *dec. 412. n. 9. & in Recent. dicta dec. 490. num. 7. par. 18. tom. 2.*

Tertia conditio, *ut patiens metum facile reſiſt-* 15

re

*re non poſſit*, pariter deficit in præſenti, quia Comitiſſa erat in urbe, ubi poterat de facili occurrere malo, adeundo Superiores, quod cum non fecerit, ſibi imputare debet, cum ſtante recurſu ad Superiores, per quem poterat evitare coactionem, metus nunquam dicatur gravis, ut in puncto Sanchez *lib.* 4. *diſp.* 1. *num.* 24. Rot. *dec.* 526. *num.* 20. *par.* 5. *tom.* 2. *recent.* Pignatell. *dicta conſult.* 181. *n.* 34. Barboſ. *d. vot.* 127. *num.* 28.

Evidentiſſime autem, quia ad evitandam coactionem poterat etiam auſugere in Monaſterium, ſicut hodie fecit, quod ſi facere tunc omiſit, ſignum exinde apertiſſimum inſurgit, quod volens, & non invita conſenſit in nuptias, ut in ſpecie ad excluſionem metus obſervant Card. Pariſ. *d. conſ.* 170. *numer.* 23. *lib.* 1. Rot. coram Seraphino *deciſ.* 763. *num.* 4. Aldobrandin. *conſil.* 23. *num.* 45. *& ſeqq. lib.* 1. Amaya *in l. unica num.* 43. *Cod. qui ſponte publ. mun. ſubeunt lib.* 10. Rot. *in Cremonen. Feud.* 4. *Februarij* 1692. §. *Tum quia*, coram Reverendiſſimo Turonen.

Cum igitur ex omnibus hucuſque deductis teſtes contrarii aſſertum metum non probent, neque in *cauſa*, neque in *tempore*, neque in *ſubſtantia* nulla hic videtur adeſſe cauſa reſiliendi a ſemel placitis, & a fide data; quid autem dicendum erit, quando teſtes nullam omnino fidem mereri poſſunt ob plures exceptiones, nedum in dictis, ſed etiam in perſona, dum, vel ſunt mulieres, vel familiares Comitiſſæ, vel ſe declarant anxios pro victoria cauſæ in ſavorem illius, vel ſunt contrarii, & in pluribus dictis inveriſimiles, & quando demum dantur alii teſtes fide digniſſimi, qui contrarios conquaſſant, ut in his terminis notant Rot. *dec.* 301. *num.* 19. *& dec.* 334. *num.* 6. *par.* 11. Spetell. *deciſ.* 79. *numer.* 48. *& ſeqq.* Seraphin. *deciſ.* 763. *num.* 2. Pignatell. *dicta conſult.* 181. *numer.* 16. *&* 23.

Et quod omnem tollit rationem dubitandi, conſiſtit in evidentia facti probata ex demonſtrationibus, & ſignis extrinſecis Comitiſſæ, erga Marchionem concludentibus liberum ejus conſenſum, immo amorem erga ſponſum, quæ quidem ſigna, & demonſtrationes probatæ ex poſitionibus ab ea confeſſatis præferri debent mendicitatis teſtium contrariorum aſſertionibus; licet enim in hac materia regula ſit, magis credi duobus teſtibus deponentibus de metu, quam mille contra metum aſ-
16 ſeverantibus juxta theoricam Innocentii *in capit. ſuper hoc numer.* 2. *de renunc.* Tamen fallit hoc dictum, quando pro libero conſenſu, & excluſione metus concurrunt præſumptiones, & conjecturæ, tunc enim regula procedit e contra, ut magis attendantur teſtes pro libertate, quam pro coactione conſenſus, ut limitando dicunt Sanchez *de Matrimon. lib.* 4. *diſp.* 27. *numer.* 2. Boſſ. *eodem tract. capit.* 12. *numer.* 397. *& ſeqq.* A Spiritu Sancto, *ubi ſupra tract.* 11. *diſput.* 5. *ſect.* 8. *numer.* 227. Dicaſtill. *de Matrimon. diſput.* 4. *numer.* 210. plene Rot. *deciſ.* 301. *numer.* 43. *& ſeqq. part.* 11. *recent.*

In præſenti, tot, tantæque concurrunt conjecturæ, & ſigna manifeſta liberi conſenſus, ut non ſolum excludant aſſertum metum in ſponſalibus, ſed etiamſi in illis interceſſiſſet, probarent purgationem ejuſdem, itaut non eſſet amplius ſuper eo querendum, cum etiam ex actibus ſubſequentibus poſſit metus purgari in ſponſalibus, ut eſt opinio communis, & probat Text. *in cap. de illis ubi* Gloſſ. *in verb. conſenſus, de deſponſ. Impuber. & cap. unico eodem tit. in* 6. Gutier. *de matrim. cap.* 40. *numer.* 6. *& cap.* 71. *numer.* 12. Alexander a Scala *inter conſil. Matrim. diverſ. conſ.* 56. *numer.* 9. Dec. *conſ.* 599. *numer.* 5. Rot. *dicta dec.* 301. *numer.* 41. *par.* 11.

Prima autem ex conjecturis eſt, quod Marchio
17 poſt inita ſponſalia reverſus ad Bononiam, fuit receptus in domo Comitiſſæ hilari vultu, nec non acceptavit munus gemmæ ei oblatum ab eodem Marchione, uti ejus ſponſo. Et ſequenti die coram ſponſo apparuit, gemmam donatam collo geſtans multis colloquiis eum tenendo, idque ſucceſſit tempore, quo Comes ejus frater erat abſens ab urbe Bononiæ; iſti autem actus recipiendi ſponſum in domo, multum colloquendi cum eo, acceptandi, & gerendi munera, abſente fratre, ſecuti, non poſſunt referri ad ejus metum, nihil attenta excuſatione, quod hæc fecerit ſponſa de ordine matris, quia cum iſta non eſſet cauſa metus, nec coegerit filiam ad hos actus, certe non poteſt impugnari voluntarius conſenſus Comitiſſæ ex præallegatis actibus dilucide expreſſus, ut in ſpecie notat Panorm. *in conſ.* 48. *in princ. verſic. recipiendo Jocalia lib.* 1. Panimoll. *dec.* 23. *adnot.* 1. *numer.* 17. Rot. *deciſ.* 772. *numer.* 13. *part.* 1. *& deciſ.* 74. *numer.* 3. *part.* 4. *tom.* 1. *recent.* & coram Millin. *dec.* 75. *numer.* 3. *verſic. tertio ex muneribus.*

Secunda conjectura oritur ex reiteratis actibus mutuæ correſpondentiæ occaſione novi reditus Marchionis ad urbem Bononiæ conſiſtentibus in
receptione aliorum munerum per manus Mar- 18
chionis patris ſponſi, qui ei præſentavit *in un mazzo di fiori alcuni Spilloni di diamanti*, & ſponſa tam ſequenti die, quam aliis temporibus faſciculum florum in capite geſtavit, & quod notabile eſt, naſtrum pendens in calce faſciculi poſuit in flabello flores etiam ſibi donatos ab eodem Marchione in pectore collocavit, ſimul cum ſponſo theatra adivit juncta familiariter eundi in curru ſimul cum ſponſo per urbem, & cum invitandi in curru, ſi obvium habuiſſet per vias, ludendi, & ſimul chorizandi, dando ſigna lætitiæ, & amoris; hæc enim omnia excuſari nequeunt ſub prætextu ordinis materni, ſeu fraterni, quia ſtare quidem poteſt, puellam potuiſſe facere actus neceſſarios, non tamen exuberantes, & in amore valde accuratos, cum ſignis externis lætitiæ, & riſus, excludentibus totaliter mentem coactam, ut in punto probat Card. Pariſ. *conſil.* 170. *num.* 21. *&* 22. *&* 25. *lib. primo verſic. hilaris, & læta erat*, Menoch. *lib.* 3. *præſump.* 4. *num.* 29. Rot. *dicta deciſ.* 301. *num.* 35. *& deciſ.* 334. *num.* 12. *verſic. ponderabatur par.* 11. *& deciſ.* 490. *numer.* 3. *in fine verſic. ambo proceſſerunt part.* 18. *recent.*

Et ratio eſt evidentiſſima, quia invitus & coactus, licet abſcondat triſtitiam, & metum, ſemper tamen in vultu emicat, neſcio quid mœroris, ut narratur de Burro coacto intervenire dedecori Neronis turpiter in ſcænis cantanti apud Tacit. *lib.* 14. *annal.* ibi — *Mærenſque Burrus, ac laudans* optime *latin. Pacat.* in Panegiric. ad Theodoſium ibi — *fingit quidem, ut ſcimus & timor gaudium, ſed ita intimos mentis affectus proditor vultus enunciat, ut in ſpeculo frontium imago extet animorum* — & proinde, ubi concurrunt actus non ſolum neceſſarii facti cum ſumma lætitia, ſed etiam exceſſivi, & ad abundantiam, nunquam præſumi poſſit coactio, quia facies talis apparet, qualis eſt animus, juxta illud Juvenal. *Satyr.* 9. *verſ.* 18. *& ſeqq.* ibi —

» *Deprehendas animi tormenta latentis in ægro*
» *Corpore, deprehendas & gaudia, ſumit utrumque*
» *Inde habitum facies . . . .*

& magis in ſpecie, quod non poſſint ſtare riſus, & gaudia ficta in corde mœſtiſſimo, cecinit Tibull. elegantiſſime *lib.* 3. *eleg.* 7. ibi —

» *Hei mihi difficile eſt imitari gaudia falſa:*
» *Difficile eſt triſti fingere mente jocum.*
» *Nec bene fallaci riſus componitur ore.*

Tertia conjectura reſultat ex epiſtolis amatoriis ſcriptis a Comitiſſa ad Marchionem Parmæ exiſtentem, in quibus ea ſe ſubſcripſit titulo ſponſæ, ibi — *Obedientiſſima ſerva, & ſpoſa*, &
quarum plures exaratæ fuerunt tempore, quo
frater Comitiſſæ non exiſtebat Bononiæ, & 19

qui proinde neſciebat, ao Comitiſſa ſcriberet; tantum abeſt, quod juſſiſſet eas ſcribere, & in his Epiſtolis ignoratis per fratrem, eoque abſente ſcriptis, Comitiſſa expreſſit multum amoris erga ſponſum; Si enim advertatur tum ad tempus harum literarum, abſente fratre, ſcriptarum, tum ad verba amatoria, nunquam ſenſato viro perſuaderi poterit, nobiliſſimam puellam fuiſſe metu coactam ad ſponſalia, nemo enim hoc tempore jubebat ſcribere literas, vel ſcribere verbis plenis amore, & nullo modo convenientibus voluntati coactæ, ut bene conſiderat Text. *in l. cum quis* 10. *C. de natur. liber. verſ. nec enim* Rot. *dict. dec.* 301. *numer.* 40. *& dec.* 334. *numer.* 12. *in fine*, *& dec.* 772. *numer.* 7. *&* 8. *part.* 2. & coram Millino *dec.* 75. *ſub num.* 4. *verſ.* 5. Panimoll. *dec.* 23. *annot.* 1. *numer.* 14. *&* 18. ubi alii & Barboſ. *d. vot.* 127. *numer.* 24. Buratt. *dec.* 192. *n.* 5. *& ſeqq.*

Præſertim, quia hujuſmodi literæ ſcriptæ, abſente fratre, continent majorem expreſſionem amoris, quam aliæ ſcriptæ, eo præſente; quæ proinde diverſitas ſcribendi cum majori efficacia, & jucunditate animi, tempore illius abſentiæ, quam præſentiæ, ad evidentiam dat intelligere, voluntatem nedum liberam in puella, ſed etiam vinculo amoris alligatam; nam alias ſponſu ſervaſſet ſtylum conſuetum aliarum literarum, ſeu potius in ſcribendo, verba magis ſicca adhibuiſſet; dum ergo ſcripſit magis amanti calamo, immo hilari, & geniali, exinde omnis involuntarii conſenſus umbra removetur, & potius apertiſſima libertas comprobatur, Pignatell. *dicta conſultat.* 181. *num.* 22. Rota *dicta deciſ.* 301. *num.* 40. *&* 41. *& deciſ.* 334. *numer.* 13. *par.* 11. *recent.* animus enim colligitur ex actibus, qui fiunt in ſecreto ab incuſtoditis, juxta Tacit. *lib.* 2. *Annal.* ibi — *penitus noſcendas mentes cum ſecreti, & incuſtoditi inter militares cibos ſpem, aut metum proferrent.*

Quarta conjectura deducitur ex dicto contrariorum teſtium, quorum unus, ſcilicet cubicularia Comitiſſæ deponit, quod eam deſtinaverat ducere
20 te Parmam pro ejus ſervitio; non poteſt enim dari majus argumentum certæ voluntatis Comitiſſæ, conſentiendi in hoc matrimonio, quoties præparaverat ire Parmam, & ſecum ducere ſuam cubiculariam: quia qui vult conſequens, ſcilicet ducere Parmam unam ex ſuis cubiculariis, intelligitur velle antecedens, ſcilicet matrimonium, ſine quo Parmam adire non poterat *l. Legatum*, *& l. ad rem mobilem ff. de Procur.* Farinacc. *tom.* 2. *conſil.* 30. *n.* 103. Rot. *dec.* 306. *n.* 3. *& deciſ.* 700. *num.* 14. *part.* 2. *recent.*

Quintam conjecturam præbent aſſiduæ confabulationes Marchionis cum ſponſa circa res ſuas, quam ponderat Tamburin. *in Decalog. lib.* 7. *capit.* 3. §. 5. *num.* 57. ducere per manus ſponſam, pre-
21 ces ejus erga Marchionem de Bononia abeuntem, ut brevi rediret, ejuſdemque ſponſæ anxietas perquirendi de ſponſo Bononiæ commorante, eique nunciandi loca, ad quæ ipſa itura erat, ut eum videret, & ſimul cum eo incedere per theatra, & urbem, & dona florum, & comeſtibilium recipere; ſunt ſane iſta omnia non coactæ mentis, ſed flagrantiſſimi amoris ſigna, quæ nullo colore poſſunt offuſcari, nec aliqua excuſatione timoris, & ordinis fraterni declinari, itaut poſſit dici ſuper hoc illud Montani contra Regulum, ſeſe excuſantem a nece Piſonis ſub prætextu mandati Neronis, ubi cum accederent ſigna odii voluntarii, ex quo Regulus morſu caput interfecti appetiverat; *Hec certe, inquit, Nero non coegit* — ut refert. Tacit. *lib.* 4. *Hiſtoriarum*; ita & in propoſito dici poteſt, quod tot tantaque amantis, & voluntariæ mentis minutiſſima ſigna *Frater certe non coegit*; quodque prædicta ſint argumenta magnæ benevolentiæ eſt clarum, & omiſſis aliis levioribus auctoribus notat Tacit. *lib.* 11. *Annal.* de amore Meſſalinæ in Silium, ibi — *Ventitare domum, egreſſibus adhæreſcere, largiri opes, honores.*

Pro ſexta conjectura ponderanda eſt inveriſimilitudo, quod, præſente matre in eadem domo, necnon præſente Judice, & aliis conſanguineis, 22
potuerit Comitiſſa violentari ad nuptias inviſas, quod pro excluſione metus paſſim conſiderant Doctores, ut apud Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 126. *num.* 4. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1053. *numer.* 23. Gregor. *dec.* 120. *num.* 24. & Buratt. *dec.* 783. *num.* 10. Rot. *dec.* 301. *num.* 37. *& deciſ.* 334. *ſub n.* 12. *part.* 11.

Septimæ demum conjecturæ locum præbet ipſa Comitiſſæ ætas major, & magnus ſpiritus, & per contrarium affectio fratris erga ipſam, ut ſupra ponderatum eſt, quod metum reddit inveriſimilem, & vanum, cum in hac materia præcipue ſpectari debeat indoles metum paſſi, & inferentis, ut bene Pignatell. *d. conſult.* 181. *numer.* 21. Reginal. *in prax. forenſ. pœnit. lib.* 31. *cap.* 13. *num.* 77. *&* 84. Balducc. ad Roman. *conſil.* 96. *num.* 112. Rot. *dec.* 301. *n.* 24. *par.* 11. Peutinger. *dec.* 32. *ſub n.* 5. *verſ. verum & num.* 6.

Firmato ex prædictis, quod conſtet de ſponſalibus bene, ac non meticuloſe ſtipulatis, conſequentia eſt, ut ſint effectuanda, quia fidem præſtitam ſervari oportet tanquam per juramentum data Deo, & per promiſſionem viro, ut docet Innocentius
III. *in cap.* 2. *de ſponſalibus* ibi — *Hi, qui de ma-* 23
*trimonio contrahendo &c. fidem dederunt, cogendi ſunt, & modis omnibus inducendi, ut præſtitam fidem obſervent*, *& in cap. ex literis*, *& cap. ſicut eodem tit.* & eſt tritum in Jure principium, non indigens caterva auctoritatum.

Neque hic ulla ſubeſt cauſa pro recedendo a fide, & juramento præſtito, niſi ſola ſponſæ renitentia, & contradictio, quæ non attenditur; quia certiſſimi Juris eſt, quod in hoc caſu non ſufficit pro ratione voluntas, ſed requiritur, quod ſponſa recuſet implere fidem ex cauſa legitima, & in Jure ſcripta, alias actum eſſet de juramentis, & con-
tractibus, & actum eſſet de legibus Canonicis cogentibus ſponſos ad ſervandam fidem, ſi totum eſſet 24
repoſitum in velle, vel nolle unius ex contrahentibus, ut egregie Rot. coram Coccino *dec.* 889. *n.* 4. *&* 5. Add. ad Pamphil. *dec.* 96. *numer.* 10. *verſ. ſiquidem*, Gregor. *dec.* 376. *n.* 6.

Et benigne ſperatur, ac creditur, nobiliſſimam puellam audita reſolutione Sacræ Congregationis de per ſe voluntarie adimpleturam, quod promiſit abſque ulla expectatione judicialis coactionis per cenſuras, aut alias pœnas, vel faciendo de neceſſitate virtutem, ut inquit Coninch. *de matrimon. diſputat.* 28. *numer.* 19. & facit dictum Claudiani in nuptiis Palladii, & Celerinæ.

— *Quem nunc horreſcis, amabis.*

vel potius præveniendo, ad demonſtrandum, non ſponte, ſed alieno conſilio nuptiis Marchionis feciſſe oppoſitionem.

Minuſque pro cauſa inſervire poteſt probatio qualiſcunque metus, quippe ex prædictis ille eſt
metus color quæſitus, neque eſt novum, ut mu- 25
lieres pro recedendo a fide data in hac materia unam cauſam adducant rationabilem quidem, ſed falſam, & aliam veram, ſed irrationabilem abſcondant, juxta ea, quæ de Pontia nobili femina notavit Tacit. *lib.* 13. *Annal.* ibi — *ſed ubi mulier vacua fuit nectere moras, adverſam Patris voluntatem cauſari, repertaq. ſpe ditioris conjugis promiſſa exuere.*

Propoſita Cauſa in Sac. Congregatione Concilii ſub die 15. *Januarii* 1700. reſponſum fuit — *conſtare de ſponſalibus & in reliquis ad Eminentiſſ. Ar-* 26
*chiepiſcopum* — fuit enim Archiepiſcopo injunctum, ut moneret ſponſam ad implendam fidem; quod ſi poſt monitiones, ſuaſiones, & diligentias, ea adhuc renueret, ad rigoroſam, & exactiſſimam coactionem non deveniret, juxta Sanctionem Lucii III. *in cap. requiſivit de ſponſal.* & doctrinam Sanchez, *de matrim. lib.* 1. *diſp.* 29. *n.* 7.

Nota ad materiam, quod preces importunæ, quæ proveniunt a perſona, cui reverentia debetur, inducunt

cunt metum, ex quo contractus reſcindi poteſt, ut de precibus patris erga filiam tradit Bottilier. *de ſucceſſ. Theorem. 91. num. 12.* & de præcibus potentis Text. *in cap. petitio de Jure juran.* ubi Innocentius ponit hanc theoricam, & late Sanchez *de matrimon. lib. 4. diſput. 7. numer. 5. & 7.* nam potentium ſupplicationes, & inſtantiæ vim neceſſitatis habent, juxta illud Tacit. *lib. 4. Hiſtor.* ibi – *Preces erant, ſed quibus contradici non poſſet*, idem in donis eorum notat Tacit. *lib. 15. Annal.* ibi – *Merces ab eo, qui jubere poteſt, vim neceſſitatis affert.*

## ARGUMENTUM.

**Vulgatum Ancharani conſilium 81. juxta quod Juſpatronatus gentilitium in ultimo fit hæreditarium, quando locum non habeat in Jurepatronatus gentilitio taxative reſervato vel quæſito ex privilegio per augmentum dotis.**

### *SUMMARIUM.*

1 *Refertur conſilium* Ancharani.
2 *Juſpatronatus poteſt eſſe pro parte gentilitium, & pro parte hæreditarium.*
3 *Ceſſat conſilium* Ancharani, *quando concurrunt taxativæ in patronatu gentilitio.*
4 *Quales ſint taxativa.*
5 *Quales non ſufficiant, & datur diſtinctio, & num. 6. & 7.*
8 *Quales taxativa ſufficiant.*
9 *In Jurepatronatus ex privilegio ceſſat conſilium* Ancharani.
10 *Quando dicatur privilegium ex gratia, vel juſtitia.*
11 *Intrat conſilium* Ancharani *in privilegio ex juſtitia, & n. 12. 13. 14. 15. 16.*
17 *Si tamen augmentum ſuperat antiquam dotem.*
18 *Quid computari debeat pro initienda hac dote.*
19 *Onus probandi quantitatem augmenti ſpectat ad proviſum Apoſtolicum, ſi patronus eſt in poſſeſſione.*
20 *Illegitimi non ſunt capaces Juriſpatronatus ex privilegio, limita ut ibi.*
21 *Quando ex narrativa privilegii colligatur augmentum ſufficiens, vel inſufficiens & n. 22. 23. & ſeqq.*

## DISCEPTATIO XXXIII.

CElebris, & a foro recepta Ancharani theorica in *conſil. 81. numer. 2. & ſeqq.* quæ meliore fortuna prævaluit contrariæ Geminiani ſententiæ in *conſil. 45. numer. 7.* edocuit, ut Juſpa-
1 tronatus gentilitium in ultimo de familia fiat hæreditarium, & ad ejus hæredes transſeat, quamvis extraneos, ea ratione, quod cum de Jure communi Juſpatronatus tranſeat ad hæredes extraneos, idcirco proviſio hominis, ſeu fundatoris vocantis, & exprimentis deſcendentes maſculos de familia, non tollit proviſionem legis, ſeu Juris communis, quod Juſpatronatus defert extraneis hæredibus, cum illa expreſſio fundatoris quoad eoſdem deſcendentes non videatur excluſiſſe alios ſucceſſores, qui nituntur de Jure communi, ſed cenſeatur facta mentio de illis potius ex abundanti, ſeu quia voluit eis pinguius providere, ut Juſpatronatus tranſiret ad eos etiam non hæredes.

Quæ theorica procedit etiamſi Juſpatronatus pertineat ad duas lineas, ſeu duas familias; nam, una defecta, non tranſit ad aliam, ſed ad hæredes ultimi de illa, quæ defecit, cum non implicet
2 Juſpatronatus pro parte eſſe gentilitium, & pro parte hæreditarium, ſeu ejus exercitium penes unam lineam eſſe uno modo, ac altero penes alteram, firma remanente individua ſubſtantia proprietatis, Card. de Luc. *de Jurepatr. diſc. 35. n. 20. ſignanter in verſic. aut ad effectum, & diſc. 60. num. 28. in fine*, ubi tamen limitat ſtante obſervantia in contrarium.

Hæc theorica limitatur, quando in reſervatione Juriſpatronatus gentilitii concurrunt clauſulæ,
& verba reſtrictiva; tunc enim, deficientibus per- 3
ſonis expreſſe vocatis, expirat Juſpatronatus, & Eccleſia acquirit libertatem, ut tenent Lambertin. *de Jurepatr. lib. 1. par. 2. q. 2. artic. 7. numer. 8. & ſeqq. fol. 308.* Ciarlin. *controv. 159. numer. 10. lib. 2.* Panimoll. *deciſ. 10. annot. 3. numer. 16.* Card. de Luc. *de Jurepatr. diſc. 18. num. 8. & diſc. 35. n. 3. & 20. verſ. aut vero agitur, & deciſ. 60. num. 28.* Gratian. *diſcept. 654. num. 10. verſic. niſi ex verbis*, Moneta *de commut. ultim. volunt. c. 10. num. 134. verſ. tamen Juſpatronatus*, Vivian. *lib. 4. cap. 1. n. 3. & lib. 15. cap. 1. num. 14.* Lother. *de re benefic. lib. 2. q. 10. num. 12. & 13.* Rot. cor. Seraph. *deciſ. 364. n. 3. dec. 378. n. 2.*

Taxativæ autem clauſulæ ſunt, quando teſtator, ſeu fundator vocando illos de familia ſeu agnatione adjecit – *tantum* – *duntaxat* – quam clauſulam 3
conſiderant Lambert. & alii præallegati, ſive etiam dixit – *ad illos, & non alios*, vel *nonniſi ad illos* – juxta caſum, de quo Card. Pariſ. *conſ. 48. numer. 6. lib. 4.* ſive demum reſervavit Juſpatronatus *ſolis agnatis*, ſeu adjecit iſtam prohibitionem, *quod egredi, nec exire poſſit, nec debeat quoquomodo de ſtirpe, familia, ſeu progenie*, de qua prohibitione Lambertin. & Sanchez relati per Rot. coram Bich. *dec. 581. num. 3.*

Verum iſta regula deducta ex hujuſmodi taxati-
vis eſt fallax, & æquivoca, & proinde explican- 5
da venit per diſtinctionem magiſtraliter traditam a Rot. coram Bich. *deciſion. 581.* præmiſſo enim, quod attendenda venit in hoc puncto potius ſubſtantia voluntatis fundatoris, quam cortex verborum, ut animadvertit Card. de Luc. *de Jurepatr. diſc. 60. num. 28. verſ. attendendo*, dicendum eſt, quod aut taxativæ ſunt adjectæ limitative ad Juſpatronatus, & tunc bene excludant tranſmiſſionem ad hæredes extraneos, & habet locum *conſ. 45.* Geminian. contra illud 81. Ancharani, aut vero ſunt adjectæ favore maſculorum, ſeu agnatorum, & tunc non excludunt ſupradictam tranſmiſſionem; ſed, eis non obſtantibus, intrat Geminiani reſponſum, ut diſtinguendo probat Bich. *deciſ. 581. per totam ſignanter num. 4. & ſeqq.* & ego dixi ſupra *dec. 14. num. 12.*

Prima ergo taxativa – *tantum* – ſeu – *duntaxat* –
non juvat ad limitandum Juſpatronatus, ſi dictum
fuerit – *pro maſculis tantum* – nam reſpicit ex- 6
cluſionem feminarum, & eſt adjecta favore maſculorum, ut ait Bich. *dict. dec. 591. n. 6.* Ciarlin. *controv. 153. n. 22.* Rot. *dec. 462. n. 11. & dec. 427. n. 18. par. 14. rec. & prius dec. 221. num. 22. par. 8.* Seraphin. *dec. 364. num. 9.* idemque procedit, ſi dictum fuerit – *pro deſcendentibus ſua familia tantum* – nam videtur hæc taxativa referri ad reſtringendam vocationem ad illos de familia effectiva excluſive ad alios de familia contentiva, ut firmavit Rot. *in Januen. Abbatia 11. Decembris 1690. §. non attento in fine*, coram Manuel.

Secunda, tertia, & quarta taxativa nempe,
quod Juſpatronatus ſpectet ad illos, & non alios,
ſeu nonniſi ad illos, ſeu ſolos agnatos, ſeu non 7
poſſit exire de agnatione, pariter reſpiciunt diverſum ſenſum, quam limitandi Juſpatronatus. Quippe omnes eo tendunt, ut, durantibus agnatis ſeu perſonis vocatis, non poſſint alii admitti per ceſſionem, aut donationem, aut titulum hæreditarium, non autem reſpiciunt caſum deficientiæ perſonarum vocatarum, qui dicitur omiſſus, & remanet ſub diſpoſitione Juris communis concedentis tranſmiſſionem Juriſpatronatus ad hæredes extraneos, ut bene advertit Rot. *deciſ. 220. numer. 31. & 32. part. 11. recent.* & coram Bich.

*dicta dec.* 581. *num.* 8. Panimoll. *dec*, 10. *annotat.* 3. *numer.* 20. Ricc. *in praxi part.* 1. *reſol.* 191. *numer.* 3.

Ut ergo vides, taxativa debet percutere tempus deficientiæ vocatorum, illiſque adjici ad limitan-
8 dum Juſpatronatus, ut ait Bich. *dicta dec.* 581. *n.* 4. ut eſſet caſus, quando ex. gr. fundator dixiſſet — *Juſpatronatus tranſeat de deſcendente in deſcendentem mea familia & non ultra* — illa enim dictio *& non ultra* — ſtat ad limitandum tranſitum ad ulteriores perſonas præter vocatas, vel ſi dixiſſet — *Reſervo Juſpatronatus meis filiis, nepotibus pronepotibus, & aliis uſque ad decimum gradum tantum & non aliis* — vel ſi adhibuiſſet alia verba importantia durationem Juriſpatronatus limitatam ad familiam ex. gr. dicendo — *Juſpatronatus volo continuare, & durare duntaxat in deſcendentibus de mea familia*, & plures alii caſus, qui figurari poſſunt.

Limitatur quoque ſupradicta Ancharani theorica, quando ageretur de Jurepatronatus conceſſo
9 ex privilegio, ut late ſuſtinet Ciarlin. *contr.* 259. *num.* 13. *& ſeqq. lib.* 2. ea ratione, quoad præællegata theoricæ locum habeat in patronatu ex fundatione, & dotatione competenti, ubi ſubintrat proviſio legis admittens hæredes etiam extraneos; ſecus in quæſito ex privilegio, qui non habet aliam legis proviſionem, quam illam, quæ datur in privilegio, & ſic forma conceſſionis non poteſt tranſgredi; nam privilegium non extenditur de perſona ad perſonam, neque de caſu ad caſum, & allegat doctrinam Lambertini *de jurepatr. lib.* 1. *par.* 2. *cap.* 2. *artic.* 6, *n.* 4. *verſ. diſtinguerem*, Monet. *de Commut. ultim. volunt. cap.* 11. *num.* 176. deficientibus ergo perſonis in privilegio comprehenſis, ceſſat ipſum privilegium, & per conſequens extinctum remanet Juſpatronatus.

Opinio Ciarlini veriſſima quidem eſt in Jurepatronatus ex privilegio, vel mere gratioſo, vel
10 habente admixtam juſtitiam, ſeu cauſam oneroſam augmenti dotis, quoties hoc augmentum non præponderat antiquæ doti, nec ſaltem eſt illi coæquale, ſed ubi privilegium ſit potius ex juſtitia, quam ex gratia, contrarium teneri poteſt; dicitur autem privilegium potius ex juſtitia, quando augmentum dotis ſuperat antiquam dotem Beneficii redacti in ſervitutem Juriſpatronatus, vel eſt eidem doti coæquale, cum in caſu æqualitatis onus hoc cenſeatur præponderare gratiæ ad effectum, ut patronatus reputari debeat de juſtitia, ſeu ex fundatione, vel dotatione, ut tradit Card. de Luc. *de jurepatr. diſc.* 2. *num.* 8. *diſc.* 10. *num.* 3. *& diſc.* 65. *n.* 26. *& in Summa n.* 20.

Cum ergo hujuſmodi Juſpatronatus non videatur differens ab aliis quæſitis de Jure communi ex vera fundatione, & dotatione, proinde conſilium
11 Ancharani in eo intrare probabilibus aſſeri poteſt, quippe ceſſat hoc caſu motivum privilegii non extendendi, quia, ſi ſupponimus ineſſe ei cauſam fundationis, ſeu dotationis, jam non erit amplius conſiderandum uti privilegium gratioſum, & reſtringibile, ſed uti actus juſtitiæ benigne, & large interpretandus favore laici patrimonium ſuum exhaurientis in utilitatem Eccleſiæ, ſeu Beneficii, & hoc ſentire videtur Ciarlin. *d. controverſ.* 159. *ante num.* 1. ubi conſiderat in ſuo caſu Juſpatronatus non fuiſſe reſervatum ex fundatione, vel dotatione, aut ex augmento dotis uſque ad medietatem ibi — *in quo articulo pro habenda veritate mihi neceſſarium videtur oſtendere, quod dictum Juſpatronatus non fuerit reſervatum ex fundatione vel dotatione, aut ex augmento dotis uſque ad medietatem veri valoris dicti Beneficii* —

Nec obſtat, quod ſemper agatur de lege data in privilegio, quæ tranſgredi, aut dilatari non poteſt ad caſus, & perſonas in eo non contentas; nam quando adeſt cauſa oneroſa fundationis, ſeu
12 dotationis, privilegium exuit naturam ſuam, & reſolvitur in auctorizationem, & conſenſum præſtitum reſervationi Juriſpatronatus ex juſtitia, eo modo, quo fundans ſeu dotans Eccleſiam Collegiatam, ſeu Conventualem obtinet privilegium Apoſtolicum in limine fundationis pro reſervatione Juriſpatronatus, Rot. *dec.* 29. *num.* 7. *par.* 7. *& in Januen. Abbatia* 11. *Decembris* 1690. §. *non obſtat*, coram Manuel. tamen hoc vocatur Juſpatronatus ex privilegio, ſed ex fundatione, & dotatione tranſitorium ad extraneos hæredes, juxta conſilium Ancharani, ut in dicta *Januen. Abbatia* 5. *Decembris* 1659. §. *finali*, coram Manuel.

Urgente etiam ponderatione, quod ratio, quare patronatus ex privilegio nequeat transferri in alios, quam in eo comprehenſos, ea eſt, quia 13
ibi cenſetur, legem ponere ſolus Papa ad ſui arbitrium, utpote in Jurepatronatus quod de juſtitia non reſervat, ſed ex gratia; unde merito lex privilegii cuſtodienda eſt intra limites ſuos, & ſtricte intelligenda; diverſum eſt in patronatu ex privilegio juſtitiæ ob dotationem coæqualem, vel præponderantem, ubi dotator ipſe dicitur legem rei ſuæ ponere de conſenſu, & approbatione Papæ; nam tali caſu nulla ſubeſt ratio, quare intrare non debeat Conſilium Ancharani fundatum in eo principio, quod proviſio hominis non tollit proviſionem legis, Juſpatronatus tranſitorium facientis in hæredes extraneos, dum in iſto caſu agitur de proviſione hominis, ſeu dotatoris approbata per privilegium Papæ.

Hinc videmus, quod licet regula 8. hodie 9. Cancell. reſervet Beneficia Juriſpatronatus etiam laicalis ex privilegio, neque reſervatio excludatur, niſi probetur Juſpatronatus eſſe ex dotatione, vel 14
fundatione, juxta *magiſtrales deciſiones* 58. *&* 88. *par.* 1. *recent.* attamen, ſi augmentum dotis, aut præponderet antiquæ doti, aut ſit illi coæquale, tunc nequaquam intrat reſervatio, ea ratione, quia tale privilegium cenſetur potius ex juſtitia, ſeu ex fundatione, & dotatione, ut eſt communis, & receptiſſima opinio, de qua Cardinal. de Luc. *de Jurepatr. diſc.* 2. *num.* 8. *& diſc.* 10. *numer.* 3. *&* 4. ubi quod beneficium Juriſpatronatus ex privilegio cum tali augmento, aut præponderanti, aut æquivalenti antiquæ doti non cadit ſub reſervationibus Apoſtolicis, neque ſub regulis Cancellariæ; ſecus ſi augmentum ſit inferius antiqua dote, licet hoc augmentum inferius juvare poſſit adverſus revocationem Concilii, & *diſc.* 65. *numer.* 26. *& in ſumma numer.* 20. Rot. *deciſione* 28. *numer.* 12. *& ſeqq. par.* 6. Panimoll. *deciſ.* 10. *annot.* 4. *numer.* 32. Rota 492. *numer.* 6. *&* 7. *par.* 13. *& deciſ.* 449. *num.* 1. *par.* 14. *rec.* & dixi in *diſcept.* 12. *n.* 30.

Bene verum eſt, quod Adden. ad Gregor. *dec.* 397. *in fine*, Rot. *in Valentina Parochialis de Carleta* apud Garz. *par.* 5. *cap.* 9. *num.* 127. & Coccin. *dec.* 1056. *n.* 10. & Lother. *lib.* 2. *quæſt.* 8. *n.* 38. *uſque ad* 54. & alii tenent, quod ad effectum excludendi regulam reſervatoriam ſufficit augmentum, vel uſque ad medietatem, vel adſcendens ad medietatem, & aliqui dicunt *ad medietatem dotis*, aliqui *ad medietatem fructuum*, & ita loquuntur *Conſtitutio* 4. Innoc. VIII. edita de anno 1485. & *Conſtit.* 3. Adriani VI. edita de anno 1522. *Bullar. nov. tom.* 1. ibi — *Si fructus eorum ad medietatem veri valoris non auxerint* — unde videtur ſufficere, quod dos antiqua ex. gr. ſcut. 100. fuerit aucta in medietate ipſius, nempe in ſcut. 50. non autem requiratur, quod augmentum ſit coæquale antiquæ doti.

At æquivocum cadit in ratione calculandi, dum quando Doctores, & S. Rota expreſſerunt augmentum ad medietatem ſeu dotis, ſeu fructuum, intellexerunt de augmento, quod naſcitur conſiderata dote antiqua ſimul, & nova, ſive fructibus antiquis, & novis in unum coacervatis. Quoniam ex. gr. ſi Beneficium annuit reditus ſcut. 100. augeatur in aliis ſcut. 100. utique habebit annum reditum ſcut. 200. & dicentur aucti fructus Beneficii ad medietatem plus eo, quod antea erant, ita, & taliter, quod dos antiqua dicetur conſiſtere

in una

in una medietate, & augmentum in alia medietate; nam alias ſi Beneficium ſcut. 100. augeatur in ſcut. 50. conſtando ſcut. 150. ſtructus eſſent aucti in ſola tertia parte, non autem in medietate, & ita ſemper intellexit S. Rota, ut in *Januen. Abbatia in rec. dec.* 518. *par.* 6. *& deciſ.* 29. *par.* 7. *rec.* in quarum prima *numer.* 11. *&* 12. hoc modo explicantur Adden. ad Gregor. *& aliæ auctoritates*, nempe ut loquantur de medietate, quæ conſtituit coæqualitatem dotis, & in altera pariter *dec.* 29. *num.* 12. *&* 16. *par.* 7. idem intellectus renetur, evitando Conſtitutiones Innoc. VIII. & Adriani VI. ex motivo coæqualis dotationis, ſeu æquipollentis antiquæ doti, & explicat Panimoll. *dec.* 10. *annot.* 4. *n.* 32.

Et eundem intellectum ſervavit Rot. *in Lucana Prioratus in rec. dec.* 492. *par.* 13. *& dec.* 449. *par.* 14. dum in eo caſu antiqua Præbenda Prioralis conſiſtebat in ſtariis 20. tritici, & augmentum factum fuerat in aliis ſtariis 20. & Rota in priori *dec.* 492. *num.* 6. *&* 7. *par.* 13. dixit augmentum eſſe factum immediate & in ſecunda *dec.* 449. *par.* 14. *numer.* 1. ubi augmentum intellexit reſpectu totius dotis antiquæ, & novæ, immo exiſtimavit augmentum in dictis ſtariis 20. non fuiſſe coæquale antiquæ doti, eo quia erant computandæ etiam diſtributiones, & ita explicat Card. de Luca, qui in ea Cauſa ſcripſit *de Jurepatr. diſc.* 10. *per tot.* ſignanter *num.* 3. *&* 4. *& in diſc.* 2. *num.* 8. ubi quod concluſio iſta non recipit amplius quæſtionem, & *diſc.* 65. *numer.* 26. ubi, quod iſte caſus hodie eſt planus & in *Summa de Jurepatron. num.* 20. hunc ergo intellectum continuum, & rationi conſentaneum – *ſicut a majoribus accepimus, ſic poſterius tradamus*, Tacit. *lib.* 1. *Hiſtor.*

Ad quod conducunt etiam duæ conſiderationes. Altera quod Rot. coram Coccin. *dec.* 1056. *num.* 8. *&* 9. dixit augmentum debere eſſe tale, quod ejus reſpectu antiqua dos ſit nullius conſiderationis; unde immediate ſubjungendo, quod debet aſcendere ad medietatem, non potuit intelligere de medietate dotis antiquæ, ſed de augmento ſuperante illam, vel ei ſaltem coæquali; nam alias illa non eſſet nullius conſiderationis, ſed immo augmentum ea inferius dimidio plus diceretur nullius conſiderationis, & clare in hoc puncto loqui videtur Vivian. *de Jurepatr. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 19. *& lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 27. ibi – *requiritur formalis dotatio, ſeu tale augmentum, quod habito reſpectu ad dotem Eccleſiæ adeo ſuperet, ut dos nullius ſit conſiderationis, ita ut privilegium magis operetur conceſſionem ex juſtitia, quam ex gratia, quod evenit, quando fructus annui augentur ſaltem ad medietatem, alioquin ſi augeantur minus, quam ad medietatem, dicatur ſemper ex gratia.*

Altera vero, quod Adrianus in ſua Conſtitutione, ſicut & Innocentius, voluerunt tollere Jurapatronatus, quæ non eſſent ex vera fundatione, & dotatione ſecundum diſpoſitionem Juris, ut ait Rot. coram Seraph. *dec.* 555. *num.* 1. de Jure autem non dicitur ex vera fundatione, & dotatione Juſpatronatus ex augmento, quando hoc non ſuperat antiquam dotem, vel ſaltem non eſt ille coæquale, Rot. coram Coccino *dec.* 753. *numer.* 9. *& in recent. dec.* 218. *numer.* 12. *par.* 6. Card. de Luc. *de Jurepatr. d. diſc.* 2. *n.* 8. *diſc.* 10. *n.* 3. *&* 4. *diſc.* 65. *n.* 26. *& in Summa n.* 20.

Et itaque indubitatum, quod, ut privilegium Juriſpatronatus cenſeatur de juſtitia, debet augmentum vel ſuperare antiquam dotem, vel eſſe illi coæquale; eoque facilius, quando nedum agatur de augmento dotis, quod accedit Beneficio dotato ſufficienter, ſed etiam agatur de eo, quod erogatur in Eccleſiam ſeu Beneficium, quod pa-
15 rum habet, & commode non eſt dotatum, ſed inſufficienter; nam tunc de Jure communi augmentum dicitur juſta cauſa acquirendi Juſpatronatus, Card. de Luc. *de Jurepatr. diſc.* 10. *numer.* 9. & eſt originalis doctrina Abbatis *conſ.* 28. *num.* 1. *lib.* 2. ubi quod tali caſu nedum Papa, ſed & ipſe Ordinarius poteſt concedere Juſpatronatus ibi – *plus dico, quod in caſu noſtro nedum Papa, ſed etiam Epiſcopus potuiſſet eis Juſpatronatus concedere, ex quo Eccleſia minus dotatæ contulerunt decem*; & ratio eſt, quia paria ſunt, Eccleſiam eſſe penitus indotatam, & inſufficienter dotatam, Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 6. *art.* 6. *numer.* 3. *fol.* 135. *& q.* 10. *art.* 14. *num* 5. *verſ. dicentem fol.* 224. & concordat in terminis Menoch. *conſ.* 90. *numer.* 28. *lib.* 1. *& conſ.* 24. *num* . . *lib.* 3. *& conſ.* 336. *num.* 28. *lib.* 4. Lother. *lib.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 32. Gratian. *diſcept.* 177. *numer.* 28. Rot. *in Tiraſonen. Juris præſentandi* apud Garz. *par.* 4. *cap.* 9. *num.* 84. *in fine*, qui tamen Garzias dicit, requiri privilegium Apoſtolicum contrariando Abbati, necnon Menochio *conſ.* 336. *num.* 28. *lib.* 4. & Lambertino *d. art.* 4. *ubi ſupra*, qui ſequuntur Abbatem, circa quod Epiſcopus poſſit hoc caſu concedere Juſpatronatus, & cum Garzia concordat Ricc. *in prax. part.* 1. *reſol.* 183. *per totam*, Barboſ. *de poteſt. Epiſ. alleg.* 70. *numer.* 16. Pax. Jordan. *tom.* 2. *lucubr. lib.* 10. *tit.* 7. *numer.* 54. *&* 72. quamvis iſti non loquantur de augmento facto Beneficio inſufficienter dotato, & ſuperante, vel coæquante antiquam dotem.

Itaque dicerem, quod ſi augmentum eſſet egregium, quod nempe plus importaret, quam antiquus reditus Eccleſiæ, itaut iſte reſpectu augmenti reputetur nullius conſiderationis, ut ait Rot. cor. Coccino *dec.* 1056. *num.* 8. Juſpatronatus licet ex privilegio conceſſum competere cenſeatur ex juſtitia,
ſeu de jure communi, ut ait Card. de Luc. *de* 16
*Jurepatr. d. diſc.* 65. *numer.* 26. ibi – *Si enim plus importet dotis augmentum, quam importaret antiquus reditus, ſeu antiqua dos Eccleſiæ, tunc dicetur competere de juſtitia, ſeu de Jure communi, ac ſi totum eſſet ex fundatione vel dotatione – & in ſumma num.* 20. Rot. *in Tiraſonen. Juris præſentandi* apud Garz. *ubi ſupra par.* 5. *cap.* 9. *num.* 84. *verſ. dicebant*, & proinde quantumvis gentilitium, in ultimo fiat hæreditarium juxta conſilium Ancharani.

In caſu autem, quod augmentum coæquet dotem antiquam, dubitari poteſt an intret conſilium Ancharani, quicquid ſecus quoad excluſionem re-
ſervationum Apoſtolicarum; ratio dubitandi eſt, 17
quia pro excluſione reſervationum prævalet favor patroni, ne ille, durantibus perſonis in privilegio contentis, Juſpatronatus patiatur diminutum; In caſu autem conſilii Ancharani agitur de extendendo Juſpatronatus ex tacita, & ſubintellecta Juris proviſione, ubi prævalet favor Eccleſiæ, ne ſervitutem patiatur diutinam, ſeu majorem, quam quæ in privilegio data eſt; & maxime ſi ab initio habebat dotem ſufficientem, abſque neceſſitate augmenti coæqualis; ego tamen putarem etiam in hoc caſu augmenti ſeu dotationis coæqualis intrare conſilium Ancharani, vide Rot. *in Januen. Abbatia* 5. *Decembris* 1689. §. *finali*, cor. Manuel.

Ut autem colligatur, & probetur augmentum eſſe majus antiquo reditu Beneficii ſeu Eccleſiæ,
non ſolum probandum eſt, quantus eſſet reditus 18
præbendalis Beneficii de tempore privilegii, *dec.* 630. *n.* 69. *par.* 4. *t.* 3. *rec.* Panimoll. *dec.* 10. *annot.* 4. *n.* 22. ſed etiam computari diſtributiones quotidianæ, Card. de Luc. *de Jurepatr. diſc.* 10. *n.* 8. *& ſeqq.* Rot. 449. *part.* 4. *rec.* necnon Jura honorifica, & præeminentialia, puta ſi ageretur de dignitate habente prærogativam Juriſdictionis, ut *d. diſc.* 10. *num.* 13. Card. de Luca.

Onus probandi quantitatem ſufficientem augmen-
ti in Jurepatronatus ex privilegio, ſpectat ad pro- 19
viſum Apoſtolicum, uti de reſervato, ſi patronus habeat quaſi poſſeſſionem præſentandi longævam in menſibus reſervatis; ſecus ſi eam non habeat, ex ſupra deductis *diſcept.* 22. *num.* 33. melius tamen eſt patrono non producere privilegium, ſed ſeſe fundare in centenaria præſentationum, quia tunc allegare poteſt titulum veræ fundationis, & dotationis, & quamvis in præſentationibus pro tempore facti enuncietur privilegium, tamen, dum-

modo

Digitized by Google

modo enunciativa non ſit in ſpecie privilegii ex augmento, Card. de Luc. *de Jurepatr. diſc. 91. ſub num. 4. verſ. quoniam*, ſemper poteſt dici, quod ea intelligitur de privilegio ex cauſa fundationis, & dotationis obtento a Papa tanquam Ordinario Ordinariorum in lumine ejuſdem fundationis, & dotationis, ſi agatur de Beneficio ſeu Eccleſia, ubi pro reſervatione Juriſpatronatus ſufficit conſenſus Ordinarii, juxta deciſa in Januen. Abbatiæ *deciſ. 118. & 141. part. 6. & dec. 27. part. 7. recent.* confirmata ultimo loco 4. *Julii* 1692. §. *abſque eo quod cum ſeqq.* cor. Manuel. & tametſi pars adverſa exhibeat privilegium invalidum, ſemper dici poteſt non eſſe illud enunciatum in præſentationibus, ſed eſſe aliud ex vera dotatione præſumptum ex obſervantia centenaria, ut in dictis deciſionibus *Januen. Abbatiæ & in Cuſentina Abbatiæ 4. Maii* 1693. §. *adhuc*, coram bon. mem. Benincaſa, & dixi *in diſcept. 23. ſub. n. 26. verſ. poteſt*.

Nota etiam, quod illegitimi ſunt incapaces Juriſpatronatus ex privilegio, Gabriel. *conſ. 195. nu. 6.*
20 *lib.* 1. limita ſi privilegium eſt de juſtitia ex cauſa ſaltem coæqualis dotationis, ut deducitur ex eodem Gabriel. *ubi ſupra*.

Si in privilegio Juriſpatronatus expreſſum fuerit augmentum in ſcut. 60. & fructus antiqui Eccleſiæ in ſcut. 40. per non exceſſum, ex iſta expreſſione
21 non poteſt colligi, an augmentum præponderet, vel æquivaleat, cum poſſit verificari in obulo, *dec. 239. n. 8. & 9.* coram Celſo.

Et ſi augmentum eſſet expreſſum certe in ſcut. 50. antiqua vero dos per non exceſſum in ſcut. 60. exinde patronus non probaret augmentum coæquale antiquæ doti, quæ expreſſa per non exceſſum in ſcut. 60. uſque ad hanc ſummam poteſt extendi, & verificari.

Poſſet tamen dici, quod ſi patronus eſſet in continuata, & longæva poſſeſſione præſentandi in menſibus reſervatis, quo caſu onus probandi pertinet ad proviſum Apoſtolicum, iſte non exclude-
22 ret æqualitatem augmenti allegando expreſſionem factam in privilegio de ſcut. 60. per non exceſſum, cum poſſit verificari in ſcut. 50. quantum eſt augmentum, & talis poſſibilitas verificationis interim ſufficiat patrono propter obſervantiam niſi aliunde contrarium juſtificetur.

Sic etiam expreſſio augmenti per non exceſſum in ſcut. 50. in privilegio, ubi eſſet expreſſa dos antiqua certe in ſcut. 52. præſumeret æquali-
23 tatem augmenti virtute ejuſdem obſervantiæ, niſi per contrarias probationes præſumptio iſta rueret.

Si in privilegio expreſſe fuerit antiqua dos certe in ſcut. 150. in præſentationibus vero ſecutis
24 poſt privilegium ex augmento expreſſi fuerint omnes fructus in ducat. 40. quando debebant exprimi in ſcut. 300. ob coæqualem dotationem, ab iſta expreſſione non concluditur, quod dotatio non fuerit coæqualis, eo quia ducat. 50. non fuerunt expreſſi per non exceſſum, *dec. 29. ſub n. 3. verſ. neque obſtat part. 7. rec.* ergo ſi fuerint expreſſi per non exceſſum in præſentationibus non multum diſtantibus a tempore privilegii, demonſtraretur augmentum non coæquale antiquæ doti; nam ſi privilegium expreſſit fructus antiquæ dotis in ſcut. 150. expreſſio poſt dotem auctam facta in ſolis ducatis 40. excludit dotationem coæqualem, pro qua neceſſaria fuiſſet expreſſio ſcut. 300.

Juſpatronatus conceſſum ex privilegio ex augmento dotis ſaltem non coæqualis, licet ſit conſtitu-
25 tum per 40. annos ante publicationem Concilii ſecutam de anno 1564. nec proinde cadat ſub ejus cenſura, tamen ſi eſt conceſſum ab anno primo Pontificatus Innocent. VIII. qui ſedit de anno 1484. uſque ad Conſtitutionem Adriani editam de anno 1522. revocatum manet ex hujus Conſtitutionis edicto, non obſtante, quod concurrat obſervantia, ſeu quaſi poſſeſſio præſentandi ante, & poſt Conſtitutionem Adriani, quæ tollit poſſeſſionem tam de præterito, quam de futuro, ut ait Cherubin. *ad Conſtit. 3. Adriani VI. Schol.* 1. Rot. *dec. 269. numer. 3. part. 2. Diverſ.* intellige, ſi clare conſtet ex lectura privilegii, dotationem non eſſe coæqualem, Lother. *lib. 2. quæſt. 8. numer. 62.* nam alias, ſi id deſumatur ab extrinſecis probationibus, & concurrat poſſeſſio præſentandi longæva, & continuata, tam in menſibus ordinariis, quam Apoſtolicis, præſumitur coæqualitas dotationis, & manuteneri debet patronus in dubietate diſcuſſionis probationum, donec in petitorio contrarium probetur, niſi probationes augmenti inſufficientis eſſent claræ, & abſorberent poſſeſſorium, vide Rotam *in Placentina Juriſpatronatus* 20. *Junii* 1701. §. *verum*, coram R. P. D. Tremoille, me ſcribente edita; vide etiam ſupra *diſcept. 22. num. 30. & ſeqq. & diſcept. 28. ſub n. 16. verſ. immo fol.* 453.

Nota, quod privilegium Juriſpatronatus non dici gratuitum, ſed oneroſum ob benemerita, & ſervitia præſtita, vel propter pecuniam, aſſerit Pax Jordan. *tom. 2. lucubr. lib. 10. titul. 7. numer.* 71. ſed eſt concluſio erronea ſi generaliter intelligatur, ut late firmavi *diſcept. 22. numer. 17. cum ſeqq. pagin.* 363.

## ARGUMENTUM.

**In Eccleſiis, ubi omnes reditus Canonicatuum conſiſtunt in diſtributionibus quotidianis, quando duæ illarum partes debeantur Canonico carcerato, qui perſiſtendo in negativa fuit in exilium miſſus ad tempus ex ſolis levibus indiciis abſque alia probatione delicti.**

## *SUMMARIUM.*

1 *Quando omnes reditus Canonicatuum conſiſtunt in diſtributionibus, duæ illarum partes ſuccedunt loco Præbendæ.*
2 *Idem, ſi fructus ſint valde tenues, & quomodo intelligatur tenuitas eorum.*
3 *Abſens ſine cauſa juſta perdit duas partes diſtributionum abſque monitione.*
4 *Abſens ex cauſa inimicitiarum eas lucratur, & an iſta cauſa juvet ultra annum, vide num. 5.*
6 *Non lucratur carceratus, in exilium miſſus, excommunicatus, & bannitus ex propria culpa.*
7 *Quid de carcerato, & in exilium miſſo ad tempus ex levibus indiciis abſque alia probatione delicti, quod non lucretur, vide n. 8. & 9.*
10 *Contrarium ſuſtinetur ex num. 11. cum ſeqq. uſque ad num. 27.*
27 *Juſte carceratus, & in exilium miſſus ex inopia recipit alimenta ex fructibus, & diſtributionibus.*
29 *Abſentia ex cauſa litis an ſit necne legitima, remiſſive.*

## DISCEPTATIO XXXIV.

IN illis Eccleſiis, ubi omnes reditus Canonicatuum conſiſtunt in diſtributionibus, abſolutum eſt, tertiam partem retinere naturam diſtributionum, reliquas vero duas partes ſuccedere in locum Præbendæ, & Præbendam reputari, ut eſt firma opinio S. Congregationis Concilii, de qua teſtatur Pignatell. *conſult. 115. numer. 42. tom. 9.* Panimoll. *deciſion. 20. numer.* 43. Lother. *de re benefic. lib. 3. quæſt. 27. num.* 154. Garz. *de benefic. par. 3. cap. 2. numer.* 440. Mooct. *de diſtribut. par. 1. qu. 3. num. 4. & ſeq.* Rot. *in Maſoricen. diſtributionum* 25. *Junii* 1677. §. *Et etiam*, coram Vicecomite. Unde in iis caſibus, in quibus vel de Jure, vel ex indulto Apoſtolico abſentibus debentur fructus præbendales Canonicatus, prædictæ duæ tertiæ partes diſtributionum debitæ erunt.

Idem

Idem procedit, quando fructus ſunt valde tenues, quia modicum, & nihil æquiparantur; ſed difficultas eſt, quando tenuitas fructuum cenſeatur talis, quæ pro nihilo conſideretur, in quo ſane articulo Pignatell. *dict. conſult.* 115. *numer.* 44. *tom.* 9. refert, Sac. Congregationem certis limitibus id generaliter non præfiniviſſe, & quod aliquando declaravit fructus eſſe tennes, quando Canonici in univerſum triginta aureos tantum
2 percipiant, & quod alias judicavit pro tenuitate fructuum, qui quartam partem diſtributionum non ſuperant; ego autem ſupra *diſcept.* 1. *numer.* 17. modicitatem exiſtimavi, ubi tres ex quatuor partibus redituum Canonicalium in diſtributionibus conſiſtunt; ſed hoc dixi ad alium effectum, ſcilicet ad interpretandum privilegium, quod concedebat abſentibus *fructus & emolumenta quæcumque*, ut ſic appellatione emolumentorum quorumcunque, ultra fructus, venirent etiam diſtributiones ratione modicitatis eorundem fructuum, non autem ad effectum decidendi, quod diſtributiones pro duabus partibus ſuccederent in locum fructuum Præbendæ, ubi iſti conſiſtunt in quarta parte redituum Canonicatus.

Concilium Trident. *capit.* 12. *ſeſſ.* 24. §. *præterea de reform.* ſtatuit, ut antequam Canonicus abſens privetur Canonicatu, debeant expectari tres anni;
3 nam in primo privatur medietate fructuum: in ſecundo omnibus fructibus: in tertio autem titulo Canonicatus, qui fructus cum non amittantur ipſo Jure, ſed facto hominis, quæri poteſt, an in Eccleſiis, in quibus omnes reditus conſiſtunt in diſtributionibus, tali caſu duæ partes cenſeantur loco fructuum, itaut habeat locum forma Concilii, ad privandum illis Canonicum voluntarie, & ſine legitima cauſa abſentem? In hac quæſtione negative reſolvit Sac. Congregatio apud Pignatell. *conſult.* 114. *num.* 8. *tom.* 9. ubi ait, primo, & ſecundo anno non debere indici privationem, quia ſunt diſtributiones quotidianæ, quas non reſidens eas non percipit.

Qui non reſidet ex cauſa inimicitiarum, quas poſt obtentum Canonicatum citra culpam ſuam contraxit, lucratur duas tertias partes diſtributionum, S. Congregatio apud Garz. *part.* 3. *capit.* 2.
4 *numer.* 351. ſi tamen habeat licentiam Superioris, Pignatell. *conſult.* 14. *numer.* 1. *tom.* 7. quæ licentia non conceditur per Sac. Congregationem niſi ad annum, ut apud Garz. *de benef. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 351. Bonaccin. *de horis Canonic. diſp.* 2. *quæſt.* 5. *punct.* 2. *numer.* 8. *verſ. ad hæc*; poſt annum vero debet abſens Canonicatum reſignare, aut permutare, ut reſolutum fuit ab eadem Congregatione 17. *Septembris* 1661. 22. *Aprilis & 23. Septembris* 1617. referente Barboſ. *de Canonic. capit.* 24. *numer.* 38. Pignatell. *d. conſult.* 14. *num.* 2. *tom.* 7. in qua tamen reſolutione habetur conceſſio indulti pro prima vice ad ſex menſes, deinde ad alios ſex, & demum ad totidem menſes cum clauſula ſine ſpe alterius prorogationis, Panimoll. *dec.* 20. *annot.* 3. *num.* 62. vide, quæ dicam infra *numer.* 24. *& ſeqq.*

Verum adverte, quod tyrones errant, credendo, quod cauſa inimicitiarum juvet per annum quaſi terminum legalem, & fixum pro legitima abſentia, quando tamen Sac. Congregatio conce-
5 dit indultum ad ſui beneplacitum, interim diſponendo abſentem, ut faciat permutationem vel reſignationem, ſed non cogendo, neque annus eſt terminus, ſed inimicitia eſt cauſa juſta abeſſendi, & lucrandi diſtributiones ſine præfinitione temporis, ſeu quandiu ea durat, ubi non procedit ex culpa Beneficiati, ut bene advertit Ciarlin. *ubi proxime ſub num.* 33. *verſ. & conceſſerunt*, qui etiam notat, ſiquod Decretum Sac. Congregationis præcipiat coactive abſenti ob inimicitias, ut reſignet, ſeu permutet, eſſe intelligendum in caſu particulari, in quo emanavit, non generaliter per viam legis, niſi conſulto, & annuente Summo Pontifice, ut legere eſt *ſub numer.* 10. *& ſeq.*

Etenim non habemus legem ſeu Canonem, quo id præcipiatur, ut proſequitur *d. numer.* 10. & reſcripta in caſu ſpeciali non trahuntur in exemplum *l.* 1. *ff. de conſtit. Princip.* Gonzal. *in cap. relatum de Cleric. non reſiden. n.* 2.

At quid dices de hoc caſu? Pone enim, quod Canonicus ex aliquibus indiciis ſuper crimine gravi, non tamen occulto, detrudatur in carcerem, 6
ibique permaneat, & perſiſtat in negativa contra fiſcum, nec ex proceſſu aliqua probatio habeatur ſufficiens ad condemnandum ſuper crimine, ſi Ju- 7
dex carceratum relaxet, eique ad tempus exilium imponat a loco Beneficii, perderne iſte fructus Canonicatus conſiſtentes in diſtributionibus quotidianis pro rata duarum partium, quæ loco Præbendæ ſuccedit tempore carcerationis, & exilii durantis?

Affirmativa probatur, ex quo abſenti non debentur fructus, & diſtributiones, niſi concurrat juſta cauſa, & licentia Superioris, Gloſſ. *in capit. relatum in verb. Prælatorum de Cleric. non reſiden.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 53. *num.* 153. Lother. *de re benef. libr.* 3. *quæſt.* 27. *numer.* 126. *&* 129. Pignatell. *conſult.* 39. *numer.* 3. *tom.* 3. *& conſult.* 113. *numer.* 20. *tom.* 9. Rot. coram Ubald. *dec.* 288. *per tot.*

In præſenti deficit utrunque, tam licentia Superioris, quam etiam juſta cauſa; dum licet non concurrat ſententia canonizatoria delicti, tamen ſufficit adeſſe condemnationem in pœna exilii, quæ loco ſententiæ reputari videtur, cum exilium
inter capitales pœnas annumeretur ad ſenſum Fa- 8
rinacc. *de delict. & pœnis q.* 19. *num.* 17. nam alias reus fuiſſet liberatus a carceribus libere, non autem cum pœna, quæ culpam præambulam ſupponit, juxta Tacit. *lib.* 3. *annal.* ibi – *Sic majoribus inſtitutum, ut ſi anteiſſent delicta, pœna ſequeretur* – *& lib.* 15. *Annal.* ibi – *nam culpa, quam pœna tempore prior*.

Urgente valido dilemmate, quod nempe, aut carceratio, & exilium fuerunt juſta, & canoni-
ca, & juſte carcerato, & exuli non debentur fru- 9
ctus conſiſtentes in diſtributionibus, Barboſ. *de Can. cap.* 24. *n.* 44. Rot. *dec.* 280. *num.* 1. *poſt* 2. *Volum. Conſilior*, Farinacc. Nicol. *in Floſcul. in verb. diſtributiones ſub num.* 11. aut prætenditur ea fuiſſe injuſta, & interim Beneficiatus non poteſt aliquid prætendere, niſi probet ſuam innocentiam prævio reditu ad carceres, & purgatione indiciorum contra ipſum militantium, eo quia præſumptio ſtat pro juſtitia condemnationis ad pœnam exilii, cum Judex nunquam præſumatur injuſte proceſſiſſe; eoque fortius, ſi condemnatio facta foret a Principe, Ciarlin. *controv.* 227. *num.* 1. *&* 19. Et in ſpecie quod exulans ab Eccleſia ex condemnatione Judicis, ſi commode poteſt ſuam juſtificare innocentiam, & liberari ab exilio, & non fecit, non lucretur interim diſtributiones, quaſi tunc potius ex propria negligentia, vel malitia, quam ex neceſſaria cauſa abeſſe cenſeatur, unanimiter ſcribunt Moneta *de diſtribut. quotid. par.* 2. *q.* 5. *numer.* 43. Bonaccina *de hor. canon. diſ.* 2. *quæſt.* 5. *punct.* 2. *numer.* 10. *verſ. ſed antequam uſque ad finem*, Antonell. *de loco legal. lib.* 1. *cap.* 15. *numer.* 24. *& de Jurib. & onerib. Cleric. lib.* 2. *par.* 6. *cap. ultimo num.* 127. *verſ. nono*, Rot. *deciſ.* 652. *numer.* 8. coram Dunoz. Jun. & in *Alexandrina diſtributionum* 20. *Martii* 1699. §. *quod bene agnovit*, coram R. P. D. Lancetta.

Contrarium tamen, præallegatis non obſtantibus, ſuſtineri poteſt; nam regula eſt, quod Beneficiatus impeditus reſidere ex vi majoris poteſtatis, nempe ex facto Judicis, vel Principis, dicitur habere juſtam abſentiæ cauſam, ſeu juſtum,
& legitimum impedimentum, quod eum excuſat, 10
ut docet Text. *in l.* 2. *ff. ſi quis caution.* ubi Juriſconſultus in §. *finali* hæc ait – *Simili modo exceptio datur ei, qui &c. a Magiſtratu detentus eſt* – quem Textum eſſe attendendum in hac materia excuſationis a reſidentia, tradit punctualiter Gloſſa

mar-

Digitized by Google

marginalis in *capit. finali de Cleric. non reſiden.*
ibi – & *habes exempla ff. ſi quis cautionibus lege*
2. – & optime in puncto tradunt Lother. *de re
benef. lib.* 3. *quæſtion.* 27. *numer.* 112. Ciarlin. *controv. par.* 3. *cap.* 227. *n.* 3. & 4.

Ratio eſt, quia Text. *in capit. unico de Cleric.
non reſid. in* 6. inter legitimas cauſas non reſidendi ad effectum, de quo agitur, ponit juſtam, &
rationabilem corporis neceſſitatem, ſub quibus verbis comprehenditur omne juſtum impedimentum,
propter quod non poteſt quis ſuam Eccleſiam adire, & proprio muneri ſatisfacere, ut fuit originalis doctrina Archidiaconi *in dict. capit. unico*,
quem refert Calderin. *in conſ.* 17. *de Præben. verſ.
unde notat*, Buratt. *dec.* 694. *n.* 5. Antonell. *de regim. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 16. & ideo caſus impotentiæ accedendi ad reſidentiam, qui naſcitur
ex facto Magiſtratus, aut Principis, dicitur ju-
11 ſtum impedimentum non reſidendi, ad effectum,
ut ſic impeditus privari non debeat fructibus, &
diſtributionibus, ut in ſpecie de exulibus firmant
Jo. Andr. *in dict. cap. unico de Cleric. non reſid. in* 6.
*ibique* Geminian. *in §. Si vero num.* 5. & 6. Franch.
*num.* 2. & 4. Probus ad Monach. *num.* 22. Calderin.
*conſil.* 17. *per tot. de Præben.* Gratian. *diſcept.* 591.
*num.* 36. & *ſeqq.* Cened. *quæſt. Canonic. lib.* 1. *q.* 1. *n.*
43. Moneta *de diſtribut. par.* 2. *q.* 5. *n.* 80. Ciarlin.
*d. controv.* 227. *n.* 5. & *ſeqq.*

Neque adverſatur, hanc regulam procedere in
impedito reſidere vi publica, ſed injuſta, nempe
ex facto injuſto Magiſtratus, ſeu etiam ex vi laicalis poteſtatis, Card. de Luc. *in annot. ad Concil.*
15. *num.* 18. ſive demum exui privata alicujus, puta Capituli expellentis propria auctoritate Cano-
12 nicum, etiamſi expulſio cauſata foret ex culpa
expulſi, in quibus terminis loquuntur Calderin.
*conſil.* 17. *de Præben.* Card. Pariſ. *conſil.* 32. *num.* 19.
*lib.* 4. Cened. *quæſt. Canonical. lib.* 1. *q.* 1. *n.* 45. &
Barboſ. *de Canonic. cap.* 24. *n.* 44. *verſ. ubi intelligit*; ſecus autem in caſu iſto, ubi exilium ſecutum eſt vi publica, non privata, necnon ex facto
juſto Principis, aut Magiſtratus.

Quoniam tollitur objectum procedendo cum di-
13 ſtinctione, quod nempe, aut exilium proceſſit ex
facto Judicis, & hoc demonſtratur injuſtum eo
ipſo, quod non conſtat de probatione delicti ex
actis, dum in dubio culpa non præſumitur, ſed
eſt concludentiſſime probanda ab allegante, ut
in puncto Ciarlin. *d. controv.* 227. *num.* 16. non obſtante præſumptione juſtitiæ, quæ aſſiſtit facto Judicis, dum ea procedit in dubio; ſecus quando
ex actis, ex quibus factum Judicis declaratur, &
informatur, non conſtat de ulla probatione delicti, ſed ſolum conſtat de indiciis levibus, ſufficientibus quidem ad carcerandum, non autem ad
condemnandum ad pœnam, quæ ſive ordinaria,
ſive arbitraria nunquam abſque probatione criminis poteſt irrogari, *l. abſentem in princ. ff. de pœnis* Farinacc. *de Reo confeſſ. q.* 86. *num.* 1. Rot. *apud
eundem conſil.* 75. *numer.* 104. *tom.* 1. ut in ſpecie,
quod pulſus in exilium lucretur diſtributiones,
quando Judex eum legitime non condemnavit,
14 tradunt Pellizzar. *in Manual. tom.* 1. *tract.* 5. *cap.*
8. *num.* 148. Ciarlin. *dict. controv.* 227. *numer.* 6. &
quando ex actis docetur de negativa delicti, condemnatio non habet præſumptionem pro ſe, nec
eſt neceſſe, ut reus iterum redeat ad carcerem,
& diluat probationes ſuper delicto, cum id locum habeat, ubi Judex condemnaſſet ex probationibus, quæ prætenduntur falſæ, & inſubſiſtentes;
ſecus ubi nullæ probationes reperiuntur in proceſſu ſeu in actis, quia tunc ex revolutione actorum dicitur conſtare de juſtitia exilii.

Eſto etiam, quod in proceſſu adſit conteſtatio
indiciorum; nam iſta ſunt juſta cauſa reſpectu
Judicis quoad carcerandum, & torquendum, ſunt
15 tamen injuſta cauſa reſpectu rei, cujus delictum
non fuit poſtea plene probatum, optime Ciarlin.
*d. controv.* 227. *num.* 24. & 25. *par.* 3. ergo multo
magis ſunt injuſta quoad condemnandum in pœnam exilij, maxime eliſa ex conſtanti negativa
rei contra fiſcum, & idcirco Canonicus injuſto
exilio coactus abeſſe a reſidentia lucratur dictas diſtributiones etiam pro tempore, quo manſit in
carcere, Ciarlin. *dict. contr.* 227. *num.* 25. nam alias
cum ſæpiſſimi ſint caſus carcerationum ex aliquo
prætenſo delicto, quod poſtea non probatur, poſſent innocentes puniri ad placitum accuſatorum,
ſi levia indicia ſufficerent ad condemnandum in
exilio, & hæc pœna generaret aliam pœnam
privationis fructuum, ſeu emolumentorum Canonicatus.

Aut vero exilium proceſſit ex facto Principis;
& tunc verum quidem eſt pro eo ſtare præſum- 16
ptionem juſtitiæ, ſeu quod iſte motus fuerit ex
juſto, & rationabili motivo, ut ait Ciarlin. *dict.
controv.* 227. *num.* 19. ſed hæc præſumptio reſtringitur reſpectu Principis, non autem extendi debet
reſpectu præjudicii ipſius Beneficiati, ſeu Canonici: quia ſtant ſimul iſta duo, quod nimirum
Princeps habuerit juſtam cauſam decernendi exilium, ſed tamen, quod illa cauſa non debeat intelligi in damnum exulis, neque ad hunc reſpectum dici poſſit juſta, ita & taliter, quod nequaquam generare debeat duplicem pœnam, hoc
eſt unam exilii, & alteram amiſſionis fructuum,
& diſtributionum Beneficii, cum hoc nunquam
præſumatur fuiſſe de intentione Principis, ut in
puncto late probat Ciarlin. *d. controv.* 227. *ex num.*
10. *uſque ad* 25.

Ratio autem eſt, quia, quando non conſtat
de delicto plene probato, condemnatio facta per
Principem in pœnam exilii, præſumitur juſta ex
cauſis politicis, & prudentialibus, quæ potiſſime
in animo Principis verſantur, Ciarlin. *dict. controv.*
227. *num.* 19. *verſ. maxime in rebus politicis*; pone 17
enim, quod quis injuſte accuſetur de delicto in
aliqua civitate commiſſo, *utque mos vulgo quamvis falſi reum ſubdere*, juxta Tacitum *lib.* 1. *annal.*
& exinde imprimatur in populo ſiniſtra fama delinquentis, propter quod oriatur perſecutio popularis in accuſatum, certe, quamvis delictum non
ſit probatum, ſi accuſatus mittitur in exilium ad
tempus arbitrio Principis, hoc exilium inniti poteſt prudentiali temperamento ad evitanda nimitum ſcandala, ne ille oſtentetur, ſeu ponatur ante oculos populi in eo loco, ubi eſt diffamatus,
& inviſus, ut probat Text. *in cap. niſi cum pridem
de renunc.* ubi habetur, quod licet Prælatus ſit injuſte inviſus a populo, & ab eo feroci perſecu- 18
tione exturbetur, adhuc non debet mitti ad reſidentiam, & poteſt, immo debet cogi ad renunciandum, dato ſibi alibi bono cambio, ad evitanda
ſcandala, ibique docent primiores Canoniſtæ,
ſignanter Innoc. *num.* 1. Joann. Andr. *n.* 19. Fagnan.
*num.* 73. Joan. de Anania *n.* 8. Roman. *ſingular.* 803.
& *conſil.* 523. *num.* 16. *verſic. ſecundo*, Vivian. *de jurepatr. lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 21.

Ad quod mirabiliter conducit locus Taciti, ubi
in oratione Helvidii Priſci habita in Senatu contra Marcellum Eprium ſub Imperatore Veſpeſiano
dixit, quod etiam illi, qui non erant punibiles, 19
non tamen debebant ante oculos poni ejuſdem
Veſpeſiani, cui ſuſpecti erant, & inviſi, ut in
*lib.* 4. *Hiſtor.* ibi – *Etiamſi muniri non oporteat,
oſtentare non debere*, & hoc idem temperamentum practicatum habemus in pluribus locis Sacræ
paginæ, in perſonam Moyſis, & Loth, ut punctualiter refert Gloſſ. *in Can. final.* 7. *quæſt.* 1. Turrecremata *in Canon. ubi adunati* 7. *quæſt.* 1. Fagnan. *in
cap. poſt. tranſlationem de renunc. num.* 3. Gonzal. *in
d. cap. niſi cum pridem n.* 3.

Neque exilium prudentialiter datum poteſt annumerari inter pœnas capitales tanquam temporale, non perpetuum, de quo loquitur Farinacc.
ſupra *numer.* 8. perpetuo enim bannitus etiam Beneficium perdit, quia privandus eſt, uti non valens ſervire Beneficio, Panorm. *in cap. cum non ab
homine de Judic.* Rebuff. *in prax. benef. de mod.
amitten. Benef. n.* 57.

Quod.

Quodque dictum eſt in perſona Principis, procederet etiam in Magiſtratu ſupremo Jura Principis habente, quem conſtaret, exilium dediſſe ex temperamento prudentiæ, conſiderando ſuperius deducta, necnon etiam verba Decreti condemnatorii, ſi ſonarent io motivuum epichejæ politi-
20 cæ, puta, *non pare eſpediente*, quod verbum *expediens*, ſeu *expedire* epichejæ politicæ rationem inſinuat ex Tacit. *lib.* 3. *Annal.* ibi – *neque poſſe Principem ſua ſcientia cuncta complecti neque EXPEDIRE, ut ambitione aliena trahatur.*

Proinde cum in caſu iſto Beneficiatus impediatur reſidere ex cauſa exilii, non dicitur ex culpa ſua impeditus, nec debet amittere fructus & diſtributiones, cum per eum non ſteterit, quominus reſideret, Calderin. *d. conſ.* 17. *de Præben.* & factum Principis inter caſus fortuitos annumeretur, qui culpa vacant, Ciarlin. *ubi ſupra num.* 22. quando tamen etiamſi aliqua culpa, conſiderati poſſet, non ipſa culpa, ſed pœna culpæ eſſet cauſa immediata impedimenti, quod idcirco illum excuſaret, ut probat Text. *in capit. quia diverſitatem de conceſſ. præben.* ubi licet Epiſcopus fuiſſet ex propria culpa ſuſpenſus, ut ex verbis ibi – *Etſi fuerit ſua culpa ſuſpenſus* – attamen excuſatur pro legitime impedito, nec imputatur de
21 negligentia, ibique Abbas *numer.* 11. tradit theoricam; quod ubi oon ipſa culpa, ſed pœna culpæ eſt cauſa proxima, & immediata impedimenti, minime imputatur ei, qui culpam contraxit, & in puncto applicando hunc Textum ad Beneficiatum exulem, ut non privetur fructibus, ſed diſtributionibus, ſcribit Calderin. *conſil.* 17. *de præben. circa finem verſ. quæ loquitur*, Prob. ad Monach. *in d. cap. unico de Cleric. non reſiden. in* 6. *num.* 15. Covar. *var. reſol. libr.* 3. *reſol.* 13. *num.* 8. §. 12. *in fine verſ. quo in loco*. Immo, quod culpa debeat eſſe præordinata ad finem non reſidendi, alias non noceat, ſcribunt in puncto Cened. *Canonic. qu. lib.* 1. *quæſt.* 1. *n.* 42. *verſ. quod enim* Azeved. *conſil.* 24. *n.* 7. Barboſ. *de Canon. cap.* 24. *n.* 44. Ciarlin. *d. contr.* 227. *num.* 16. quæ tamen concluſiones intelligendæ videntur de eo, qui fuit expulſus poteſtate laica, ſeu auctoritate privata, non publica, ut dixi ſupra *numer.* 2. alias nunquam haberet locum concluſio, quod juſte, ſeu ex propria culpa carceratus, & exul non lucretur diſtributiones, nam ſolum infirmis, etiam ex propria culpa conceduntur diſtributiones in abſentia, Antonell. *de regim. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 15. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 53. *num.* 168. videatur in hoc puncto Garz. *de beneſ. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 364. reprobans Azeved.

Tanto magis in caſu iſto, ubi non debet una pœna, hoc eſt exilii, aliam pœnam generare, ſcilicet privationis fructuum, & diſtributionum; nam alias ſequeretur abſurdum, quod pœna exilii inflicta abſque probatione delicti præſumeret ipſum delictum, & ex delicto præſumpto naſceretur alia pœna privationis omnium redituum, ſeu emolumentorum Beneficii contra principia Juris, quibus edocemur, non eſſe præſumptiones, & pœ-
22 nas duplicandas, neque addendam eſſe afflictionem afflicto, ut conſiderat Ciarlin. *dict. contr.* 227. *ſub n.* 32. qui ponit caſum, & Decretum S. Congregationis io eo, qui fuit abſens ob cauſas forte pertinentes ad læſam Majeſtatem, & Prob. ad Monach. *in cap. unico numer.* 20. Gratian. *diſceptat.* 591. *num.* 47.

Non obſtat, quod ſine licentia Superioris, nemo poſſit percipere fructus, & diſtributiones in abſentia, quia concluſio procedit in abſentia vo-
23 luntaria, puta ex cauſa ſtudii, vel litis, aut peregrinationis, in quibus terminis loquitur Text. *in cap. Relatum de Cleric. non Reſiden.* ſecus in abſentia neceſſaria ſeu violenta, ubi quis invitus abeſſe cogitur, vel propter carcerationem, vel propter exilium, ut late probat Ciarlin. *dict. contr.* 237. *n.* 25. *verſ. non obſtat*, & *n.* 26. *uſque ad* 32. Rot. coram Ubald. *dec.* 288. *n.* 10. & coram Rembold. *dec.* 132. *n.* 5. & 6. & ratio eſt, quia Text. *in cap. unico de Cleric. non reſiden. in* 6. loquens de cauſa abſentiæ ob rationabilem corporis neceſſitatem non facit mentionem de licentia Superioris; ergo quod lex non dicit, nec nos dicere debemus, Ciarlin. *ubi ſupra n.* 30. & tali caſu dicitur data licentia ab ipſa lege ſeu jure, ut ait Pignatell. *conſult.* 36. *num.* 4. *lib.* 3. Garz. *de beneſ. par.* 3. *cap.* 2. *n.* 93. *verſ. ſed nihilominus*, & *num.* 94. *cum ſeqq.* Rot. *dec.* 117. *num.* 17. & *ſeq. par.* 15. *rec.* ubi plene Pignat. *conſult.* 117. *n.* 13. *tom.* 9.

Olim tamen apud Gentiles, quoad Sacerdotes Jovis nuncupatos *Flamines Diales* etiam in cauſa abſentiæ neceſſariæ ob adverſam valetudinem re- 24
quirebatur licentia Pontificis Maximi, ut ex Decreto Pontificum relato apud Tacit. *lib.* 3. *Annal.* ibi – *Quoties valetudo adverſa flaminem Dialem inceſſiſſet, ut Pontificis Maximi arbitrio pluſquam binoctium abeſſet* (ootetur rigor) *dum ne diebus publici Sacrificii, nec ſæpius, quam bis eundem in annum* – refert Gonzal. *in dict. cap. Relatum de Cleric. non reſid. numer.* 11. & apud nos etiam in caſu abſentiæ neceſſariæ videtur requiri licentia Superioris, ut in caſu inimicitiarum, de quo Pignatell. *conſult.* 14. *n.* 1. *tom.* 7. & dixi ſupra *n.* 4. bene verum eſt, quod ſi licentia ad eum finem deſideratur, ut evitetur contemptus Superioris, ut ait, 25
Ciarlin. *dict. contr.* 227. *n.* 31. & Lother. *de re Beneſic. lib.* 3. *q.* 27. *num.* 211. & docet Gloſſ. *in capit. inter quatuor in verb. ſine juſta cauſa de Cler. non reſidet*, Pignatt. *conſ.* 117. *num.* 2. *lib.* 9. non videtur adeſſe contemptus in eo, qui diſcedit coactus ad evitandum vitæ periculum ex cauſa inimicitiarum, ut ait Ciarlin. *ubi ſupra*, ſed quod licentia requiratur, ut Superior examinare poſſit veritatem cauſæ, ait Fagnan. *in cap. relatum de Cler. non reſ num.* 30. & 31. nam etiam licentiati a Jure ex cauſis legitimis expectare debent judicium Epiſcoporum ſuorum ſuper caſuum neceſſitate, & qualitate, Fagnan. *ubi ſupra n.* 46. Rot. *dec.* 240. *n.* 5. *part.* 14. & *dec.* 336. *num.* 4. *par.* 13. Pignatell. *dict. conſ.* 14. *num.* 1. *tom.* 3.

Ego his non obſtantibus, certum puto, quod abſens ob exilium a Magiſtratu, vel Principe datum, non tenetur oſtendore licentiam Superioris, ut plene fundat Ciarlin. *ubi ſupra*, qui meretur magnam conſiderationem, dum juxta ejus auctoritatem ita fuit judicatum, ut ipſe refert *ſub n.* 33. *verſ. tamen*.

Quæ omnia dixi retento themate caſus ſuperius propoſiti *num.* 7. ſcilicet ad effectum non perdendi in abſentia duas partes diſtributionum, quæ ſuccedunt loco fructuum Præbendæ; nam iſti nunquam amittuntur, donec per ſententiam juſtificatam ex actis declaratum non fuerit conſtare de 26
delicto, Fagnan. *in cap. licet numer.* 153. *de Præben.* Garz. *de beneſ. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 363. Pignatt. *conſult.* 115. *num.* 68. *in fine tom.* 9. hic autem nulla ſupponi poteſt ſententia ſuper delicto, dum exilium fuit impoſitum abſque probatione delicti ſimoniaci ex actis, & abſque illius declaratione in ſententia; nam ſi delictum fuiſſet probatum, intraſſet pœna ordinaria depoſitionis, & privationis Beneficii, ad Text. *in capit. ſicut ſimoniaca* & *capit. de hoc ſimon.* Antonell. *de regim. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 6. *verſ. præterea* & *verſ. poteſt.* differentiam inter fructus, & diſtributiones io hac materia vide apud Pignatell. *conſult.* 36. *numer.* 5. *tom.* 3. Ubald. *dec.* 203. *numer.* 5. idem Pignat. *conſult.* 117. *num.* 4. *tom.* 9.

Secluſo igitur motivo temperamenti prudentialis exilium non fuit juſtum; nam quando Sacerdos accuſatur de crimine, quod in proceſſu non fuit probatum, & ipſe perſiſtit in negativa, tunc indicia non ſufficiunt ad coodemnandum, ſed debet abſolvi, & obtinere integram ſuorum Bene- 27
ficiorum perceptionem, juxta Text. *in Can. ſuper cauſa* 2. *q.* 5. Antonell. *de regim. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 16. *verſ. dicitur*; olim autem dimittebatur injuncta expurgatione canonica per juramentum

ipſius

ipſius accuſati cum ſeptem ſociis ſui ordinis, quod iſte crimen non commiſit, Text. *in Canon. ſi legitimi 2. quæſt.* 5. ubi de crimine, quod probari non potuit, & reus negavit, *Can. ſi mala, & Can. auditum eſt* 2. *q.* 5. ubi talis expurgatio repoſita fuit in arbitrio judicis.

An autem Beneficiato juſte exuli, & carcerato
38 dari debeant ex fructibus, & diſtributionibus alimenta, ne fame pereat, & ne mendicet in opprobrium Ordinis Clericalis, doctores affirmative tenent in caſu excommunicati, ut per Gloſſ. *in cap. Paſtoralis de appell. in ultimis verbis*, ibique Panorm. *in* §. *verum num.* 6. Barboſ. *n.* 9. Lother. *de re beneſ. lib.* 3. *q.* 27. *n.* 140. Covar. *var. reſ. libr.* 3. *cap.* 13. *numer.* 8. *verſ. duodecimo* Coſt. *de remed, ſubſidiar. remed.* 106. *ſub n.* 1. unde idem procedet in juſte carcerato, & condemnato in exilium, dum ratio eadem videtur.

Quando autem abſentia ex cauſa litis ſit legitima, vel non legitima, ita, & taliter, quod ſufficiat litigare per procuratorem, vide Cardin. de Luc. *de Canon. diſc.* 40. *numer.* 4. Lother. *de re beneſic. lib.* 3. *quæſt.* 27. *numer.* 177. Pignat. *conſult.* 36. *n.* 3. *tom.* 3. *& conſult.* 113. *num.* 2. *tom.* 9. Garz. *de beneſ. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 49. Antonell. *de Jurib., & oner. Cleric. lib.* 2. *par.* 6. *cap. ultimo num.* 121. *verſ. ſeptimo & num.* 165. *& de regim. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 19. Rot. coram Ubaldo *dec.* 288. *num.* 2. Bonaccin. *de horis Canon. diſp.* 1. *q.* 5. *punct.* 2. §. 1. *num.* 1.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

AUT 1 316340